Haec tibi pentadecas tetragonon respicit illud
Hospitium petri ⁊ pauli ter quinqȝ dierum.
Namqȝ instrumẽtum vetus hebdoas innuit: octo
Lex noua signatur. ter quinqȝ receptat vtrunqȝ.

Vetus testamentũ multiplici lingua nũc primo impressum. Et imprimis Pentateuchus Hebraico Greco atqȝ Chaldaico idiomate. Adiũcta vnicuiqȝ sua latina interpretatione.

Ad sanctissimum ac clemẽtissimum dominum

nostrum. D. Leonem Decimum diuina prouidentia Pontificem Maximum Reuerendissimi in Christo patris ac dñi. D. F. Francisci Simenii de Cisneros Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ tituli. S. Balbinæ Presbyteri Cardinalis Hispaniæ Archiepiscopiq; Toletani ac regnorũ Castellæ Archicãcellarii &c. in libros veteris ac noui testamẽti multiplici lingua impressos.

Prologus.

Multa sunt beatissime Pater: quæ ad excudendas impressoriis formis originales sacræ scripturæ linguas nos incitarũt. Atq; hæc imprimis. Q cum vniuscuiusq; idiomatis suæ sint verborum proprietates: quarum totam vim non possit quamtumlibet absoluta traductio prorsus exprimere: tum id maxime in ea lingua accidit: per quam os domini locutum est. Cuius littera q̃uis ex se mortua sit & uelut caro: quæ non prodest quicq̃ (Nam spiritus est qui viuificat) quia tamen Christus verborum figuris velatus intra eius vterum manet inclusus: nõ dubium: quin tam admiranda sit fœcunditate repleta: tam exuberãti mysteriorũ copia cumulata: ut cum plena semper sit & redundãs: flumina de ventre eius fluãt aquæ viuæ: vnde hi quibus datum est reuelata facie gloriã dñi speculari: vt in eãdẽ imaginem trãsformentur: possint assidue haurire mira diuinitatis eius arcana. Quippe cum nulla dictio nulla litterarum connexio esse possit: ex qua non emergant & veluti pullulent reconditissimi cœlestis sapientiæ sensus. Ex quibus cum non possit eruditissimus quisq; interpres nisi vnicũ explicare: necesse est vt post interpretationem maneat adhuc scripturã grauidã: variisq; ac sublimibus intelligentiis plenã: quæ nequeant aliunde q̃ ex ipso archetypæ linguæ fonte cognosci. Accedit: q vbicũq; latinorum codicum varietas est: aut deprauatæ lectionis suspitio (id quod librariorũ imperitia simul & negligentia frequentissime accidere videmus) ad primam scripturæ originem recurrẽdum est: sicut beatus Hieronymus & Augustinus ac cæteri ecclesiastici tractatores admonent: ita ut librorũ Veteris testamẽti synceritas ex Hebraica veritate: Noui autẽ ex Græcis exemplaribus examinetur. Vt ipsa igitur originalia in promptu haberet quicũq; diuinarũ litterarũ studiosus: possetq; non solis riuulis esse cõtẽtus: sed ex ipso fonte salientis aquæ in vitam æternã sitim pectoris extinguere: iussimus archetypas sacræ scripturæ linguas cum adiunctis variarũ linguarũ translationibus impressioni mandari Sãctitatis tuæ nomini dedicãdas. Atq; imprimis Nouũ testamentum Græco Latinoq; sermone excudẽdum curauimus simul cum Lexico Græcarum omnium dictionum: quæ possunt in eo legentibus occurrere: vt his quoq; qui nõ integram linguæ cognitionem adepti sunt pro viribus consuleremus. Deinde verò anteq̃ Vetus testamentum aggrederemur: Dictionarium præmisimus Hebraicorum Chaldaicorumq; totius veteris instrumẽti vocabulorum. Vbi non tñ multiplex significatio cuiusq; dictionis exprimitur: sed (quod studiosis vtilissimũ fore credimus) locus scripturæ in cuiusq; significati testimoniũ citatur. Rursus: cum nõ solus litteræ occidentis cortex sed introrsus latitans spiritus viuificantis nucleus maxime sit a studioso diuinæ scripturæ requirendus: atq; huius præcipua pars ex propriorũ nominũ interpretatione depẽdeat: quorũ ab æterno præuisa impositio incredibilẽ opẽ affert ad propalãdos spirituales abstrusosq; sensus & detegẽda arcana mysteria: quæ sub ipso litteralis textus vmbraculo spiritus sanctus velauit: Idcirco interpretationes propriorũ nominum a viris linguarũ peritia præcellẽtibus maxima diligẽtia jussimus elucubrari: & secũdum Alphabeticã seriẽ dispositas Dictionario adiungi. Quibus succedit legendorũ Hebræorũ characterũ instructio. & eiusdẽ idiomatis Grãmatica, ex pluribus receptæ fidei Hebræis autoribus collecta & ad latini artificii normã reducta. Quibus omnibus ueluti pprælúdio ita peractis: ad excussionem diuersarum veteris testamẽti linguarum nos conuertimus: adiicientes etiam singulis earum suam latinam translationẽ. Qua in re id aperte Beatitudini tuæ testari possumus Pater sanctissime: maximam laboris nostri partem in eo præcipue fuisse versatã: vt & virorũ in linguarum cognitione eminentissimorum opera vteremur: & castigatissima omni ex parte vetustissimaq; exẽplaria pro archetypis haberemus: quorũ quidẽ tã Hebræorũ q̃ Græcorũ ac latinorũ multiplicẽ copiã variis ex locis nõ sine summo labore cõquisiuimus. Atq; ex ipsis quidẽ Græca Sanctitati tuæ debemus: qui ex ista apostolica Bibliotheca antiquissimos tum Veteris tum Noui testamẽti codices perq̃ humane ad nos misisti: qui nobis in hoc negocio maximo fuerunt adiumẽto. Consumata itaq; excussione Noui testamenti Græce Latineq; impressi cum suo Lexico. Impresso etiam Hebraico Chaldaicoq; Dictionario: cui adiũcta est Grammatica cum nominum propriorum interpretationibus. Absolutis præterea annotationibus differentiarum Veteris testamenti: quas cum Nicolaus de Lyra nõ omnino absolutas edidisset: eas nos per viros linguarum peritissimos multis in locis addi fecimus. Tandẽ diuino auxilio Vetus testamentum multiplici lingua excudi fecimus. Quæ omnia nũc ad Sanctitatem tuam mittimus. Nam cui potius vniuersæ vigiliæ nostræ dicandæ sunt: q̃ Apostolicæ isti sedi: cui omnia debemus? Aut quis libentius sacros Christianæ religionis libros suscipere & amplecti debet: q̃ sacer Christi vicarius? Accipiat igitur Sanctitas tua læta fronte munusculum: quod in domini gazophylatium offerimus: vt incipiant diuinarum litterarũ studia hactenus intermortua nũc tandẽ reuiuiscere. Obsecramus autẽ Beatitudinẽ tuam enixissime: vt libros hosce: qui nunc se sacris istis vestigiis supplices aduoluũt; examines: & ad seuerissimi iuditii tui censurã reuoces: vt si Christianæ reip. vtiles fore videbuntur: editionis beneficium a Sanctitate tua recipiant. Nã eos nos hucusq; continuimus: sacrum istũ Apostolici fastigii oraculum consulturi. Sed iam hæc ad Beatitudinem tuam satis. Nũc ad instruendum de operis artificio lectorem conuertimur.

Ad lectorem. De his que ad lectionem Veteris testamenti diuersis linguis nunc primum impressi: sunt prænotanda.

VT intelligas studiose Lector modum & ordinem: quem in hac veteris testamenti impressione seruauimus: ac inde possis hoc libro facile vti: nonnullorum te admonitū prius esse oporter. Imprimis igitur id est præmittendum: ꝙ cum vetus testamentum a sacris doctoribus trifariam diuidatur: hoc est in legem: quam Pentateuchum appellant: & in libros deinde Agiographos: ac demum in eos qui dicuntur Prophetales: in his omnibus nō est idem numerus linguarū. Sed Pentateuchus quidem triplicem linguam habet: Hebraicam uidelicet Chaldaicam & Græcam: quas imprimendas iussimus cum aliis tribus latinis interpretationibus iuxta correspōdētibus: ita vt Hebraicæ veritati respōdeat latina beati Hieronymi trāslatio: Chaldaicæ vero alia latina fere de verbo ad verbū a viris eius linguæ peritissimis elaborata: Græcæ aūt septuaginta interpretū editioni interlinearis latina traductio. Agiographi deinde libri simul & Prophetales duplici lingua excudūtur: hoc est Hebræa & Græca cum aliis duabus latinis translationibus illis correspondentibus. Nā Chaldaica in cæteris libris præterꝗ in Pentateucho corrupta est aliquibus in locis: & fabulis merisqꝫ Thalmudistarum nugis conspersa: indigna prorsus quæ sacris codicibus inseratur. Verum quia quibusdam in locis vbi integra est littera & incorrupta: mirū in modum fauet Christianæ religioni: Idcirco reliquos libros totius Veteris testamenti e Chaldaica lingua in latinam verti fecimus: & diligentissime cum sua latina traductione conscriptos in publica Complutensis nostræ Vniuersitatis Bibliotheca reponi. At vero libri extra canonē: quos Ecclesia potius ad ædificationem populi: ꝗ ad autoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam recipit: Græcam tm̄ habent scripturam: sed cum duplici latina interpretatione: altera beati Hieronymi: altera interlineari de verbo ad verbū: eo modo quo in cæteris. Hæc autem de numero linguarum huius libri oportuit in vniuersum prælibasse. Nunc de modo quo linguas Pentateuchi in libro ipso disposuimus: breuibus agendū est. Primum itaqꝫ aperto codice duæ se tibi chartarū facies hinc & inde offerent: quarum vnaquæqꝫ tres præcipuas colūnas habet. Ex quibus ea quæ ad marginem exteriorē sita est: Hebraicam continet veritatē. Quæ vero interiori margini adhæret: Græca est septuaginta interpretū editio: cui superponitur latina interlinearis traductio de verbo ad verbum. Mediam aūt inter has latinā beati Hieronymi translationē velut inter Synagogam & Oriētalem Ecclesiam posuimus: tanꝗ duos hinc & inde latrones medium autē Iesum hoc est Romanam siue latinā Ecclesiam collocātes. Hæc enim sola supra firmam petram ædificata (reliquis a recta Scripturæ intelligentia quādoqꝫ deuiātibus) immobilis semper in veritate permansit. His prætera tribus colūnis duæ aliæ minores columellæ in calce paginæ supponuntur. Quarum altera latior Chaldaicam continet scripturam: altera angustior latinam eius interpretationem. Disponūtur vero columnæ ipsæ hoc modo: vt singulis lineis Hebraicis correspondeant binæ lineæ latinæ e regione: hoc tamē semper obseruato: vt omnes quinqꝫ columnæ tam in principio ꝗ in fine cōsentiant: nisi vbi loci angustia nō patiatur: quod rarissime deprehendes. Deinde quia institutum nostrum est: non solum his consulere: qui absolutā linguarum peritiam sunt assecuti: sed his etiam opem ferre: qui parum in eis profecerunt: vtrisqꝫ em̄ debitores sumus: neminēqꝫ esse cupimus: quem peregrinorum idiomatum difficultas absterreat a diuinorum librorum penetralibus adeundis. Idcirco vt Hebraicas dictiones facile possit quicunqꝫ distinguere: & suam latinā interpretationē cuiqꝫ assignare: inter singulas dictiones Hebraicas superponūtur minutæ litterulæ latinæ Alphabetico ordine procedentes: quibus cōsimiles aliæ in latina proxima colūna corr領spōdent: vt per similitudinem litterulæ cognoscatur: quæ dictio latina ad quā Hebraicā sit referenda. Quādo vero interpres per circūlocutionem pluribus dictionibus vnicam interpretatur: aut e diuerso vnica dictione plures amplectitur: tunc vnica litterula toti circūlocutioni vel etiā cōpendio deseruiet. Ex his prætera litterulis nonnullas reperies: quibus tenue punctū subscribitur hoc modo ạ Quod quidem punctum designat: vel dictionē Hebraicam subiacentem multiplicem esse & æquiuocam: ac proinde reconditum aliquod secretæ intelligentiæ mysterium claudere: quod possit facile consulto Dictionario a perspicacib⁹ mētibus inuestigari: vel denotat saltē: ipsam eius significationē in latina colūna positā potius translatitiam esse & soli sensui subseruientē: ꝗ propriam omnino & litteralē. Rursus quia inuenire primitiua siue radices dictionū Hebraicarū & Chaldaicarū a prima origine deuiantium res est perquā necessaria ad reperiēda in Dictionario vocabula: sed tantæ difficultatis: vt homines eius linguæ peritissimi frequēter in ea titubent: ac nōnunquā etiā labantur: artificiū excogitauimus ꝗ vtilissimū: quo possit quispiā vel primis dūtaxat Hebraicis rudimētis imbutus radicē cuiusqꝫ dictionis in prōptu habere: vt iā his adminiculis adiuti: Hebræorū (vt ait beat⁹ Hieronymus) nauseam & ructum fastidientes: præceptores eorum consulere nō egeamus. Aduertēdū itaqꝫ est: ꝙ cū dictioni Hebraicæ siue Chaldaicæ correspōdet alia in margine (quod dignosces ex simili litterula utriqꝫ dictioni imposita) Tūc dictio ipsa sicut est in margine notata: quærenda est in vocabulario. Illæ em̄ sunt primæ litteræ substantiales primitiui. Reliquæ vero dictiones hebraici textus: quib⁹ nulla dictio primitiua respondet in margine: ex primis earum tribus aut qn̄qꝫ etiā solis duab⁹ litteris sunt in dictionario requirēdæ. Preterꝗ vbi precesserit aliqua ex his quinqꝫ litteris beth: he: caph: lamed: mem: quocūqꝫ apice subiecto dū modo sit apice desup notata hoc modo. בְּ הַ כְּ לְ מִ Tūc em̄ talis littera ꝑ articulo seu præpositionē sumitur: ac ꝑinde cū nō sit littera substātialis auferēda est: & ꝓximæ tres vel quādoqꝫ etiā solæ duæ litteræ sequentes erūt primæ litteræ primitiui: ex quibus dictio ipsa in vocabulario reperietur. Quod eodē modo intelligendū est de ו vau littera etiam si nunꝗ tali signo notetur. Vbicūqꝫ em̄ alicui dictiōi præponitur: semper ꝓ coniūctione copulatiua vsurpatur: quare tollere eā oportebit. In chaldaico vero hoc est etiam obseruandū: ꝙ ד daled littera apud Chaldæos nōnunquā pro articulo genitiui accipitur: ac propterea quādo reperta fuerit cum prædicto apice: tollenda est: sicut de aliis diximus. Rursus:

Si dictio chaldaica (cui nihil in margine respōdet) nō inueniatur in Dictionario: id accidet propterea ꝙ hæ litteræ א ה ו י frequēter ponūtur ꝓ vocalib⁹. Tūc igitur dēptis huiusmodi litteris residuæ erūt litteræ primitiui in dictionario requirēdæ. Atqꝫ hæc quidē succincte dicta sunt: vt legētibus hebraicā litterā statim absqꝫ arte seu cōsideratione vlla pateat dictionis primitiuū. Qd si curiosus lector nō solo vsu cōtentus artē reperiēdarū radicū nosse desiderat: legat vltimū capitulū nostræ Hebraicæ Gramaticæ in fine Hebraici dictionarii: qd tn̄ vt absqꝫ librorū reuolutione facile occurreret: huic instructioni duximus subiūgendum.

Illud est etiā cōsiderādū: ꝙ in hebraicis characterib⁹ sciēter omisim⁹ apices illos: quib⁹ nūc vtūtur Hebræi ꝓ accētibus. Nā hi cū ad nullā vel significati vel pnūciationis differentiā pertineāt: sed ad solā cātus ipsorū modulationē: merito a veteribus Hebræis reiecti sunt: quos in hoc imitari maluimus. Verū ne locus accētus cuiusqꝫ dictionis ignoraretur: hoc modo ꝓuidimus: vt quoniā dictiones hebraicæ vt plurimū in vltima habēt accentū: oēs huiusmodi dictiones nūllo prorsus apice notarētur: reliquæ vero nō habentes accentū in vltima (quæ rarissime occurrūt) Super syllabā vbi prædominatur accētus: apice signarētur: hoc modo אֶרֶץ. Cæterū in distinctione clausularū colo etiā vtuntur Hebræi & cōmate: sed ita: vt colū sit duplex punctū: sicut cōma apud latinos: hoc modo: Cōma vero tale signū ‸ Quod aūt ad Græcā scripturā attinet: illud te nō latere volumus: nō vulgaria seu temere oblata exēplaria fuisse huic nostræ impressioni archetypa: sed vetustissima simul et emēdatissima: quæ sanctissimus Dn̄s noster Leo Decimus Pōtifex maximus cæptis nostris aspirās ex ipsa apostolica Bibliotheca ad nos misit: tātæ integritatis: vt nisi eis plena fides adhibeatur: nulli reliqui esse videātur: quibus merito sit adhibēda. Quibus etiā adiūximus alia nō pauca: quorū partē ex Bessarionis castigatissimo codice summa diligentia trāscriptā Illustris Venetorū Senatus ad nos misit: partem ipsi magnis laborib⁹ & expēsis vndiqꝫ cōquisiuimus: vt copia emēdatorū codicū abūde supesset. Latinā itidē beati Hieronymi trāslationē cōtulimus cū ꝗ plurimis exēplaribus venerādæ vetustatis: sed his maxime: quæ in publica Complutēsi nostræ vniuersitatis Bibliotheca recondūtur: quæ supra octingētesimū abhinc annū litteris Gothicis cōscripta: ea sunt synceritate: vt nec apicis lapsus possit in eis deprehendi. Aliqua tamen nomina propria vitio scriptorū aliter scripta ꝗ in originalibus vtriusqꝫ testamēti habētur: intacta dimisimus: atqꝫ id quidē consulto. Nā si nūc in eis litterā aliquā mutassemus: nequaꝗ possent reperiri in tractatu interpretationū: quē iuxta vulgatā horum nominū scripturā alphabetico ordine pridem confeceramus. Adnotauimus tamē in ipsis interpretationibus eadē nomina propria nō solū ponentes ea sicut cōmuniter scribūtur: sed etiā prout habētur ad litteram in suis originalibus. Demū in libro psalmorum illud est admonendū: cōmunē translationē latinā: qua vtimur: positam esse pro interlineari supra græcam septuaginta interpretum editionem: quia ei de verbo ad verbum fere correspōdet. Eā autem quā beatus Hieronymus iuxta hebraicā trāstulit veritatem in medio duarum columnarum fuisse locatā. En tibi igitur lector studiose oia quæ ad vetus testamētum attinent: facilia omnino & manifesta. Verū vt nō solum Veteris testamēti sed & cæterorū librorum intentionē summatim cōplectaris: visum est & præfatiunculas Noui testamēti atqꝫ Dictionarii hebraici infra subiungere: post artē inueniēdarum radicum: quam immediate subiecimus: ꝙ ad hāc instructionē plurimum facit: vt prædiximus.

De Arte inueniendi radicē siue primitiuum cuiusqꝫ dictionis Hebraicæ Cap. ex Hebræa Grāmatica transcriptum.

POstquā in superiori tractatu grāmaticæ Hebraicæ disseruimus de modo legēdi & de partibus orationis tā declinabilibus ꝗ indeclinabilibus. Restat nūc tractare de modo cognoscēdi radicē siue primitiuū: vnde aliæ dictiones deriuatiuæ habēt originē: vt primitiuo inuento recurratur ad vocabularium hebraicū: quod procedit per ordinē alphabeti hebraici: in quo ponuntur primitiua omnium dictionum: quæ in veteri testamēto continentur: & significationes earum: & in quolibet primitiuo ponuntur etiā dictiones deriuatiuæ quæ ab eo procedunt. Et quia in verbo est maior difficultas cognoscēdi originē: & vtrum sit primitiuum an deriuatiuū: quoniā nō solum ab eo deriuātur alia verba & participia sed & nomina & aliæ partes orationis: ideo primo de illius origine agēdum erit: deinde de nomine & aliis dictionibus. & ideo circa primitiuum verbi primo est aduertēdum: ꝙ primitiuū quod apud hebræos dicitur שֹׁרֶשׁ sores. i. radix cuiuscunqꝫ verbi vel participii & omniū dictionū quæ ab eo deriuātur: sunt litteræ quæ constituunt tertiā personā singularē primæ vel secūdæ coniugationis actiuæ vocis indicatiui modi tēporis præteriti: vel infinitiuū eiusdē vocis. Quæ cōiter sunt tres litteræ & nōnunꝗ quattuor vel quinqꝫ: sed hoc rarissime. Exempli gratia ex פָּקַד. i. visitauit deriuātur oia verba quattuor cōiugationū: quæ cōtinent prædictas tres litteras: & etiā oia noia & aliæ partes orationis quæ a prædicto uerbo deriuātur: sicut apud latinos Amo est primitiuū cæterarū personarū & modorū & tēporū & omniū aliarū dictionum: quæ ab eo deriuātur. Et sunt aliæ dictiones: quæ a verbis nō deriuātur: quarū primitiua aliquādo cōtinēt plus vel minus ꝗ tres litteræ. Et quia apud hebræos multæ litteræ præponuntur vel postponuntur ipsis primitiuis in cōpositione: ideo oportet dare aliquas regulas: vt sciamus aliquo modo distinguere: quæ litteræ sunt de substātia dictiōis: & quæ litteræ nō sunt de ei⁹ substātia. Circa quod sciendū: ꝙ ex viginti duabus litteris alphabeti hebraici vndecim sunt semper substātiales: q̄ in quacūqꝫ dictione venerint: sunt de substātia illius dictionis: & cōstituunt significatū & primitiuum eiusdē dictionis: & reiici nō possunt. Sunt em̄ quæ sequuntur ג ד ז ח ט ס ע פ צ ק ר. Quæ his quattuor dictionibus cōprehēduntur גַּז צֶדֶק סְפַר עֵט חַץ. Ex quib⁹ litteris duæ sunt duplices. s. פ pe. & צ sadic. Aliæ vero vndecim quæ sequūtur possunt esse accidētales. s. א ב ה ו י כ ל מ נ ש ת. ex quib⁹ tres sunt duplices. s. caph. mem. nun. & cōprehēdūtur prædictæ vndecim litteræ his trib⁹ dictionib⁹. אֵתָנָה מֹשֶׁל בִּי. Hæ em̄ vndecim litteræ vel quælibet earum possunt esse substātiales: sicut aliæ vndecim supradictæ: & possunt esse accidentales ad denotandum numerum vel personam aut casum vel cōiugationē: modos: tēpora: præpositionem vel

articulū aut pronomina affixa: de quibus in grāmatica dictum est. Et aliquādo addūtur maiori ex parte nominibus causa ornatus: & aliquę earū ponūtur aliquādo loco vocalium. Quę cū ponūtur in fine verborū ad denotandū numerum vel personam aut genus: sunt sex quę sequuntur. ה ו מ נ ת. Quę hac dictione cōprehēduntur: תְּהַמוֹן. Quę vero præponūtur ad denotādū cōiugationē vel vocē passiuam: hac dictione cōprehendūtur. הִנֵּה. Quę autē præponūtur in futuro: sunt quattuor: quę hac dictione cōprehēduntur. אֵיתָן. Quę ponūtur in fine nominū aut verborū ad denotāda pronomina quę cū eis cōponuntur: sunt quę sequuntur. ה ו י כ ה ם כ ן נ. Quę in compositione ponuntur pro coniunctione vel articulis aut relatiuis vel præpositionibus: sunt septē: quę his duabus dictionibus cōtinentur. וְהַשְׁכַלְבַם. Nam littera vau quādo venit in principio dictionis: nō est de substātia eiusdem dictionis: sed ponitur pro coniunctione: vt infra dicetur: & etiā in fine dictionis vau vel iod nō possunt esse substantiales: nisi in paucis admodum locis. Et ista littera ה he ponitur aliquādo in principio dictionis loco articuli: sicut in nostro vulgari dicitur. el. la. los. las. Et aliquādo ponitur interrogatiue vel admiratiue: vt supra in grāmatica dictū est. Et ista littera ש sin ponitur aliquādo pro hoc relatiuo qui. quę. quod. omnis generis & vtriusq; numeri. Et ista littera ב beth ponitur pro præpositione in. ל lamed vero articulus est datiui casus vel genitiui: ponitur etiā aliqñ pro ad. Et ista littera מ mem ponitur loco præpositionis a. vel ab. de. ex. Litterę vero quę ponūtur aliquādo loco vocaliū sunt quattuor: s. א ה ו י. Et est notādum quod istę quattuor litterę. א ב ל ש quando ponūtur in fine vel in medio dictionis semp sunt substātiales: alię vero septē quę his duabus dictionib⁹ cōprehenduntur תָּכֵן הַיּוֹם possunt esse accidētales: siue ponātur in principio siue in fine dictionis. Litterę vero quę addūtur aliquādo dictionibus causa ornatus: sunt sex: quę hac dictione cōprehendūtur. s. הָאֱמֶנֶת. Sunt prętera aliqua verba: quę in processu cōiugationis aliquādo amittūt vnā litterā ex trib⁹ substātialib⁹: aut duas. & hoc quattuor modis. Primo quādo amittūt primā litterā substantialem. Secūdo quādo amittūt mediā. Tertio quādo amittunt vltimam. Quarto quādo amittūt primā & vltimam. Verba vero quę amittūt primā litterā substantialē: sunt illa: quorū prima littera substātialis est vna ex his tribus. s. ל ה י. vt יָדַע idest sciuit. לָקַח. i. accepit. נָגַשׁ. i. accessit. Et ista littera ל lamed tātūmodo amittitur in prędicto verbo לָקַח lacach. s. in futuro & in imperatiuo & infinitiuo: vt suprā dictū est. Quę vero amittūt litteram mediā: sunt illa quorū littera substātialis media est vau vel iod. vt שׁוּב idest reuertere בִּין idest intelligere: quorū verborum infinitiuus cōtinet tres litteras substātiales. Quę vero amittūt vltimā: sunt illa quę desinūt in ה. vt גָּלָה. i. reuelauit. vel illa quorum vltima duplicatur. vt רָבַב. i. multiplicauit: quoniam tunc vna ex illis amittitur in discursu cōiugationis. Quę vero amittūt primam & vltimam: sunt illa quorū littera substātialis prima est נ & vltima est. ה vel נ vt נָטָה. i. tetendit. נָתַן. idest dedit. Et vt ea quę supra dicta sunt manifesta fiāt: ponamus exēplum in aliquibus verbis & nominib⁹: vt possimus discernere quę litterę sunt substātiales ex eorum primitiuo: & quę sunt accidentales: & quę deficiunt. Esto exēpli gratia hoc verbū וְהִלְבִּישַׁנִי quod in Hebręo est vnum verbum compositum: & significat: & fecerūt indui eum. In quo prima littera quę est vau ponitur pro coniunctione. Et secunda littera quę est he & quinta quę est iod denotāt verbum esse tertię coniugationis. Septima littera quę est vau denotat tertiam personam pluralem. Octaua & nona littera quę sunt he & vau: denotāt pronomē singulare tertię personę. s. eum vel illū: quod cōponitur cū prędicto verbo. remanēt igitur tres litterę. s. ל ב ש quę i tertia persona singulari indicatiui primę cōiugationis faciūt לָבַשׁ. i. induit quod est primitiuū supradicti verbi. Ponamus iterum exēplum in verbis defectiuis. & esto exempli gratia hoc verbum יִתְּנֵנִי. i. dabit me: in quo iod prima designat tertiam personā futuri: & nun & iod vltimę constituunt pronomē primę personę. s. me: quod componitur cū prędicto verbo. remanēt itaq; duę litterę. s. ת & נ. & quia prędictum verbum est naturę verborum defectiuorum: quę in processu cōiugationis amittūt nun litterā substantialē primā: ideo addendo nun prędictis duabus litteris in principio fit נָתַן. i. dedit: quod est primitiuum supradicti verbi. Ponamus exemplum in vno nomine. s. תַּרְבּוּת. i. incrementū vel multiplicatio: in quo tau prima est ex litteris הָאֱמַנְתּ quę aliquādo adduntur in principio nominis: vt supra dictum est. Tau vltima denotat genus fœmininū. Vau vero ponitur loco. u. vocalis. remanēt ergo duę litterę. s. ר ב: cuius primitiuū est רָבָה siue רָבַב. i. multiplicauit. quia vt dictum est ה finalis primitiui & littera quę duplicatur: aliquādo amittitur in deriuatiuis. Ponatur iterum exemplū in alio nomine. s. בְּמִשְׁמַרְתֶּךָ. i. in custodia tua. cui⁹ primitiuum est שָׁמַר. i. custodiuit: quia littera prima quę est beth ponitur pro pręcpositione in: & littera mem quę sequitur est de litteris quę addūtur in principio nominis: vt supra dictū est. tau vero denotat genus fœmininū: chaph vltima designat hoc pronomen tua: quod cōponitur cū prędicto nomine. Et hęc hacten⁹ dicta sint de primitiuis verborū. Circa cognitionē vero primitiuorū nominis & aliarū dictionum indeclinabilium quę a verbis non deriuantur: est aduertendum: q in primis sunt reiiciendę oēs litterę accidētales: quę denotāt numerū: articulū: siue pręcpositionē: & litteras quę addi consueuerūt ornatus causa: vel quę designant pronomina quę cū illis cōponūtur: queadmodū de nominib⁹ verbalibus supradictū est: quib⁹ reiectis litterę quę remanent: substantiales sunt: vt exempli gratia. לַאֲבוֹתֵינוּ. i. patrib⁹ nr̄is. tolle lamed datiui & vau & tau & iod designātes plurale: & nun & vau designātes pronomē possessiuū primę personę pluralis: reliquę sunt aleph & beth hoc est ab אָב. vt in prima dictione vocabularii. Et quia ad inueniendū primitiuū cuiuscūq; dictionis derivatiuę oportet habere noticiā grāmaticę hebraicę: in qua plenius ea quę prędicta sunt cōtinētur: quod nō omnibus cōtingit: cū etiā apud ipsos hebręos vsu magis quā arte discant bibliā Hebraicam: & vix inueniatur in eis vir doctus in sua grāmatica: ideo in biblia quā imprimēdā curauimus annotabūtur in margine primitiua dictionū: quarū inuentio nō esset facilis oībus. Verūtamē in aliquibus dictionibus nō erit opus adnotare primitiua in margine: videlicet in illis quę cōtinent litteras primitiui nec plus nec minus: q̄uis in significato vel in apicibus sit aliqua differentia. vt דָּבָר. i. locutus est. & דֶּבֶר. i. mors vel pestis: cuius primitiuum est דָּבָר. & פֹּקֵד. i. visitans cuius primitiuum est פָּקַד. i. visitauit. Item si in principio dictionis sunt litterę primitiui: q̄uis postea habeat alias litteras accidētales: nō ponetur eius primitiuum in margine. vt אִמְרָתִי. i. verbum meū: cuius primitiuum est אָמַר. i. dixit. Item si dictio incipit a littera vau

& post illam immediate cōtinet litteras primitiui: nō ponetur primitiuum: quia vt supra dictum est littera vau in principio dictionis semper ponitur pro coniunctione: & nunq̄ est de litteris primitiui: exceptis duobus locis tantum: & aliquibus nominibus propriis: vt patet in vocabulario. Item si post aliquam istarū quinq; litterarū ב ה כ ל מ quę ponūtur in principio dictionis pro articulis vel prępositionibus si immediate sequitur litterę primitiui: nō ponitur primitiuum in margine: Et quia prędictę quinq; litterę aliquando sunt de substantia dictionis siue de eius primitiuo: ideo quando sunt accidentales & ponūtur pro articulis vel prępositionibus: notantur quodam apice desuper imposito hoc modo ב ה כ ל מ. Et quia in translatione chaldaica: quam etiam fecimus imprimi: istę quattuor litterę א ה ו י frequēti⁹ ponuntur loco vocalium quam in hebręo: ideo si his demptis dictio continet litteras primitiui: non erit opus signare primitiuum in margine. Item quia in prędicta lingua chaldaica littera daleth est articul⁹ genitiui casus: ideo quando non est de substantia dictionis: notabitur prędicto apice hoc modo ד. & si post talem litteram sequantur litterę primitiui: non ponetur in margine. & de his dicta sufficiant.

Prologus in nouum testamentum: et de causis quare in eo apices gręci sunt pretermissi.

Ad lectorem.

Emireris aut vitio vertas o studiose lector: q in noui testamēti gręca editione aliter q̄ in veteri nudę tātum litterę sine vllis aut spirituum aut tonorum notis impressę publicētur: operępręcium visum est huius tibi rationem assignare. Enim huiusmodi est. Antiquissimos gręcos absq; hisce fastigiis litterarum scriptitasse notius est: q̄ vt sit multis argumentis comprobandum. Docent enim id aperte antiqua non pauca exēplaria: vt Callimachi poemata: necnō & Sibyllina carmina: ac prętera etiam marmorea monumenta vetustissima: quę Romę adhuc visuntur nudis solum characteribus incisa. Vt liquido cōstet: huiusmodi virgularum apicumq; suprascriptiones non in illa primęua gręcę linguę origine fuisse excogitatas: nec ad eius integritatem vsquequaq; pertinuisse. Cum igitur vniuersum nouum testamentum preter Euangelium Matthei & epistolam ad Hebręos gręce primum sicut a spiritu sancto dictatum est: scriptum esse cōstet: visum est priscam in eo linguę illius vetustatem maiestatemq; intactam retinere: ac opus ipsum prętermissis etiam ipsis quibusuis minimis appendiculis excussum ad imaginem antiquarum scripturarum publicare. Ne rei tam sanctę autoritati ac venerandę maiestati adiectitiis nouitiisq; rebus detrimentū afferri videretur. Accedit: q si verum fateri volumus: hic spirituum tonorūq; defectus nullum prorsus impedimentum ad rectam intelligentiam afferre valet his qui aliquantum in gręca eruditione promouerunt. Cęterum ne alicui dubium aliquod possit occurrere: in qua videlicet syllaba accentum oporteat collocari: simplex tantū apex in polysyllabis dictionibus adiectus est: & is quidem non tanq̄ gręcus accentus: sed tanq̄ notula signumq; quo dirigi possit lector: ne in prolatione modulatione ve dictionum aliquādo labatur. In veteris autem testamenti editione gręca: cū ea solum translatio sit non originalis textus: non fuit consilium quicq̄ ex vulgari scribendi modo tollere aut immutare. Et quia non doctis solum: sed omnibus in vniuersum sacrarum litterarum studiosis hoc opere consulendum est: appositę sunt dictioni cuiq; litterulę latinę ordine alphabeti: indicantes quę dictio dictioni e regione respondeat: ne sit nouitiis & nōdum adhuc in gręcis litteris prouectis errandi locus. Rursum cum nōnullę dictiones gręcę multiplices siue ęquiuocas aut alias ambiguas significationes aliquando habere videantur: libuit hoc etiā annotare puncto supposito litterulę latinę supra dictionē gręcam collocatę. Et vt prefatiunculę tandem huic modus imponatur: illud lectorem non lateat: non quęuis exemplaria impressioni huic archetypa fuisse: sed antiquissima emendatissimaq;: ac tantę prętera vetustatis: vt fidem eis abrogare nefas videatur. Quę sanctissimus in Christo pater & dominus noster Leo decimus pontifex maximus huic instituto fauere cupiens ex apostolica bibliotheca educta misit ad Reuerēdissimum dn̄m Cardinalem Hispanię: de cuius autoritate & mādato hoc opus imprimi fecimus. Vos autem litterarum studiosi hoc diuinum opus nouiter excussum alacri animo suscipite: & si christi Opt. Max. sectatores videri vultis & esse: nil iam restat quod causemini: quominus sacram scripturam adeatis. Non mendosa exēplaria: non suspectę translationes: non inopia textus originalis: solū animus & propēsio vestra expectatur. Quę si non defuerit: fiet proculdubio: vt litterarum diuinarum suauitatem degustantes reliqua studia omnia contemnatis. Valete & omnia boni consulite.

Prologus in Hebraicum Chaldaicūq; dictionarium: atq; Grammaticam Hebręam cum interpretationibus propriorum nominum.

Ad lectorem.

Um his qui diuine legis integrā cognitionē ac i ea Christū: qui vera sapiētia est: pio mētis affectu cōquirūt: q̄ plurimū cōferat earū linguarū peritia: quib⁹ primaria origine sacra eloquia spiritu sancto dictāte cōscripta sunt: vt oēs ferme ecclesiastici tractatores in q̄plurimis locis aperte testatur. Ideo postq̄ iubēte Illustrissimo ac Reuerēdissimo in xp̄o patre & dn̄o D. Fratre Francisco Ximenez de Cisneros sacrosanctę Romanę ecclesię tituli. S. Balbinę presbytero Cardinali Hispanię nūcupato sanctęq; Toletanę ecclesię Archiepiscopo Hispaniarū primate ac regnorū Castellę Archicancellario in cōmunē xp̄ianę reipublicę vtilitatē dedimus nouū testamētum Gręco Latinoq; sermone impressum: adiecto insuper q̄ vtilissimo Lexico gręcarum omniū di

ctionū quæ in eo cōtinētur: daturi quā primū vetus inſtru-
mētū (quod iā nūc in prelo eſt) Hebraica Chaldaica Græ-
caq; lingua cū ſingulis interpretationibus excuſſum. En
præmittimꝰ vobis veluti ꝓ deguſtamēto & præludio ope-
ris copioſiſſimū Hebræorū Chaldæorūq; vocabulorū di-
ctionariū. Opus pfecto ſacrarū litterarū ſtudioſis ſupraq̄
dici poſſit vtiliſſimū ſummo labore elucubratū: nec mino-
ri etiā ſtudio & ſedulitate correctum. In quo nō modo ſim-
plices dictionū interpretationes tā primitiuarū quā deri-
uatiuarū totius veteris inſtrumēti ſeriatim continētur: ſed
(quod omniū operoſiſſimū fuit) quot locis in codē veteri
teſtamēto vnaquæq; dictio ꝓpter linguæ illiꝰ fæcūditatē
multiplicet ſignificata adiectis q̄plurimis cōcordātiis cōti-
nuo ſubiūgitur. Aſſignata cuiq; loco ꝓpria ſignificatione:
qua ibidē vſus eſt latinꝰ interpres. Cæterū cū magna pars
recōditorū vtriuſq; teſtamenti myſteriorū in etymologia
ꝓpriorū nominū ſiue hominū ſiue rerū quarūuis abſtruſa
lateat: nō paruāq; vim & adiutorium præbeat ad ſoluenda
ænigmata & figuratas locutiones ſcripturarū: adiectus eſt
ſecūdo loco tractatus de nominū propriorū interpretatio-
ne: quæ per vtrūq; teſtamētū tā Hebraico q̄ Chaldaico ac
etiā Græco ſermone paſſim diſperſa leguntur: vt facile ex
ipſa nominū ab æterno præuiſa impoſitione oēs docibiles
dei valeāt nō occidētem litterā: ſed ipſum myſtici abditiq;
ſenſus nucleū: quē ſpiritꝰ ſanctus intra litteræ vterū obum-
brauit: reuelata facie ſpeculari litteræ velamine ablato.
Appoſita deinde eſt legēdorū Hebraicorū characterū ars
& inſtructio: vna cū ipſa Hebreæ linguæ grāmatica ex ſum-
mis ipſorum autoribꝰ accuratiſſime collecta atq; eo ordi-
ne digeſta: vt nullibi (aut certe in q̄pauciſſimis) præce-
ptoris opera deſiderari poſſe videatur. Et qm̄ in Hebræo
Chaldæoq; idiomate difficiles cognitu ſunt primitiuæ di-
ctionū origines ad ipſorū deriuatiuorū noticiā perquā ne-
ceſſariæ: operepræciū etiam viſum eſt præcepta nonnulla
hac de re adiūgere: quibus noſſe ſtudioſus valeat quibus
litteris dēptis (qd̄ litterarū genus accidētale ab ipſis appel-
latur) maneat thema ipſum ſiue pura dictionis origo in di-
ctionario requirēda. Quāuis aūt in ipſa Veteris teſtamēti
impreſſione (quæ nūc in manibꝰ eſt) poſitiones hæ & no-
minū origines in margine Hebraicæ & chaldaicæ litteræ
notatæ ſint: multū tñ tū ad linguæ abſolutā cognitionē tū
ad ſtudioſorū curioſitatē facere viſum eſt ſi ex arte id & nō
ſolo vſu cognoſceretur. Poſtremū tādē voluminis locū obti-
net aliud dictionariū latini abecedarii ordine digeſtū: qd̄
oīa Veteris teſtamēti latina vocabula citatis prioris voca-
bularii paginis Hebraice pferre docet: vt nō tātū hebrai-
ca latinæ: ſed verſa vice latina Hebraice poſſis enunciare.
Quæ oīa lector ſtudioſe beniuolo gratoq; animo ſuſcipi-
to: & ad diuinæ ſapiētiæ cognitionē referto. Ita eñ fiet: vt
bonorū laborū glorioſus ſit fructus: & tu tādē intelligere
incipias quātū reliquæ humanæ ſapiētiæ lectiones a cœle-
ſtium litterarum nectare ſuperentur. Vale.

Notandū: ꝙ trāſlatores ⁊ in-

terpretes bibliæ multi fuerūt: ſicut dicit magi-
ſter in hiſtoriis: quia ante incarnationē dñi an-
nis.cccxli. tēporibus Ptolemæi Philadelphi regis ægypti
lxx.interpretes floruerūt: qui leges & ꝓphetas hoc modo
trāſtulerūt. Ptolemæus ſtudioſus & librorū cupidus perci-
piēs apud iudæos legē eſſe ore dei editā & digito illius ſcri-
ptā: miſſis epiſtolis & muneribꝰ rogauit Elcazarū pōtifi-
ce iudæorū: vt ſibi viros ſeniores Hebraicæ & Græcæ lin-
guæ peritos: qui interpretari & trāſferre valerēt: dirigeret.
Etenī ſua deſideria eſſent: eā in græco trāſlatā habere & ar-
chiuis regalibꝰ itereſſe. Eleazarꝰ aūt annuēs eiꝰ petitioi:
de vnaquaq; tribu ſex legiferos vel legiferētes deſtinauit.
Hi ſunt.lxxii. iterpretes: qui licet.lxxii.fuerūt: more ſacræ
ſcripturæ tñ cōiter dicitur.lxx.quia ſi duo ſupſunt: hoc eſt
modicū reſpectu ſeptuaginta. Qui veniētes ad regē Pen-
tateuchū & ꝓphetas trāſferētes: corā rege diſputauerūt de
vno deo colendo: & ꝙ nulla creatura eſſet deus. Inde eſt ꝙ
vbicūq; occurrebat eis ī trāſferēdo de trinitate: vel ſub ſilē-
tio præteribāt: vel ænigmatice trāſtulerūt: ne tres deos co-
lēdos tradidiſſe viderētur. Similiter de incarnatione ver-
bi faciētes. Vnde trāſlatio ſeptuagintaduū quādoq; eſt ſu-
perflua: qñq; diminuta. Poſt incarnationē aūt dñi & paſ-
ſionē annis cētum vigintiquattuor; Aquila quidā iudæus
ad fidē cōuerſus: ſed poſtea in hereſim lapſus primꝰ inter-
pres fecit aliā tranſlationē de hebraico in græcum tēpore
Adriani imperatoris. Deinde poſt annos.liii. Theodotion
fecit tranſlationē ſub Cōmodo. Deinde poſt annos trigin-
ta Symmachus interp̄s claruit ſub Seuero. Deinde poſt an-
nos octo inuēta eſt quædā trāſlatio hieroſolymis: cuius au-
tor ignoratur: quæ dicta eſt vulgata tranſlatio vel quinta
editio. Deinde poſt annos.xviii.tēpore Alexādri ſuperue-
nit Origenes: qui vidēs iſtas trāſlationes imperfectas: cœ-
pit corrigere trāſlationē.lxxii.interpretū p poſteriores iā
dictas trāſlationes: vel ſecūdū aliquos ſolū tranſlationem
Theodotionis correxit & miſcuit: ſcilicet ſupplēs diminu-
ta & reſecās ſupflua: vbicūq; igitur ad trāſlationē.lxxii.in-
terpretū aliquid addidit ex trāſlationibꝰ ſequētibꝰ: vel vbi
addidit quæ deerāt: ibi ponebat aſtericū vel aſteriſcū. i. ſtel-
lam vel formā aſtri: p quod innuit: ꝙ p additionē illā eluce-
bant quæ prius deerant. Et dicitur aſtericus ab aſter & icon
quod eſt imago vel ſignū: & ꝓducit penultimā: quia apud
græcos icon ſcribitur per ei dipthōgō: & dicitur aſtericos
ſecūdū modernos vel aſteriſcus ſecūdū antiquos: & tūc di-
citur ab aſtris: ideſt ſtella & icō. Vbi vero erat ſupfluū po-
nebat obelū: Obelꝰ eñ græce dicitur ſagitta latine vel ve-
ru: ſignās p hoc ꝙ littera ibi ſupflua erat. Deinde ipſe Ori-
genes fecit aliā trāſlationē per ſe plenā ſine his ſignis. Hi
oēs trāſtulerūt de hebraico in græcū. Deinde quidā volē-
tes habere oēs iſtas trāſlationes ſimul: ſcribebāt libros: ſic
eos ordinātes ꝙ in medio cuiuſlibet folii ponebāt ſex co-
lūnas a ſummo deorſum deſcēdētes: ponētes in prima ver-
ba trāſlationis primæ: in ſecunda ſecundæ: & ſic de aliis. Et
iſti libri dicti ſunt hexapla ab hex qd̄ eſt ſex latine: quaſi
ſexcupla: vel dicitur hexapla quaſi liber habēs ſex trāſlatio-
nes rectas vel rectificatas. Quidā tñ hexapla exponūt ſim-
pliciter ꝓ exēplaria. Et his tēporibꝰ multi vtriuſq; linguæ
ſcioli fecerūt alias trāſlationes de prædictis græcis tranſla-
tionibus in latinū. Nouiſſime ſuperueniēs ſanctus Hiero-
nymus peritus in tribꝰ linguis: Hebraica: Græca & latina.
Primo correxit tranſlationē.lxxii. interpretū in latino cū
aſtericis & obelis: poſtea vero trāſtulit immediate bibliam
de hebræo in latinū ſine aſtericis & obelis. & hac trāſlatio-
ne nūc vbiq; vtitur tota Romana eccleſia: licet nō in oībus
libris. Et ipſius trāſlatio merito cæteris antefertur: quia eſt
verborū tenacior & pſpicuitate ſentētiæ clarior. Et tranſla-
tio prima ſcilicet. lxxii. interpretū facta eſt in Alexandria
ciuitate: quæ metropolis eſt ægypti. Aliæ autem tranſlatio-
nes in diuerſis partibꝰ mūdi: vbi tunc magiſtri polluerūt.

Nota ꝙ vbicunq; in libris veteris teſtamēti mēdoſitas re-
peritur: recurrendum eſt ad volumina hebræorū: quia ve-
tus teſtamentū primo in lingua hebræa ſcriptū eſt. Si vero
in libris noui teſtamēti: recurrendū eſt ad volumina græ-
corū: quia nouū teſtamētū primo in lingua græca ſcriptū
eſt: præter euāgeliū Matthei & epiſtolā Pauli ad hebræos.

Modi intelligendi ſacram ſcripturam.

Notandum: ꝙ omnis ſa-
cra ſcriptura quadriformi ratione diſtin-
guitur ſiue exponitur. Aut enim in hi-
ſtorico vel litterali intellectu: aut allego-
rico; aut anagogico: aut tropologico: vel
morali ſolet accipi. Hiſtoria nāq; eſt: quādo res aliqua quo-
modo ſecūdum litterā dicta vel facta ſit: plano ſermone re-
fertur: vt cū dicitur. Populus iſrael ex ægypto ſaluatus: ta-
bernaculū dño fecit. Et dicitur ab hiſtorein: ideſt videre vel
cognoſcere: quia antiquitus nemo ſcribebat hiſtoriā niſi
qui vidiſſet: & ſic quādo dictiones intelligūtur ſimpliciter
vt ſonant. eſt ſenſus litteralis vel hiſtoricus. Allegoria au-
tem eſt: cū verbis aut rebus myſticis præſentia Chriſti &
eccleſiæ ſacramēta ſignātur. Verbis videlicet vt ait Eſaias.
Egredietur virga de radice ieſſe: quod aperte eſt dicere.
Naſcetur virgo maria de ſtirpe dauid: & de ea xp̄s naſce-
tur. Rebꝰ myſticis eſt: populus iſrael ab ægyptiaca ſeruitu-
te per ſanguinē agni liberatus. Allegorice eccleſiā ſignat:
quæ per paſſionē Chriſti a dæmoniaca ſeruitute liberata
eſt. Et nota ꝙ allegoria multis modis exponitur. Quan-
doq; a perſona: vt iſaac ſignat Chriſtū. Quādoq; a re & nō
perſona: ut aries occiſus ſignificat chriſti carnem paſſam.
Quādoq; a loco: vt Chriſtus prædicaturus aſcēdit in mon-
tem: vbi eminētia loci ſignat eius ſapientiā et excellentiā.
Quandoq; a numero: vt apprehendent ſeptē mulieres vi-
rum vnū: ideſt ſeptē dona gratiarū Chriſti. Quādoq; a ne-
gocio vel facto: vt interfectio Goliæ a dauid: interfectionē
diaboli a chriſto ſignat. Anagogia autem ad ſuperiora eſt
ducēs locutio: quæ de præmio futuro & ea quæ in cœlis eſt
vita futura apertis ſiue myſticis ſermonibꝰ diſputat. Aper-
tis: vt cum dicitur. Beati mundo corde. Myſticis: vt cū dici-
tur. Beati qui lauant ſtolas ſuas: vt ſit illis poteſtas in ligno
vitæ: & per portam intrent ciuitatem. Quod ſic exponi-
tur anagogice. Beati qui mundant cogitationes ſuas &
actus: vt ſit illis poteſtas vidēdi dominum noſtrum ieſum
Chriſtū: qui dicit. Ego ſum via vita & veritas: & p doctri-
nam & exempla præcedentium patrum intrant in regna
cœlorum. Et ſic eſt differentia inter allegoriā & anagogiā:
quia allegoria eſt myſticus ſenſus pertinens ad militantē
eccleſiā in qua ſumus: ſed anagogia eſt apertus ſenſus per-
tinens ad eccleſiam triumphantem: quæ eſt cōmunitas ſan-
ctorum iam triumphans & regnans. Tropologia vero eſt
moralis locutio: quæ ad inſtructionem & correctionē ani-
morum myſtice ſiue aperte reſpicit. Myſtice: vt ait Salo-
mon. Omni tēpore ſint veſtimēta tua cādida: & oleum de
capite tuo non deficiat: quod eſt dicere. Omni tēpore ſint
opera tua munda: & charitas de corde tuo non deficiat.
Aperte: vt Ioannes dicit. Filioli non diligamus verbo
neq; lingua: ſed opere & veritate. Et vt breuiter habeas.
Hiſtoria docet factum. Tropologia faciendum. Allegoria
credendum. Anagogia appetendum. Vnde verſus.

Littera geſta docet: quid credas allegoria.
Moralis quid agas: quo tendas anagogia.

Hæc patent in hac dictione hieruſalem. Hiſtorice enim eſt
nomen ciuitatis. Tropologice eſt typus animæ fidelis:
Allegorice figura eccleſiæ militantis. Anagogice typum
gerit eccleſiæ triumphantis. Vnde verſus.

Sicut hieruſalem polis eſt terrena fidelis:
Conſtans eccleſia: mons fortis: patria ſumma.

Incipit epiſtola beati Hieronymi ad Paulinum

præſbyterum de omnibus diuinæ hyſtoriæ libris. Capitulum.i.

Frater Ambroſius

tua mihi munuſcula perferēs:
detulit ſimul & ſuauiſſimas lit-
teras: quæ a principio amicitia-
rum fidē probatæ iam fidei et
veteris amicitiæ noua præfere-
bant. Vera enim illa neceſſitu-
do eſt & chriſti glutino copula-
ta: quā non vtilitas rei familia-
ris: nō præſentia tm̄ corporū: nō ſubdola & palpans adula-
tio: ſed dei timor & diuinarū ſcripturarū ſtudia conciliāt.
Legimus in veteribꝰ hiſtoriis quoſdā luſtraſſe ꝓuincias:
nouos adiiſſe populos: maria tranſiſſe: vt eos quos ex li-
bris nouerāt: corā quoq; viderent. Sic Pythagoras mēphi-
ticos vates: ſic Plato ægyptū & Archytā tarētinū: eamq;
oram italiæ: quæ quondā magna græcia dicebatur: laborio-
ſiſſime peragrauit: vt qui Athenis magiſter erat & potēs:
cuiuſq; doctrinā Achademiæ gymnaſia perſonabāt: fieret
peregrinꝰ atq; diſcipulus: malēs aliena verecūde diſcere:
q̄ ſua impudēter ingerere. Deniq; cū litteras quaſi toto or-
be fugiētes perſequitur: captus a piratis & venūdatus etiā
tyrāno crudeliſſimo paruit: ductus captiuus: vinctus & ſer-
uus: tamē quia philoſophus: maior emēte ſe fuit. Ad Titū
Liuiū lacteo eloquētiæ fonte manantem: de vltimis hiſpa-
niæ galliarūq; finibus quoſdā veniſſe nobiles legimus: &
quos ad contemplationē ſui Roma non traxerat: vnius ho-
minis fama perduxit. Habuit illa etas inauditū oībus ſæcu-
lis celebrandūq; miraculū: vt vrbem tātam ingreſſi: aliud
extra vrbem quærerent. Apollonius ſiue ille magus: vt vul-
gus loquitur: ſiue philoſophus: vt pythagorici tradūt: in-
trauit perſas: ptranſiuit Caucaſum: albanos: ſcythas: maſſa-
gethas: opulentiſſima indiæ regna penetrauit: & ad extre-
mum latiſſimo phiſon amne trāſmiſſo peruenit ad brach-
manas: vt Hiarcham in throno ſedētem aureo & de Tan-
tali fonte potantem: inter paucos diſcipulos de natura: de
moribus ac de curſu dierum & ſyderum audiret docentē.
Inde per elamitas babylonios: chaldæos: medos: aſſyrios:
parthos: ſyros: phenices: arabes: paleſtinos: reuerſus ale-
xandriam perrexit ad æthiopiam: vt gymnoſophiſtas et
famoſiſſimam ſolis mēſam videret in ſabulo. Inuenit ille
vir vbiq; quod diſceret: & ſemper proficiēs: ſemper ſe me-
lior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſſime octo voluminibus
Philoſtratus. Capitulum.ii.

QVid loquar de ſæculi hominibus: cum apoſtolus Paulus vas electionis & magiſter gentium: qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur dicens. An experimētum quæritis eius qui in me loquitur chriſtus? poſt damaſcum arabiamq́ꝫ luſtratam: aſcendit hieroſolymam vt videret petrum: & manſit apud eum diebus quindecim? Hoc enim myſterio hebdoadis & ogdoadis futurus gentium prædicator inſtruendus erat. Ruſumq́ꝫ poſt annos quattuordecim aſſumpto Barnaba & Tito expoſuit cum apoſtolis euangelium: ne forte in vacuum curreret aut cucurriſſet. Habet neſcio quid latētis energiæ viuæ vocis actus: & in aures diſcipuli de autoris ore tranſfuſa fortius ſonat. Vnde & Eſchines cum Rhodi exularet: & legeretur illa Demoſthenis oratio: quā aduerſus eū habuerat: mirantibus cunctis atq́ꝫ laudantibus: ſuſpirans ait. Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem?

Capi. III.

NEc hoc dico: ꝙ ſit aliquid in me tale: quod vel poſſis a me audire: vel velis diſcere: ſed quo ardor tuus & diſcendi ſtudium etiam abſq́ꝫ nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile et ſine doctore laudabile eſt. Nō quid inuenias ſed quid quæras conſideramus. Mollis cera et ad formandum facilis etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus: tamen virtutis totum eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus apoſtolꝰ ad pedes Gamalielis legem Moyſi & prophetas didiciſſe ſe gloriatur: vt armatus ſpiritualibus telis: poſtea doceret confidenter. Arma enim noſtræ militiæ non carnalia ſunt: ſed potentia deo ad deſtructionem munitionū & cogitationes deſtruētes & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei: & captiuātes omnem intellectum ad obediendū chriſto: & parati ſubiugare omnem inobedientiam. Timotheum ſcribit ab infantia ſacris litteris eruditum: & hortatur ad ſtudium lectionis: ne negligat gratiam quæ data ſit ei per impoſitionem manus preſbyterii. Tito præcipit vt inter cæteras virtutes epiſcopi: quas breui ſermone depinxit: ſcientiam quoq́ꝫ non negligat ſcripturarum: obtinentem inquit eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana & cōtradicentes reuincere.

Capi. IIII.

SAncta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt: & quātum ædificat ex vitæ merito eccleſiā Chriſti: tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias propheta immo per malachiā dominus interrogauit ſacerdotes legem In tantum ſacerdotis officium eſt: interrogatum reſpondere de lege. Et in Deuteronomio legimus. Interroga patrem tuum & annūciabit tibi: ſeniores tuos & dicent tibi. In pſalmo quoq́ꝫ cxviii. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti viri cum eū arbori vitæ dauid quæ eſt in paradiſo compararet: inter cæteras virtutes hoc etiam intulit. In lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſimæ viſionis ait. Iuſtos fulgere quaſi ſtellas: & intelligentes ideſt doctos quaſi firmamentū. Vides quātum inter ſe diſtāt iuſta ruſticitas & docta iuſticia. Alii ſtellis: alii cœlo comparantur. Quamq̄ iuxta hebraicam veritatem vtrūq́ꝫ de eruditis poſſit intelligi. Ita enim apud eos legimus. Qui autem docti fuerint: fulgebunt quaſi ſplendor firmamēti: & qui ad iuſticiā erudiūt multos: quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus apoſtolus vas electionis? Nempe quia vas legis & ſcripturarū ſanctarum erat armarium. Phariſæi ſtupēt in doctrina domini: & mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem ſciant cū litteras nō didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio & cottidiana in lege meditatio tribuere ſolet: illis hoc ſpiritus ſanctus ſuggerebat. Et erāt (iuxta quod ſcriptum eſt) docibiles deo. Duodecim annos ſaluator impleuerat: & in templo ſedens de quæſtionibus legis interrogans: magis docet dum prudenter interrogat. Niſi forte ruſticum Petrū ruſticum Ioannem dicimus: quorum vterq́ꝫ dicere poterat. Et ſi imperitus ſermone non tamen ſcientia. Ioannes ruſticus: piſcator indoctus: & vnde illa vox obſecro. In principio erat verbum: & verbum erat apud deū: & deus erat verbum? Logos græce multa ſignificat. Nam & verbum eſt & ratio & ſupputatio & cauſa vniuſcuiuſq́ꝫ rei: per quam ſunt ſingula quæ ſubſiſtunt: quæ vniuerſa recte intelligimus in Chriſto.

Capi. V.

HOc doctꝰ Plato neſciuit: hoc Demoſthenes eloquens ignorauit. Perdam inquit ſapientiam ſapientium: & prudentiam prudentium reprobabo. Vera ſapientia perdet falſam ſapiētiam. Et quāq́ꝫ ſtulticia prædicationis in cruce ſit: tamen Paulus ſapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autē non ſæculi huius: quæ deſtruitur: nec principum huius ſæculi: ſed loquitur dei ſapientiam in myſterio abſconditam: quā prædeſtinauit deus ante ſecula. Dei ſapientia chriſtus eſt. Chriſtus enim dei virtus & dei ſapientia. Hæc ſapientia in myſterio abſcondita eſt: de qua & noni pſalmi titulus prænotatur pro occultis filii. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei abſcōditi. Et qui in myſterio abſcōditus erat: prædeſtinatus eſt ante ſæcula: prædeſtinatus autem & præfiguratus in lege & prophetis. Vnde & prophetæ appellabantur videntes: quia videbant eum quem cæteri non videbant. Abraam vidit diē eius: & lætatus eſt. Aperiebantur cœli Ezechieli: qui populo peccatori clauſi erāt. Reuela inquit Dauid oculos meos: & cōſiderabo mirabilia de lege tua. Lex enī ſpiritalis eſt: & reuelatione opus eſt vt intelligatur: ac reuelata facie dei gloriā cōtemplemur. Liber in apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus oſtenditur: quem ſi dederis homini ſcienti litteras vt legat: reſpondebit tibi. Nō poſſum. Signatus eſt enim. Quanti hodie putant ſe noſſe litteras: tenent ſignatum librum nec aperire poſſunt: niſi ille reſerauerit qui habet clauem dauid: qui aperit & nemo claudit: claudit: & nemo aperit. In actibus apoſtolorū ſanctus eunuchus immo ſanctꝰ vir (ſic enī eū ſcriptura cognominat) cum legeret Eſaiam prophetā interrogatꝰ a Philippo: putas ne intelligis quæ legis? reſpōdit. Quomodo poſſum: niſi aliquis me docuerit? Ego vt de me loquar interim: nec ſanctior ſum hoc eunucho nec ſtudioſior: qui de ethyopia ideſt de extremis finibus mundi venit ad templum: reliquit aulam regiam: & tantus amator legis diuinæq́ꝫ ſcientiæ fuit: vt etiam in vehiculo litteras legeret ſacras. Et tamen cum librum teneret: et verba domini cogitatione cōciperet: lingua volueret: labiis perſonaret: ignorabat eum quem in libro neſciens venerabatur. Venit philippus oſtēdit ei ieſum qui clauſus latebat in littera. O mira doctoris uirtus. Eadem hora credidit eunuchus: baptizatur: fidelis & ſanctus eſt ac magiſter de diſcipulo: plus in deſerto fonte eccleſiæ q̄ in aurato ſynagogæ templo repperit.

Capitulum. VI.

HEc a me perſtricta ſunt breuiter. Neq́ꝫ enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur: vt intelligeres te in ſcripturis ſacris ſine prævio & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi. Taceo de grammaticis: rhetoribus: philoſophis: geometris: dialecticis: muſicis: aſtronomis: aſtrologis: medicis: quorum ſcientia mortalibus ſatis vel vtiliſſima eſt: & in tres partes ſcinditur: in doctrinam: rationem & vſum. Ad minores artes veniam & quæ non tam lingua q̄ manu adminiſtrantur. Agricolæ: cæmentarii: fabri metallorū: lignorūq́ꝫ cæſores: Lanarii quoq́ꝫ & fullones & cæteri qui variā ſupellectilem & vilia opuſcula fabricant: abſq́ꝫ doctore eſſe non poſſunt quod cupiunt. Quod medicorum eſt promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturarum ars eſt: quam ſibi paſſim omnes vendicant. Scribimus indocti: doctiq́ꝫ poemata paſſim. Hanc garrula anus: hanc delirus ſenex: hanc ſophiſta verboſus: hanc vniuerſi præſumunt: lacerant: docent anteq̄ diſcant. Alii obducto ſupercilio grandia verba trutinātes: inter mulierculas de ſacris litteris philoſophātur. Alii diſcūt (proh pudor) a fæminis quod viros doceant. Et ne parum hoc ſit: quadam facilitate verborum: immo audacia ediſſerunt aliis: quod ipſi non intelligunt. Taceo de meis ſimilibus: qui ſi forte ad ſcripturas ſanctas poſt ſæculares litteras venerint: & ſermone compoſito aures populi mulſerint: quicquid dixerint hoc legem dei putant. Nec ſcire dignantur quid prophetæ quid apoſtoli ſenſerint: ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia: quaſi grande ſit & non vicioſiſſimum dicendi genus deprauare ſententias: & ad voluntatem ſuam ſacram ſcripturam trahere repugnantem. Quaſi non legerimus Homerocentonas & Vergiliocentonas: ac ſi non ſic etiam & Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere chriſtianum: quia ſcripſerit. Iam redit & virgo: redeunt ſaturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium. Nate meæ vires: mea magna potentia ſolus. Et poſt verba ſaluatoris in cruce. Talia perſtabat memorans: fixuſq́ꝫ manebat. Puerilia ſunt hæc & circulatorum ludo ſimilia: docere quod ignores: immo (vt cum ſtomacho loquar) nec hoc quidem ſcire quod neſcias.

Capi. VII.

VIdelicet manifeſtiſſima eſt Geneſis in qua de creatura mundi: de exordio generis humani: de diuiſione terræ: de confuſione linguarum: de deſcenſione vſq́ꝫ ad ægyptum ſcribitur Hebræorum. Patet Exodus cum decem plagis: cum decalogo: cum myſticis diuiniſq́ꝫ præceptis. In promptu eſt Leuiticus liber: in quo ſingula ſacrificia: immo ſingulæ pene ſyllabæ & veſtes Aaron: & totus ordo leuiticus ſpirant cœleſtia ſacramenta. Numeri vero nonne totius arithmeticæ: & prophetiæ balaam: & quadragintaduarū manſionum per eremum myſteria continent? Deuteronomium vero ſecunda lex: & euangelicæ legis præfiguratio: nonne ſic ea habet quæ priora ſunt: vt tamen noua ſint omnia de veteribus? Hucuſq́ꝫ Moyſes: hucuſq́ꝫ Pentateuchus: quibus quinq́ꝫ verbis loqui ſe velle apoſtolus in eccleſia gloriatur. Iob exemplar patientiæ: quæ non myſteria ſuo ſermone cōplectitur? Proſa incipit: verſu labitur: pedeſtri ſermone finitur: omneſq́ꝫ leges dialecticæ: propoſitione: aſſumptione: confirmatione: cōcluſione determinat. Singula in eo verba plena ſunt ſenſibus. Et vt de cæteris ſileam: reſurrectionem corporum ſic prophetat: vt nullus de ea manifeſtius & cautius ſcripſerit. Scio inquit ꝙ redemptor meus viuit: & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & ruſum circūdabor pelle mea: & in carne mea videbo deum: quem viſurus ſum ego ipſe: & oculi mei cōſpecturi ſunt & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Veniam ad Ieſum Naue: qui typum domini non ſolum in geſtis: verumetiam in nomine præfert. Tranſit iordanem: hoſtium regna ſubuertit: diuidit terram victori populo. & per ſingulas vrbes: viculos: montes: flumina: torrentes atq́ꝫ cōfinia: eccleſiæ cœleſtiſq́ꝫ hieruſalem ſpiritualia regna deſcribit. In iudicum libro quot principes populi tot figuræ ſunt. Ruth moabitis Eſaiæ explet vaticinium dicentis. Emitte agnum domine dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ ſyon. Samuel in Heli mortuo et in occiſione Saul veterem legem abolitam monſtrat. Porro in Sadoch atq́ꝫ Dauid noui ſacerdotii nouiq́ꝫ imperii ſacramenta teſtatur.

Malachim ideſt tertius & quartus Regum liber a Salomone vſq́ꝫ ad Iechoniam: & a Ieroboam filio Nabath vſq́ꝫ ad Oſee: qui ductus eſt in aſſyrios: regnum iuda et regnum deſcribit iſrael. Si hiſtoriam reſpicias: verba ſimplicia ſunt: ſi in litteris ſenſum latentem inſpexeris: eccleſiæ paucitas & hereticorum contra eccleſiam bella narrantur. Duodecim prophetæ in vnius voluminis anguſtias coarctati: multo aliud q̄ ſonant in littera præfigurāt.

Oſee crebro nominat effraim: ſamariam: ioſeph: iezrael & vxorem fornicariam & fornicationis filios: & adulteram cubiculo clauſam mariti multo tempore ſedere viduam: & ſub veſte lugubri viri ad ſe reditum præſtolari.

Iohel filius Fatuel deſcribit terram duodecim tribuum: eruca: brucho: locuſta: rubigine vaſtante conſumptam: & poſt euerſionem prioris populi effuſum iri ſpiritum ſanctum ſuper ſeruos dei & ancillas: ideſt ſuper centum viginti credentium nomina: & effuſum iri in cænaculo ſyō. Qui centum viginti ab vno vſq́ꝫ ad quindecim paulatim & per incrementa ſurgentes: quindecim graduum numerum efficiūt: qui in pſalterio myſtice continētur. Amos paſtor & ruſticus & ruborum mora diſtringens paucis verbis explicari non poteſt. Quis enim digne exprimat tria & quattuor ſcelera Damaſci & Gazæ & Tyri & Idumeæ: & filiorū Ammon & Moab: & in ſeptimo & octauo gradu Iudæ et iſrael. Hic loquitur ad vaccas pingues quæ ſunt in ſamariæ monte: & ruituram domum maiorem minoremq́ꝫ teſtatur. Ipſe cernit fictorem locuſtæ: & ſtantem dominū ſuper murum litum vel adamantinū & vncinum pomorum attrahentem ſupplicia peccatoribus: & famē in terra: non famem panis nec ſitim aquæ: ſed audiendi verbū dei.

Abdias qui interpretatur ſeruus domini: pertonat contra edom & ſanguineum terrenūq́ꝫ fratrem: fratris quoq́ꝫ Iacob ſemper æmulum haſta percutit ſpiritali. Ionas pulcherrima columba naufragio ſuo paſſionem domini præfigurans: mundum ad pœnitentiam reuocat: & ſub nomine Niniue gentibus ſalutem nunciat. Michæas de moraſthi coheres Chriſti vaſtationem annunciat filiæ latronis: & obſidionem ponit contra eam: quia maxillam percuſſerit iudicis iſrael. Naum conſolator orbis increpat ciuitatem ſanguinum: & poſt euerſionem illius loquitur. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Abacuch luctator fortis & rigidus ſtat ſuper cuſtodiam ſuam: & figit gradum ſuper munitionem vt Chriſtum in cruce contempletur & dicat. Operuit cœ-

los gloria eius: & laudis eius plena est terra. Splēdor eius
vt lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abscondita est for-
titudo eius. Sophonias speculator et arcanorum dei
cognitor audit clamorem a porta piscium & eiulatū a se-
cunda: & contritionem a collibus. Indicit quoq; vlulatum
habitatorib9 pilæ: quia cōticuit omnis populus chanaan:
dispersi sunt vniuersi qui inuoluti erāt argēto. Aggæus
festiuus & lætus qui seminauit in lachrymis: vt in gaudio
meteret: destructum templum ædificat: deumq; patrem in-
ducit loquentem. Adhuc vnum modicumq; & ego com-
mouebo cœlum et terram et mare et aridam: et mouebo
omnes gentes: & veniet desideratus cunctis gentibus.

Zacharias memor domini multiplex in prophetia ie-
sum vestibus sordidis indutum: & lampadem oculorum
septem candelabrumq; aureum cum totidē lucernis quot
oculis: duas quoq; oliuas a sinistris lampadis cernit et a
dextris: vt post equos rufos: nigros: varios & albos & dissi-
patas quadrigas ex effraim & equum de hierusalem pau-
perem regem vaticinetur: & prædicet sedentem super pul-
lum filium asinæ subiugalis. Malachias aperte & in fine
omnium prophetarum de abiectione israel & vocatione
gentium. Non est mihi ait voluntas in vobis: dicit domi-
nus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra.
A b ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen
meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur et offer-
tur nomini meo oblatio munda. Esaiam: Hieremiam:
Ezechiel & Daniel: quis potest vel intelligere vel expo-
nere? Quorum primus non prophetiam videtur mihi te-
xere sed euangelium. Secundus virgam nuceam & ollam
succensam a facie aquilonis: & pardum spoliatum suis co-
loribus et quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.
Tertius & principia & finem tantis habet obscuritatibus
inuoluta: vt apud hebræos ipsæ partes cum exordio gene-
seos ante annos triginta non legantur. Quartus vero qui
& extremus inter quattuor prophetas: temporum con-
scius: & totius mundi philohistoricus lapidem præcisum
de monte sine manibus & regna omnia subuertentem cla-
ro sermone pronunciat. Dauid Simonides noster Pinda-
rus & Alcæus Flaccus quoq; Catullus atq; Seren9. Christū
lyra personat: & in decachordo psalterio ab inferis exci-
tat resurgentem. Salomon pacificus & amabilis domini:
mores corrigit: naturam docet: ecclesiam iūgit & Christū:
sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium. He-
ster in ecclesiæ typo populum liberat de periculo: & inter-
fecto Aman: qui interpretatur iniquitas: partes cōuiuii &
diem celebrem mittit in posteros. Paralipomenon li-
ber: idest instrumenti veteris epitome: tantus ac talis est:
vt absq; illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit
arrogare: seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iū-
cturasq; verborum & prætermissæ in regum libris tangū-
tur historiæ: & innumerabiles explicantur euangelii quæ-
stiones: Esdras & Neemias: adiutor videlicet & consola-
tor a domino: in vno volumine arctātur: instaurant tēplū:
muros extruunt ciuitatis: omnisq; illa turba populi redeū-
tis in patriā: & descriptio sacerdotū: leuitarū: israelitarū:
proselitorum: ac per singulas familias murorum ac turriū
opera diuisa: aliud in cortice præferūt: aliud in medulla re-
tinent. Cernis me scripturarum amore raptum: excessisse
modum epistolæ: & tamen nō implesse quod volui. Audi-
uimus tantū quid nosse: quid cupere debeamus: vt & nos
quoq; possimus dicere. Cōcupiuit anima mea desiderare
iustificationes tuas in omi tēpore. Cæterū illud Socraticū
impletur in nobis. Hoc tantū scio quod nescio. Tangā &
nouū breuiter testamentū. Matthæus: Marcus: Lucas & Io-
annes quadriga dñi & verū cherub: quod interpretatur sci-
entiæ plenitudo: per totum corpus oculati sunt: scintillæ
emicant: discurrūt fulgura: pedes habent rectos: & in subli-
me tēdentes: terga pēnata & vbiq; volātia: tenēt se mutuo:
sibiq; perplexi sunt: & quasi rota in rotam voluūtur: & per-
gunt quocūq; eos flatus spiritus sancti perduxerit. Pau-
lus apostolus ad septē scribit ecclesias: octaua enim ad he-
bræos a plerisq; extra numerum ponitur. Timotheum in-
struit ac Titū: & Philemonē pro fugitiuo famulo depreca-
tur: super quo melius tacere puto: q̄ pauca scribere. Actus
apostolorū nudam quidē videtur sonare historiā: & nascē-
tis ecclesiæ infantiā texere: sed si nouerimus scriptorē eo-
rū Lucā esse medicū: cui9 laus est in euāgelio: animaduer-
timus pariter oīa verba illius: animæ lāguētis esse medici-
nam. Iacobus: Petrus: Ioannes: Iudas septē epistolas edi-
derunt tā mysticas q̄ succinctas & breues pariter ac lōgas:
breues in verbis: lōgas in sententiis: vt rarus sit qui non in
earū cæcutiat lectione. Apocalypsis Ioannis tot habet sa-
cramenta quot verba. Parū dixi: & pro merito voluminis
laus oīs inferior est. In verbis singulis multiplices latēt in-
telligentiæ. Oro te frater charissime inter hæc viuere: ista
meditari: nihil aliud nosse: nihil aliud quærere. Nōne vide-
tur tibi iam hic in terris regni cœlestis habitaculum? Nolo
vt offendaris in scripturis sanctis simplicitate & quasi vili-
tate verborū: quæ vel vitio interpretū vel de industria sic
prolatæ sunt: vt rusticā cōtionem facilius instruerent: & in
vna eadēq; sententia aliter doctus: aliter sentiret indoctus.
Non sum tam petulās & hebes: vt hæc me nosse pollicear:
& eorū fructus capere in terra: quorū radices in cœlo fixæ
sunt: sed velle fateor: sedenti me præfero: magistrū renuēs
comitē spondeo. Petēti datur: pulsanti aperitur: quærens
inuenit. Discamus in terris: quorū sciētia nobis perseueret
in cœlo. Obuiis te manibus excipiā: & vt inepte aliquid ac
de Hermagoræ tumiditate effundā: quicquid quæsieris te-
cum scire conabor. Capi. viii.

Habes hic amātissimū tui fratrē Eusebium: qui
litterarū tuarū mihi gratiā duplicauit: referens
honestatē morū tuorū: contemptū sæculi: fidē
amicitiæ: amorē xpi. Nā prudentiā & eloquii
venustate: etiā absq; illo ipsa epistola præferebat. Festina
quæso te: & hærēti in salo nauiculæ funē magis præscinde
q̄ solue. Nemo renunciatur9 sæculo bene potest vēdere q̄
cōtēpsit vt vēderet. Quicquid in sumpt9 de tuo tuleris: p
lucro cōputa. Antiquū dictū est. Auaro deest tā qd̄ habet
q̄ quod nō habet. Credenti totus mūdus diuitiarū est: infi-
delis aūt etiam obolo indiget. Sic viuamus quasi nihil ha-
bentes: & omnia possidentes. Victus atq; vestitus diuitiæ
christianorum sunt. Si habes in potestate rē tuam: vēde: si
non habes: proiice. Tollenti tunicam & pallium relinquen-
dum est. Scilicet nisi tu semper recrastinās & diem de die
trahens caute & pedetentim tuas possessiunculas vendi-
deris: non habet Christus vnde alat pauperes suos. Totum
deo dedit qui se obtulit. Apostoli tantum nauem & retia
reliquerūt. Vidua duo æra misit in gazophylatiū: & præ-
fertur Cresi diuitiis. Facile cōtemnit omnia qui se semper
cogitat esse moriturum.

Explicit epistola beati Hieronymi præsbyteri
ad Paulinum præsbyterum.

Incipit prefatio sancti Hieronymi

præsbyteri in Pentateuchum Moysi.

Desiderii mei desi-
deratas accepi epistolas: qui
quodam præsagio futurorum
cū Daniele sortitus est nomē:
obsecrantis: vt trāslatum in la-
tinam linguam de hebræo ser-
mone pentateuchum nostro-
rum auribus traderem. Pericu-
losum opus certe & obtrectato-
rum meorum latratibus patens: qui me asserunt in septua-
ginta interpretum suggillationem noua pro veterib9 cu-
dere: & ita ingenium quasi vinum probantes: cum ego sæ-
pissime testatus sim: me pro virili portione in tabernaculo
dei offerre quæ possim: nec opes alterius aliorum pauper-
tate fedari. Quod vt auderem: Origenis me studium pro-
uocauit: qui editioni antiquæ trāslationem Theodotionis
miscuit: asterico & obelo idest stella & veru omne opus di-
stinguens: dum aut illucescere facit quæ minus ante fue-
rant: aut superflua quæq; iugulat & confodit: & maxime
quæ euangelistarum & apostolorum autoritas promulga-
uit. In quibus multa de veteri testamento legimus: quæ in
nostris codicibus non habētur. Vt est illud. Ex ægypto vo-
caui filium meum. Et quoniam nazaræus vocabitur: & vi-
debunt in quem compunxerunt: & flumina de vētre eius
fluent aquæ viuæ: & quæ nec oculus vidit: nec auris audi-
uit: nec in cor hominis ascendit: quæ præparauit deus dili-
gentibus se: & multa alia quæ proprium syntagma deside-
rant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sunt: & cum
dicere non potuerint: de libris hebraicis proferamus. Pri-
mum testimonium est in Osee: secundum in Esaia: tertiū
in Zacharia: quartū in Prouerbiis: quintū æque in Esaia:
quod multi ignorantes apocryphorum deliramenta sectā-
tur: & hiberas nenias libris autenticis præferunt. Causas
erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum
dicunt esse consilio: ne Ptolemæus vnius dei cultor etiam
apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet.
Quod maxime idcirco faciebāt: quia in Platonis dogma
cadere videbatur. Deniq; vbicunq; sacratum aliquid scri-
ptura testatur de patre & filio & spiritusancto: aut aliter in-
terpretati sunt: aut omnino tacuerunt: vt & regi satisface-
rent: & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis pri-
mus autor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo
extruxerit: quibus diuisi: eadem scriptitarint: cū Aristæus
eiusdem Ptolemæi hyperaspistes & nō multo post tempo-
re Iosephus nihil tale retulerint: sed in vna basilica cōgre-
gatos contulisse scribant: nō prophetasse. Aliud est enim
esse vatem: aliud est esse interpretem. Ibi spiritus ventura
prædicit: hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit
transfert. Nisi forte putādus est Tullius œconomicum Xe-
nophontis & Platonis Pythagoram & Demosthenis pro
Cthesiphonte: afflatus rhetorico spiritu trāstulisse. Aut ali-
ter de eisdem libris per septuaginta interpretes: aliter per
apostolos spiritus sanctus testimonia texuit: vt quod illi ta-
cuerunt: hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Dam-
namus veteres? Minime. Sed post priorum studia in do-
mo domini: quod possumus: laboramus. Illi interpretati
sunt ante aduentum Christi: & quod nesciebāt dubiis pro-
tulere sententiis: nos post passionem & resurrectionē eius:
non tam prophetiam q̄ historiam scribimus. Aliter enim
audita: aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus:
melius & proferimus. Audi igitur æmule: obtrectator au-
sculta. Non damno: non reprehendo septuaginta: sed con-
fidenter cūctis illis apostolos præfero. Per istorum os mi-
hi Christus sonat: quos ante prophetas inter spiritalia cha-
rismata positos lego: in quibus vltimum pene gradum in-
terpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperito-
rum animos contra me concitas? Sicubi in translatione ti-
bi videor errare: interroga Hebræos: diuersarum vrbium
magistros cōsule. Quod illi habēt de Christo: tui codices
non habent. Aliud est si cōtra se postea ab apostolis vsur-
pata testimonia probauerunt: & emendatiora sunt exem-
plaria latina q̄ græca: græca q̄ hebraica. Verum hæc con-
tra inuidos. Nūc te deprecor Desideri charissime: vt quia
me tantū opus subire fecisti: & a Genesi exordium capere:
orationibus iuues: quo possim: eodem spiritu quo scripti
sunt libri: in latinū eos transferre sermonem.

Explicit præfatio.

VENERABILI FRATRI FRANCISCO EPISCOPO ABVLEN. ET DILECTO FILIO FRANCISCO DE MENDOZA. ARCHIDIACONO DE PEDROCHE IN ECCLESIA CORDVBENSI VEL EORVM ALTERI.

LEO PAPA. X.

VENERABILIS FRATER ET DILECTE FILI SALVTEM ET APOSTOLICAM benedictionem. Dudum relatione Venerabilis fratris Bernardini Epi Sabinen. & dilecti filii nostrorũ Egidii. tt. sancti Matthei presbyteri Cardinalis nobis facta: intelleximus ꝙ inter alia quæ bonæ memoriæ Franciscus. tt. sanctæ Balbinæ presbyter Cardinalis: antequam ab humanis excederet summa cum laude absoluit: extat opus noui & veteris testamenti: noui videlicet in greco & latino: & veteris in græco & latino prædictis necnõ hebræo & caldeo sermonibus ab eodem Francisco Cardinale multa cũ vigilia & doctorum consensu compositum: & vsqꝫ ad sexcenta volumina vel amplius impensa eiusdem Francisci Cardinalis impressa. Sed cum post impressionem huiusmodi subito dictus Franciscus Cardinalis morte esset ablatus: & noster ad publicationem dicti operis consensus petitus non esset: nequiuit hactenus opus ipsum ad doctorum manus & publicam vtilitatem cui erit fructuosum aduenire. Manet insuper voluntas dicti Francisci Cardinalis in illius testamento notata pro parte inexequuta: & est ex precio pro quo dicta volumina vendētur explenda. Vnde nos indignum existimantes ꝙ huiusmodi opus amplius cum publicæ vtilitatis factura lateat. & pia tam insignis viri voluntas diutius debita exequutione frustretur: & vtriqꝫ damno nostræ prouisionis ope subuenire volentes: Motu proprio & ex certa scientia nostra opus præfatum comprobantes: & vt tale in lucem per doctorum & aliorum manus libere de cætero venire possit concedentes: discretioni vestræ: qui: sicut accepimus ex exequutoribus dicti testamenti estis: per hæc scripta mandamus: quatenus volumina prædicta pro precio de quo melius agi poterit: etiã sine aliis dicti testamẽti exequutoribus: si qui sint: diligenter vendi procuretis: & faciatis ex ipso precio dictam voluntatem iuxta vires eiusdem precii adimpleri. Et ne aliquod dictorũ voluminum non venditum maneat: inhibemus vniuersis & singulis tam ecclesiasticis ꝙ̃ secularibus personis cuiuscũqꝫ dignitatis. status. gradus. ordinis & cõditionis sint: sub excõmunionis latæ sententiæ a qua non nisi a nobis ipsis vel de nostro speciali mandato: preterquam in mortis articulo constituti: absolui possint. necnon mille ducatorum auri de camera per quemlibet transgressorum soluendorum. & quos fabricæ basilicæ sancti Petri de vrbe & nostræ cameræ paribus portionibus applicamus: eo ipso incurrendis pœnis: ne opus prædictum ab alio ꝙ̃ persona vel personis per vos vel alterum ex vobis ad id deputatis pro tempore vsqꝫ ad septennium a die inchoatæ venditionis hmõi computandum emere vel illud durante septennio hmõi imprimere quoquomodo presumant. Si vero temerarie inhibitionem huiusmodi: quod absit præterire non expauerint: Vobis & vestrum cuiqꝫ transgressores prædictos excõmunicatos denunciandi. & eos vt tales euitari mandandi. necnon pœna quingentorum ducatorum hmõi singulariter mulctari. & quæuis alia desuper necessaria seu oportuna faciendi licentiam & facultatem tenore præsentium elargimur. Non obstan. constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisqꝫ contrariis quibuscunqꝫ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Anulo piscatoris die. xxii. Martii. M.D.XX. Pontificatus nostri Anno octauo.

Euangelista.

Ad lectorem.

FRATER FRANCISCVS Episcopus Abulen. & Frãciscus de mendoza Archidiachonus de Pedroche. Sacrarum litterarum cupidis in christo iesu. S.D. Superiores apostolicæ sedis litteras breues sub anulo piscatoris ad nos datas accepimus: in quibus vt legisti bone lector nobis cõmendat iubetqꝫ: vt opus illud non minus diffusum ꝙ̃ eruditionis plenum quod ad sacrum canonem explicandum Frater Franciscus ximenez. S.R.E. Cardinalis hispanus idemqꝫ Toletanus antistes dominus ac benefactor noster publicæ omnium vtilitati componi atqꝫ imprimi curauit: in ordinem redigeremus: & redactum bibliopolis vendendos exponeremus: vt inde conflarentur pecuniæ quibus legata & debita ac cetera ipsius testamenti onera persoluerentur. Eas igitur nos magna cum voluptate legimus: non modo vt apostolicis iussionibus obtemperaremus: verumetiam vt optimi & omni æternitate dignissimi deqꝫ nobis optime meriti viri testamentariam voluntatem exequeremur. Curauimus itaqꝫ per viros industrios atqꝫ eius rei peritos terniones in volumina & ea ipsa volumina in sex totius operis partes redigere. Et non habita impensarum ratione: quæ fuerunt propemodum infinite: sed vtilitate que inde sequeretur ex lectione: taxauimus totum opus ducalium aureorum numerorum precio sex cum dimidio aut aliquãto pluris: prout distrahendorum librorum ratio exegerit: habita pro vectura impensarum æstimatione. Erit igitur tuum lector amice: si gratus si pius si deniqꝫ vir bonus videri cupis: vt pro illius defuncti anima deum immortalem preceris: vt donet illi requiem sempiternam.

Trãsla. Gre. lxx. cũ interp. latina. | Transla. B. Hiero. | Tex. Heb. | Geñ. | Ca. i. | Primitiua. heb.

Trãsla. Gre. lxx. cũ interp. latina.

Ca. i. A

Hebre. 11.a. Ps. 88. Hiere. 10.b.

In principio fecit deus celum et terrã.
ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἡ
at terra erat inuisibilis ⁊ icõposita. et tenebre super
δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. καὶ σκότος ἐ-
per abyssum: et spiritus dei ferebatur su
πάνω τῆς ἀβύσσου. καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐ-
per aquam. et dixit deus fiat lux. ⁊ fa
πάνω τοῦ ὕδατος. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς γενηθήτω φῶς. καὶ ἐ-
cta ẽ lux. et vidit deus lucẽ: ꝙ bona. et di
γένετο φῶς. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν. καὶ διε-
uisit deus inter lucẽ: ⁊ inter
χώρισεν ὁ θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτός, καὶ ἀναμέσον τοῦ
tenebras. ⁊ vocauit deus lucẽ diem: et tene
σκότους. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκό
bras vocauit noctẽ. et factũ ẽ vespe: et factũ ẽ
τος ἐκάλεσε νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο
mane: dies vnus. et dixit deus fiat firmamẽtũ in
πρωΐ, ἡμέρα μία. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς γενηθήτω στερέωμα ἐν
medio aque. ⁊ sit diuidens inter aquã
μέσῳ τοῦ ὕδατος. καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀναμέσον ὕδα-
⁊ aquã. ⁊ fecit deus firmamẽtũ. ⁊ di-
τος καὶ ὕδατος. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα. καὶ διε-
uisit deus inter aquam: q̃ erat sub
χώρισεν ὁ θεὸς ἀναμέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ
firmamẽto: et inter aquã: que super
στερεώματος, καὶ ἀναμέσον τοῦ ὕδατος, τοῦ ἐπάνω
firmamẽtũ. et vocauit deus firmamẽtũ ce-
τοῦ στερεώματος. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα οὐρα-
lum. et vidit deus. ꝙ bonũ. et factũ ẽ vespere: ⁊
νόν. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ
factũ ẽ mane: dies secũdus. ⁊ dixit deus cõgre-
ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα δευτέρα. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς συναχ-
getur aqua que sub celo in congrega-
θήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγω-
tiõe vnã: et appareat arida. ⁊ factũ ẽ ita. ⁊ cõ-
γὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ συ-
gregata ẽ aqua que sub celo in cõgre-
νήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συνα-
gatiões suas: ⁊ apparuit arida. ⁊ vocauit deus ari-
γωγὰς αὐτοῦ, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὴν ξη-
dã: terrã. ⁊ cõgregatiões aquarũ vocauit ma-
ρὰν, γῆν. καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θά-
ria. et vidit deus: ꝙ bonũ. et dixit deus ger-
λασσας. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς, ὅτι καλόν. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς βλα-
minet terra herbã feni seminãtẽ semẽ fm
στησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ
genus ⁊ scdꝫ similitudinẽ: et lignũ pomiferũ faciẽs
γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν

B

fructũ. cuius semẽ ipsius in ipso scdꝫ genus sup
καρπόν. οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ
terrã. ⁊ factũ ẽ ita. et protulit terra her-
τῆς γῆς. καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτά-
bã feni seminãtẽ semẽ fm genus ⁊ scdꝫ simi-
νην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιό-
litudinẽ: ⁊ lignũ pomiferũ faciens fructũ. cuius se-
τητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπόν. οὗ τὸ σπέρ-
mẽ eius in ipso: scdꝫ genus sup terrã. et vidit
μα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ εἶδεν

Transla. B. Hiero.

In principio creauit deus celum & terrã. .i. Terra autem erat inanis & vacua: & tenebre erant sup faciẽ abyssi: & spiritus dei ferebatur super aquas. Dixitqꝫ deus. Fiat lux. Et facta ẽ lux. Et vidit deus lucem ꝙ esset bona: & diuisit lucem a tenebris: appellauitqꝫ lucem diẽ: & tenebras noctem. Factumqꝫ est vespe & mane dies vnus. Dixit quoqꝫ deus. Fiat firmamentũ in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum. diuisitqꝫ aquas q̃ erant sub firmamẽto ab his que erant super firmamentũ. Et factũ est ita. Vocauitqꝫ deus firmamentum celum: & factum est vespe & mane dies secundus. Dixit vero deus. Congregentur aque q̃ sub celo sunt in locum vnum: & appareat arida. Et factum ẽ ita. Et vocauit deus aridã terram: cõgregationesqꝫ aquarũ appellauit maria. & vidit deus ꝙ esset bonum: & ait. Germinet terra herbã virẽtem & faciẽtẽ semẽ: & lignum pomiferũ faciens fructũ iuxta genus suũ cuius semẽ ĩ semetipso sit sup terrã. Et factũ est ita. Et ptulit terra herbã virẽtẽ & faciẽtẽ semẽ iuxta genus suũ: lignũ qꝫ faciẽs fructũ: & hñs vnũ quodqꝫ sementem fm spẽm suã. Et vidit

Tex. Heb.

בראשית ברא אלהים את
השמים ואת הארץ: והארץ
היתה תהו ובהו וחשך על פני
תהום ורוח אלהים מרחפת על
פני המים: ויאמר אלהים יהי
אור ויהי אור: וירא אלהים את
האור כי טוב ויבדל אלהים בין
האור ובין החשך: ויקרא אלהים
לאור יום ולחשך קרא לילה
ויהי ערב ויהי בקר יום אחד:
ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך
המים ויהי מבדיל בין מים
למים: ויעש אלהים את הרקיע
ויבדל בין המים אשר מתחת
לרקיע ובין המים אשר מעל
לרקיע ויהי כן: ויקרא אלהים
לרקיע שמים ויהי ערב ויהי
בקר יום שני: ויאמר אלהים
יקוו המים מתחת השמים אל
מקום אחד ותראה היבשה ויהי
כן: ויקרא אלהים ליבשה ארץ
ולמקוה המים קרא ימים וירא
אלהים כי טוב: ויאמר אלהים
תדשא הארץ דשא עשב מזריע
זרע עץ פרי עשה פרי למינו
אשר זרעו בו על הארץ ויהי
כן: ותוצא הארץ דשא עשב
מזריע זרע למינהו ועץ עשה
פרי אשר זרעו בו למינהו וירא

Primitiua. heb. Ca. i.

ראש
היה תהה בהה
פנה
תהם רחף
אמר היה
ראה
בדל
קרא
רקע
בדל
עשה
שנה
קוה
ראה
קרא
קוה
דשא זרע
פרה היה
יצא

Transla. Chal.

בקדמין ברא יי ית שמיא וית ארעא: וארעא הות צדיא ורקניא וחשוכא על אפי
תהומא ורוחא דיי מנשבא על אפי מיא: ואמר יי יהא נהורא והוה נהורא: וחזא יי
ית נהורא ארי טב ואפריש יי בין נהורא ובין חשוכא: וקרא יי לנהורא יומא
ולחשוכא קרא ליליא והוה רמש והוה צפר יומא חד: ואמר יי יהא רקיעא במציעות
מיא ויהא מפריש בין מיא למיא: ועבד יי ית רקיעא ואפריש בין מיא דמלרע
לרקיעא ובין מיא דמלעיל לרקיעא והוה כן: וקרא יי לרקיעא שמיא והוה רמש
והוה צפר יום תנין: ואמר יי יתכנשון מיא מתחות שמיא לאתר חד ותתחזי יבשתא
והוה כן: וקרא יי ליבשתא ארעא ולבית כנישות מיא קרא ימי וחזא יי ארי טב:
ואמר יי תדאי ארעא דיתאה עשבא דבר זרעיה מזדרע אילן פירין עביד פירין
לזנוהי דבר זרעיה ביה על ארעא והוה כן: ואפיקת ארעא דיתאה עשבא דבר זרעיה
מזדרע לזנוהי ואילן עביד פירין דבר זרעיה ביה לזנוהי וחזא

Interp. chal.

In principio creauit deus celũ ⁊ terrã. Ca. i. Terra aũt erat deserta ⁊ vacua: ⁊ tenebre sup faciem abyssi: ⁊ spũs dei insufflabat sup faciẽ aquarũ. Et dixit deus. Sit lux: ⁊ fuit lux. ⁊ vidit deus lucẽ ꝙ esset bona. Et diuisit deus inter lucẽ ⁊ inter tenebras. appellauitqꝫ deus lucẽ diẽ: ⁊ tenebras vocauit noctẽ. Et fuit vespe ⁊ fuit mane dies vnus. Et dixit deus. Sit firmamentũ in medio aquarũ: ⁊ diuidat inter aquas ⁊ aq̃s. Et fecit deus firmamentũ: et diuisit iter aquas q̃ erant subter firmamẽtũ: ⁊ inter aq̃s q̃ erant sup firmamentũ: ⁊ fuit ita. Et vocauit deus firmamentũ celũ. Et fuit vespe ⁊ fuit mane dies scdꝰ. Et dixit deus. Cõgregẽtur aque q̃ sub celo sunt in locũ vnum: ⁊ appareat arida. Et fuit ita. Et vocauit deus aridã terrã: ⁊ locũ cõgregationis aquarũ appellauit maria. Et vidit deus qd esset bonũ. Et dixit deus. Germinet terra germinationẽ herbe cuius filius semẽtis seminat: arboreqꝫ fructiferã facientẽ fructus fm genus suũ: cuius filius semẽtis in ipso sit sup terrã. Et fuit ita. Et pduxit terra germẽ herbe cuius filius sementis seminat fm genus suũ: et arborẽ facientẽ fructus: cuius filius semẽtis ĩ ipso fm genus suũ. Et vidit

Primitiua chal.

הוה צדה ריק
נשב הוה
טוב פרש
מצע
פרש ארע
עלה
כנש חזה
טוב
דאה זרע פרה
זנא נפק דאה
זרע

אלהים כי טוב: ויהי ערב ויהי
בקר יום שלישי: ויאמר אלהים
יהי מארת ברקיע השמים
להבדיל בין היום ובין הלילה
והיו לאתת ולמועדים ולימים
ושנים: והיו למאורת ברקיע
השמים להאיר על הארץ ויהי
כן: ויעש אלהים את שני המארת
הגדלים את המאור הגדל
לממשלת היום ואת המאור
הקטן לממשלת הלילה ואת
הכוכבים: ויתן אתם אלהים
ברקיע השמים להאיר על
הארץ: ולמשל ביום ובלילה
ולהבדיל בין האור ובין החשך
וירא אלהים כי טוב: ויהי ערב
ויהי בקר יום רביעי: ויאמר
אלהים ישרצו המים שרץ נפש
חיה ועוף יעופף על הארץ על פני
רקיע השמים: ויברא אלהים
את התנינם הגדלים ואת כל
נפש החיה הרמשת אשר שרצו
המים למינהם ואת כל עוף כנף
למינהו וירא אלהים כי טוב:
ויברך אתם אלהים לאמר פרו
ורבו ומלאו את המים בימים
והעוף ירב בארץ: ויהי ערב ויהי
בקר יום חמישי: ויאמר אלהים
תוצא הארץ נפש חיה למינה

Pritiua heb.: שלש אמר · אור רקע · בדל · היה אות יעד · יום שנה אור · רקע · אור היה · עשה שנה · משל · כבב נתן את · אור · בדל · ראה היה · רבע אמר · שרץ · עוף פנה · רקע ברא · תנן · ראה · ברך פרה · רבה ים · רבה · חמש אמר · יצא

deus q esset bonũ. & factum est vespere & mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamento celi: & diuidãt diem ac noctem: & sint in signa & tempora & dies & annos: vt luceant in firmamento celi: & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitq deus duo luminaria magna: luminare maius vt preesset diei: & luminare minus vt preesset nocti: & stellas. Et posuit eas deus in firmamento celi: vt lucerent super terrã: & preessent diei ac nocti: & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus q esset bonũ. & factũ ẽ vespe & mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producãt aque reptile anime viuentis: & volatile super terram: sub firmamẽto celi. Creauitq deus cete grandia: & omnẽ animam viuentẽ atq motabilẽ quã pduxerant aque in spẽs suas: & omne volatile sm genus suum. Et vidit deus q esset bonũ. benedixitq eis: dicẽs. Crescite & multiplicamini: & replete aquas maris: auesq multiplicẽt sup terrã. Et factũ ẽ vespe & mane dies quintus. Dixit quoq deus. Producat terra aiam viuentẽ in genere suo:

deus q bonum. et factũ est vespe et factũ
ὁ θεὸς ὅτι καλόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένε-
ẽ mane dies tertius. τ dixit deus: fi
το πρωΐ ἡμέρα τρίτη. καὶ εἶπεν ὁ θεός, γενη-
ant luminaria in firmamento ce
θήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρα-
li. vt luceat sup terrã: ad diuidendũ
νοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ διαχωρίζειν
inter diem τ inter noctem. τ
ἀναμέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀναμέσον τῆς νυκτός. καὶ
sint in signa: τ in tempora: et in dies:
ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιρούς, καὶ εἰς ἡμέρας,
et in annos. et sint in illuminatiões i fir
καὶ εἰς ἐνιαυτούς. καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στε-
mamẽto celi: vt luceant sup terrã. τ
ρεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ
factũ ẽ ita. et fecit deus duo lumina
ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆ-
ria magna: luminare magnũ i pñcipatus
ρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς
diei. τ luminare minus in pñcipatus
τῆς ἡμέρας. καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς
noctis: et stellas. τ posuit eas deus in
νυκτός. καὶ τοὺς ἀστέρας. καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν
firmamẽto celi: vt lucerent super
τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς
terrã: τ preessent diei τ nocti. τ diui-
γῆς, καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός. καὶ δια-
derent inter lucem et inter tene
χωρίζειν ἀναμέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀναμέσον τοῦ σκό-
bras. τ vidit deus q bonũ. τ factũ ẽ vespe
τους. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέ-
re et factũ ẽ mane dies quartus. et dixit deus:
ρα καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡμέρα τετάρτη. καὶ εἶπεν ὁ θεός,
producant aque reptilia aiarũ viuẽtiũ: et
ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ
volatilia volantia sup terrã: sm firmamẽtũ
πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα
celi. τ factũ ẽ ita. et fecit deus
τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς
cete grãdia: τ oẽs animã aialiũ repti
τὰ κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπε-
liũ: q̃ pduxerũt aque sm gña eorũ. et oẽ
τῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν. καὶ πᾶν
volatile pẽnatũ sm genus. τ vidit deus q
πετεινὸν πτερωτὸν κατὰ γένος. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι
bona. et benedixit eis deus. dicens: crescite
καλά. καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ θεὸς, λέγων, αὐξάνεσθε
et multiplicamini: τ replete aquas in
καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα ἐν
maribus. τ volatilia multiplicentur
ταῖς θαλάσσαις. καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν
sup terrã. τ factũ ẽ vespere et factũ ẽ mane di
ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡ-
es quintus. τ dixit deus: producat terra
μέρα πέμπτη. καὶ εἶπεν ὁ θεός, ἐξαγαγέτω ἡ γῆ
aiam viuẽtẽ sm genus:
ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος,

fo. 135
C
Infra. eodẽ. d

Pritiua chal.: טוב הוה · פרש אות מנה · שנה הוה נהר · רבב שלט יום · נהר · פרש · רחש חיה · רבב · זנא טוב · אמר סגא · מלא נפק

Interp. chal.

deus q esset bonũ. Et fuit vespere τ fuit mane dies tertius. Et dixit deus. Sint luminaria in firmamẽto celi: vt diuidant inter diem τ noctem: τ sint in signa τ in tẽpora: et vt numerẽtur per ea dies τ anni. et sint in luminaria in firmamẽto celi ad illuminandum super terrã: τ fuit ita. Et fecit deus duo luminaria magna: luminare maius vt dominaretur in die: et luminare minus vt dominaretur in nocte: τ stellas: et posuit eas deus in firmamento celi ad illuminandum super terrã. et vt dñarẽtur in die τ in nocte: τ vt diuiderent inter lucem τ tenebras: et vidit deus qđ esset bonum. Et fuit vespere τ fuit mane dies quartus. Et dixit deus serpant aque reptile aĩe viuentis: et auẽ que volat sup terrã sup faciẽ aeris firmamẽti celorum. Et creauit deus colubros magnos: τ omnẽ animã viuentem reptilium: que produxerãt aque sm species suas τ omnẽ volucrem que volat sm genus suum: et vidit deus q esset bonum. Et benedixit eis deus dicens. Crescite τ multiplicamini et replete aquas maris: et volucris multiplicetur in terra. Et fuit vespere τ fuit mane dies quintus. Et dixit deus Producat terra animam viuentem sm genus suum:

Transla. Chal.

ייי ארי טב: והוה רמש והוה צפר יום תליתאי: ואמר ייי יהון נהורין ברקיעא
דשמיא לאפרשא בין יממא ובין ליליא ויהון לאתין ולזמנין ולממני בהון יומין
ושנין: ויהון לנהורין ברקיעא דשמיא לאנהרא על ארעא והוה כן: ועבד ייי ית תרין
נהורין רברבין ית נהורא רבא לממשלט ביממא וית נהורא זעירא לממשלט בליליא
וית כוכביא: ויהב יתהון ייי ברקיעא דשמיא לאנהרא על ארעא: ולמשלט ביממא
ובליליא ולאפרשא בין נהורא ובין חשוכא וחזא ייי ארי טב: והוה רמש והוה צפר יום
רביעאי: ואמר ייי ירחשון מיא רחשא נפשא חיתא ועופא דפרח על ארעא על אפי
אויר רקיע שמיא: וברא ייי ית תניניא רברביא וית כל נפשא חיתא דרחשא
דרחשו מיא לזניהון וית כל עופא דפרח לזנוהי וחזא ייי ארי טב: ובריך יתהון ייי
למימר פושו וסגו ומלו ית מיא בימיא ועופא יסגי בארעא: והוה רמש והוה צפר
יום חמישאי: ואמר ייי תפיק ארעא נפשא חיתא לזנה

quadrupedia et reptilia et bestias terre: et iumẽ
τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ θηρία τῆς γῆς, καὶ τὰ κτή-
ta: et oĩa reptilia terre sz genus eorũ.
νη, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν.
et factũ ẽ ita. τ fecit deus bestias terre
καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ θηρία τῆς γῆς
sz genus: τ iumenta τ oĩa reptilia
κατὰ γένος, καὶ τὰ κτήνη καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς
terre sm genus eorũ. τ vidit deus q bona. τ di
γῆς κατὰ γένος αὐτῶν. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλά. καὶ εἶ-
xit deus: faciamus hoiẽ ad imaginẽ nostrã et
πεν ὁ θεός, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ
ad similitudinẽ. et pręsint piscibus ma-
καθ' ὁμοίωσιν. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλά-
ris: et volatilibus celi: et iumentis: et
σσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ
oibus terre: τ oibus reptilibus reptã
πάντων τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρ-
tibus sup terrã. τ fecit deus hoiẽ. ad
πόντων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. κα-
imaginẽ dei fecit illum. masculũ τ feminã fecit
τ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίη-
eos. et benedixit eis deus: dicens: cresci
σεν αὐτούς. καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ θεός, λέγων, αὐξάνε-
te τ multiplicamini τ replete terrã: et do-
σθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κα-
minamini. et, et imperate piscibus ma
τακυριεύσατε αὐτῆς. καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θα-
ris: τ volatilibus celi: et oibus
λάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν
iumẽtis: τ omni terre: et oibus reptilibus
κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν
reptãtibus sup terrã. et dixit deus: ecce dedi
τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ εἶπεν ὁ θεός, ἰδοὺ δέδω-
vobis oẽm herbã seminiferã seminãtẽ semẽ: qđ
κα ὑμῖν πάντα χόρτον σπόριμον σπεῖρον σπέρμα, ὅ
est super terrã. τ omne lignũ: qđ hz i semetipo
ἐστιν ἐπάνω τῆς γῆς. καὶ πᾶν ξύλον, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ
fructũ seminis seminiferi: vobis erit in escam:
καρπὸν σπέρματος σπορίμου, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν,
et oibus bestiis terre: τ oibus volatili
καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσι τοῖς πετει-
bus celi: τ omni reptili reptãti sup
νοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ παντὶ ἑρπετῷ ἕρποντι ἐπὶ τῆς
terrã. qđ hz in semetipo aiaz vite: et oẽm herbã
γῆς, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζωῆς, καὶ πάντα χόρτον
viridẽ in escam. τ factũ ẽ ita. et vidit
χλωρὸν εἰς βρῶσιν. καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ εἶδεν
deus omnia q̃cũq fecit. τ ecce bona valde.
ὁ θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν. καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν.
et factũ ẽ vespere: et factũ ẽ mane dies sexta.
καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡμέρα ἕκτη. C. 2
ET perfecti sunt celum et terra: et
Καὶ συνετελέσθησαν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, καὶ
ois ornatus eorum.
πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν.

Infra. 5.a. Sap. 2. d. 7. 10. a. Eccle. 17.a. Marci 10.a.&. eo. c. infra. 8. 9.a.c
D
Eccle. 39.c. Marci 7.d.
A

iumẽta & reptilia & bestias terre sm spẽs suas. Factũq est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta spẽs suas: iumenta & omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus q esset bonum: & ait. Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nr̃am: & presit piscibus maris & volatilibus celi & bestiis: vniuerseq terre: omniq reptili qđ mouetur in terra. Et creauit deus hominẽ ad imaginem suam: ad imaginem dei creauit illum: masculum & feminã creauit eos. Benedixitq illis deus: & ait. Crescite & multiplicamĩ & replete terrã & subiicite eã: & dñamini piscibus maris & volatilibus celi & vniuersis aiantibus, q̃ mouẽtur sup terrã. Dixitq deus. Ecce dedi vobis oẽm herbam afferentem semen super terram: & vniuersa ligna que habent in semetipsis semẽtẽ gñis sui. vt sit vobis in escã & cũctis aĩãtibus terre: oĩq volucri celi & vniuersis q̃ mouentur in terra: & in quibus est aĩa viuens: vt habeant ad vescendum. Et factũ est ita. Viditq deus cuncta que fecerat: & erant valde bona. Et factũ est vespere & mane dies sextus. Ca. 2.

IGitur perfecti sunt celi & terra: & omnis ornatus eorum.

בהמה ורמש וחיתו ארץ למינה
ויהי כן: ויעש אלהים את חית
הארץ למינה ואת הבהמה למינה
ואת כל רמש האדמה למינהו
וירא אלהים כי טוב: ויאמר
אלהים נעשה אדם בצלמנו
כדמותנו וירדו בדגת הים ובעוף
השמים ובבהמה ובכל הארץ
ובכל הרמש הרמש על הארץ:
ויברא אלהים את האדם בצלמו
בצלם אלהים ברא אתו זכר
ונקבה ברא אתם: ויברך אתם
אלהים ויאמר להם אלהים פרו
ורבו ומלאו את הארץ וכבשה
ורדו בדגת הים ובעוף השמים
ובכל חיה הרמשת על הארץ:
ויאמר אלהים הנה נתתי לכם
את כל עשב זרע זרע אשר על
פני כל הארץ ואת כל העץ אשר
בו פרי עץ זרע זרע לכם יהיה
לאכלה: ולכל חית הארץ ולכל
עוף השמים ולכל רומש על
הארץ אשר בו נפש חיה את כל
ירק עשב לאכלה ויהי כן: וירא
אלהים את כל אשר עשה והנה
טוב מאד ויהי ערב ויהי בקר
יום הששי:

Ca. ij.

ויכלו השמים והארץ וכל צבאם:

Pritiua heb.: חיה · היה עשה חיה · ראה · עשה · דמה רדה · ברא · ברך · אמר פרה · רבה · רדה · אמר נתן · פנה · פרה היה · חיה · רמש · היה ראה · כלה

Transla. Chal.

בעירא ורחשא וחית ארעא לזנהא והוה כן: ועבד ייי ית חית ארעא לזנה וית
בעירא לזנה וית כל רחשא דארעא לזנוהי וחזא ייי ארי טב: ואמר ייי נעביד אדם
בצלמנא כדמותנא וישלטון בנוני ימא ובעופא דשמיא ובבעירא ובכל ארעא ובכל
רחשא דרחיש על ארעא: וברא ייי ית אדם בצלמיה בצלמא דייי ברא יתיה דכר
ונוקבא ברא יתהון: ובריך יתהון ייי ואמר להון ייי פושו וסגו ומלו ית ארעא ותקופו
עלהא ושלוטו בנוני ימא ובעופא דשמיא ובכל חיתא דרחשא על ארעא: ואמר ייי
הא יהבית לכון ית כל עסבא דבר זרע מזדרע דעל אפי כל ארעא וית כל אילנא
דביה איבא דאילנא דבר זרע מזדרע לכון יהא למיכל: ולכל חיתא דארעא ולכל
עופא דשמיא ולכל דרחיש על ארעא דביה נפשא חיתא ית כל ירוקא דעשבא
למיכל והוה כן: וחזא ייי ית כל דעבד והא טב לחדא והוה רמש והוה צפר יום
שתיתאי: Ca. ij. ואשתכללו שמיא וארעא וכל חיליהון:

Interp. chal.

iumentũ τ reptile τ bestiam terre sm species suas: τ fuit ita. Et fecit deus bestiã terre sm genus suũ τ iumentũ iuxta genus suũ: τ oẽ reptile terre iuxta genus suũ: et vidit de⁹ qđ esset bonũ. Et dixit deus faciam⁹ hominẽ ad imaginẽ nostrã: sicut similitudo nostra: et dñetur in pisces maris τ in volatilia celoꝝ τ in iumẽta τ in omnẽ terrã: et in oĩe reptile qđ reptat super terrã. Et creauit deus hoiem ad imaginẽ suã: ad imaginẽ dei creauit illũ: masculũ τ feminã creauit eos. et bñdixit eis deus: τ dixit eis deus. Crescite τ multiplicamini: τ replete terrã τ roboramini sup eam: τ dñamini piscibus maris τ volatili celi et omni animanti qđ reptat sup terram. Et dixit deus. Ecce dedi vobis omnẽ herbã: cuius granũ semẽtis seminatur: que est sup faciẽ vniuerse terre: τ oẽm arborẽ in qua est fructus arboris: cuius granũ semẽtis seminatur: vobis erit ad vescendũ: et omni bestie terre τ omni volatili celi τ omni reptili qđ reptat sup terrã. in quo est anima viuens: omnẽ virentẽ herbã ad vescendũ. et fuit ita. Et vidit deus cuncta q̃ fecerat: τ ecce bona valde. Et fuit vespe τ fuit mãe dies sext⁹. Ca. 2.

ET perfecti sunt celi τ terra τ oĩs exercitus eoꝝ.

Pritiua chal.: חיה זנא · עבד · דמה שלט · סגא מלא · חיה · זרע · אבב היה אכל · חיה · טוב · שית

Tex. Heb.

ויכל אלהים ביום השביעי מלאכתו אשר עשה וישבת ביום השביעי מכל מלאכתו אשר עשה: ויברך אלהים את יום השביעי ויקדש אתו כי בו שבת מכל מלאכתו אשר ברא אלהים לעשות: אלה תולדות השמים והארץ בהבראם ביום עשות יהוה אלהים ארץ ושמים: וכל שיח השדה טרם יהיה בארץ וכל עשב השדה טרם יצמח כי לא המטיר יהוה אלהים על הארץ ואדם אין לעבד את האדמה: ואד יעלה מן הארץ והשקה את כל פני האדמה: וייצר יהוה אלהים את האדם עפר מן האדמה ויפח באפיו נשמת חיים ויהי האדם לנפש חיה: ויטע יהוה אלהים גן בעדן מקדם וישם שם את האדם אשר יצר: ויצמח יהוה אלהים מן האדמה כל עץ נחמד למראה וטוב למאכל ועץ החיים בתוך הגן ועץ הדעת טוב ורע: ונהר יצא מעדן להשקות את הגן ומשם יפרד והיה לארבעה ראשים: שם האחד פישון הוא הסבב את כל ארץ החוילה אשר שם הזהב:

Primitiua heb.

שבע · שבת · ברך · קדש · עשה ילד · ברא · עשה · היה · צמח · מטר · אוד עלה · שקה פנה · יצר · נפח · חיה · נטע · שום · צמח · חמד ראה · אכל חיה · ידע · שקה · פרד רבע · ראש שם

Trāsla. B. Hiero.

Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Et benedixit diei septimo: & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus vt faceret. Iste sunt generationes celi & terre quando create sunt: in die quo fecit dominus deus celum & terram: & omne virgultum agri antequam oriretur in terra: omnemq; herbam regionis priusquam germinaret: non enim pluerat dominus deus super terram: & homo non erat qui operaretur terram. Sed fons ascendebat e terra irrigans vniuersam superficiem terre. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre: & inspirauit in faciem eius spiraculum vite: & factus est homo in animam viuentem. Plantauerat autem dominus deus paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitq; dominus deus de humo omne lignum pulcrum visu: & ad vescendum suaue: lignum etiam vite in medio paradisi: lignumq; scientie boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum: qui inde diuiditur in quattuor capita. Nomen vni Phison. Ipse est qui circuit omnem terram euilath vbi nascitur aurum.

Trāsla. Gre. lxx. cū interp. latina.

καὶ συνετέλεσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἃ ἐποίησεν· καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησεν. καὶ εὐλόγησεν ὁ θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν· ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι. αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο· ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι· οὐ γὰρ ἔβρεξε κύριος ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι αὐτήν. πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς· καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. καὶ ἐφύτευσεν κύριος ὁ θεὸς παράδεισον ἐν ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασε. καὶ ἐξανέτειλεν ὁ θεὸς ἔτι ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ. ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον· ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς. ὄνομα τῷ ἑνὶ φισών· οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν εὐιλάτ, ἐκεῖ οὗ ἐστι τὸ χρυσίον.

et perfecit deus in die sexta opera sua: que fecit. et requieuit deus in die septima ab omnibus operibus suis: que fecit. et benedixit deus diem septimum: et sanctificauit illum. quia in ipso cessauit ab omnibus operibus suis: que incepit deus facere. hic liber generationis celi et terre: quando facta sunt. qua die fecit deus celum et terram: et omne virgultum agri antequam oriretur in terra. et omnem herbam agri antequam germinaret. non enim pluerat deus deus super terram: et homo non erat ad operandum eam. fons autem ascendebat ex terra: et irrigabat omnem faciem terre. et formauit deus hominem: puluerem accipiens de terra. et inspirauit in faciem eius spiraculum vite: et factus est homo in animam viuentem. et plantauit dominus deus paradisum in eden ad orientem. et posuit illic hominem: quem formauit. et produxit deus adhuc de terra omne lignum pulchrum ad visum et bonum ad cibum. et lignum vite in medio paradisi: et lignum sciendi scientiam boni et mali. fluuius autem egreditur ex eden ad irrigandum paradisum. inde diuiditur in quattuor principia. nomen vni phison. hic qui circuit omnem terram euilat. illic vbi est aurum.

Exodi. 20.b. Hebre. 4.b. — B — Tob. 8.b. Sap. 10.a. 1.Co. 15.f. — Eccle. 24.e.

Trāsla. Chal.

tera generationi suae: et
λοτρία τοῖς γενήμασιν αὐτῆς, καὶ τὰ
filij sui reliquerūt eā. san
τέκνα αὐτῆς ἐγκατέλιπον αὐτήν. τὸ ἁγί
ctuariū illiꝰ desolatū ē vt eremꝰ. fe
ασμα αὐτῆς ἠρημώθη ὡς ἔρημος. αἱ ἑορ
sta eiꝰ versa sunt in luctū. sab
ταὶ αὐτῆς ἐστράφησαν εἰς πένθος. τὰ σάβ
bata eiꝰ in ignominiā. honor eiꝰ
βατα αὐτῆς εἰς ὀνειδισμόν. ἡ τιμὴ αὐτῆς εἰς
in vilipēdium: iuxta gliā eiꝰ sic
ἐξουδένωσιν, κατὰ τὴν δόξαν αὐτῆς ἐγε
it ignominia eiꝰ. et altitudo eiꝰ
νήθη ἀτιμασμὸς αὐτῆς. καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς
versa ē in luctū. et scripsit rex
ἐστράφη εἰς πένθος. καὶ ἔγραψεν ὁ βασι
omni regno suo vt essent om
λεὺς πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ εἶναι πάν
nes in pplm vnū: et relinqueret quisqꝫ
τας εἰς λαὸν ἕνα, καὶ ἐγκαταλιπεῖν ἕκαστον

leges suas. et cōsēserūt oēs
τὰ νόμιμα αὐτοῦ. καὶ ἐπεδέξαντο πάντα
gētes fm sermonē regis.
τὰ ἔθνη κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως.
et multi ab israel cōsēserūt cul
καὶ πολλοὶ ἀπὸ ἰσραὴλ εὐδόκησαν τῇ λα
tui eiꝰ. et sacrificauerūt idolis: et
τρείᾳ αὐτοῦ. καὶ ἔθυσαν τοῖς εἰδώλοις, καὶ
polluerūt sabbatū. et mi
ἐβεβήλωσαν τὸ σάββατον. καὶ ἀπέ
sit rex libros in manu nū
στειλεν ὁ βασιλεὺς βιβλία ἐν χειρὶ ἀγ
cioꝝ in hierusalē et vrbes iu
γέλων εἰς ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πόλεις ἰού
da vt irēt post leges alienoꝝ
δα, πορευθῆναι ὀπίσω νομίμων ἀλλοτρίων
terre: et phiberēt holocausta et
τῆς γῆς, καὶ κωλῦσαι ὁλοκαυτώματα καὶ
sacrificiū et libationē ex sanctuario:
θυσίαν καὶ σπονδὴν ἐκ τοῦ ἁγιάσματος,
et coinquinarēt sabbata et festa: et
καὶ βεβηλῶσαι σάββατα καὶ ἑορτάς, καὶ
polluerēt sanctuariū et sanctos: edificarēt
μιᾶναι ἁγίασμα καὶ ἁγίους, οἰκοδομῆσαι
aras et lucos: et idola: et sacrificarēt
βωμοὺς καὶ τεμένη, καὶ εἰδωλεῖα, καὶ θύειν
porcina et pecora cōmunia: et relinquerēt
ὕεια καὶ κτήνη κοινά, καὶ ἀφιέναι τοὺς
filios suos incircūcisos: abominarent
υἱοὺς αὐτῶν ἀπεριτμήτους, βδελύξαι τὰς
aias suas in oi immūdo et
ψυχὰς αὐτῶν ἐν παντὶ ἀκαθάρτῳ καὶ
coinquinatione. ita vt obliuiscerent legis:
βεβηλώσει. ὥστε ἐπιλαθέσθαι τοῦ νόμου,
et immutarēt oēs iustificationes.
καὶ ἀλλάξαι πάντα τὰ δικαιώματα.
et q nō faceret iuxta verbū
καὶ ὃς ἂν μὴ ποιήσῃ κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ
regis moreret. iuxta oia
βασιλέως ἀποθανεῖται. κατὰ πάντας
verba hec scripsit oi
τοὺς λόγους τούτους ἔγραψε πάσῃ τῇ
regno suo. et fecit princi
βασιλείᾳ αὐτοῦ. καὶ ἐποίησεν ἐπισκό
pes sup oēm pplm: et prece
πους ἐπὶ πάντα τὸν λαόν, καὶ ἐνετεί
pit vrbibꝰ iuda sacrificare per
λατο ταῖς πόλεσιν ἰούδα θυσιάζειν κα
vrbē et vrbē. et cōgregati sunt
τὰ πόλιν καὶ πόλιν. καὶ συνηθροίσθησαν
de pplo ad eos multi. ois
ἀπὸ τοῦ λαοῦ πρὸς αὐτοὺς πολλοί. πᾶς
q dereliquerat legē. et fecerūt
ὁ ἐγκαταλιπὼν τὸν νόμον. καὶ ἐποίησαν
mala in terra: et posuerūt israel in
κακὰ ἐν τῇ γῇ, καὶ ἔθεντο τὸν ἰσραὴλ ἐν
abditis in omni refugio ipoꝝ.
κρυφοῖς ἐν παντὶ φυγαδευτηρίῳ αὐτῶν.
et quinta et decima die chasleu
καὶ τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ χασελεῦ
quinto et qdragesimo et cētesi
τῷ πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατο
mo anno edificauerūt abominationē deso
στῷ ἔτει ᾠκοδόμησαν βδέλυγμα ἐρημώ
lationis sup altare. et in vrbi
σεως ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. καὶ ἐν πόλε
bꝰ iuda incircuitu edificauerūt aras:
σιν ἰούδα κύκλῳ ᾠκοδόμησαν βωμούς,
et in ianuis domoꝝ. et in
καὶ ἐπὶ τῶν θυρῶν τῶν οἰκιῶν, καὶ ἐν
plateis thura icēdebāt. et libros
ταῖς πλατείαις ἐθυμίων. καὶ τὰ βιβλία

legē suam: & consenserunt omnes gentes secundū verbum regis antiochi. Et multi ex israel consenserūt ei: & sacrificauerūt idolis & coinquinauerunt sabbatū. Et misit rex antiochus libros per manꝰ nunciorū in hierusalē: & in oēs ciuitates iude vt sequerētur leges gentium terre: & phiberent holocausta & sacrificia: & placationes fieri in tēplo dei: & phiberent celebrari sabbatū & dies solennes. Et iussit coinquinari sancta et sanctū populū israel. Et iussit edificari aras & tēpla & idola: & imolari carnes suillas & pecora cōmunia: & relinqre filios suos incircuncisos: & coinquinari aias eorū in oibus immūdicijs & abominationibus: ita vt obliuiscerētur legē & immutarēt oēs iustificationes dei. Et qcunqꝫ nō fecissent secundū verbū regis antiochi: morerētur. Secundū oia verba hec scripsit omni regno suo: & pposuit principes populo q hec fieri cogerēt. Et iusserūt ciuitatibus iude sacrificare. Et cōgregati sunt multi de pplo ad eos q dereliquerāt legē dñi: & fecerūt mala super terrā: & effugauerūt pplm israel in abditis & in absconditis fugitiuorū locis. Die quītadecima mēsis casleu: qnto & qdragesimo & cētesimo āno: edificauit rex antiochꝰ abominandū idolū desolationis sup altare dei: & per vniuersas ciuitates iude in circuitu edificauerūt aras & ante ianuas domorū: & in plateis incendebant thura & sacrificabāt. Et libros legis dei cōbusserūt igni scīdētes eos: & apud quēcunqꝫ inueniebātur libri testamēti dñi: & quicūqꝫ obseruabat legē dñi secūdū edictū regis: trucidabāt eū. In virtute sua faciebāt hec pplo israel q inueniebatur in omni mēse in ciuitatibus. Et quinta et vicesima die mēsis sacrificabāt sup arā que erat cōtra altare: & mulieres q circumcidebāt filios suos trucidabātur secundū iussum regis antiochi. Et suspēdebant pueros a ceruicibus p vniuersas domos eorū: & eos q circūciderāt illos trucidabāt. Et multi de populo isrl diffinierunt apud se: vt nō māducarēt immūda: et elegerūt magis mori qꝫ cibis coinquinari immūdis: & noluerūt infringere legē dei sanctā: & trucidati sunt: & facta est ira magna super populū israel valde. Ca. 2.

In diebus illis surrexit matathias filius iohānis filii symeonis sacerdos ex filiis ioarim ab hierusalē: & consedit in monte modin. Et habebat filios quinqꝫ iohannā: qui cognominabatur gaddis: & simonem: qui cognominabatur thasi: & iudam: q vocabatur machabeꝰ: & eleazarū: qui cognominabatur abarō: & ionatham: qui cognominabatur apphus. Hi viderunt mala que fiebant in populo iuda et in hierusalem. Et dixit matathias. Ve mihi. Vt quid natus sum videre cōtritionem populi mei & contritionem ciuitatis sancte: & sedere illic cum datur in manibus inimicorū? Sancta in manu extraneorū facta sūt: templum eius sicut homo ignobilis. Vasa glorie eius captiua abducta sunt:

legis q̄s inuenerūt cōbusserūt igne scindentes
τοῦ νόμου ἃ εὗρον ἐνεπύρισαν πυρὶ κατασχί
tes. et vbi inueniebat apud aliquē
σαντες. καὶ ὅπου εὑρίσκετο παρά τινι
liber testamēti: et siqs acqeiscebat
βιβλίον διαθήκης, καὶ εἴ τις συνευδόκει τῷ
legi edicto regis occidebāt
νόμῳ τὸ σύγκριμα τοῦ βασιλέως ἐθανάτουν
illū in virtute sua. faciebāt sic israel
αὐτὸν ἐν ἰσχύι αὐτῶν. ἐποίουν οὕτω τῷ ἰσραὴλ
inuētis in omni mēse et mēse in
τοῖς εὑρισκομένοις ἐν παντὶ μηνὶ καὶ μηνὶ ἐν
vrbibꝰ. et qnta et vicesima mē
ταῖς πόλεσι. καὶ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μη
sis sacrificātes sup arā q̄ erat in
νὸς θυσιάζοντες ἐπὶ τὸν βωμὸν ὃς ἦν ἐπὶ
altari. et mulieres q̄ circū
τοῦ θυσιαστηρίου. καὶ τὰς γυναῖκας τὰς περι
ciderunt filios suos occiderūt
τετμηκυίας τὰ τέκνα αὐτῶν ἐθανάτωσαν
iuxta iussum: et suspēderunt infantes
κατὰ τὸ πρόσταγμα, καὶ ἐκρέμασαν τὰ βρέφη
ex collis eoꝝ et domos
ἐκ τῶν τραχήλων αὐτῶν καὶ τοὺς οἴκους
eoꝝ et eos q̄ circūciderāt illos.
αὐτῶν καὶ τοὺς περιτετμηκότας αὐτούς.
et multi in israel fortificati sunt et
καὶ πολλοὶ ἐν ἰσραὴλ ἐκραταιώθησαν καὶ
offirmati in se vt nō comederēt cōmunia.
ὠχυρώθησαν ἐν αὐτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινά.
et elegerūt mori vt nō pollueren
καὶ ἐπεδέξαντο ἀποθανεῖν ἵνα μὴ μιανθῶ
tur cibis et ne inquinarēt testa
σι τοῖς βρώμασι καὶ μὴ βεβηλώσωσι διαθή
mētū sanctū: et mortui sunt. et fuit ira
κην ἁγίαν. καὶ ἀπέθανον. καὶ ἐγένετο ὀργὴ
magna sup israel valde.
μεγάλη ἐπὶ ἰσραὴλ σφόδρα. Ca. 2.

In diebꝰ illis: surrexit mat
ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἀνέστη ματ
tathias filiꝰ ioānis filij symeō sacerdos
ταθίας ἰωάννου τοῦ συμεὼν ἱερεὺς τῶν
filioꝝ ioarib de hierusalē: et se
υἱῶν ἰωαρίβ ἀπὸ ἱερουσαλήμ, καὶ ἐκά
dit in modin. et ei filij qnqꝫ:
θισεν ἐν μωδεΐν. καὶ αὐτῷ υἱοὶ πέντε,
ioānes cognominatꝰ gaddis: simon
ἰωάννης ὁ ἐπικαλούμενος γαδδίς, σίμων
vocatꝰ thasi: iudas voca
ὁ καλούμενος θασί, ἰούδας ὁ καλού
tus maccabeꝰ: eleazarꝰ voca
μενος μακκαβαῖος, ἐλεάζαρ ὁ καλούμε
tus auaran: ionathas vocatꝰ sap
νος αὐαράν, ἰωνάθας ὁ καλούμενος ἀπ
phus. et vidit blasphemias q̄ fie
φοῦς. καὶ εἶδε τὰς βλασφημίας τὰς γι
bāt in iuda et hierlm: et dixit.
νομένας ἐν ἰούδᾳ καὶ ἰλήμ, καὶ εἶπεν.
hei mihi: vt qd hoc natꝰ sum videre cōtri
οἴμοι, ἵνα τί τοῦτο ἐγεννήθην ἰδεῖν τὸ σύν
tione pplī mei: et cōtri
τριμμα τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὸ σύν
tione vrbis sancte: et se
τριμμα τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ κα
dere ibi cū daret ea in manu
θίσαι ἐκεῖ ἐν τῷ δοθῆναι αὐτὴν ἐν χειρὶ
inimicoꝝ: sanctuariū in manu alienoꝝ.
ἐχθρῶν, τὸ ἁγίασμα ἐν χειρὶ ἀλλοτρίων.
factū ē templū eiꝰ vt vir ignobilis.
ἐγένετο ὁ ναὸς αὐτῆς ὡς ἀνὴρ ἄδοξος. τὰ
vasa glie captiua abducta sūt.
σκεύη τῆς δόξης αὐτῆς αἰχμάλωτα ἀπήχθη.

trucidati ſunt ſenes eius in plateis: et iuuenes eius ceciderūt in gladio inimicorum. Que gens non hereditauit regnū eius: et non obtinuit ſpolia eius. Omnis cōpoſitio eius ablata eſt. Que erat libera facta eſt ancilla. Et ecce ſancta noſtra: & pulchritudo nr̄a: & claritas noſtra deſolata eſt: & coinquinauerunt eā gētes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et ſcidit veſtimenta ſua matathias & filii eius & operuerunt ſe ciliciis: & planxerunt valde: & venerunt illuc qui miſſi erant a rege antiocho: vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatem modin immolare & accendere thura: & a lege dei diſcedere. Et multi de populo iſrael conſentientes acceſſerunt ad eos: ſed matathias & filii eius conſtanter ſteterunt: & reſpondentes qui miſſi erāt ab antiocho: dixerunt matathie. Princeps et clariſſimus et magnus es in hac ciuitate: & ornatus filiis & fratribus. Ergo accede prior et fac iuſſum regis ſicut fecerunt omnes gentes & viri iuda: & qui remanſerunt in hieruſalem. Et eris tu & filii tui inter amicos regis: & amplificatus auro et argento & muneribꝰ multis. Et reſpondit matathias & dixit magna voce. Et ſi omnes gentes regi ātiocho obediunt: vt diſcedant vnuſquiſqꝫ a ſeruitute legis patrū ſuorum: & conſentiant mandatis eius: ego & filii mei & fratrés mei obediemus legi patrum noſtrorum. Propitiꝰ ſit nobis deus: nō eſt nobis vtile relinquere legem & iuſticias dei. Non audiemus verba regis antiochi: nec ſacrificabimus traſgredientes legis noſtre mandata: vt eamus altera via. Et vt ceſſauit loqui verba hec: acceſſit quidam iudeus in omniuꝫ oculis ſacrificare idolis ſuper aram in ciuitate modin ſecundum iuſſum regis. Et vidit matathias & doluit: & contremuerunt renes eius. Et accenſus eſt furor eius ſecundum iudiciuꝫ legis: & inſiliēs trucidauit eum ſuper aram. Sed & virū quem rex antiochus miſerat qui cogebat immolare: occidit in ipſo tempore & aram deſtruxit: et zelatus eſt legē ſicut fecit phinees zābri filio ſalomi. Et exclamauit matathias voce magna in ciuitate dicens. Omnis qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentum exeat poſt me. Et fugit ipſe & filii eius in montes: & reliquerunt queçunqꝫ habebant in ciuitate. Tunc deſcenderunt multi querentes iudicium & iuſticiaꝫ in deſertum: & ſederūt ibi ipſi & filii eius: & mulieres eorum & pecora eorum: quoniā inundauerunt ſuper eos mala. Et renūciatum eſt viris regis & exercitui q erāt in hieruſalem ciuitate dauid: quoniam diſceſſiſſent viri quidam qui diſſipauerunt mandatum regis in loca occulta in deſerto: et abiiſſent poſt illos multi. Et ſtatim prexerunt ad eos & conſtituerunt aduerſus eos prelium in die ſabbatorū: et dixerūt ad eos. Reſiſtitis & nūc adhuc?

Exite & facite ſecundum verbum regis antiochi et viuetis: et dixerūt. Non exibimus: neqꝫ faciemus verbum regis vt polluamus diem ſabbatorum. Et cōcitauerunt aduerſus eos prelium: et nō reſponderunt eis: nec lapidem miſerūt in eos: nec oppilauerūt loca occulta dicentes. Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra: & teſtes erunt ſuper nos celū et terra ꝙ iniuſte pditis nos. Et intulerunt illis bellū ſabbatis: & mortui ſunt ipſi & vxores eorum & filii eorum & pecora eorū: vſqꝫ ad mille animas hominum. Et cognouit matathias & amici eius: & luctum habuerūt ſuper eos valde. Et dixit vir proximo ſuo. Si omnes fecerimus ſicut fratres noſtri fecerunt: & non pugnauerimus aduerſus gentes pro animabus noſtris & iuſtificationibus noſtris: citius diſperdent nos a terra. Et cogitauerunt in die illa dicentes. Omnis homo quicūqꝫ venerit ad nos in bello die ſabbatorum: pugnemꝰ aduerſus eum: & non moriemur omnes ſicut mortui ſūt fratres noſtri in occultis. Tunc congregata eſt ad eos ſynagoga iudeoruꝫ fortis viribus ex iſrael: oīs voluntarius in lege: & omnes qui fugiebant a malis additi ſunt ad eos: & facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum: & percuſſerunt peccatores in ira ſua: & viros iniquos in indignatione ſua: & ceteri fugerūt ad nationes vt euaderēt. Et circuiuit matathias & amici eius: & deſtruxerūt aras: et circundederūt pueros incircūciſos quotquot inuenerunt in finibꝰ iſrael in fortitudine. Et perſecuti ſunt filios ſuperbie: & proſperatum eſt opus in manibꝰ eorum. Et obtinuerunt legem de manibus gentium: & de manibus regum: & non dederunt cornu peccatori. Et appropinquauerūt dies matathie moriēdi & dixit filiis ſuis. Nunc cōfortata eſt ſuperbia & caſtigatio & tempus euerſionis & ira indignationis. Nunc ergo filii emulatores eſtote legis: & date animas veſtras pro teſtamento patrum: & mementote operum patruꝫ que fecerunt in generationibus ſuis: & accipietis gloriam magnaꝫ & nomen eternū. Abraā nonne in tentatione inuentꝰ eſt fidelis: & reputatum eſt ei ad iuſticiam? Ioſeph in tempore anguſtie ſue cuſtodiuit mādatum: & factus eſt dominus egypti. Phinees pater noſter zelando zelū dei accepit teſtamentum ſacerdotii eterni. Ieſus dum impleuit verbum factus eſt dux in iſrael. Caleph duꝫ teſtificatur in eccleſia accepit hereditatem. Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſecula. Helias dum zelat zelū legis: receptus eſt in celum. Ananias & azarias & miſael credētes liberati ſunt de flāma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes

ſperantes in ipm: nō infirmabū=
οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτόν, οὐκ ἀσθενήσου
tur. τ a verbis viri peccato
σι. καὶ ἀπὸ λόγων ἀνδρὸς ἁμαρτω=
ris ne timeatis: qa glia ei9
λοῦ μὴ φοβηθῆτε, ὅτι ἡ δόξα αὐτοῦ
in ſterc9 τ in vermes. hodie
εἰς κόπρια καὶ εἰς σκώληκας. σήμερον
extollitur τ cras nō īuenietᷓ:
ἐπαρθήσεται καὶ αὔριον οὐ μὴ εὑρεθῇ,
qa conuerſus eſt in puluerē ſuū:
ὅτι ἐπέστρεψεν εἰς τὸν χοῦν αὐτοῦ,
τ cogitatio ei9 periit.
καὶ ὁ διαλογισμὸς αὐτοῦ ἀπώλετο.
τ vos filij cōfortamini τ viri
καὶ ὑμεῖς τέκνα ἰσχύσατε καὶ ἀνδρί
eſtote in lege: qa in ipa gliſi
ζεσθε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι ἐν αὐτῷ δο=
cabimini. τ ecce ſymeō fra
ξασθήσεσθε. καὶ ἰδοὺ συμεὼν ὁ ἀδελ=
ter veſter: ſcio φ vir cōſilij eſt:
φὸς ὑμῶν, οἶδα ὅτι ἀνὴρ βουλῆς ἐστιν,
eum audite oēs dies. ip=
αὐτοῦ ἀκούετε πάσας τὰς ἡμέρας. αὐ
ſe vobis erit in patrē: τ iudas
τὸς ὑμῖν ἔσται εἰς πατέρα, καὶ ἰούδας
maccabeus ipſe fortis potentia a iu
μακκαβαῖος αὐτὸς ἰσχυρὸς δυνάμει ἐκ νε
uētute ſua: hic vobis erit pīceps exer
ότητος αὐτοῦ, οὗτος ὑμῖν ἔσται ἄρχων στρα
cit9: τ bellabitis belli pplox.
τιᾶς, καὶ πολεμήσετε πόλεμον λαῶν.
τ vos adducetis ad vos oēs
καὶ ὑμεῖς προσάξετε πρὸς ὑμᾶς πάντας
factores legis: τ vltionē
τοὺς ποιητὰς τοῦ νόμου, καὶ ἐκδικήσατε ἐκ
ppli vrī. retribuite retributionē
λαοῦ ὑμῶν. ἀνταπόδοτε ἀνταπόδομα
gētib9. τ attēdite in precep
τοῖς ἔθνεσι. καὶ προσέχετε εἰς τὰ προστά
pta legis. τ bndixit eos.
γματα τοῦ νόμου. καὶ εὐλόγησεν αὐτούς.
τ appoſit9 eſt ad patres ſuos:
καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτ,
τ mortuus eſt in ſexto τ quadrage
καὶ ἀπέθανεν ἐν τῷ ἕκτῳ καὶ τεσσαρα=
ſimo τ cēteſimo anno. τ ſepelierūt eū
κοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει. καὶ ἔθαψαν αὐ
filij eius in ſepulturis patrū ſuox
τὸν οἱ υἱοὶ αὐτ ἐν τάφοις πατέρων αὐτ
in modin: τ luxerūt eū oēs iſra
ἐν μωδεΐν, καὶ ἐκόψαντο αὐτὸν πᾶς ἰσρα
el luctu magno.
ὴλ κοπετὸν μέγαν. Ca. 3.

ET ſurrexit iudas vocat9
Καὶ ἀνέστη ἰούδας ὁ καλούμενος
maccabe9 fili9 ei9 pro eo: τ
μακκαβαῖος υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ, καὶ
adiuuabāt eū oēs fratres eius:
ἐβοήθουν αὐτῷ πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτ,
τ oēs q adheſerāt patri
καὶ πάντες ὅσοι ἐκολλήθησαν τῷ πατρὶ
ei9: τ preliabant preliū iſra
αὐτοῦ, καὶ ἐπολέμουν τὸν πόλεμον ἰσρα
el cū leticia. τ dilatauit gliam
ὴλ μετ' εὐφροσύνης. καὶ ἐπλάτυνε δόξαν
pplo ſuo. τ induit thoracē vt
τῷ λαῷ αὐτοῦ. καὶ ἐνεδύσατο θώρακα ὡς
gigas: τ ſuccinxit ſe armis bel
γίγας, καὶ συνεζώσατο τὰ σκεύη τὰ πο
licis ſuis. prelia cōſtituit pro
λεμικὰ αὐτοῦ. πολέμους συνεστήσατο σκε

qui ſperant in eum non infirmantur. Et a verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius ſterc9 & vermis eſt. Hodie extollitur et cras non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram ſuā: et cogitatio eius periit. Vos ergo filii confortamini & viriliter agite in lege: quia cum feceritis que vobis precepta ſunt in lege a domino deo vrō: in ipſa glorioſi eritis. Et ecce ſimon frater veſter ſcio φ vir conſilii eſt. Ipſum audite ſēper: & ipſe erit vobis pater. Et iudas machabeus fortis viribus a iuuētute ſua: ſit vobis princeps militie: & ipſe aget bellū populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictam populi veſtri. Retribuite retributionem in gentibus: et intendite in preceptum legis. Et benedixit eos: et appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt anno cēteſimoquadrageſimoſexto: & ſepultus eſt a filiis ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in modin: & planxerunt eum omnis iſrael planctu magno.

Capitulum tertium.

ET ſurrexit iudas q vocabatur machabeus filius eius pro eo: & adiuuabant eum omnes fratres eius: & vniuerſi qui ſe coniunxerant patri eius: & preliabantur prelium iſrael cū leticia: & dilatauit gloriā populo ſuo: & induit ſe loricam ſicut gigas: & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in preliis: & protegebat caſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis: & ſicut catulus leonis rugiens in venatione. Et perſecut9 eſt iniquos perſcrutans eos: & qui conturbant populum ſuum: eos ſuccēdit flāmis & repulſi ſunt inimici eius pre timore eius. Et omnes operarii iniquitatis conturbati ſunt: & directa eſt ſalus in manu eius. Et exacerbabat reges multos: & letificabat iacob in operib9 ſuis: & in ſeculum memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates iuda & perdidit impios ex eis: et auertit irā ab iſrael. Et nominat9 eſt vſq ad nouiſſimum terre: & congregauit percūtes et cōgregauit apollonius gentes: et a ſamaria virtutem multam & magnam ad bellandum contra iſrael. Et cognouit iudas & exiit obuiā illi: & percuſſit & occidit illum: & ceciderunt vulnerati multi: & reliqui fugerūt: & accepit ſpolia eorum et gladium apollonii abſtulit iudas: et erat pugnans in eo omnib9 diebus: et audiuit ſeron princeps exercitus ſyrie φ congregauit iudas cōgregationem fidelium & eccleſiam ſecū: et ait. Faciam mihi nomen & glorificabor in regno: et debellabo iudā & eos qui cum ipſo ſunt qui ſpernebant verbum regis: & preparauit ſe & aſcenderunt cum eo caſtra impiorum fortes auxiliarii: vt facerent vindictam in filios iſrael: &

legēs caſtra in gladio. τ ſimilis
πάζων παρεμβολὴν ἐν ῥομφαίᾳ. καὶ ὡμοι
fact9 ē leoni in operib9 ſuis: τ vt
ώθη λέοντι ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ὡς
catul9 leōis rugiēs in venatiōe. τ pſecu=
σκύμνος ἐρευγόμενος εἰς θήραν. καὶ ἐδίω=
t9 ē iniquos ſcrutās. τ turbā
ξεν ἀνόμους ἐξερευνῶν. καὶ τοὺς ταράσσον
tes pplm ſuū ſuccēdit. τ cōpul
τας τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐφλόγισε. καὶ συνε=
ſi ſunt iniqui a timore ei9.
στάλησαν οἱ ἄνομοι ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτ.
τ oēs operarij iniqtatis cōtur
καὶ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας συνε
bati ſunt. τ proſperata ē ſaluatio in
ταράχθησαν. καὶ εὐωδώθη σωτηρία ἐν
manu eius. Et exacerbauit reges
χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ ἐπίκρανε βασιλεῖς
multos: τ letificauit iacob in
πολλούς, καὶ εὔφρανε τὸν ἰακὼβ ἐν τοῖς
operib9 ſuis: τ vſq in ſeculū memo
ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τὸ μνη=
ria ei9 in bndictionē. τ pābulauit
μόσυνον αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν. καὶ διῆλθεν
in ciuitatib9 iuda: τ deleuit im=
ἐν πόλεσιν ἰούδα, καὶ ἐξωλόθρευσεν ἀσε
pios de ea. τ auertit irā ab
βεῖς ἐξ αὐτῆς. καὶ ἀπέστρεψεν ὀργὴν ἀπὸ
iſrael. τ nominat9 ē vſqad nouiſſimū
ἰσραήλ. καὶ ὠνομάσθη ἕως ἐσχάτου τῆς
terre: τ cōgregauit pereūtes. τ cō=
γῆς, καὶ συνήγαγεν ἀπολλυμένους. καὶ συ
gregauit apolloni9 gētes: τ a ſama=
νήγαγεν ἀπολλώνιος ἔθνη, καὶ ἀπὸ σαμα
ria exercitū magnū vt pugnaret
ρείας δύναμιν μεγάλην τοῦ πολεμῆσαι
cōtra iſrael. τ cognouit iudas τ exiuit
πρὸς ἰσραήλ. καὶ ἔγνω ἰούδας καὶ ἐξῆλθεν
in occurſū ei. τ percuſſit eū
εἰς συνάντησιν αὐτῷ. καὶ ἐπάταξεν αὐ
τ occidit. τ ceciderūt vul
τὸν καὶ ἀπέκτεινε. καὶ ἔπεσον τραυ=
nerati multi: τ reliqui fuge
ματίαι πολλοί, καὶ οἱ ἐπίλοιποι ἔφυ
rūt. τ accepit ſpolia eox: τ
γον. καὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῶν, καὶ τὴν
gladiū apollonij accepit iudas:
μάχαιραν ἀπολλωνίου ἔλαβεν ἰούδας,
τ fuit pugnās cū eo oēs di=
καὶ ἦν πολεμῶν ἐν αὐτῇ πάσας τὰς ἡμέ
es. τ audiuit ſerō princeps exer
ρας. καὶ ἤκουσε σήρων ὁ ἄρχων τῆς δυ
cit9 ſyrie φ cōgregauit iudas cōgre
νάμεως συρίας ὅτι ἤθροισεν ἰούδας ἄθροι
gationē: τ ecclēſā fideliū ſecū
σμα, καὶ ἐκκλησίαν πιστῶν μετ' αὐτοῦ καὶ
exeuntiū in bellū. τ dixit.
ἐκπορευομένων εἰς πόλεμον. καὶ εἶπε.
faciā mihi nomē τ glorificabor
ποιήσω ἐμαυτῷ ὄνομα καὶ δοξασθήσομαι
in regno: τ debellabo iu=
ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ πολεμήσω τὸν ἰού
dā τ eos q cū eo: τ ſper
δαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ τοὺς ἐξουδε
nētes verbū regis. τ addi
νοῦντας τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. καὶ προ
dit: τ aſcēderūt cū eo
σέθετο, καὶ ἀνέβη μετ' αὐτοῦ παρεμβο
impiox fortis ad adiuuādū eū vt fa=
λὴ ἀσεβῶν ἰσχυρὰ βοηθῆσαι αὐτῷ ποιῆ
ceret vltionē in filijs iſrael. τ
σαι τὴν ἐκδίκησιν ἐν υἱοῖς ἰσραήλ. καὶ

appropīquauerūt vſqad aſcēſum bethorō. τ
ἤγγισεν ἕως ἀναβάσεως βαιθωρῶν. καὶ
exiuit iudas in occurſum ei cū
ἐξῆλθεν ἰούδας εἰς συνάντησιν αὐτῷ ὀλι
paucis. vt aūt viderūt exercitū veniē
γοστός. ὡς δὲ εἶδον τὴν παρεμβολὴν ἐρχο
tē in occurſum eis: dixerūt
μένην εἰς συνάντησιν αὐτοῖς, εἶπον τῷ
iude. qd poterim9 pauci exiſtentes pu=
ἰούδᾳ. τί δυνησόμεθα ὀλίγοι ὄντες πο
gnare cōtra multitudinē tantā fortē. τ
λεμῆσαι πρὸς πλῆθος τοσοῦτο ἰσχυρόν. καὶ
nos fatigati ſumus ieiuni exiſtes hodie.
ἡμεῖς ἐκλελύμεθα ἀσιτοῦντες σήμερον.
τ dixit iudas. facile eſt cōclu
καὶ εἶπεν ἰούδας. εὔκοπόν ἐστι συγκλεῖ=
di multos in manib9 paucox τ
σαι πολλοὺς ἐν χερσὶν ὀλίγων, καὶ
nō eſt differētia in cōſpectu celi ſalua
οὐκ ἔστι διαφορὰ ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ σώ
re in multis vel i paucis. qm nō in
ζειν ἐν πολλοῖς ἢ ἐν ὀλίγοις. ὅτι οὐκ ἐν
multitudie potētie victoria belli eſt:
πλήθει δυνάμεως νίκη πολέμου ἐστίν,
ſed a celo fortitudo. ipi veniūt
ἀλλ' ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἰσχύς. αὐτοὶ ἔρχον
cōtra nos multitudie cōtumacie τ ini
ται πρὸς ἡμᾶς πλήθει ὕβρεως καὶ ἀνο=
qtatis vt diſpdāt nos τ mulieres
μίας τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς καὶ τὰς γυναῖκας
nrās τ filios nrōs vt ſpo=
ἡμῶν καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν τοῦ σκυλεῦ=
liēt nos. nos aūt pugnam9 pro
σαι ἡμᾶς. ἡμεῖς δὲ πολεμοῦμεν περὶ
animab9 nrīs τ legib9 nrīs.
τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ τῶν νομίμων ἡμῶν.
τ ipe cōfringet eos ante fa=
καὶ αὐτὸς συντρίψει αὐτοὺς πρὸ προσώ=
ciē nrām. vos aūt nō timeatis ab
που ἡμῶν. ὑμεῖς δὲ μὴ φοβεῖσθε ἀπ' αὐ
eis. poſtq aūt ceſſauit loqui irruit in
τῶν. ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν ἐνήλατο εἰς
eos ſubito: τ cōtrit9 eſt ſerō τ
αὐτοὺς ἄφνω, καὶ συνετρίβη σήρων καὶ ἡ
exercit9 ei9 corā eo. τ
παρεμβολὴ αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ. καὶ
pſecuti ſūt eos in deſcenſu bethorō
ἐδίωκον αὐτοὺς ἐν τῇ καταβάσει βαιθωρῶν
vſqad cāpū. τ ceciderūt ab eis
ἕως τοῦ πεδίου. καὶ ἔπεσον ἀπ' αὐτῶν
qſi viri octingēti. at reliq fuge
ὡς ἄνδρες ὀκτακόσιοι. οἱ δὲ λοιποὶ ἔφυ
rūt in terrā phyliſtijm. τ incepit timor
γον εἰς γῆν φυλιστιείμ. καὶ ἤρξατο ὁ φόβος
iude τ fratrū ei9 τ formido
ἰούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ καὶ ἡ πτοὴ
incidere in gētes q in circuitu eo
ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ αὐ
rū: τ appropinquit vſqad regē
τῶν. καὶ ἤγγισεν ἕως τοῦ βασιλέως τὸ
nomē eius: τ de prelijs
ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ τῶν παρατάξεων
iude narrabat oīa gēs. cū aūt audiuit
ἰούδα ἐξηγεῖτο πᾶν ἔθνος. ὡς δὲ ἤκουσεν
antiochus rex ſimones hos:
ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς τοὺς λόγους τού=
irat9 eſt furore. τ miſit
τους, ὠργίσθη θυμῷ. καὶ ἀπέστειλε καὶ
cōgregauit exercitus oēs re=
συνήγαγε τὰς δυνάμεις πάσας τῆς βα
gni ſui caſtra fortia val
σιλείας αὐτοῦ παρεμβολὴν ἰσχυρὰν σφό=

appropinquauerūt vſq ad bethorō: et exiuit iudas obuiam illis cum paucis. Vt autem viderunt exercitum venientem ſibi obuiam: dixerunt iude. Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tantam & tam fortem: et nos fatigati ſum9 ieiunio hodie: et ait iudas. Facile eſt cōcludi multos in manu paucorū: & non eſt differentia in conſpectu dei celi liberare in multis et in paucis: quoniā non in multitudine exercitus victoria belli: ſed de celo fortitudo eſt. Ipſi veniunt ad nos in multitudine contumaci & ſuperbia: vt diſperdant nos et vxores noſtras & filios noſtros: et vt ſpolient nos. Nos vero pugnabimus pro animabus noſtris & legibus noſtris: & ipſe dominus conteret eos ante faciem noſtrā. Vos autem ne timueritis eos. Vt ceſſauit autem loqui: inſiluit in eos ſubito. Et contritus eſt ſeron & exercitus eius in conſpectu ipſius: & perſecutus eſt eū in deſcenſu bethoron vſq in campum: et ceciderunt ex eis octingenti viri: reliqui autem fugerunt in terram phyliſtiim. Et cecidit timor iude ac fratrum ei9: & formido ſuper omnes gentes in circuitu eorum: & peruenit ad regem nomē eius: & de preliis iude narrabāt omnes gentes. Vt audiuit autem rex antioch9 ſermones iſtos iratus eſt animo: & miſit et congregauit exercitum vniuerſi regni ſui caſtra fortia valde: et aperuit erarium ſuum: & dedit ſtipendia exercitui in annum: et mādauit illis vt eſſent parati ad omnia: & vidit φ defecit pecunia de theſauris ſuis: & tributa regionis modica propter diſſenſionem et plagā quam fecit in terra: vt tolleret legitima que erant a primis diebus: et timuit ne non haberet et ſemel & bis in ſumptus & donaria que dederat ante larga manu: & abundauerat ſuper reges qui ante eum fuerant: & conſternatus erat animo valde: & cogitauit ire in perſidē et accipere tributa regionum et cōgregare argentum multum: & reliquit lyſiam hominem nobilem de genere regali ſup negocia regia a flumie euphrate vſq ad flumen egypti: & vt nutriret antiochum filium ſuum donec rediret: et tradidit ei medium exercitum et elephantos: et mandauit ei de omnib9 que volebat: & de inhabitantibus iudeam & hieruſalem: et vt mitteret ad eos exercitum ad conterendam & extirpādam virtutem iſrael et reliquias hieruſalem: et auferendam memoriam eorū de loco: et vt conſtitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum: et ſorte diſtribueret terram eorum: & rex aſſumpſit partem exercitus reſidui: et exiuit ab antiochia ciuitate regni ſui anno centeſimo & quadrageſimoſeptimo: & tranſfretauit euphratē

de: τ aperuit gazophylaciū ſuū τ
δρα. καὶ ἤνοιξε τὸ γαζοφυλάκιον αὐτ καὶ
dedit ſtipendia exercitib9 ſuis in
ἔδωκεν ὀψώνια ταῖς δυνάμεσιν αὐτ εἰς
annū. τ iuſſit eis in an
ἐνιαυτόν. καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς εἶναι
nū eſſe patos ad oēs neceſſitatē. τ
τὸν εἶναι ἑτοίμους εἰς πᾶσαν χρείαν. καὶ
vidit φ defecit pecunia de
εἶδεν ὅτι ἐξέλιπε τὸ ἀργύριον ἀπὸ τῶν
theſauris. τ tributox collectores regiōis
θησαυρῶν. καὶ οἱ φορολόγοι τῆς χώρας
pauci. pp̄ter diſſenſionē τ plagā
ὀλίγοι. χάριν τῆς διχοστασίας καὶ πληγῆς
quā fecit in terra: vt tolleret
ἧς κατεσκεύασεν ἐν τῇ γῇ, τοῦ ἆραι τὰ
legē q erat a dieb9 primis.
νόμιμα ἃ ἦσαν ἀφ' ἡμερῶν τῶν πρώτων.
τ timuit ne nō haberet vt ſemel τ
καὶ εὐλαβήθη μὴ οὐκ ἔχῃ ὡς ἅπαξ καὶ
bis ad expēſas τ dona q
δὶς εἰς τὰς δαπάνας καὶ τὰ δόματα ἃ
dederat ante larga manu. τ
ἐδίδου ἔμπροσθεν δαψιλεῖ χειρί. καὶ
abūdauerat ſup reges
ἐπερίσσευσεν ὑπὲρ τοὺς βασιλεῖς τοὺς
priores liberali manu: τ cōſternat9 erat
πρότερον δαψιλεῖ χειρί, καὶ ἠπορεῖτο τῇ
anima ſua valde. τ cogitauit ire
ψυχῇ αὐτ σφόδρα. καὶ ἐβουλεύσατο τ πο
in pſidē τ accipere
ρευθῆναι εἰς τὴν περσίδα καὶ λαβεῖν τς
tributa regionū: τ cōgregare pecu
φόρους τῶν χωρῶν, καὶ συναγαγεῖν ἀργύ
niā multā. τ reliqt lyſiā hoīem no
ριον πολύ. καὶ κατέλιπε λυσίαν ἄνδρ' ἔν
bilē τ de genere regali: ſup
δοξον καὶ ἀπὸ γένους τῆς βασιλείας, ἐπὶ
negocia regis a
τῶν πραγμάτων τ βασιλέως ἀπὸ τοῦ
flumio euphrate: vſqad terminos egy
ποταμοῦ εὐφράτου, ἕως τῶν ὁρίων αἰγύ
pti: τ vt nutriret antiochū filiū ſuū
πτου, καὶ τρέφειν ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ
quouſq rediret ipe. τ tradi
ἕως τοῦ ἐπιστρέψαι αὐτόν. καὶ παρέδω
dit ei dimidiū exercitiuū τ
κεν αὐτῷ τὰς ἡμίσεις τῶν δυνάμεων καὶ
elephātos. τ iuſſit ei de
τοὺς ἐλέφαντας. καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ περ
oibus q volebat. τ de
ὶ πάντων ὧν ἐβούλετο. καὶ περὶ τῶν
inhabitātib9 iudeā τ hierlm. vt
κατοικούντων τὴν ἰουδαίαν καὶ ἱλήμ. ἀπο
mitteret cōtra eos exercitū vt cōtereret τ
στεῖλαι ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν τ ἐκτρῖψαι καὶ
deleret fortitudinē iſrl τ reliqui
ἐξᾶραι τὴν ἰσχὺν ἰσραὴλ καὶ τὸ κατάλειμ
as hierlī: τ tolleret memoriā eox
μα ἱλήμ, καὶ ἆραι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν
de loco: τ cōſtitueret filios alienī
ἀπὸ τοῦ τόπου, καὶ κατοικῆσαι υἱοὺς ἀλλο
genas in oib9 terminis eox. τ ſorte
γενεῖς ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν. καὶ κατα
diſtribuere terrā illox. τ rex
κληροδοτῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν. καὶ ὁ βασι
accepit dimidiū exerci
λεὺς παρέλαβε τὰς ἡμίσεις τῶν δυνάμε
tuū reliquū. τ pfect9 eſt ab
ων τὰς καταλειφθείσας. καὶ ἀπῆρεν ἀπὸ
antiochia ab vrbe regni ſui.
ἀντιοχείας ἀπὸ πόλεως βασιλείας αὐτ.

anno septimo ꝛ q̃dragesimo ꝛ
ἔτους ἑβδόμου καὶ τεσσαρακοστοῦ καὶ
centesimo. ꝛ trãsiuit euphratẽ flu
ἑκατοστοῦ. καὶ διεπέρασε τὸν εὐφράτην πο
uiũ ꝛ perãbulabat superiores regio
ταμὸν καὶ διεπορεύετο τὰς ἐπάνω χώ
nes. ꝛ elegit lysias ptolemeũ filiũ
ρας. καὶ ἐπέλεξε λυσίας πτολεμαῖον τὸν
dorimenis ꝛ nicanorẽ ꝛ gorgiã. vi
δορυμένους καὶ νικάνορα καὶ γοργίαν. ἄν
ros potẽtes ex amicis regis
δρας δυνατοὺς τῶν φίλων τοῦ βασιλέ
ꝛ misit cũ eis q̃dragi
ως. καὶ ἀπέστειλε μετ᾽ αὐτῶν τεσσαράκον
ta milia viroꝝ ꝛ septẽ milia
τα χιλιάδας ἀνδρῶν καὶ ἑπτακισχιλίαν
equitũ: vt irẽt in terrã iuda ꝛ disp
ἵππον, τοῦ ἐλθεῖν εἰς γῆν ἰούδα καὶ κα
derẽt eã iuxta verbũ re
ταφθεῖραι αὐτὴν κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασι
gis. ꝛ pfecti sunt cũ oĩ exercitu
λέως. καὶ ἀπῆραν σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει
suo ꝛ venerũt. ꝛ castrametati sunt pro
αὐτῶν καὶ ἦλθον. καὶ παρενέβαλον πλη
pe emmanaũ in terra cãpestri. ꝛ
σίον ἐμμαναοὺμ ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ. καὶ
audierũt mercatores regionis nomẽ
ἤκουσαν οἱ ἔμποροι τῆς χώρας τὸ ὄνομα
illoꝝ. ꝛ acceperũt argentũ ꝛ auꝝ
αὐτῶν. καὶ ἔλαβον ἀργύριον καὶ χρυσίον
multũ valde ꝛ pueros. ꝛ venerũt in
πολὺ σφόδρα καὶ παῖδας. καὶ ἦλθον εἰς
castra vt acciperẽt filios isrl
τὴν παρεμβολὴν τοῦ λαβεῖν τοὺς υἱοὺς ἰσλ
in fuos. ꝛ additi sunt ad eos
εἰς παῖδας. καὶ προσετέθησαν πρὸς αὐτοὺς
exercit⁹ syrie ꝛ terre alienigenarũ. ꝛ
δύναμις συρίας καὶ γῆς ἀλλοφύλων. καὶ
vidit iudas ꝛ fratres ei⁹: qm̃
εἶδεν ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὅτι
multiplicata sũt mala: ꝛ exercit⁹ ca
ἐπληθύνθη τὰ κακά, καὶ αἱ δυνάμεις πα
strametant in terminis coꝝ. ꝛ
ρεμβάλλουσιν ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῶν. καὶ
cognouerũt verba regis
ἐπέγνωσαν τοὺς λόγους τοῦ βασιλέως
q̃ p̃cepit facere pplo in pdi
οὓς ἐνετείλατο ποιῆσαι τῷ λαῷ εἰς ἀ
tionẽ ꝛ cõsumationẽ. ꝛ dixit vnus
πώλειαν καὶ συντέλειαν. καὶ εἶπεν ἕκα
q̃sq; ad primũ suũ: erigam⁹
στος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἀναστήσωμεν
deiectionẽ pplĩ nrĩ. ꝛ pugne
τὴν καθαίρεσιν τοῦ λαοῦ ἡμῶν. καὶ πολε
mus pro pplo nr̃o ꝛ san
μήσωμεν περὶ τοῦ λαοῦ ἡμῶν καὶ τῶν ἁγί
ctis. ꝛ cõgregata ẽ synagoga vt essent pa
ων. καὶ ἠθροίσθη ἡ συναγωγὴ τοῦ εἶναι ἑτοί
ti in bellũ: ꝛ vt orarent
μους εἰς πόλεμον, καὶ τοῦ προσεύξασθαι
ꝛ peterẽt miaꝫ ꝛ miserationes. ꝛ hie
καὶ αἰτῆσαι ἔλεον καὶ οἰκτιρμούς. καὶ ἱε
rusalẽ erat inhabitata vt desertũ. nõ erat
ρουσαλὴμ ἦν ἀοίκητος ὡς ἔρημος. οὐκ ἦν
intrãs ꝛ exiens de
ὁ εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐκ
natis eius. ꝛ sanctũ cõ
τῶν γεννημάτων αὐτῆς. καὶ τὸ ἁγίασμα κα
culcatũ: ꝛ filij alienigenarũ in ar
ταπατούμενον, καὶ υἱοὶ ἀλλογενῶν ἐν τῇ ἄ
ce habitatio in gẽtib⁹. ꝛ ablata ẽ
κρᾳ κατάλυμα ἐν τοῖς ἔθνεσι. καὶ ἐξήρθη

delectatio de iacob. ꝛ defecit tibia ꝛ
τέρψις ἐξ ἰακώβ. καὶ ἐξέλιπεν αὐλὸς καὶ
cithara. ꝛ cõgregati sunt ꝛ venerũt in
κινύρα. καὶ συνήχθησαν καὶ ἤλθοσαν εἰς
masphat cõtra hierlm. qm̃ loc⁹
μασσηφὰ κατέναντι ἰλημ. ὅτι τόπος
orationis in masphat ante in
προσευχῆς εἰς μασσηφὰ τὸ πρότερον τῷ
israel. ꝛ ieiunauerũt in die illo
ἰσραήλ. καὶ ἐνήστευσαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ
ꝛ induerũt saccos ꝛ cinerẽ
καὶ περιεβάλοντο σάκκους καὶ σποδὸν
sup capita ipoꝝ. ꝛ sciderũt
ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. καὶ διέρρηξαν τὰ
vestimẽta sua. ꝛ expanderũt librũ
ἱμάτια αὐτῶν. καὶ ἐξεπέτασαν τὸ βιβλί
legis de qb⁹ scrutabant gẽtes
ον τοῦ νόμου περὶ ὧν ἐξηρεύνων τὰ ἔθνη τοῦ
inscribere in ipis similitudines
ἐπιγράφειν ἐπ᾽ αὐτῶν τὰ ὁμοιώματα τῶν
idoloꝝ suoꝝ. ꝛ attulerũt vestes
εἰδώλων αὐτῶν. καὶ ἤνεγκαν τὰ ἱμάτια
sacerdotij: ꝛ primitias ꝛ
τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὰ πρωτογεννήματα καὶ
decimas. ꝛ suscitauerũt nazareos
τὰς δεκάτας. καὶ ἤγειραν τοὺς ναζηραίους
q̃ impleuerũt dies. ꝛ clamauerũt
οἱ ἐπλήρωσαν τὰς ἡμέρας. καὶ ἐβόησαν
voce in celũ dicẽtes. q̃d facie
φωνῇ εἰς τὸν οὐρανὸν λέγοντες. τί ποιή
mus his ꝛ quo eos duce
σωμεν τούτοις καὶ ποῦ αὐτοὺς ἀπαγά
mus: ꝛ sancta tua cõculcata sunt:
γωμεν, καὶ τὰ ἅγιά σου καταπεπάτηται,
ꝛ cõtaminata sũt. ꝛ sacerdotes tui i lu
καὶ βεβήλωται. καὶ οἱ ἱερεῖς σου ἐν πέν
ctu ꝛ humilitate. ꝛ ecce gẽtes
θει καὶ ταπεινώσει. καὶ ἰδοὺ τὰ ἔθνη
cõuenerũt cõtra nos vt disperdãt nos. tu
συνῆκται ἐφ᾽ ἡμᾶς τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς. σὺ
scis q̃ cogitãt cõtra nos. q̃mõ pote
οἶδας ἃ λογίζονται ἐφ᾽ ἡμᾶς. πῶς δυνη
rim⁹ subsistere ante faciẽ eo
σόμεθα ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον αὐ
rũ: si nõ tu adiuues nos? ꝛ exclama
τῶν, ἐὰν μὴ σὺ βοηθήσῃς ἡμῖν. καὶ ἐσάλπι
uerũt tubis ꝛ clamauerũt voce
σαν ταῖς σάλπιγξι καὶ ἐβόησαν φωνῇ
magna. ꝛ post hoc cõstituit iudas
μεγάλῃ. καὶ μετὰ τοῦτο κατέστησεν ἰούδας
duces pplĩ tribunos ꝛ cẽ
ἡγουμένους τοῦ λαοῦ χιλιάρχους καὶ ἑκα
turiones ꝛ pẽtacontarchos ꝛ de
τοντάρχους καὶ πεντηκοντάρχους καὶ δε
curiones. ꝛ dixerũt edificãtib⁹
κάρχους. καὶ εἶπαν τοῖς οἰκοδομοῦσιν
domos ꝛ spõsãtib⁹ vxores ꝛ plã
οἰκίας καὶ μνηστευομένοις γυναῖκας καὶ φυ
tãtib⁹ vineas ꝛ timidis: reuer
τεύουσιν ἀμπελῶνας καὶ δειλοῖς, ἀποστρέ
ti vnũquẽq; in domũ suã fm le
φειν ἕκαστον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ κατὰ τὸν νό
gẽ. ꝛ recesserũt castra. ꝛ castra
μον. καὶ ἀπῆρεν ἡ παρεμβολή. καὶ παρε
metati sũt fm meridiẽ emmaũ. ꝛ di
νεβάλοσαν κατὰ νότον ἐμμαούμ. καὶ εἶ
xit iudas accingimini ꝛ estote in
πεν ἰούδας περιζώσασθε καὶ γίνεσθε εἰς
filios potẽtes: ꝛ estote pati in
υἱοὺς δυνατούς, καὶ γίνεσθε ἕτοιμοι εἰς τὸ
mane vt pugnem⁹ cõtra gẽtes has
πρωῒ τοῦ πολεμῆσαι ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις

Deut. 20.b. Jud. 17.a.

F

G

flumen et perambulabat superiores re
giones: et elegit lysias ptolemeum filiũ
dorimini: & nicanorem & gorgiam vi
ros potẽtes ex amicis regis: & misit cũ
eis quadraginta milia virorum & septẽ
milia equitum: vt venirẽt in terram iu
da et disperderent eam secundum ver
bum regis. et processerunt vt irent cuꝫ
vniuersa virtute sua: et venerũt et appli
cuerunt ammauꝫ in terra campestri: &
audierunt mercatores regionum no
men eorum: & acceperunt argentuꝫ &
aurum multum valde: et pueros: et ve
nerunt in castra vt acciperent filios isrl
in seruos: et additi sunt ad eos exercit⁹
syrie et terre alienigenarum: et vidit iu
das et fratres eius: qa multiplicata sunt
mala: & exercitus applicabat ad fines
eorum: et cognouerũt verba regis que
mandauit populo facere in interituꝫ &
consumationem. & dixerunt vnusquis
q; ad proximum suum: erigamus deie
ctionem populi nostri et pugnemus p
populo nostro et sanctis nostris: & cõ
gregatus est conuentus: vt essent para
ti in prelium: et vt orarent & peterent
misericordiaꝫ et miserationes: & hieru
salem non habitabatur: sed erat sicut
desertum. Non erat qui ingrederetur
et egrederetur de natis eius: sanctũ cõ
culcabatur: et filii alienigenarum erant
in arce ibi erat habitatio gentium. Et
ablata ẽ voluptas a iacob: & defecit ibi
tibia & cithara. Et congregati sunt &
venerunt in masphat contra hierusalẽ:
quia loc⁹ orationis erat in masphat an
te in israel. Et ieiunauerunt illa die: & in
duerunt se ciliciis: & cinerem imposue
runt capiti suo: et diffuerunt vestimen
ta sua. Et expanderunt libros legis de
quibus scrutabantur gentes similitudi
nem simulachroruꝫ suorum: & attule
runt ornamenta sacerdotalia: & primi
tias & decimas: & suscitauerunt nazare
os qui impleuerant dies: et clamaue
rũt voce magna in celũ dicẽtes. Quid
faciemus istis: & quo eos ducemus. Et
sancta tua conculcata sunt: & contami
nata sunt: & sacerdotes tui facti sunt in
luctum & in humilitatem: et ecce natio
nes conuenerunt aduersum nos vt nos
disperdant. Tu scis que cogitant in nos
quomodo poterimus subsistere ante fa
ciem eorum nisi tu de⁹ adiuues nos. Et
tubis exclamauerunt voce magna. Et
post hec constituit iudas duces populi:
tribunos & centuriones: & pentacon
tarchos & decuriones. Et dixit his qui
edificabant domos: & sponsabant vxo
res: & plantabant vineas & formidolo
sis: vt redirent vnusquisq; in domuꝫ su
am secundum legem. Et mouerunt ca
stra & collocauerunt ad austrum amma
um: & ait iudas. Accingimini & estote
filii potẽtes: & estote parati in mane: vt
pugnetis aduersus nationes has q̃ con
uenerunt disperdere nos.

cõgregatas aduersus nos vt disp̃dat nos ꝛ
ἐπισυνηγμένοις ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐξᾶραι ἡμᾶς καὶ
sancta nr̃a: qm̃ meli⁹ nos mo
τὰ ἅγια ἡμῶν, ὅτι κρεῖσσον ἡμᾶς ἀπο
ri in bello: q̃ videre mala
θανεῖν ἐν τῷ πολέμῳ, ἢ ἐπιδεῖν τὰ κακὰ
gẽtis nr̃e ꝛ sctõꝝ. sicut aũt fuerit
τοῦ ἔθνους ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων. ὡς δ᾽ ἂν ᾖ
volũtas i celo: sic faciat.
θέλημα ἐν οὐρανῷ, οὕτω ποιήσῃ. Ca. 4.

Et assumpsit gorgias quinq;
Καὶ παρενέλαβε γοργίας πεντακι
milia viroꝝ ꝛ mille eq̃tes ele
χιλίους ἄνδρας καὶ χιλίαν ἵππον ἐκλεκ
ctos: ꝛ mouerunt castra nocte: vt
τήν, καὶ ἀπῆρεν ἡ παρεμβολὴ νυκτός, ὥς
applicarẽt ad castra
τε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν
iudeoꝝ ꝛ pcuterẽt eos subito: ꝛ
ἰουδαίων καὶ πατάξαι αὐτοὺς ἄφνω, καὶ οἱ
filij arcis erãt illi duces. ꝛ audi
υἱοὶ τῆς ἄκρας ἦσαν αὐτῷ ὁδηγοί. καὶ ἤκου
uit iudas: ꝛ p̃fect⁹ est ipe ꝛ potẽtes
σεν ἰούδας, καὶ ἀπῆρεν αὐτὸς καὶ οἱ δυνατοὶ
ad pcutiẽdũ exercitũ regis q̃ i
πατάξαι τὴν δύναμιν τοῦ βασιλέως τὴν ἐν
emmaũ. adhuc exercit⁹ dispersũ
ἐμμαούμ. ἕως ἔτι αἱ δυνάμεις ἐσκορπισμέ
erãt a castris. ꝛ venit
ναι ἦσαν ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς. καὶ ἦλθε
gorgias in castra iuda nocte:
γοργίας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἰούδα νυκτός,
ꝛ nullũ inuenit: ꝛ q̃rebat illos in mõti
καὶ οὐδένα εὗρε, καὶ ἐζήτει αὐτοὺς ἐν τοῖς ὄρε
b⁹: qm̃ dixit fugiũt hi a nobis. ꝛ
σιν, ὅτι εἶπε φεύγουσιν οὗτοι ἀφ᾽ ἡμῶν. καὶ
simul cũ die visus ẽ iudas in cãpo cũ
ἅμα ἡμέρᾳ ὤφθη ἰούδας ἐν τῷ πεδίῳ ἐν
trib⁹ milib⁹ viroꝝ. veꝝ tegumẽta ꝛ
τρισχιλίοις ἀνδράσι. πλὴν καλύμματα καὶ
gladiuꝫ nõ habebãt sicut volebãt. ꝛ
μαχαίρας οὐκ εἶχον καθὼς ἠβούλοντο. καὶ
viderunt castra gẽtiũ fortia lorica
εἶδον παρεμβολὴν ἐθνῶν ἰσχυρὰν τεθωρα
ta: ꝛ eq̃tatũ circuẽntẽ ipa: ꝛ
κισμένην, καὶ ἵππον κυκλοῦσαν αὐτήν, καὶ
hi docti bello. ꝛ dixit iudas
οὗτοι διδακτοὶ πολέμου. καὶ εἶπεν ἰούδας
viris q̃ secũ. nõ timea
τοῖς ἀνδράσι τοῖς μεθ᾽ αὐτοῦ. μὴ φοβεῖ
tis multitudinẽ eoꝝ: ꝛ impetũ eo
σθε τὸ πλῆθος αὐτῶν, καὶ τὸ ὅρμημα αὐ
rũ ne timueritis. memẽtote q̃mõ liberati
τῶν μὴ δειλωθῆτε. μνήσθητε ὡς ἐσώθη
sunt patres nr̃i in mari rubro:
σαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν θαλάσσῃ ἐρυθρᾷ,
q̃n pscut⁹ ẽ eos pharao in exercitu.
ὅτε ἐδίωξεν αὐτοὺς φαραὼ ἐν δυνάμει.
ꝛ nunc clamem⁹ in celũ si mise
καὶ νῦν βοήσωμεν εἰς οὐρανὸν εἰ ἐλεή
rebit nr̃m: ꝛ recordabit testamẽti pa
σει ἡμᾶς, καὶ μνησθήσεται διαθήκης πα
trũ ꝛ cõfringet castra
τέρων, καὶ συντρίψει τὴν παρεμβολὴν
hec ante faciẽ nr̃am hodie.
ταύτην κατὰ πρόσωπον ἡμῶν σήμερον.
ꝛ cognoscẽt oẽs gẽtes q̃ est
καὶ γνώσονται πάντα τὰ ἔθνη ὅτι ἐστὶν
redimẽs ꝛ saluãs israel.
ὁ λυτρούμενος καὶ σώζων τὸν ἰσραήλ.
ꝛ eleuauerũt alienigene oculos
καὶ ἦραν οἱ ἀλλόφυλοι τοὺς ὀφθαλμοὺς

suos: ꝛ viderunt eos veniẽtes ex ad
αὐτῶν, καὶ εἶδον αὐτοὺς ἐρχομένους ἐξ ἐναν
uerso. ꝛ exierũt de castris
τίας. καὶ ἐξῆλθον ἐκ τῆς παρεμβολῆς
ad preliũ. ꝛ tuba cecinerunt q̃ iuxta iu
εἰς πόλεμον. καὶ ἐσάλπισαν οἱ παρὰ ἰού
dã ꝛ cõgressi sunt. ꝛ cõtrite sunt gẽtes:
δα καὶ συνῆψαν. καὶ συνετρίβησαν τὰ ἔθνη,
ꝛ fugerũt in planiciẽ. at vltimi
καὶ ἔφυγον εἰς τὸ πεδίον. οἱ δὲ ἔσχατοι
oẽs ceciderunt in gladio. ꝛ pseculi sũt
πάντες ἔπεσον ἐν ῥομφαίᾳ. καὶ ἐδίωξαν
eos vsq; ad assaremoth ꝛ vsq; ad cam
αὐτοὺς ἕως ἀσαρημὼθ καὶ ἕως τῶν πε
pos idumee ꝛ azoti ꝛ iam
δίων τῆς ἰδουμαίας καὶ ἀζώτου καὶ ἰαμ
nias. ꝛ ceciderũt ex eis ad viroꝝ tria
νείας. καὶ ἔπεσον αὐτῶν εἰς ἄνδρας τρι
milia. ꝛ reuersus est iudas ꝛ exer
χιλίους. καὶ ἐπέστρεψεν ἰούδας καὶ ἡ δύ
cit⁹ a psequẽdo post eos.
ναμις ἀπὸ τοῦ διώκειν ὄπισθεν αὐτῶν.
ꝛ dixit ad pplm. non cõcu
καὶ εἶπε πρὸς τὸν λαόν. μὴ ἐπιθυμή
piscatis spolia: qm̃ bellũ ex ad
σητε τῶν σκύλων, ὅτι πόλεμος ἐξ ἐναν
uerso nostri: ꝛ gorgias ꝛ exercit⁹ in
τίας ἡμῶν, καὶ γοργίας καὶ ἡ δύναμις ἐν
mõte prope nos. sed state nunc con
τῷ ὄρει ἐγγὺς ἡμῶν. ἀλλὰ στῆτε νῦν ἐναν
tra inimicos nr̃os: ꝛ expugna
τίον τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ πολεμή
te eos. ꝛ post hec accipite
σατε αὐτούς. καὶ μετὰ ταῦτα λάβετε
spolia cũ securitate. adhuc cõplen
τὰ σκῦλα μετὰ παρρησίας. ἔτι πληροῦν
te iuda hec apparuit pᵃ q̃dã pspiciẽs
τος ἰούδα ταῦτα ὤφθη μέρος τι ἐκκύπτον
de mõte. ꝛ vidit q̃ cõuersi sũt i fugã:
ἐκ τοῦ ὄρους. καὶ εἶδεν ὅτι τετρόπωνται,
ꝛ cõburunt castra. nã
καὶ ἐμπυρίζουσι τὴν παρεμβολήν. ὁ γὰρ
fum⁹ q̃ videbat demõstrabat q̃d factũ erat.
καπνὸς θεωρούμενος ἐνεφάνιζε τὸ γεγονός. οἱ
at hec cõspiciẽtes timuerunt valde.
δὲ ταῦτα συνιδόντες ἐδειλώθησαν σφόδρα.
aspiciẽtes ãt ꝛ iuda castra
συνιδόντες δὲ καὶ τὴν ἰούδα παρεμβολὴν
in planicie pata in p̃liũ: fuge
ἐν τῷ πεδίῳ ἑτοίμην εἰς παράταξιν, ἔφυ
runt oẽs in terrã alienigenaꝝ. ꝛ iudas
γον πάντες εἰς γῆν ἀλλοφύλων. καὶ ἰούδας
reuersus est ad spoliũ castro
ἀνέστρεψεν ἐπὶ τὴν σκυλείαν τῆς παρεμβο
rum. ꝛ acceperũt aurũ multũ ꝛ argẽtum
λῆς. καὶ ἔλαβον χρυσίον πολὺ καὶ ἀργύριον
ꝛ hyacinthuꝫ ꝛ purpurã marinã ꝛ
καὶ ὑάκινθον καὶ πορφύραν θαλασσίαν καὶ
diuitias magnas. ꝛ reuersi laudabãt
πλοῦτον μέγαν. καὶ ἐπιστραφέντες ὕμνουν
ꝛ bñdicebãt in celum: qm̃ bonuꝫ: qm̃ in
καὶ εὐλόγουν εἰς οὐρανόν, ὅτι καλόν, ὅτι εἰς
seculuꝫ mia ei⁹. ꝛ facta ẽ saluatio
τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. καὶ ἐγενήθη σωτηρία
magna in israel in die illa. q̃cũq;
μεγάλη τῷ ἰσραὴλ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. ὅσοι
ãt alienigenaꝝ saluati sunt veniẽ
δὲ τῶν ἀλλοφύλων διεσώθησαν παρα
tes nuntiauerũt lysie oĩa
γενηθέντες ἀπήγγειλαν τῷ λυσίᾳ πάν
ia q̃ acciderant.
τα τὰ συμβεβηκότα.

A

F

Exo. 14.g.

B

Infra. 9.b.

G

C

sancta nostra: quoniam melius est nos
mori in bello q̃ videre mala gentis no
stre & sanctorum. Sicut autẽ fuerit vo
luntas in celo: sic fiat.

Capitulum quartum.

Et assũpsit gorgias quinq; milia vi
rorum: et mille equites electos: &
mouerũt castra nocte vt applicarẽt ad
castra iudeorum: & percuterent eos su
bito. Et filii qui erãt ex arce: erant illis
duces. Et audiuit iudas et surrexit ipse
& potentes percutere virtutem exerci
tuum regis: qui erant in ammaum. Ad
huc enim dispersus erat exercitus a ca
stris. Et venit gorgias in castra iude no
ctu: & neminẽ inuenit: & querebat eos
in montibus: quoniaꝫ dixit fugiunt hi
a nobis. Et cum dies factus esset appa
ruit iudas in campo cum tribus milib⁹
viroruꝫ tantum: qui tegumenta & gla
dios non habebant. Et viderunt castra
gentium valida: & loricatos et equita
tus in circuitu eorum: & hi docti ad pre
lium. Et ait iudas viris qui secum erãt.
Ne timueritis multitudinem eorum: &
impetuꝫ eorum ne formidetis. Memẽ
tote qualiter salui facti sunt patres no
stri in mari rubro: cum sequeretur eos
pharao cum exercitu multo. Et nunc
clamemus in celum & miserebitur no
stri dominus: & memor erit testamenti
patrum nostrorum & conteret exerci
tum istum ante faciem nostram hodie:
& scient omnes gentes quia est deus q
redimat et liberet israel. Et eleuauerũt
alienigene oculos suos: & viderunt eos
venientes ex aduerso. Et exierũt de ca
stris in prelium & tuba cecinerunt hi q
erant cum iuda: & congressi sunt: & cõ
trite sunt gentes & fugerunt in campũ.
Nouissimi autem ceciderũt in gladio:
& persecuti sunt eos vsq; gezeron: &
vsq; in campos idumee et azoti & iam
nie: & ceciderunt ex illis vsq; tria milia
virorum. Et reuersus est iudas & exerci
tus eius sequens eum. Dixitq; ad popu
lum. Non cõcupiscatis spolia: quia bel
lum contra nos est: & gorgias & exerci
tus eius prope nos in montib⁹. Sed sta
te nunc contra inimicos nostros & ex
pugnate eos: et sumetis postea spolia se
curi. Et adhuc loquente iuda hec: ecce
apparuit pars quedam prospiciens de
monte. Et vidit gorgias q̃ in fugam cõ
uersi sunt sui: & succensa sunt castra. Fu
mus enim qui videbatur declarabat q̃d
factuꝫ est. Quibus illi conspectis timu
erunt valde aspicientes simul & iudam
& exercitum in campo paratuꝫ ad pre
lium: et fugerunt omnes in campo alie
nigenarum: & iudas reuersus est ad spo
lia castrorũ. Et acceperũt aurũ multuꝫ:
et argentũ: & hyacinthũ: & purpurã ma
rinã: & opes magnas. Et conuersi hym
num canebant & benedicebant deum
in celum quoniam bonus est: quoniaꝫ
in seculũ misericordia eius. Et facta est
sal⁹ magna in israel in die illa. Quicũq;
autẽ alienigenarũ euaserũt venerũt: &
nũciauerunt lysie vniuersa q̃ acciderãt.

Quibus ille auditis: consternatus animo deficiebat: q̃ non qualia voluit: talia contigerunt in israel: & qualia mandauit rex: Et sequenti anno congregauit lysias virorum electorum sexaginta milia: et equitum quinq̃ milia: vt debellaret eos: Et venerunt in iudeam: & castra posuerunt in bethoron: & occurrit illis iudas cum decem milibus viris: & viderunt exercitum fortem: et orauit & dixit. Benedictus es saluator israel q contriuisti impetum potẽtis in manu serui tui dauid: & tradidisti castra alienigenarũ in manu ionathe filii saul et armigeri eius. Conclude exercitũ istuз in manu populi tui israel: & confundatur in exercitu suo & equitibus. Da illis formidinem & tabefac audaciam virtutis eorũ: & cõmoueantur contritione sua. Deiice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes qui nouerunt nomẽ tuuз in hymnis. Et cõmiserunt preliũ: & ceciderunt de exetcitu lysie quinq̃ milia virorum. Videns autem lysias suorũ fugam: & iudeorum audaciam: & q̃ parati sunt aut viuere aut mori fortiter: abiit antiochiã & elegit milites: vt multiplicati sursus venirent in iudeam. Dixit autem iudas et fratres eius. Ecce cõtriti sunt inimici nostri: ascẽdamus nũc mundare sancta et renouare. Et cõgregatus est omnis exercitus: & ascenderunt in montem syon. Et viderunt sctĩficationem desertam: et altare prophanatũ: & portas exustas: et in atriis virgulta nata sicut in saltu vel in montib9 et pastophoria diruta. Et sciderunt vestimenta sua: et planxerũt plãctu magno et imposuerunt cinerẽ super caput suũ: et ceciderunt in faciem super terram: & exclamauerunt tubis signorum: et clamauerunt in celum. Tunc ordinauit iudas viros vt pugnarẽt aduersus eos q erant in arce: donec emundarẽt sancta. Et elegit sacerdotes sine macula volũtatẽ habentes in lege dei: et mũdauerũt sancta: & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. Et cogitauit de altari holocaustorum quod prophanatum erat: quid de eo faceret. Et incidit illi consilium bonum vt destrueret illud: ne forte illis esset in opprobrium: quia contaminauerunt illud gentes & demoliti sunt illud. Et reposuerũt lapides in monte domus in loco apto: quoadusq̃ veniret propheta & responderet de eis. Et acceperunt lapides integros secundum legem: et edificauerũt altare nouum secunduз illud quod fuit prius: & edificauerunt sancta: & que intra domum erant intrinsecus: & edem & atria sanctificauerunt. Et fecerunt vasa sancta noua: & intulerunt candelabrum & altare incensorum: & mensam in templum. Et incensum posuerunt super altare: & accenderunt lucernas q̃ super candelabrum erant: & lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes et appenderunt velamina:

et consummauerunt omnia opera que fecerant. Et ante matutinum surrexerũt quinta & vicesima die mensis noni: hoc est mensis casleu centesimiquadragesimioctaui anni: & obtulerunt sacrificiuз secundum legem super altare holocaustorum nouum quod fecerunt. Secundum tẽpus & secundum diẽ in qua contaminauerunt illud gentes: in ipa renouatum est in canticis & citharis & cyniris & cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciẽ: & adorauerunt & benedixerunt in celum eum qui prosperauit eis. Et fecerunt dedicationẽ altaris diebus octo: & obtulerunt holocausta cum leticia: & salutaria laudis. Et ornauerunt faciẽ templi coronis aureis & scutulis: & dedicauerunt portas & pastophoria: & imposuerunt eis ianuas. Et facta est leticia in populo magna valde: & auersum est opprobrium gentium. Et statuit iudas & fratres eius: & vniuersa ecclesia israel: vt agatur dies dedicationis altaris in tẽporibus suis ab anno in annum per dies octo: a quinta & vicesima die mensis casleu cum leticia & gaudio. Et edificauerunt in tempore illo montẽ sion: & per circuitum muros altos & turres firmas: nequando venirẽt gẽtes & conculcarent eum sicut antea fecerunt: et collocauit illic exercitum vt seruarent eum: & muniuit euз ad custodiẽdum bethsurã: vt haberet populus munitionẽ contra faciem idumee.

Capitulum quintum.

Et factum est vt audierunt gentes in circuitu: quia edificatum est altare et sanctuariũ sicut prius: irate sunt valde et cogitabãt tollere genus iacob: qui erant inter eos: & ceperunt occidere de populo & psequi. Et debellabat iudas filios esau in idumea: et eos q erãt in arabathane: quia circũsedebãt israelitas: & percussit eos plaga magna. Et recordatus est maliciam filiorum bean: qui erant populo in laqueũ & in scãdaluз insidiantes ei in via: et conclusi sunt ab eo in turribus: & applicuit ad eos: & anathematizauit eos: & incẽdit turres eorũ igni cuз omnibus qui in eis erãt. et transiuit ad filios ammon: & inuenit manum fortem & populum copiosuз: & timotheum ducem ipsoruз: et comisit cum eis prelia multa: & contriti sunt in conspectu eorum: & percussit eos: & cepit gazer ciuitatem et filias eius: & reuersus est in iudeaз. Et congregate sũt gẽtes que sunt in galaad aduersus israelitas qui erant in finibus eorum: vt tollerent eos: & fugerunt in dathemã munitionem: & miserant litteras ad iudaз & fratres eius dicentes. Cõgrẽgate sũt aduersum nos gentes per circuitum: vt nos auferant & parant venire & occupare munitionem in quam confugim9 & timotheus est dux exercitus coruз. Nunc ergo veni & eripe nos de manibus eorum quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres nostri qui erãt in locis tubin interfecti sũt: & captiuas duxerũt vxores eorũ & natos & spolia:

oẽs fratres nři existẽs in locis
πάντες οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν οἱ ὄντες ἐν τοῖς
tubin interfecti sunt. τ captiuauerũt
τ̃ βίου τεθανάτωνται. καὶ ᾐχμαλωτίκασι
mulieres eoꝝ τ filios eoꝝ
τὰς γυναῖκας αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν
τ supellectilẽ. τ peremerũt illic fere
καὶ τὴν ἀποσκευήν. καὶ ἀπώλεσαν ἐκεῖ ὡς
vnũ milliare viroꝝ. adhuc episto-
μίαν χιλιαρχίαν ἀνδρῶν. ἔτι αἱ ἐπιστο-
Ne mireris aut vitio vertas o studiose lector ꝙ in hac noui testamenti greca editione aliter q̃ in veteri nude tantum littere sine vllis aut spirituum aut tonorum notis impresse publicentur: operepreciu visum est huius tibi rei rationem assignare. Ea enim huiusmodi est. Antiquissimos grecos absq hisce fastigijs litterarum scriptitasse notius est: q̃ vt sit multis argumētis comprobandum. Docent enim id aperte antiqua non pauca exemplaria: vt Callimachi poemata: nec non ⁊ Sibyllina carmina: ac preterea etiam marmorea monumenta vetustissima que rome adhuc visuntur nudis solum characteribus incisa. Ut liquido constet huiusmodi virgularum apicūq suprascriptiones non in illa primeua grece lingue origine fuisse excogitatas: nec ad eius integritatem vsquequaq pertinuisse. Cum igitur vniuersum nouum testamentum preter Euangelium Matthei ⁊ epistolam ad Hebreos grece primum sicut a spiritu sancto dictatum est: scriptum esse constet: visum est priscam in eo lingue illius vetustatem maiestatēq intactam retinere: ac opus ipsum pretermissis etiam ipsis quibusuis minimis appendiculis excussum ad imaginem antiquarum scripturarum publicare. Ne rei tam sancte authoritati ac venerande maiestati adiectitijs nouitijsq rebus detrimentum afferri videretur. Accedit ꝙ si verum fateri volumus: hic spirituum tonorumq defectus nullum prorsus impedimentum ad rectam intelligentiam afferre valet his qui aliquantum in greca eruditione promouerunt. Ceterum ne alicui dubium aliquod possit occurrere in qua videlicet syllaba accētum oporteat collocari: simplex tantum apex i polysyllabis dictionibus adiectus est: ⁊ is quidē nō tanq̃ grecus accentus: sed tanq̃ notula signumq quo dirigi possit lector ne in prolatione modulatione ve dictionum aliquando labatur. In veteris autem testamenti editione greca cum ea solū translatio sit non originalis textus: non fuit consilium quicq̃ ex vulgari scribendi modo tollere aut immutare. Et quia nō doctis solum: sed omnibus in vniuersum sacrarū litterarū studiosis hoc opere cōsulendū est: apposite sunt dictioni cuiq litterule latine ordine alphabeti indicantes que dictio dictioni e regione respondeat: ne sit nouitijs ⁊ nondū adhuc in grecis litteris prouectis errandi locus. Rursus cū nonnulle dictiones grece multiplices siue equiuocas aut alias ambiguas significationes aliqñ habere videantur: libuit hoc etiā annotare pūcto supposito litterule latine supra dictionem grecam collocate. Et vt prefatiūcule tandem huic modus imponatur: illud lectorē nō lateat: nō queuis exemplaria impressioni huic archetypa fuisse: sed antiquissima emēdatissimaq: ac tante preterea vetustatis: vt fidem eis abrogare nefas videatur. Que sanctissimus in xpo pr ⁊ dñs nr Leo decimus pontifex maximus huic instituto fauere cupiēs ex aplica bibliotheca educta misit ad Reuerendissimū dñm Cardinalē hispanie: de cuius authoritate ⁊ mādato hoc opus imprimi fecimus. Uos aūt litterarum studiosi hoc diuinū opus nouiter excussum alacri animo suscipite: et si christi Opt. Max. sectatores videri vultis ⁊ esse: nil iam restat qd causemini quominus sacrā scripturā adeatis. Nō mendosa exemplaria: non suspecte translationes: non inopia textus originalis: solum animus ⁊ propensio vestra expectatur. Que si non defuerit: fiet proculdubio vt litterarum diuinarum suauitatē degustantes reliqua studia omnia contemnatis. Ualete ⁊ omnia boni consulite.

Εὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθείς. ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως. ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν δι' ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ, εἰδέναι ἔχοις τοὺς οἰκείους ἑκάστου εὐαγγελίου τόπους, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εἰληφὼς ἀφορμὰς, καθ' ἑτέραν μέθοδον κανόνας δέκα τὸν ἀριθμὸν διεχάραξά σοι τοὺς ὑποτεταγμένους. ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμὸς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. ὁ δεύτερος ἐν ᾧ οἱ τρεῖς. Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς. ὁ τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς. Ματθαῖος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς. Ματθαῖος, Μάρκος, Ἰωάννης. ὁ πέμπτος ἐν ᾧ οἱ δύο. Ματθαῖος, Λουκᾶς. ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο. Ματθαῖος, Μάρκος. ὁ ἕβδομος ἐν ᾧ οἱ δύο. Ματθαῖος, Ἰωάννης. ὁ ὄγδοος ἐν ᾧ οἱ δύο. Μάρκος. Λουκᾶς. ὁ ἔννατος ἐν ᾧ οἱ δύο. Λουκᾶς, Ἰωάννης. ὁ δέκατος, ἐν ᾧ ἕκαστος αὐτῶν περί τινων ἰδίως ἀνέγραψεν. αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ὑποτεταγμένων κανόνων ὑπόθεσις. ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησις ἔστιν ἥδε. ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων, ἀριθμός τις πρόκειται κατὰ μέρος, ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου, εἶτα δευτέρου καὶ ἕκτου, καὶ καθεξῆς προϊὼν δι' ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τῶν βιβλίων. καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν ὑποσημείωσις πρόκειται διὰ τοῦ λαχᾶ, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ἀριθμὸς τυγχάνει. εἰ μὲν ἄλφα, δῆλον ὡς ἐν τῷ πρώτῳ. εἰ δὲ βῆτα, ἐν τῷ δευτέρῳ. καὶ οὕτως μέχρι τῶν δέκα. εἰ οὖν ἀναπτύξας ἕν τι τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ὁποῖον δήποτε βουληθείης ἐπιστῆναι τινὶ ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασι καὶ τοὺς οἰκείους ἑκάστου τόπους εὑρεῖν ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν, ἧς ἐπέχεις περικοπῆς ἀναλαβὼν τὸν προκείμενον ἀριθμὸν, ἐπιζητήσας τε αὐτὸν ἔνδον ἐν τῷ κανόνι ὃν ἡ τοῦ λαχᾶ ὑποσημείωσις ὑποβέβληκεν, εἴσῃ μὲν εὐθὺς ἐκ τῶν ἐπὶ μετώπου τοῦ κανόνος ὑπογραφῶν ὁπόσοι τε καὶ τίνες περὶ οὗ ζητεῖς εἰρήκασιν. ἐπιστήσας τε καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν ἀριθμοῖς τοῖς ἐν τῷ κανόνι ᾧ ἐπέχεις ἀριθμῷ παρακειμένοις, ἐπιζητήσας δὲ αὐτοὺς ἔνδον ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκάστου εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας αὐτοὺς εὑρήσεις. ἔρρωσο ἐν κυρίῳ.

Incipit epistola beati Hieronymi ad Damasum pappam in quattuor euangelistas.

Beatissimo pappe Damaso Hieronymus. Nouum opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam: et quia inter se variant: que sint illa que cum greca consentiant veritate decernam. Pius labor: sed periculosa presumptio: iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguam et canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus: cum in manus volumen assumpserit: et a saliua quam semel imbibit viderit discrepare quod lectitat: non statim erumpat in vocem me falsarium me clamans esse sacrilegum: qui audeam aliquid in veteribus libris addere mutare corrigere. Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod et tu qui summus sacerdos es fieri iubes: et verum non esse quod variat etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda: respondeant quibus tot sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas est querenda de pluribus: cur non ad grecam originem reuertentes ea que vel a viciosis interpretibus male edita: vel a presumptoribus imperitis emendata peruersius: vel a librarijs dormitantibus aut addita sunt aut mutata: corrigimus. Neque vero ego de veteri disputo testamento: quod a septuaginta senioribus in grecam linguam versum tertio gradu ad nos vsque peruenit. Non quero quid aquila: quid symmachus sapiant: quare theodotion inter nouos et veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio: quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento: quod grecum esse non dubium est: excepto apostolo mattheo: qui primus in iudea euangelium christi hebraicis litteris edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat et diuersos riuulorum tramittes ducit: vno de fonte querendus est. Pretermitto eos codices quos a luciano et hesitio nuncupatos paucorum hominum asserit peruersa contentio: quibus vtique nec in veteri instrumento post septuaginta interpretes emendare quid licuit: nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse que addita sunt. Igitur hec presens prefatiuncula pollicetur quattuor tantum euangelia: quorum ordo est iste. Mattheus, Marcus, Lucas, Johannes codicum grecorum emendata collatione sed veterum: que ne multum a lectionis latine consuetudine discreparent: ita calamo imperauimus vt his tantum que sensum videbantur mutare correctis: reliqua manere pateremur vt fuerant. Canones quoque quos Eusebius cesariensis episcopus alexandrinum secutus Ammonium in decem numeros ordinauit: sicut in greco habetur expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse que in euangelijs vel eadem vel vicina vel sola sint: eorum distinctione cognoscet. Magnus si quidem hic in nostris codicibus error inoleuit: dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit: in alio quia minus putauerint addiderunt: vel dum eundem sensum alius aliter expressit: ille qui vnum e quattuor primum legerat: ad eius exemplum ceteros quoque estimauerit emendandos. Unde accidit vt apud nos mixta sint omnia et in Marco plura luce atque matthei. Rursum in mattheo plura iohannis et marci: et in ceteris reliquorum que in alijs propria sunt inueniantur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt: confusionis errore sublato: et similia omnium scies: et singulis sua queque restitues. In canone primo concordant quattuor: mattheus marcus lucas iohannes. In secundo tres mattheus marcus lucas. In tertio tres: mattheus lucas iohannes. In quarto tres mattheus marcus iohannes. In quinto duo: mattheus lucas. In sexto duo: mattheus marcus. In septimo duo: mattheus iohannes. In octauo duo: lucas marcus. In nono duo: Lucas iohannes. In decimo: propria vnusquisque que non habetur in alijs ediderunt. Singulis vero euangelijs ab vno incipiens vsque ad finem librorum dispar numerus accrescit. Hic nigro colore prescriptus sub se habet alium ex minio discolorem numerum qui ad decem vsque procedens indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cum ergo aperto codice (verbi gratia) illud siue illud capitulum scire volueris cuius canonis sit: statim ex subiecto numero doceberis: et recurrens ad principia in quibus canonum est distincta congeries: eodemque statim canone ex titulo frontis inuento: illum quem querebas numerum eiusdem euangelij qui et ipse ex inscriptione signatur inuenies: atque e vicino ceterorum tramitibus inspectis: quos numeros e regione habeant adnotabis: et cum scieris: recurres ad volumia singulorum: et sine mora repertis numeris quos ante signaueras reperies et loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Opto vt in christo valeas et memineris mei pappa beatissime.

Incipit alius prologus.

Plures fuisse qui euangelia scripserunt: Lucas euangelista testatur dicens. Quoniamquidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum que in nobis complete sunt: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem: et ministrauerunt ei: et perseuerantia vsque ad presens tempus monimenta declarant que a diuersis auctoribus edita diuersarum heresum fuere principia: vt est illud iuxta egyptios et Thomam et Matthiam et Bartholomeum: duodecim quoque apostolorum et basilidis atque appollinis ac reliquorum: quos enumerare longissimum est: cum hec tantum in presentiarum necesse sit dicere: extitisse quosdam qui sine spiritu et gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem: quam historie texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari. Ue qui prophetant de corde suo: qui ambulant post spiritum suum: qui dicunt hec dicit dominus et dominus non misit eos. De quibus et saluator in euangelio iohannis loquitur. Omnes qui ante me venerunt fures fuerunt et latrones. Qui venerunt non qui missi sunt. Ipse enim ait. Ueniebant et ego non mittebam eos. In uenientibus presumptio temeritatis: in missis obsequium seruitutis est. Ecclesia autem que domini voce supra petram fundata est: quam introduxit rex in cubiculum suum: et ad quam per foramen descensionis occulte misit manum suam similis damule hinnuloque ceruorum: quatuor flumina paradisi instar eructans quattuor et angulos et annulos habet per quos quasi arca testamenti et custos legis domini lignis mobilibus vehitur. Primus omnium matheus est publicanus cognomento leui qui euangelium in iudea hebreo sermone edidit: ob eorum vel maxime causam qui in iesum crediderant ex iudeis: et nequaquam legis vmbra seccedente euangelij veritatem seruabant. Secundus marcus interpres apostoli petri: et alexandrine ecclesie primus episcopus: qui dominum quidem saluatorem ipse non vidit: sed ea que audierat magistrum predicantem iuxta fidem magis gestorum narrauit quam ordinem. Tertius Lucas medicus natione syrus antiocensis cuius laus in euangelio: qui et ipse discipulus apostoli pauli in achaie bythinieque partibus volumen condidit: quedam altius repetens et vt ipse in prohemio confitetur audita magis quam visa describens. Ultimus iohannes apostolus et euangelista quem iesus amauit plurimum: qui super pectus domini recumbens purissima doctrinarum fluenta potauit: et qui solus de cruce meruit audire. Ecce mater tua. Is cum esset in asia: et iam tunc hereticorum semina pullularent cherinthi et hebionis et ceterorum qui negant christum in carne venisse: quos et ipse in epistola sua antichristos vocat: et apostolus paulus frequenter percutit: coactus est ab omnibus pene tunc asie episcopis et multarum ecclesiarum legationibus de diuinitate saluatoris altius scribere: et ad ipsum (vt ita dicam) dei verbum non tam audaci quam felici temeritate prorumpere: vt ecclesiastica narrat historia cum a fratribus cogeretur vt scriberet: ita facturum se respondisse si indicto ieiunio in commune omnes deum deprecarentur. Quo expleto: reuelatione saturatus in illud prohemium celo veniens eructauit. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. Hec igitur quattuor euangelia multo ante predicta ezechielis quoque volumen probat: in quo prima visio ita contexitur. Et in medio similitudo quatuor animalium et vultus eorum. Facies hominis et facies leonis et facies vituli et facies aquile. Prima hominis facies matheum significat qui quasi de homine exorsus est scribere. Liber generationis Jesu christi filij dauid filij abraam. Secunda marcum in quo vox leonis in heremo rugientis auditur. Uox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas eius. Tertia vituli: que euangelistam lucam a zacharia sacerdote sumpsisse initium prefigurat. Quarta iohannem euangelistam: qui assumptis pennis aquile et ad altiora festinans de verbo dei disputat. Cetera que sequuntur in eundem sensum proficiunt. Crura eorum recta et pennati pedes: et quocunque spiritus ibat ibant et non reuertebantur: et dorsa eorum plena oculis: et scintille ac lampades in medio discurrentes: et rota in rota: et in singulis quatuor facies. Unde et apocalypsis iohannis post expositionem viginti quattuor seniorum qui tenentes citharas et phialas adorantes agnum dei: introducit fulgura atque tonitrua: et septem spi-

ritus discurrentes et mare vitreū ꝛ quatuoꝛ animalia plena oculis dicēs. Animal primū simile leoni: ꝛ secundū simile vitulo: ꝛ tertiū simile homini: ꝛ quartum simile aquile volanti. Et post paululū. Plena inquit erant oculis: ꝛ requiē non habebant die ac nocte dicentia. Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens: qui erat ꝛ qui est ꝛ qui venturus est. Quibus cunctis perspicue ostēditur quatuoꝛ debere tantum euangelia suscipi: ꝛ oēs apocryphoꝛum nenias mortuis magis hereticis ꝙ ecclesiasticis viuis canēdas.

Sequitur prologus in Mattheum.

Mattheus cum primo predicasset euangelium in iudea: volens transire ad gentes primus euangelium scripsit hebraice: quod fratribus a quibus ibat ad memoꝛiam reliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei euangelium predicari: sic ꝛ contra hereticos scribi. Cum autem plures euangelium scripserint: quattuoꝛ tantum habent autoꝛitatis testimoniū: quia per quattuoꝛ mundi partes fidem nūciant trinitatis: ꝛ sūt quasi quattuoꝛ rote in quadriga domini que vehit eum per predicationē euāgelij: ꝛ genus humanum quadrifida morte peremptum eoꝛum erat predicatione viuificandū. Unde ꝛ alioꝛum euangelia deciderūt nec recepta sunt: quia nolebant prefinitum numerum cassari propter virtutem sacramenti. Designantur etiam euangeliste quattuoꝛ figuris que non sunt deceptoꝛie: sed iocundi mysterij sibi conscie. Mattheus in homine intelligitur: quia circa humanitatem christi principaliť imoꝛātur. Marcus in leōe: qꝛ agit de resurrectione. Lucas in vitulo: agens de sacerdotio. Johannes in aquila scribens sacramēta diuinitatis. Christus vero quem describūt homo fuit de virgīe natus. Vitulus in immolatione. Leo in resurrectione. Aquila in ascensione. Vel in homine humanitas. In vitulo sacerdotium. In leone regnum. In aquila exprimitur diuinitatis sacramentum.

Explicit prologus.

Incipit argumentum in euangelium ẜꝫ Mattheum.

Mattheus ex iudea sicut in oꝛdine primus ponitur: ita euangelium in iudea primus scripsit: cuius vocatio ad dominum ex publicanis actibus fuit: duoꝛū in generatione christi principia presumēs: vnius cuius prima circuncisio in carne: alterius cuius ẜm coꝛ electio fuit. Ex vtrisqꝫ enim patribus christus. Sicqꝫ quaterdenario numero trifoꝛmiter posito principium a credendi fide in electionis tempus poꝛrigēs ꝛ ex electione vsqꝫ in transmigrationis diem dirigens atqꝫ a transmigrationis die vsqꝫ in xp̄m definiens: decursam aduentus domini ostendit generationē: vt numero satisfaciens ꝛ tempoꝛi ꝛ se quid esset ostenderet: ꝛ dei in se opus monstrāns etiam in his quoꝛum genus posuit: xp̄i operantis a principio testimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus oꝛdo numerus dispositio vel ratio qđ fidei necessarium est: deus christus est: qui factus est ex muliere: factus sub lege: natus ex virgine: passus in carne: omnia in cruce fixit: vt triumphans ea in semetipso resurgens in coꝛpoꝛe: ꝛ patris nomen in patribus filio: ꝛ filij nomen patri restituens in filijs: sine principio sine fine: ostendens vnum se cum patre esse qꝛ vnus est. In quo euangelio vtile est desiderantibus deum sic prima vel media vel perfecta cognoscere: vt ꝛ vocationem apostoli ꝛ opus euangelij et dilectionem dei in carne nascentis per vniuersa legentes intelligant: atqꝫ id in eo in quo reprehensi sunt ꝛ apprehendere appetunt: recognoscant. Nobis enim in hoc studio argumenti fuit: et fidem facte rei tradere ꝛ operātis dei intelligendam diligenter esse dispositionem a querentibus non tacere.

Explicit argumentum.

Τὸ κατὰ ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον. Cap. i.

Βίβλος γενέσεως ἰησοῦ χριστοῦ υἱοῦ δαυὶδ υἱοῦ ἀβραάμ. ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν ἰσαάκ. ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰακώβ. ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν φαρὲς καὶ τὸν ζαρὰ ἐκ τῆς θάμαρ. φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν ἐσρώμ. ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀράμ. ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀμιναδάβ. ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν ναασσών. ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν σαλμών. σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν βοὸζ ἐκ τῆς ῥαχάβ. βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν ὠβὴδ ἐκ τῆς ῥούθ. ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεσσαί. ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν δαυὶδ τὸν βασιλέα. δαυὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ οὐρίου. σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν ῥοβοάμ. ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀβιά. ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀσά. ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσαφάτ. ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωράμ. ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ὀζίαν. ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωάθαμ. ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἄχαζ. ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐζεκίαν. ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν μανασσῆ. μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν ἀμών. ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσίαν. ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος. μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν βαβυλῶνος ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν σαλαθιήλ. σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν ζοροβάβελ. ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀβιούδ. ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλιακείμ. ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀζώρ. ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν σαδώκ. σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀχείμ. ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλιούδ. ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλεάζαρ. ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν ματθάν. ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν ἰακώβ. ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ἰησοῦς ὁ λεγόμενος χριστός. πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ ἀβραὰμ ἕως δαυίδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες. καὶ ἀπὸ δαυὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες. καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος ἕως τοῦ χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες. τοῦ δὲ ἰησοῦ χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ μαρίας τῷ ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δίκαιος ὤν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ λέγων. ἰω

Euangelium scd̄m Mattheū. Cap. i.

Liber generatiōis iesu christi filij dauid filij abraā. Abraā genuit ysaac. Jsaac aũt genuit iacob. Jacob aũt genuit iudam: et fratres eius. Judas autem genuit phares et zaram de thamar. Phares aũt genuit esrō. Esrō aũt genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab aũt genuit naason. Naason aũt genuit salmon. Salmon aũt genuit booz de raab. Booz autē genuit obeth ex ruth. Obeth autē genuit iesse. Jesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomonem ex ea que fuit vrie. Salomō aũt genuit roboā. Roboam autē genuit abiam. Abia autē genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Josaphat aũt genuit ioram. Joram aũt genuit oziam. Ozias autem genuit ioathā. Joathā aũt genuit achaz. Achaz aũt genuit ezechiam. Ezechias aũt genuit manassen. Manasses aũt genuit amō. Amō aũt genuit iosiā. Josias aũt genuit iechoniam et fratres eius in trāsmigratione babylonis. Et p⁹ trāsmigrationē babylōis iechōias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zoꝛobabel. Zoꝛobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim aũt genuit azoꝛ. Azoꝛ aũt genuit sadoch. Sadoch aũt genuit achim. Achim autē genuit eliud. Eliud aũt genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathan. Mathan autē genuit iacob. Jacob autem genuit Joseph virum marie: de qua natus est iesus q̄ vocať xp̄s. Oēs itaqꝫ gn̄ationes ab abraā vsqꝫ ad dd: gn̄ationes q̄tuoꝛdeci. ꝛ a dauid vsqꝫ ad trāsmigr̄tionē babylonis: gn̄atiōes q̄tuoꝛdecim. ꝛ a trāsmigratione babylonis vsqꝫ ad xp̄m: gn̄atōes q̄tuoꝛdecim. Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius maria ioseph: ante ꝙ conuenirent: inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Joseph autem vir eius cum esset iustus: et nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec aũt eo cogitante: ecce angel⁹ dn̄i apparuit in somnis ioseph dicēs. Jo

A Luce. 3. c. Johan. 1. a. Gen. 21. a. 1. Paral. 1. b. Gen. 25. d. Gen. 29. g. Gen. 38. g.

Ruth. 4. d.

1. Para. 2. a. 2. reg. 12. f. 1. Par. 3. b. 3. reg. 11. g. 1. Par. 3. b.

B

1. Para. 3. c.

C

Luce. 1. c.

D

σήφ υἱός δαυίδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. τέξεται δὲ υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰησοῦν. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός. διεγερθεὶς δὲ ὁ ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰησοῦν. Cap. 2.

Τοῦ δὲ ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς ἱεροσόλυμα λέγοντες. ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων. εἴδομεν γὰρ τὸν ἀστέρα αὐτοῦ ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. ἀκούσας δὲ ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, καὶ πᾶσα ἱεροσόλυμα μετ᾽ αὐτοῦ. καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ᾽ αὐτῶν ποῦ ὁ χριστὸς γεννᾶται. οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ. ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰουδαίας. οὕτως γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου. καὶ σὺ βηθλεὲμ γῆ ἰούδα οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν ἰούδα. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν ἰσραήλ. τότε ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ᾽ αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς βηθλεὲμ, εἶπε. πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου. ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν. καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα. καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον μετὰ μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα. χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν. καὶ χρηματισθέντες κατ᾽ ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς ἡρώδην, δι᾽ ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου φαίνεται κατ᾽ ὄναρ τῷ ἰωσὴφ, λέγων. ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ, ἕως ἂν εἴπω σοι. μέλλει γὰρ ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. ὁ δὲ ἐγερθεὶς, παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς αἴγυπτον. καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς ἡρώδου. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος. ἐξ αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. τότε ἡρώδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν. καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγοντος. φωνὴ ἐν ῥαμᾷ ἠκούσθη. θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς. ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς. καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. τελευτήσαντος δὲ τοῦ ἡρώδου, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ᾽ ὄναρ φαίνεται τῷ ἰωσὴφ ἐν αἰγύπτῳ λέγων. ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν ἰσραήλ. τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν ἰσραήλ. ἀκούσας δὲ ὅτι ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς ἰουδαίας ἀντὶ ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν. χρηματισθεὶς δὲ κατ᾽ ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς γαλιλαίας. καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην ναζαρέτ. ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι ναζωραῖος κληθήσεται. Cap. 3.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ἰουδαίας καὶ λέγων. μετανοεῖτε. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος. φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ ὁ ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου. καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν, ἱεροσόλυμα καὶ πᾶσα ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ ἰορδάνου, καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ ἰορδάνῃ ὑπ᾽ αὐτοῦ,

---

seph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Pariet autem filium et vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est: vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ecce virgo in vtero habebit: et pariet filium: et vocabitur nomen eius Emanuel: quod est interpretatum nobiscum deus. Exurgens autem ioseph a somno: fecit sicut precepit ei angelus domini: et accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam: donec peperit filium suum primogenitum: et vocauit nomen eius iesum. Cap. 2.

Cum ergo natus esset iesus in bethlehem iudee in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolymam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum. Uidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethlehem iudee. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethlehem terra iuda: nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethlehem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis renunciate mihi: vt et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem: abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente: antecedebat eos vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Uidentes autem stellam: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius: et procidentes adorauerunt eum: et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum thus et myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph: dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius et fuge in egyptum: et esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte: et secessit in egyptum. Et erat ibi vsque ad obitum herodis: vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ex egypto vocaui filium meum. Tunc herodes videns quoniam illusus esset a magis irat9 est valde: et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethlehem et in omnibus finibus eius a bimatu et infra: secundum tempus quod exquisierat a magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem. Uox in rama audita est: ploratus et vlulatus multus: rachel plorans filios suos et noluit consolari quia non sunt. Defuncto autem herode: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph in egypto dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et vade in terram israel. Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius: et venit in terram israel. Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire: et ammonitus in somnis secessit in partes galilee. Et veniens habitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: quoniam nazareus vocabitur. Cap. 3.

In diebus autem illis venit iohannes baptista predicans in deserto iudee et dicens. Penitentiam agite: appropinquauit enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est per esaiam prophetam dicentem. Uox clamantis in deserto parate viam domini: rectas facite semitas eius. Ipse autem iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste et mel siluestre. Tunc exibat ad eum hierosolyma et omnis iudea et omnis regio circa iordanem: et baptizabantur ab eo in iordane

Marginal notes: Esaie. 7. a. — A — h. Aenimus pet tris. — Iohan. 7. f. — Miche. 5. a — B — Eccl. 11. d. — C — Osee. 11. a. — Hiere. 3. g. 2. 31. c. Threnorum 1. a. — D — A — c Uenit pre tio tpis — Luce. 3. a. Iohan. 1. b. — Esa. 40. a. Marci. 1. a Iohan. 1. c — B — Luce. 3. b. Iohan. 3. c.

ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς. γεννήματα ἐχιδνῶν τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς. ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας. καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς πατέρα ἔχομεν τὸν ἀβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ ἀβραάμ. ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλόν, ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστίν. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ. καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην. τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. Τότε παραγίνεται ὁ ἰησοῦς ἀπὸ τῆς γαλιλαίας εἰς τὸν ἰορδάνην πρὸς τὸν ἰωάννην τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ. ὁ δὲ ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν λέγων. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτόν. ἄφες ἄρτι. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Τότε ἀφίησιν αὐτόν. καὶ βαπτισθεὶς ὁ ἰησοῦς, ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος. καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί. καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ᾽ αὐτόν. καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα.

Cap. 4.

Τότε ὁ ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε. καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε. γέγραπται. οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος. ἀλλ᾽ ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν. καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. καὶ λέγει αὐτῷ. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. γέγραπται γάρ. ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ. καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε

confitentes peccata sua. Videns autem multos phariseorum et saduceorum venientes ad baptismum suum dixit eis. Progenies viperarum quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira. Facite ergo fructum dignum penitētie. Et ne velitis dicere intra vos patrem habemus abraam. Dico enim vobis: quiñ potēs est deus de lapidibus istis suscitare filios abrae. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in penitētiā: qui autem post me venturus est: fortior me est: cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni: Cuius ventilabrum in manu sua: et permundabit aream suam: et congregabit triticum in horreum suum: paleas autē comburet igni inextinguibili. Tunc venit iesus a galilea in iordanem ad iohannē vt baptizaret ab eo. Johānes autem prohibebat eū dicēs. Ego a te debeo baptizari et tu venis ad me? Respondens autem iesus dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem iesus: confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam: et venientem super se. Et ecce vox de celis dicens: Hic est filius meus dilectus in quo michi cōplacui.

Cap. 4.

Tunc iesus ductus est in desertū a spiritu vt temptaretur a diabolo: et cū ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptū est. Nō in solo pane viuet homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum super pinnaculum templi et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsū. Scriptū est enim quia angelis suis mandabit de te: et in manibus tollent te: ne forte

Luce. 5. b. / 3. 13. b. — C — in. Abrae dei castis. — 3. 7. d. — Mar. 1. b. / Luce. 3. d. / Johan. 1. d. / Actu. 1. a. et 11. b. et 19. a — D — Marc. 1. b. / Luce. 3. d. / Johan. 1. d. — Marc. 1. b. / 3. 17. b. — A — Mar. 1. b. / Luce. 4. a. — Exo. 34. d. — Deuter. 8. a / Luce. 4. a. — Ps. 90.

προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. ἔφη αὐτῷ ὁ ἰησοῦς πάλιν. γέγραπται. οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου. πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν. καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτῷ. ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς. ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. γέγραπται γάρ. κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος. καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ. ἀκούσας δὲ ὁ ἰησοῦς ὅτι ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν γαλιλαίαν, καὶ καταλιπὼν τὴν ναζαρέτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις ζαβουλὼν καὶ νεφθαλείμ. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος. γῆ ζαβουλὼν καὶ γῆ νεφθαλείμ. ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ ἰορδάνου. γαλιλαία τῶν ἐθνῶν ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα. καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ ἰησοῦς κηρύσσειν καὶ λέγειν. μετανοεῖτε. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς γαλιλαίας εἶδε δύο ἀδελφούς. σίμωνα τὸν λεγόμενον πέτρον. καὶ ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν. ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς. καὶ λέγει αὐτοῖς. δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα ἠκολούθησαν αὐτῷ. καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφούς. ἰάκωβον τὸν τοῦ ζεβεδαίου. καὶ ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν. καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς. οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν γαλιλαίαν ὁ ἰησοῦς διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας. καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν συρίαν. καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς. καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς γαλιλαίας, καὶ δεκαπόλεως, καὶ ἱε=

offendas ad lapidem pedem tuū. Ait illi iesus rursum. Scriptum est. Non temptabis dñm deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum: et dixit ei. Hec omnia tibi dabo: si cadēs adoraueris me. Tunc dicit ei iesus. Vade retro me sathana. Scriptum est enim: Dñm deū tuum adorabis et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Cum autem audisset iesus quod iohānes traditus esset: secessit in galileam: et relicta ciuitate nazareth: venit et habitauit in ciuitate capharnaū maritima: in finibus zabulon et neptalim: vt adimpleretur quod dictū est per esaiam prophetā dicentem. Terra zabulon et terra neptali via maris trans iordanē galilea gentiū: populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucē magnā: et sedentibus in regione et umbra mortis lux orta est eis. Exinde cepit iesus predicare et dicere. Penitentiam agite. Appropinquat enim regnū celorum. Ambulās autem iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres simonem qui vocatur petrus et andream fratrem eius mittentes rete in mare: Erant enim piscatores. Et ait illis venite post me et faciā vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres iacobum zebedei et iohannem fratrem eius in naui cum zebedeo patre eorum reficientes retia sua: et vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus et patre secuti sunt eum. Et circuibat iesus totam galileam docēs in synagogis eorum et predicans euangelium regni: et sanans omnem languorem et omnē infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam syriam: et obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus et tormētis comprehensos: et qui demonia habebant et lunaticos et paralyticos et curauit eos. Et secute sunt eum turbe multe de galilea et decapoli et de hie=

B — Deut. 6. — Deu. 6. b. et 10. d. / Apoc. 15. c. / Marc. 1. b. / Luce. 4. / Marc. 1. c. / Johan. 3. c. / Johan. 3. c. et 4. f. — Esaie. 9. a. — C — Marc. 1. c. / 3. 10. b. — Marc. 1. c. / Luce. 5. b. / 3. 8. c. — D — Marc. 1. c. — Marc. 3. b. / Luce. 4. f. / Johan. 6. a — 3. 14. g.

ροσολύμων, καὶ ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ ἰορδάνου.

Cap. 5.

Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος. καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς λέγων. μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. μακάριοι οἱ πινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται. μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. μακάριοι ἐστὲ ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὕτως γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ ἅλας τῆς γῆς. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται. εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη. οὐδὲ καίουσι λύχνον καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν. καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα. καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου ἕως ἂν πάντα γένηται. ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων καὶ διδάξει οὕτως τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις. οὐ φονεύσεις. ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρί-

rosolymis et de iudea et de trans iordanem.

Cap. 5.

A

Videns aūt turbas ascendit in montem: et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnum celorum. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati mites: quoniam ipsi possidebūt terram. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mūdo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam ipsi filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malū aduersū vos mentientes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sūt prophetas qui fuerūt ante vos.

B

Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nihilū valet vltra: nisi vt mittatur foras: et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita: neque accendunt lucernam et ponunt eā sub modio: sed super cādelabrū vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas. Non veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celum et terra: iota vnū aut apex vnus nō preteribit a lege: donec omnia fiāt.

C

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorū. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorū. Dico autem vobis: quia nisi abundauerit iusticia vestra plusquam scribarum et phariseorum: non intrabitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis: non occides: qui autem occiderit reus erit iudicio.

Luce.6.c. — Luce.6.c. — 1.Pet.3.c. — Luce.6.d. — Mar.9.g. Luce.14.g — Mar.4.d. Luce.8.c. et 11.e. — Rom.12.d. — Luce.16.d. — Jacob.2.b. Actu.1.a. Jacob.1.d. — Exo.20.b. Deut.5.b. Jacob.5.b.

σει, ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. ἀμὴν λέγω σοι οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη οὐ μοιχεύσεις. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν. ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν, καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὴν καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου. καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. ἐρρέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν. ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι. καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται. πάλιν ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις. οὐκ ἐπιορκήσεις. ἀποδώσεις δὲ τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ. μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ. μήτε εἰς ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως. μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι. ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν. ναὶ ναί. οὒ οὔ. τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστίν. ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη. ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου

Ego aūt dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis.

D

Si ergo offers munus tuum ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: et vade prius reconciliare fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuū. Esto consentiēs aduersario tuo cito dum es cum eo in via: ne forte tradat te aduersarius iudici: et iudex tradat te ministro: et in carcerem mittaris. Amē dico tibi non exies inde donec reddas nouissimū quadrātē. Audistis quia dictū ē antiquis non mechaberis. ego aūt dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mechatus est eā in corde suo.

E

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum et proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum: quam totum corpus tuū mittatur in gehēnā. Et si dextera manus tua scandalizat te: abscide eā et proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorū tuorum quam totum corpus tuū eat in gehēnā. Dictū ē autem: quicunque dimiserit vxorē suā: det ei libellum repudij. Ego aūt dico vobis quia omnis qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis: facit eam mechari: et qui dimissam duxerit: adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis: non periurabis: reddes aūt domino iuramenta tua. Ego aūt dico vobis: non iurare omnino neque per celum quia thronus dei est: neque per terram quia scabellum est pedum eius. Neque per hierosolymā: quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuū iuraueris: quia non potes vnū capillum albū facere aut nigrū.

F

Sit autem sermo vester: est est: non nō: quod autē his abundantius est: a malo est. Audistis quia dictum est oculum pro oculo: et dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexterā maxillā tuam prebe illi et alteram: et ei qui vult tecū in iudicio contēdere et tunicam tuam

Leui.22.a. Eccl.35.c. Deut.15.a Mala.1.b. Luce.12.g. — c. recōciliare ſpatium mōi paie vocis. — j.18.g. Exo.20.c. Prou.6.c. Jacob.2.b. — Deu.24.a. j.19.b. Mar.10.a. Luce.16.d. — Leui.19.b. — Jacob.5.c. Exod.21.c. Deu.19.d. — Luce.6.d.

λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. τῷ αἰτοῦντί σε δίδου. καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς. ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, καὶ διωκόντων ὑμᾶς. ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι. καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς φίλους ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτως ποιοῦσιν. ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι. Cap. 6.

Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς. εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις. ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου. ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ. καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταί. ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι. ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου. καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ. καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς. οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς. πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλη-

βλεπόμενα γεγονέναι. πίστει πλείονα θυσίαν ἄβελ παρὰ κάϊν προσήνεγκε τῷ θεῷ, δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται. πίστει ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ. χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ θεῷ ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. πίστει χρηματισθεὶς νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων εὐλαβηθείς, κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ, δι' ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον, καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος. πίστει καλούμενος ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τὸν τόπον ὃν ἔμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν, καὶ ἐξῆλθε μὴ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχεται. πίστει παρῴκησεν ἀβραὰμ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ ἰσαὰκ καὶ ἰακὼβ τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς. ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. πίστει καὶ αὐτὴ σάρρα στεῖρα οὖσα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον. διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος. κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες καὶ ἀσπασάμενοι, καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς. οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσι, καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι. νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται τουτέστιν ἐπουρανίου. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ θεός, θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν. ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν. πίστει προσενήνοχεν ἀβραὰμ τὸν ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, πρὸς ὃν ἐλαλήθη ὅτι ἐν ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ θεός, ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν ἰσαὰκ τὸν

visibilia fierent. Fide plurimam hostiam abel quam cain obtulit deo: per quam testimonium consecutus est esse iustus: testimonium perhibente muneribus eius deo: et per illam defunctus adhuc loquitur. Fide enoch translatus est ne videret mortem: et non inveniebatur: quia transtulit illum deus. Ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo. Sine fide autem impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum quia est: et inquirentibus se remunerator sit. Fide noe responso accepto de his que adhuc non videbantur metuens: aptavit arcam in salutem domus sue: per quam damnavit mundum: et iustitie que per fidem est heres est institutus. Fide qui vocatur abraam obedivit in locum exire quem accepturus erat in hereditatem: et exiit nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena: in casulis habitando cum isaac et iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem: cuius artifex et conditor deus. Fide et ipsa sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit etiam preter tempus etatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat. Propter quod et ab uno orti sunt: et emortuo: tanquam sidera celi in multitudinem: et sicut arena que est ad oram maris innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti: non acceptis repromissionibus: sed a longe eas aspicientes et salutantes: et confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram. Qui enim hec dicunt: significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt habebant utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt: id est celestem. Ideo non confunditur deus vocari deus eorum. Paravit enim illis civitatem. Fide obtulit abraam isaac cum temptaretur: et unigenitum offerebat: in quo susceperat repromissiones: ad quem dictum est: Quia in isaac vocabitur tibi semen: arbitrans quia et a mortuis suscitare potens est deus. Unde eum in parabolam accepit. Fide et de futuris benedixit isaac iacob

Gene. 4. a. Gene. 5. d. Sap. 4. c. Eccl. 44. c. 1. Mac. 2. f. B Gene. 6. d. Eccl. 44. c. Gen. 12. a. et 15. a. C Gene. 21. a. D Gene. 22. b. Gene. 21. b. Gene. 27. a.

ἰακὼβ καὶ τὸν ἡσαῦ. πίστει ἰακὼβ ἀποθνήσκων ἕκαστον τῶν υἱῶν ἰωσὴφ εὐλόγησε, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. πίστει ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο. πίστει μωϋσῆς γεννηθεὶς ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως. πίστει μωϋσῆς μέγας γενόμενος ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς φαραώ, μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν, μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν αἰγύπτου θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ χριστοῦ. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν. πίστει κατέλιπεν αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως. τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε. πίστει πεποίηκε τὸ πάσχα καὶ τὴν πρόσχυσιν τοῦ αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα θίγῃ αὐτῶν. πίστει διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς, ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ αἰγύπτιοι κατεπόθησαν. πίστει τὰ τείχη ἱεριχὼ ἔπεσε κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας. πίστει ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ᾽ εἰρήνης. καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ γεδεών, βαράκ τε, καὶ σαμψών, καὶ ἰεφθάε, δαυίδ τε καὶ σαμουήλ, καὶ τῶν προφητῶν, οἳ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων, ἔσβεσαν δύναμιν πυρός, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν. ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν. ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς. ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι. Cap.12.

et esau. Fide Jacob moriens singulos filiorum ioseph benedixit: et adoravit fastigium virge eius. Fide ioseph moriens de profectione filiorum israel memoratus est: et de ossibus suis mandavit. Fide moyses natus occultatus est mensibus tribus a parentibus suis: eo quod vidissent elegantem infantem: et non timuerunt regis edictum. Fide moyses grandis factus negavit se esse filium filie pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei quam temporalis peccati habere iocunditatem: maiores divitias estimans thesauro egyptiorum improperium christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Fide reliquit egyptum: non veritus animositatem regis. Invisibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide celebravit pascha et sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiva tangeret eos. Fide transierunt mare rubrum tanquam per aridam terram: quod experti egyptii devorati sunt. Fide muri hiericho corruerunt circuitu dierum septem. Fide raab meretrix non periit cum incredulis excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de gedeon: barach: samson: iepte: david: samuel et prophetis: qui per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones. Obturaverunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis. Effugaverunt aciem gladii: convaluerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt: non suscipientes redemptionem: ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii vero ludibria et verbera experti: insuper et vincula et carceres: lapidati sunt: secti sunt: temptati sunt: in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis: in pellibus caprinis: egentes: angustiati: afflicti. Quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: in montibus et speluncis: et in cavernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem: deo pro nobis melius aliquid providente: ut non sine nobis consumarentur. Cap.12.

Ge.48.c.et 49.d
Gene.50.d
Exo.2.a.
E
Exo.2.b.
Exo.12.c.
Exo.12.b.
Exo.14.d.
Josue.6.c.
F
Josue.6.a.
Josue.2.a et 6.b.
Mat.17.f.
G
Math.5.a.
Mar.1.a.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι᾽ ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρόν, αἰσχύνης καταφρονήσας ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ κεκάθικεν. ἀναλογίσασθε οὖν τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι, καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται. υἱέ μου μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός. τίς γάρ ἐστιν υἱὸς ὃν οὐ παιδεύει πατήρ. εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐκ υἱοί. εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς καὶ ἐνετρεπόμεθα, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων καὶ ζήσομεν. οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαίδευον, ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι᾽ αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε, καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον. εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων καὶ τὸν ἁγιασμόν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον. ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοί. μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς ἡσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. ἴστε γὰρ ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν ἀπεδοκιμάσθη. μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν. οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ καὶ γνόφῳ καὶ σκότῳ καὶ θυέλλῃ, καὶ σάλπιγγος ἤχῳ καὶ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαντες παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι αὐ-

Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium: deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in auctorem fidei et consummatorem iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem: confusione contempta: atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes: et obliti estis consolationis que vobis tanquam filiis loquitur dicens. Fili mi noli negligere disciplinam domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseverate. Tanquam filiis vobis offert se deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri et non filii estis. Deinde patres quidem carnis nostre eruditores habuimus: et reverebamur eos: non multo magis obtemperabimus patri spirituum et vivemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudii: sed meroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitie. Propter quod remissas manus et soluta genua erigite: et gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum. Contemplantes ne quis desit gratie dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat: et per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator aut prophanus ut esau: qui propter unam escam vendidit primitiva sua. Scitote enim quoniam et postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est. Non enim invenit penitentie locum: quanquam cum lachrymis inquisisset eam. Non enim accessistis ad tractabilem et accensibilem ignem et turbinem et caliginem et procellam et tube sonum et vocem verborum: quam qui audierunt excusaverunt se ne eis fieret

A
Ephe.4.c.
Col.3.b.
1.Pe.2.a.
Hiere.17.a
B
Prou.13.b
C
D
Ro.12.d.
Gene.25.d.
E
Gene.27.c.
Exo.19.b.

τοῖς λόγον. οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλό-
μενον. κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους λιθοβο-
ληθήσεται, καὶ οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φαντα-
ζόμενον. μωϋσῆς εἶπεν. ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔν-
τρομος. ἀλλὰ προσεληλύθατε σιὼν ὄρει,
καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος ἱερουσαλὴμ ἐπου-
ρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει,
καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπο-
γεγραμμένων, καὶ κριτῇ θεῷ πάντων, καὶ
πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων, καὶ δια-
θήκης νέας μεσίτῃ ἰησοῦ, καὶ αἵματι ῥαντισ-
μοῦ, κρεῖττον λαλοῦντι παρὰ τὸν ἄβελ. βλέ-
πετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα. εἰ
γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον τὸν ἐπὶ γῆς παραι-
τησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡ-
μεῖς οἱ τὸν ἀπ' οὐρανοῦ ἀποστρεφόμενοι,
οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε, νῦν δὲ ἐ-
πήγγελται λέγων. ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ
μόνον τὴν γῆν ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν. τὸ
δὲ ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν
μετάθεσιν ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ
σαλευόμενα. διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον πα-
ραλαμβάνοντες ἔχωμεν χάριν, δι' ἧς λα-
τρεύομεν εὐαρέστως τῷ θεῷ μετὰ αἰδοῦς
καὶ εὐλαβείας. καὶ γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ
καταναλίσκον. Cap.13.

Ἡ φιλαδελφία μενέτω, τῆς φιλοξενίας
μὴ ἐπιλανθάνεσθε. διὰ ταύτης γὰρ ἔ-
λαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. μιμνήσ-
κεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι, τῶν
κακουχουμένων ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώ-
ματι. τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀ-
μίαντος. πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ
θεός. ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι
τοῖς παροῦσιν. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν. οὐ μή σε
ἀνῶ οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω, ὥστε θαρ-
ροῦντας ἡμᾶς λέγειν. κύριος ἐμοὶ βοηθός,
καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρω-
πος. μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵ-
τινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ,
ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστρο-
φῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. ἰησοῦς χριστὸς
χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶ-
νας. διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ πε-
ριφέρεσθε. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι
τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν ἐν οἷς οὐκ ὠφε-
λήθησαν οἱ περιπατήσαντες. ἔχομεν θυσιασ-
τήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν
οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. ὧν γὰρ εἰσφέρεται
ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ ἅγια δι-
ὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατα-
καίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς. διὸ καὶ ἰησοῦς
ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λα-

verbũ. Nõ enim portabãt qđ dicebatur. Exo.20.c
Et si bestia tetigerit mõtẽ lapidabitur. Exo.19.b.
Et ita terribile erat quod videbatur. F
Moyses dixit. Exterrit⁹ sũ ꝛ tremebũ-
dus. Sed accessistis ad sion montem ꝛ
ciuitatẽ dei viuentis ierusalẽ celestẽ
ꝛ multoꝝ miliũ angelorũ frequentiã:
ꝛ ecclesiã primitiuorũ qui ↄscripti sunt
in celis: et iudicem omnium deum et
spiritũ iustorũ perfectorũ: ꝛ testamenti
noui mediatorẽ iesũ: ꝛ sanguinis aspsio-
nẽ melius loquentẽ q̃ abel. Videte
ne recusetis loquentem. Si
ei illi nõ effugerũt: recusãtes eũ q̃ sup
terram loquebatur: multo magis nos G
qui de celis loquẽtem nobis auertimus:
cui⁹ vox mouit terrã tũc: nunc aũt re-
promittit dicens. Adhuc semel ꝛ ego Agg.2.b.
mouebo nõ solũ terrã sed ꝛ celũ. Qđ
aũt adhuc semel dicit: declarat mobiliũ
trãslationẽ tãq̃ factoꝝ: vt maneãt ea q̃
sunt imobilia. Itaq̃ regnũ imobile su-
scipiẽtes habem⁹ grãm: p quã seruiam⁹
placentes deo cum metu
ꝛ reuerentia. Etenĩ deus noster ignis Deu.4.d.
consumens est. Cap.13.

Charitas fraternitatis maneat ĩ vo- A
bis: ꝛ hospitalitatẽ nolite obliuisci. Ro.12.c.
Per hãc ei placuerũt q̃dã angelis hos-
pitio receptis. Mementote victoꝝ tanq̃
simul victi: ꝛ laborãtiũ tanq̃ ꝛ ipsi ĩ cor-
pore morãtes. Honorabile ↄnubiũ ĩ oi-
bus: ꝛ torus imaculat⁹. Fornicatores ei
ꝛ adulteros iudicabit de⁹. Sint mores si-
ne auaricia: ↄtẽti p̃sẽtib⁹. Ipse ei dixit.
Nõ te deserã neq̃ dereliquã: ita vt cõ- gene.28.c.
fidẽter dicamus. Dñs mihi adiutor ps.17.
ꝛ non timebo quid faciat mihi homo.
Mementote prepositorum vestrorũ qui B
vobis locuti sunt verbum dei:
quorũ intuẽtes exitũ conuersationis:
imitamini fidem. Iesus christus
heri ꝛ hodie: ipse ꝛ in secula.
Doctrinis varijs ꝛ peregrinis nolite ad-
duci. Optimũ ẽ ei gratia stabiliri
cor non escis: q̃ non profuerunt
ambulãtib⁹ in eis. Habemus altare
de quo edere nõ habent potestatem
q̃ tabernaculo deseruiũt. Quoꝝ ei aia-
liũ infertur sanguis p pctõ in sctã p
pontificem: horum corpora cremantur
extra castra. Propter qđ ꝛ iesus
vt sctificaret p suum sanguinẽ populũ

ὸν ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε. τοίνυν ἐξερχώμε-
θα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀ-
νειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες. οὐ γὰρ ἔχομεν
ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν
ἐπιζητοῦμεν. δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυ-
σίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ θεῷ, τουτέστι
καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόμα-
τι αὐτοῦ. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ
ἐπιλανθάνεσθε. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐα-
ρεστεῖται ὁ θεός. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑ-
μῶν, καὶ ὑπείκετε. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν
ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ὡς λόγον ἀποδώ-
σοντες, ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ
μὴ στενάζοντες. ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦ-
το. προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν. πεποίθαμεν γὰρ
ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν ἐν πᾶσι κα-
λῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι. περισσοτέρως
δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον
ἀποκατασταθῶ ὑμῖν. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης
ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν
προβάτων τὸν μέγαν ἐν αἵματι διαθήκης
αἰωνίου τὸν κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστόν,
καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς
τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιῶν ἐν ὑ-
μῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ διὰ ἰησοῦ
χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.
παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί ἀνέχεσθε τοῦ
λόγου τῆς παρακλήσεως. καὶ γὰρ διὰ βρα-
χέων ἐπέστειλα ὑμῖν. γινώσκετε τὸν ἀδελ-
φὸν τιμόθεον, ἀπολελυμένον, μεθ' οὗ ἐὰν
τάχιον ἔρχηται ὄψομαι ὑμᾶς. ἀσπάσασθε
πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν καὶ πάντας
τοὺς ἁγίους. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς
ἰταλίας. ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀ-
μήν.

Τέλος τῆς πρὸς ἑβραίους ἐπιστολῆς.

extra portam passus est. Exeamus C
igitur ad eum extra castra: improperiũ
eius portantes. Non enĩ habemus
hic manentem ciuitatem: sed futuram
inq̃rim⁹. Per ipm̃ ergo offeram⁹ hosti-
am laudis semper deo: idest
fructũ labiorum confitentium nomini
ei⁹. Bñficiẽtie aũt ꝛ cõmunionis nolite
obliuisci. Talibus enĩ hostijs pmeret
deus. Obedite prepositis vestris:
ꝛ subiacete eis. Ipsi .n. peruigilant
quasi rõnẽ p animabus vestris reddi-
turi: vt cũ gaudio hoc faciant ꝛ
nõ gemẽtes. Hoc ei nõ expedit vobis.
Orate pro nobis. Confidimus enim
q2 bonã cõsciẽtiã habem⁹ in oibus bñ
volentes conuersari. Amplius D
autem deprecor vos hoc facere: quo ce-
lerius restituar vobis. Deus autẽ pacis
qui eduxit de mortuis pastorem
magnũ ouiũ in sanguine testamenti
eterni dñm nostrum iesum christum:
aptet vos in omni bono: vt
faciatis ei⁹ volũtatẽ: faciẽs in vobis
quod placeat corã se per iesũ
xp̃m: cui est glia in secl'a secl'oꝝ. Amẽ.
Rogo aũt vos fratres vt sufferatis
verbum solatij. Etenim perpaucis
scripsi vobis. Cognoscite fratrẽ vestrũ
timotheum dimissum: cũ quo si
celerius venerit videbo vos. Salutate
omnes prepositos vestros: et omnes
sanctos. Salutant vos de vobis
italia fratres. Gratia cum omnibus
Amen.

Explicit epistola bti pauli ad hebreos.

Incipit prefatio beati Hieronymi presbyteri in librum actuum apostolorum.

FAnit psalmista. Ambulabunt de virtutibus in virtutes. Post apostoli pauli epistolas dudum vobis vno volumine translatas domon et rogatiane charissimi: actus apostolorum compellitis vt transferam in latinum: quem librum nulli dubium est a luca antiocheno arte medico qui postea inseruiens paulo apostolo christi factus est discipulus fuisse editum. Ceruices premit imposita sepius oneris magnitudo: quia studia inuidorum reprehensione digna putant ea que scribimus. Illorum nunc odio et detractione iuuante christo meum silebit eloquium.

Actus apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam: et nascentis ecclesie infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum lucam esse medicum: cuius laus est in euangelio: animaduertemus pariter omnia verba illius anime languentis esse medicinam.

Incipit alius prologus.

LUcas antiochensis natione syrus: cuius laus in euangelio canitur: apud antiochiam medicine artis egregius: et apostolorum christi discipulus fuit: postea vsque ad confessionem paulum secutus apostolum: sine crimine in virginitate permanens: deo maluit seruire. Qui septuaginta et quatuor annos etatis agens in bythinia obijt plenus spiritu sancto: quo instigante in achaie partibus euangelium scribens grecis fidelibus incarnationem domini fideli narratione ostendit: eumdemque ex stirpe dauid descendisse monstrauit. Cui non immerito scribendorum actuum apostolicorum potestas in ministerio datur: vt deo in deum pleno et filio perditionis extincto: oratione ab apostolis facta sorte dominice electionis numerus compleretur. Sicque paulus consummationem apostolicis actibus daret: quem diu contra stimulum calcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus et requirentibus deum breui potius volui ostendere sermone: quam prolixius aliquid fastidientibus prodidisse. Sciens quod operantem agricolam oportet primum de suis fructibus edere. Quem ita diuina subsecuta est gratia: vt non solum corporibus sed etiam animabus eius proficeret medicina.

Αἱ πράξεις τῶν ἀποστόλων τοῦ ἁγίου λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ. Cap. i.

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων ὦ θεόφιλε ὧν ἤρξατο ὁ ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύματος ἁγίου οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη. οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς ἣν ἠκούσατέ μου· ὅτι ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες. κύριε εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ ἰσραήλ. εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς. οὐχ ὑμῶν ἐστὶ γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυ-

Incipit liber actuum apostolorum beati Luce euangeliste. Cap. i.

PRimum quidem sermonem feci de omnibus o theophile que cepit iesus facere et docere: vsque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno dei. Et conuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris: quam audistis inquit per os meum. Quia Johannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: et eritis mihi testes

Mat. 5. c. Jacobi. i. b

Luce. 24. g

Infra. 2. b. et. 19. a.

3. Israel in greco datiui casus.

Luce. 24. g

ρες ἔν τε ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ ἰουδαίᾳ καὶ σαμαρείᾳ καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. καὶ ταῦτα εἰπὼν βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, οἳ καὶ εἶπον. ἄνδρες γαλιλαῖοι τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν. οὗτος ὁ ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. τότε ὑπέστρεψαν εἰς ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς ἱερουσαλήμ, σαββάτου ἔχον ὁδόν. καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες ὅ τε πέτρος, καὶ ἰάκωβος, καὶ ἰωάννης, καὶ ἀνδρέας, φίλιππος, καὶ θωμᾶς, βαρθολομαῖος καὶ ματθαῖος, ἰάκωβος ἀλφαίου, καὶ σίμων ὁ ζηλωτής, καὶ ἰούδας ἰακώβου. οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει σὺν γυναιξὶ καὶ μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ ἰησοῦ καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, εἶπεν. ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσι. ἄνδρες ἀδελφοί· ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην ἣν προεῖπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος δαυὶδ περὶ ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν ἰησοῦν, ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης. οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν ἱερουσαλήμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν ἀκελδαμά, τουτέστι χωρίον αἵματος. γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν. γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος. δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν παντὶ χρόνῳ ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος ἰησοῦς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων. καὶ ἔστησαν δύο, ἰωσὴφ τὸν καλούμενον βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη ἰοῦστος, καὶ ματθίαν. καὶ προσευξάμενοι εἶπον. σὺ κύριε καρδιογνῶστα πάντων, ἀνάδει-

in hierusalem et in omni iudea et samaria et vsque ad vltimum terre. Et cum hec dixisset videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum. Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Tunc reuersi sunt hierosolymam a monte qui vocatur oliueti qui est iuxta hierusalem: sabbati habens iter. Et cum introissent in cenaculum ascenderunt vbi manebant Petrus et Johannes et Jacobus et Andreas Philippus et Thomas Bartholomeus et Mattheus Jacobus alphei et Simon zelotes et Judas iacobi. Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus et Maria matre iesu et fratribus eius. In diebus illis exurgens petrus in medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul fere centum viginti. Viri fratres oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt iesum: qui connumeratus erat in nobis et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus hierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum acheldema: hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat commoratio eorum deserta: et non sit qui inhabitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore in quo intrauit et exiuit inter nos dominus iesus incipiens a baptismate iohannis vsque in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos. Joseph qui vocabatur barsabas: qui cognominatus est iustus: et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende

B

Mar. 16. g. Apoc. 2. c. Joh. 20. c.

Mat. 10. a. Marc. 3. d. Luce. 6. c.

C

ps. 108.

D

Infra. 4. d.

ξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἐξ ἧς παρέβη ἰούδας πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ ματθίαν, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων. Cap. 2.

Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό. καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι. καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός, ἐκάθισέ τε ἐφ᾽ ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. ἦσαν δὲ ἐν ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες ἰουδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. ἐξίσταντο δὲ καὶ ἐθαύμαζον λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοι εἰσὶν οἱ λαλοῦντες γαλιλαῖοι, καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν, πάρθοι καὶ μῆδοι καὶ ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν μεσοποταμίαν, ἰουδαίαν τε καὶ καππαδοκίαν, πόντον καὶ τὴν ἀσίαν, φρυγίαν τε καὶ παμφυλίαν, αἴγυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς λιβύας τῆς κατὰ κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ῥωμαῖοι, ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι, κρῆτες καὶ ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ. ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες, τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι. ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον, ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί. σταθεὶς δὲ πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς. ἄνδρες ἰουδαῖοι καὶ οἱ κατοικοῦντες ἱερουσαλὴμ ἅπαντες, τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν ἔστω καὶ ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου. οὐ γὰρ ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε οὗτοι μεθύουσιν, ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας. ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου ἰωήλ. καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις λέγει ὁ θεός, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν

quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius et apostolatus: de quo preuaricatus est iudas vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis. Et cecidit sors super Mathiam: et annumeratus est cum vndecim apostolis. Cap. 2.

Et cum complerentur dies pentecostes: erant omnes pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus: tanquam aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis: seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui varijs linguis: prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitantes iudei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo et mente confusa est: quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? Parthi et medi et elamite: et qui habitant mesopotamiam: iudeam et cappadociam: pontum et asiam: phrygiam et pamphyliam: egyptum et partes lybie que est circa cyrenem: et aduene romani: iudei quoque et proselyti: cretes et arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Stupebant autem omnes et mirabantur ad inuicem dicentes. Quidnam vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant quia musto pleni sunt isti. Stans autem petrus cum vndecim eleuauit vocem suam: et locutus est eis. Viri iudei et qui habitatis hierusalem vniuersi: hoc vobis notum sit: et auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis hi ebrij sunt: cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filij vestri et filie vestre: et iuuenes vestri visiones videbunt: et seniores vestri

A

k. Ignis in gr. generum casus. i. 4. d. et 19. a.

B

C

Iohel. 2. g. Esa. 44. a.

ἐνυπνίοις ἐνυπνιασθήσονται. καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, καὶ προφητεύσουσι. καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. καὶ ἔσται πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται. ἄνδρες ἰσραηλῖται ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους. ἰησοῦν τὸν ναζωραῖον ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησε δι᾽ αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε. τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε. ὃν ὁ θεὸς ἀνέστησε λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ. δαυὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτόν. προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν ἵνα μὴ σαλευθῶ. διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου, ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ᾽ ἐλπίδι. ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου. ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παρρησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου δαυίδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε, καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. προφήτης οὖν ὑπάρχων καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν χριστὸν καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ χριστοῦ, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. τοῦτον τὸν ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ θεός, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμὲν μάρτυρες. τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ θεοῦ ὑψωθείς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξέχεε τοῦτο, ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε. οὐ γὰρ δαυὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς. λέγει δὲ αὐτός. εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος ἰσραήλ, ὅτι καὶ κύριον καὶ χριστὸν αὐτὸν

somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum et signa in terra deorsum: sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem: antequam veniat dies domini magnus et manifestus. Et erit omnis quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. Viri israelite audite verba hec. Jesum nazarenum virum approbatum a deo in vobis virtutibus et prodigijs et signis que fecit deus per illum in medio vestri sicut scitis. Hunc definito consilio et prescientia dei traditum per manus iniquorum: affigentes interemistis. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum. Preuidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc letatum est cor meum et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocunditate cum facie tua. Viri fratres: liceat audenter dicere ad vos de patriarcha dauid: quoniam defunctus est: et sepultus est: et sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset et sciret quia iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: prouidens locutus est de resurrectione christi: quia neque derelictus est in inferno: neque caro eius vidit corruptionem. Hunc iesum resuscitauit deus: cuius omnes testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus: et promissione spiritus sancti accepta a patre: effudit hoc donum: quod vos videtis et auditis. Non enim dauid ascendit in celos. Dicit autem ipse. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissime sciat ergo omnis domus israel: quia et dominum eum et christum fecit

Iohe. 2. b.

Mat. 10. c. et. 24. b. Iohe. 2. g. Rom. 10. c. Infr. 5. d.

D

Infra. 10. c

ps. 15

E

sup. 1. ... 1. 10.

psal. 109.

F

ὁ θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους. τί ποιήσωμεν ἄνδρες ἀδελφοί. Πέτρος δὲ ἔφη πρὸς αὐτούς. μετανοήσατε καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὑμῖν γὰρ ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακράν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει λέγων. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης. οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν, καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου καὶ ταῖς προσευχαῖς. ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος. πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο. πάντες δὲ οἱ πιστεύσαντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά, καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε. καθ᾽ ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ᾽ οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας, αἰνοῦντες τὸν θεὸν καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. ὁ δὲ κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ᾽ ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ. Cap. 3.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην. καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐβαστάζετο, ὃν ἐτίθουν καθ᾽ ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ τὴν λεγομένην ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν. ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερόν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην. ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ εἶπε. βλέψον εἰς ἡμᾶς. ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ᾽ αὐτῶν λαβεῖν. εἶπε δὲ Πέτρος. ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι, ὃ δὲ ἔχω τοῦτο σοὶ δίδωμι. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει, καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε. παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά, καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη καὶ περιεπάτει, καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν περιπατῶν καὶ ἀλλόμενος,

deus hunc iesum quem vos crucifixistis. His autem auditis compuncti sunt corde: et dixerunt ad petrum et ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos: penitentiam inquit agite: et baptizetur unusquisque vestrum in nomine iesu christi in remissionem peccatorum vestrorum: et accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est repromissio et filiis vestris: et omnibus qui longe sunt: quoscunque advocaverit dominus deus noster. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est et exhortabatur eos dicens. Saluamini a generatione ista praua. Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt: et apposite sunt in die illa anime circiter tria milia. Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus. Fiebat autem omni anime timor. Multa quoque prodigia et signa per apostolos in hierusalem fiebant: et metus erat magnus in vniuersis. Omnes etiam qui credebant erant pariter et habebant omnia communia. Possessiones et substantias vendebant: et diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo: et frangentes circa domos panem sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis collaudantes deum: et habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Cap. 3.

Petrus autem et Iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi que dicitur speciosa: vt peteret elemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset petrum et iohannem incipientes introire in templum rogabat vt elemosinam acciperet. Intuens autem in eum petrus cum iohanne dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do. In nomine iesu christi nazareni surge et ambula. Et apprehensa manu eius dextera alleuauit eum: et protinus consolidate sunt bases eius et plante. Et exiliens stetit et ambulabat: et intrauit cum illis in templum: ambulans et exiliens

Mat. 4. c. Mar. 1. c. Luce. 15. a. Apoca. 2. d. — B — Infra. 4. d — A — Infr. 14. b. — Infra. 9. d. — B

καὶ αἰνῶν τὸν θεόν. καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ αἰνοῦντα τὸν θεόν. ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ. κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ Σολομῶντος ἔκθαμβοι. ἰδὼν δὲ Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν. ἄνδρες Ἰσραηλῖται τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ; ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν. ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε. ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν. καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἡ δι᾽ αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν. καὶ νῦν ἀδελφοί οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. ὁ δὲ θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ παθεῖν τὸν Χριστόν, ἐπλήρωσεν οὕτως. μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου, καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεχειρισμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστόν, ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν ἀπ᾽ αἰῶνος. Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν. ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε, κατὰ πάντα ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. ἔσται δὲ πᾶσα ψυχὴ ἥτις ἐὰν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ. καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ κατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας. ὑμεῖς ἐστὲ υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο ὁ θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραάμ. καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσον=

et laudans deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem et laudantem deum. Cognoscebant autem illum: quod ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt stupore et extasi: in eo quod contigerat illi. Cum tenerent autem petrum et iohannem: cucurrit omnis populus ad eos ad porticum que appellatur salomonis stupentes. Videns autem petrus respondit ad populum. Viri israelite quid miramini in hoc: aut nos quid intuemini: quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus abraam et deus isaac et deus iacob: deus patrum nostrorum glorificauit filium suum iesum: quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem pilati: iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum et iustum negastis: et petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vite interfecistis. Quem deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus: et in fide nominis eius hunc quem vos videtis et nostis confirmauit nomen eius: et fides que per eum est dedit illi integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis: sicut et principes vestri. Deus autem que prenunciauit per os omnium prophetarum pati christum suum: sic impleuit. Penitemini igitur et conuertimini: vt deleantur peccata vestra: vt cum venerint tempora refrigerii a conspectu domini et miserit eum qui predicatus est vobis iesum christum: quem oportet quidem celum suscipere vsque in tempora restitutionis omnium que locutus est deus per os sanctorum a seculo prophetarum. Moyses quidem dixit. Quoniam prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris tanquam me: ipsum audietis iuxta omnia quecunque locutus fuerit vobis. Erit autem omnis anima que non audierit prophetam illum exterminabitur de plebe. Et omnes prophete a samuel et deinceps: qui locuti sunt annunciauerunt dies istos. Vos estis filii prophetarum et testamenti: quod disposuit deus ad patres vestros dicens ad abraam. Et in semine tuo benedicentur

C — Mat. 17. b. Mar. 15. b. Luce. 23. c. Joh. 18. g. — Eccle. 17. c. Eze. 18. g. Mat. 4. c. Mar. 1. c. Luce. 13. a. Apoca. 2. d. — D — Deut. 18. d — Gene. 12. c.

ται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. ὑμῖν πρῶτον ὁ θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ ἰησοῦν ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. Cap.4.

Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ σαδδουκαῖοι, διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν καὶ καταγγέλειν ἐν τῷ ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν. καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον. ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον ἐπίστευσαν, καὶ ἐγενήθη ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε. ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆναι αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας καὶ πρεσβυτέρους καὶ γραμματεῖς εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ ἄνναν τὸν ἀρχιερέα, καὶ καϊάφαν καὶ ἰωάννην καὶ ἀλέξανδρον, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν μέσῳ ἐπυνθάνοντο. ἐν ποίᾳ δυνάμει ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς. τότε πέτρος πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου εἶπε πρὸς αὐτούς. ἄρχοντες τοῦ λαοῦ καὶ πρεσβύτεροι τοῦ ἰσραήλ. εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται, γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν καὶ παντὶ τῷ λαῷ ἰσραήλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής. οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ᾽ ὑμῶν τῶν οἰκοδομούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ ἐν οὐδενὶ ἡ σωτηρία. οὐδὲν γὰρ ὄνομα ἕτερον ἐστὶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ πέτρου παρρησίαν καὶ ἰωάννου, καὶ καταλαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν τῷ ἰησοῦ ἦσαν. τὸν δὲ ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶτα τὸν τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους λέγοντες. τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι᾽ αὐτῶν πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν ἱερουσαλὴμ φανερόν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαόν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς, μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων. καὶ καλέ-

omnes familie terre. Vobis primum deus suscitans filium suum misit eum benedicentem vobis: vt conuertat se vnusquisque a nequitia sua. Cap.4.

Loquentibus autem illis ad populum: superuenerunt sacerdotes et magistratus templi et saducei: dolentes quod docerent populum et annunciarent in iesum resurrectionem ex mortuis. Et iniecerunt in eos manus: et posuerunt eos in custodiam in crastinum. Erat autem iam vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum crediderunt: et factus est numerus virorum quasi quinque millia. Factum est autem in crastinum vt congregarentur principes eorum et seniores et scribe in hierusalem: et annas princeps sacerdotum: et caiphas et iohannes et alexander: et quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in medio interrogabant. In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus spiritu sancto petrus dixit ad eos. Principes populi et seniores israel audite. Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi in quo iste saluus factus est: notum sit omnibus vobis et omni plebi israel: quia in nomine domini nostri iesu christi nazareni quem vos crucifixistis quem deus suscitauit a mortuis: in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est a vobis edificantibus: qui factus est in caput anguli: et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Videntes autem petri constantiam et iohannis: comperto quod homines essent sine litteris et idiote ammirabantur: et cognoscebant eos quoniam cum iesu fuerant. Hominem quoque videntes stantem cum eis qui curatus fuerat: nihil poterant contradicere. Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere: et conferebant ad inuicem dicentes. Quid faciemus hominibus istis: quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus habitantibus hierusalem manifestum est: et non possumus negare. Sed ne amplius diuulgetur in populum: comminemur eis: ne vltra loquantur in nomine hoc vlli hominum. Et vocantes

A B ps.117. Mat.21.g. Mar.12.c. Luce.20.c. 1.Pet.2.a. C

אלה Ala. Iurare. maledicẽ. iprecari. vt Iudi.7. Et sup qb⁹ me audiẽte iuraueras. Iob.31. Vt expeterẽ maledicẽs aĩam eius. Inde. אָלָה Ala. i. iuramẽtũ aut maledictio siue execratio. Geñ.26. Sit iuramẽtũ inter nos. Eze.16. Sicut despexisti iuramẽtũ. Ps.9. Cuius maledictiõe os plenũ est. Ps.78. Et de execratione & mendacio annũciabũtur. Esa.24. A facie maledictionis luxit terra. Et in plurali. אָלוֹת Aloth. Deut.29. Iuxta maledictiões q̃ in libro legis huius ac federis cõtinẽtur. Et in eodẽ.30. Oẽs aũt maledictiones has cõuertet super inimicos tuos. Et inde. תַּאֲלָה Thaala. i. labor. fatigatio. Threñ.3. Dabis eis scutũ cordis laborẽ tuũ. Item. אֱלוֹהַּ Eloha. deus. Iob.3. Non requirat eũ deus desup. Et in eo.4. Nũquid homo dei cõparatione iustificabitur. Abac.3. Deus ab austro veniet. Et in lingua chaldaica dicitur. אֱלָהּ Ela vel אֱלָהָא elaha. Dañ.2. Vt qrerent misecordiã a facie dei celi. Et i eodẽ. Tibi deo patrũ meorũ cõfiteor. Et scribitur plurałr. אֱלֹהִים Elohim. i. deus. Geñ.1. In pricipio creauit deus celũ & terrã. ps.7. Deus iudex iustꝰ. et qñ post se regit gtm amittit mẽ: sicut cetera noia plalia i im desinẽtia & dicit אֱלֹהֵי Elohe. Exo.3. Deꝰ hebreorũ misit me ad vos. Deut.10. Ipse ẽ deus deorũ. Et vt ait btũs hieronym⁹ i epła ad marcellã: est cõis numeri: quod et vnus deus vocatur & plures. Deut.4. Neq̃ est alia natio tã grãdis: q̃ habeat deos appropinquãtes sibi. 1. Reg.28. Deos vidi ascendẽtes de terra. Et in eo.4. Quis nos saluabit de manu deorũ sublimiũ istorũ. Et in lingua chaldaica dicitur. אֱלָהַיָּא Elahaia siue אֱלָהִין Elahin. i. dii. Hiere.10: Dii qui celos & terrã nõ fecerunt. Dañ.2. Exceptis diis quorũ nõ est cum hoibus cõuersatio. Accipitur ẽt pro diis gentiũ: qui dicũtur dii secundũ opinionẽ eorũ a qbus colũtur. Geñ.35. Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt. Ps.95. Oẽs dii gentiũ demonia. Osee.3. Et ipi respiciũt ad deos alienos. Accipitur etiã pro angelis siue pro hoibus sanctis vel potẽtibus seu principibus vel iudicibus: qui dicũtur dii participatiue. Geñ.6. Vidẽtes filii dei filias hominũ q̃ essent pulchre: acceperũt sibi vxores ex oĩbus quas elegerãt. Quod exponũt hebrei de filiis potentiũ & principũ. 2. Regũ.7. A facie populi tui quẽ redemisti tibi ex egypto gentẽ & deũ eius. i. principẽ eius. Ps.8. Minuisti eũ paulominꝰ ab angelis. Ps.96. Adorate eũ oẽs angeli eius. Ps.137. In cõspectu angelorũ psallam tibi. Ps.81. Ego dixi dii estis. Exo.21. offerat eum dñs diis. Et in eo.22. Diis nõ detrahes. Item. אֵלָה Ela. terebinthus vel quercus. Geñ.35. At ille infodit eos subter terebinthũ que est post vrbẽ sichẽ. Iof.24. Et tulit lapidẽ pergrãdem: posuitq̃ eum subter quercum que erat in sanctuario dñi. Iudi.6. Venit angelus dei & sedit sub quercum. Esa.1. Cum fueritis velut quercus defluẽtibus foliis.

אלו Ilu. Si. quãuis. Ester.7. Atq̃ vtinã in seruos & famulas venderemur esset tolerabile malũ & gemẽs tacerem. Pro quo hebrei legũt. Atq̃ si in seruos et famulas vẽderemur tacerẽ. Eccł.6. Etiã si duobus millibus annis vixerit. Itẽ. אֲלוּ Alu. in lingua chaldaica ẽ aduerbiũ demõstratiuũ. i. ecce siue. en. Dañ.2. Et ecce qsi statua vna.

אלח Alach. fetere. corruptũ siue inutilem esse. Et inde

verbũ passiuũ prime cõiugationis quod recipit nũ in pricipio & dicitur. נֶאֱלַח Neelach. Iob.15. quanto magis. abominabilis & inutilis hõ. & ps.13. oẽs declinauerũt simul inutiles facti sũt. ps.52. vbi eadẽ verba habentur.

אולי Vlay. si forte. forte. forsitam. De quo vide supra in dictiõe. אוּלַי vlay cũ littera vau i pria syllaba. itẽ. אֱלִי Eli. i. plãge. de quo vide supra. in dictiõe. אלל Alal. alya. cauda. vt leuit.3. adipẽ & caudã totã cũ renib⁹ Elil. idolũ. siue demõ. de q̃ vide sup. i dictiõe אלל alal Alã. facere mãipulos vł manipłos ligare. vt Ge.37. Putabã nos manipłos ligare i agro. Inde אֲלֻמָּה Alũma. manipulus. Geñ.37. & Quasi consurgere manipulũ meũ & stare. & in plurali. אֲלֻמִּים Alũmim. Secundũ terminatiõẽ masculinorũ vł אֲלֻמּוֹת Alumoth. secundũ terminatiõnẽ femininorũ: eodẽ libro et cap. vbi sup. Itẽ. אלם alam obmutescere mutũ eẽ. ps.30. muta fiant labia dolosa. & ps 38. Obmutui & humiliatꝰ sũ. & i eodẽ. obmutui et nõ aperui os meũ. Esa.53. Et quasi agnꝰ corã tõdente se obmutescit. & inde. אִלֵּם Ilem. siue. אֵלֶם Elem. i. mutus. siue muta. vt Geñ.4. Quis fabricatꝰ ẽ mutũ. ps.37. Sicut mutꝰ nõ aperiẽs os suũ. & i titulo psalmi.55. vbi dicitur In finẽ p populo. qui a sactis lõge factus ẽ: in tituli inscriptiõe ipi dauid. p quo beatus Hieronimus in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ trãstulit. victori p colũba muta: eo quod pcul abierit dauid humilis & simplex. & in plurali. אִלְּמִים Ilemim. i. muti. Esa.56. canes muti nõ valẽtes latrare vidẽtes vana. Itẽ אוּלָם vlam. siue vel vlam. vere. vtiq̃. sed. alioqui veritã mẽ. Numeri.14. viuo ego & implebitur gła dñi vniuersa terra. vbi premittitur in hebreo dictio vlã. i. vere siue vtiq̃ viuo ego. Iob.1. sed extẽde manũ tuã: & tãge cũcta q̃ possidet. et i eodẽ.2. alioqui mitte manũ tuã et tãge os eius & carnẽ. et in eodẽ.11. Atq̃ vtinã deus loqueretur tecũ. et in eodem.13. Prius vos ostẽdẽs fabricatores mẽdacii. p quo he. le. Et vere siue vtiq̃ vos fabricatores mẽdacii. ps.58. Si vere vtiq̃ iusticiã loqmini. vbi põitur. אֵלֶם Elem pro. אוּלָם Vlam: Signat ẽt אוּלָם vlam. siue אוּלָם Vlam porticũ siue vestibulum. 3. Reg.6. Et porticus erat ante templũ viginti cubitorũ. & ps.52. Et firmamentũ in plagis eorũ. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ trãstulit. & firma sint vestibula eorũ. Ezech.40. & mẽsus ẽ vestibulũ porte octo cubitorũ. & in eodẽ vestibulũ aũt porte erat intrinsecꝰ. et in plurali אֵלַמִּים elamim. secũdũ terminatiõnẽ masculinorũ. siue אֵלַמּוֹת elamoth. Secundũ terminatiõnẽ femininorũ vt in eo.40. sit aũt erãt & i vestibulis fenestre p gyrum. et in eo. & vestibula in circuitu Item. אַלְמָן Alman. viduus siue viduatus vł. Hiere.51. Non fuit viduatus israel & iuda a dño deo suo. & in gene. feme. אַלְמָנָה Almana. i. vidua. vt Geñ.38. esto vidua in domo patris tui. & Esa.1. Defendite viduã. et in plurali. אַלְמָנוֹת Almanoth. ps.65. patris orphanorũ et iudicis viduarũ. Thren.5. matres nostre qsi vidue. et ide. אַלְמֹן Almon. i. viduitas vt. Esa.47. Et venient tibi hec duo subito in die vna sterilitas et viduitas. et hoc idẽ signt. אַלְמְנוּת Almenuth. vt Geñ.38. que depositis viduitatis vestibus assũpsit theristrum. Esa.54. Et opprobrii viduitatis tue nõ recordaberis amplius. & inde domus siue palatia iam destructa dicuntur metaphorice אַלְמְנוֹת Almanoth. vt Esa.13. & respõdebũt vlule i edibus eorum. Itẽ. אַלְמֹנִי Almoni. i. ille cuiꝰ nomen tacetur in scriptura: et deriuatur a supradicta dictiõe אלם Alam q̃ significat obmutescere. Ruth.4. declina paulisp. et sede hic vocãs eũ noie suo. & 4. Reg.6. in loco illo et illo ponamꝰ isidias

אלן Elon. siue. אֵלוֹן Alon quercus. Gene.35. Et sepulta ẽ ad radices bethel subter quercũ & appellauit nomen loci illius quercus fletus. & in plurali. אַלּוֹנִים Alonim siue. אַלֹּנֵי Alone. vt Amos.2. et fortis ipse quasi quercus. & zacha.11. Vlulate quercus basan. significat etiã cõuallẽ siue locũ in quo sunt multe quercus & alie arbores. vt Geñ.12. Et vsq̃ ad cõuallẽ illustrẽ. & in eodẽ.18. Apparuit aũt ei dñs in cõualle mãbre. Itẽ. אִילָן Ilan. siue אִילָנָא ilana. in lingua chaldaica significat arborẽ. Dañ.4. Et ecce arbor i medio terre. Et in eodem. Succidite arborem.

אלף Elef. mille. vt Geñ.20. Ecce dedi mille argẽteos fratri tuo. Nu.31. Mille viri de singulis tribubus eligantur. Canti.4. Mille clypei pendẽt ex ea. Et in eo.8. Mille tui pacifici. & i plurali. אֲלָפִים Alaphim. siue אַלְפֵי Alphe. i. millia. siue milleni. vt Exo.34. Qui custodis misericordiã in millia. & Dañ.7. Millia milliũ ministrabãt ei: et cum regit post se gtm. dicitur. אַלְפֵי Alphe. vt Iob.1. Fuit possessio eius septẽ millia ouiũ: & tria millia camelorũ. ponitur etiã singulare pro plurali: videlicet qñ precedit alius numerus minor. dũmodo excedat numerũ denariũ. vt Exo.12. sexcẽta fere millia peditũ. & Nu.25. Et occisi sunt viginti qttuor millia. vbi in hebreo ponitur mille in singulari p millia in plurali. Accipitur etiã pro familia in q̃ est hoĩm multitudo vt Iudi.6. Ecce familia mea minima est in manasse. & pro duob⁹ millibus tñ dicitur אַלְפַּיִם Alphaim. vt Esdrẽ.2. Filii feros duo millia. et in eodẽ. Filii beguay duo millia qngin ta sex. & inde. מַאֲלִיפוֹת Maliphoth. i. ea q̃ in millibus multiplicata sunt. vt. ps.143. Oues eorũ fetose. pro quo btũs Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ transtulit. pecora nostra in millib⁹. Itẽ. אַלֵּף Alaph. docere siue discere Iob.18. docuit iniquitatẽ tuã os tuũ. Et in eodẽ.33. Tace & docebo te sapientiã. Prouc.22. Ne forte discas semitas eius. et aliqñ scribitur sine aleph. vt Iob.35. Qui docet nos sup iumẽta terre. vbi põitur. מַלְּפֵנוּ Malephenu. pro מְאַלְּפֵנוּ maalephenu. & inde. אַלּוּף Alluf. i. dux: siue doctus. aut doctor vł magister. Geñ.36. Dux themã. Dux omar. Dux sephua. Ps.54. Dux meus & notus meus. pro quo hebrei legũt: doctor vel magister meus & notus meꝰ. Prouer.2. Que reliqt ducẽ pubertatis sue. et in eodẽ.16. Et verbosus separat principes. i. duces. Ponitur ẽt pro federatis. vt in eodẽ.17. Qui autẽ altero sermõe repetit separat federatos. Et inde agnus qui precedit gregẽ: & est dux aliorũ. dicitur. אַלּוּף Aluph. pro quo btũs Hieronymus traduxit mãsuetũ. Hiere.11. Et ego quasi agnus mãsuetus qui portatur ad victimã. significat ẽt bouẽ vel taurũ aut armentũ. et inuenitur tñ in nũero plurali. s. אַלּוּפֵי Aluphe. siue. אֲלָפִים Alaphim. vt Ps.143. Boues eorũ crasse. & Esa.30. Et tauri tui & pulli asinorũ q̃ operãtur terrã. Deu.7. Oleo & armẽtis gregib⁹ ouiũ tuarũ et in eodẽ.28. Greges armẽtorũ tuorũ & caule ouiũ tuarũ.

אלץ Alas. molestare siue angustiare. vt Iudicũ.16. Cumq̃ molesta esset ei: & per multos dies iugiter adhereret spaciũ ad quietẽ nõ tribuẽs. pro quo hebrei legũt: cũq̃ molesta esset ei verbis suis per singulos dies: & angustiasset eũ. et solum inuenitur in predicto loco.

אלקום Alcũ. verbũ cõpositũ ẽst. ab. אַל Al. quod significat neq̃ siue nõ. & קוּם Cũ. quod significat cõsurgere siue resistere. Prouer.30. Neq̃ ẽ rex qui resistat ei. pro quo heb. legũt: et rex nõ cõsurget cũ eo: siue nõ resistet ei. q̃ ẽ idẽ cũ littera nostra. põt ẽt legi sic. s. & rex cui nẽo resistet:

אם Im. si: siue. nũ: nũquid. cum: vł quãdo. Geñ.4. Si bene egeris recipies. & Exo.1. Si masculus fuerit interficite eum: si femina reseruate. Thren.3. Quia si abiecit & miserebitur. ponitur etiam pro siue vt Exo.19. Siue iumentum fuerit siue homo non viuet. Eccł.12. Siue bonũ siue malum sit. Item ponitur pro. an. vt Geñ.24. Vtrum prosperum

iter suum fecisset deus an non. Exo. 17. Est ne deus in nobis an non. & quando cōponitur cum ista littera. ה ha et dicitur. הַאִם. Haim tūc significat num siue nūquid. vt Nume. 17. Num vsq; ad internicionē delendi sum⁹. &. Iob. 6. Ecce non est auxiliū mihi in me. pro quo hebrei legunt nūquid non est auxilium meū in me. ponitur etiā pro cum vel quā do. vt Nu. 36. Cum iubileus. i. quinquagesimus ann⁹ aduenerit. & qn̄ iungitur cū iuramēto tūc ponitur pro negatiōe vt. p̄s. 88. Semel iuraui in scō meo si dauid mentiar. i. ꝙ nō mētiar. &. p̄s. 95. Vt iuraui in ira mea: si itroibūt in requiē meam. et p̄s. 131. Sicut iurauit dn̄o votū vouit deo iacob: si introiero in tabernaculū domus mee. Et cum cōponitur cū hac syllaba ו ve. & dicitur. וְאִם Veim. tunc significat et si. quod si. sin autē. si aūt. Exo. 20. quod si dixerit seruus diligo dn̄m meū. & in eodē. Si autē filio suo desponderit eā. Nu. 16. Sin autem nouā rem fecerit dn̄s. et cum preponitur ei dictio. כִּי ci. et dicitur. כִּי אִם Ci im tunc ambe dictiōes aliquando significāt nisi vel sed. vt. Gen̄. 32. Non dimittam te nisi benedixeris mihi. & p̄s. 1. Sed in lege dn̄i volūtas eius. et quando premittitur ei dictio. עַד Ad. que significat vsq;: tūc ambe dictiones significāt quoadusq; siue donec. vt Gene. 24. Non comedā: donec loquar sermones meos. habet etiā alios modos significandi qui possunt reduci ad supradictos. Item. אֵם Em. Mater. vt Gen̄. 3. Mater cunctorū viuentiū. &. Exo. 20. honora patrem tuū & matrem tuā. ponitur etiā pro biuio vel capite viarum. vt Eze. 21. Stetit enim rex babylonis in biuio in capite duarū viarū. accipitur etiā pro familia vel populo. vt. 2. Regū. 20. Et tu vis subuērtere ciuitatem: & euertere matrem in israel. & in plurali. אִמּוֹת imoth. i. matres. vt Thren. 2. Matribus suis dixerūt. Dicitur etiā. אֻמּוֹת Vmmoth. Secundū terminationē feminorū. siue. אֻמִּים Vmmim. secūdū terminationē masculinorū & significat tribus aut gentes vel populos. vt Gen̄. 25. Duodecim principes tribuū suarū. &. Ps. 116. Laudate eū oēs populi. Et in ligua chaldaica dicitur. אֻמָּה Vmma. Dan̄. 3. Et oīs populus & trib⁹ et lingua. & in plurali. אֻמַּיָּא Vmmaia. vt in eodē. vobis dicitur populis tribub⁹ & linguis. et inde dicūt aliqui ꝙ deriuatur. אַמָּה Amma. i. cubitus de quo vide in dictione sequenti.

אָמָה Ama. famula: vel ancilla: aut cubitus. Gen̄. 21. eiice ancillā hanc & filiū eius. non enim heres erit filius ancille. Exo. 2. Misit vnam e famulabus suis. & in plurali. אֲמָהוֹת Amahoth. vt Gen. 20. Sanauit deus abimelech et vxorem ancillasq; eius. Et Naū. 3. Et ancille eius gementes. significat etiā predicta dictio cubitū. Gen̄. 6. Et in cubito cōsumabis sūmitatē eius. Exo. 26. Et cubitus ex vna parte pēdebit. Hiere. 51. pedalis precisiōis tue. pro quo hebrei legunt. cubitus. i. mēsura auaricie tue siue precisionis tue. Et in plurali. אַמּוֹת Ammoth. Deu. 3. Nouē cubitos habens longitudinis. et in numero duali. אַמָּתַיִם Amathaim. i. duo cubiti. Exo. 25. Longitudo habebat duos & semis cubitos. et in lingua chaldaica in plurali dicitur. אַמִּין Ammin. i. cubiti. Dan̄. 3. Latitudine cubitorū sex.

אָמַל Amal. Deficere. infirmū siue imbecillem esse. Eze. 16. In quo mūdabo cor tuū. pro quo hebrei legūt. ꝙ imbecille siue infirmū factū est cor tuum. Tamen si illa littera aleph: que ponitur in principio illius dictiōis est prime persone futuri tēporis & non est de substantia dictionis Tunc potest esse sensus sicut in littera nostra. Inde. אֻמְלַל vmlal. per duplicē lamed. i. infirmus siue imbecillis factus est: aut defecit: vel desertum est. vt. 1. Regū. 2. Et que multos habebat filios infirmata est. et Neemie. 4. quid iudei faciūt imbecilles. Et. Ps. 6. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Esa. 24. Infirmata est vitis. Et in eodem. Et infirmata est altitudo populi terre. Hiere. 15. infirmata ē: que peperit septem. Esa. 16. Quoniā suburbana esebon deserta sunt. Et scribitur aliqn̄ cū vau. in prima syllaba.

אָמַן Aman. Credere. fidelem esse. stabilē esse. permanere. Genesis. 15. Credidit Abraam deo. vbi ponitur הֶאֱמִין Heemin. quod est verbum tertie coniugationis. Et Exo. 4. Non credent mihi. Et in eo. Vt credāt inquit quod apparuerit tibi dn̄s. Et in eo. Si non crediderint inquit tibi Et in eo. Credent verba signi sequētis. et in eodem. 14. Et crediderūt dn̄o. p̄s. 26. Credo videre bona dn̄i. Et. p̄s. 115. Credidi propter qđ locutus sum. p̄s. 77. Nec fideles habiti sunt in testamēto eius. Significat etiā stabilem esse. aut permanere. vt Iob. 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: et Esa. 7. Si nō credideritis non permanebitis. vbi istis dictio ponitur pro pmanebitis sicut pro credideritis. inde. אֱמוּנָה Emuna. i. fides. credulitas. veritas. stabilitas. Indeficiens. 4. Reg. 12. Sed in fide tractabant eam. p̄s. 32. Et omnia opera eius in fide. Esa. 11. Et fides cinctoriū renum eius. Et osee. 2 Sponsabo te mihi in fide. Item ponitur pro veritate. vt p̄s. 35. Et veritas tua vsq; ad nubes. p̄s. 118. Et in veritate tua humiliasti me. Et in eodē. omnia mādata tua veritas. Significat etiā stabilitatē vel firmitatē. vt. Exo. 17. Et factū est vt manus illius non lassarētur. i. non deficerēt: sed essent stabiles pro quo in hebreo est. Et fuerūt manus eius veritas siue stabilitas. Et idē significat. אֹמֶן Omen. et in plurali. אֱמוּנִים Emunim. i. veritates. siue fideles aut veraces. p̄s. 11. Quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum. & inde. נֶאֱמָן neeman. i. fidelis. verax. stabilis: indeficiens. Nu. 12. Qui in omni domo mea fidelis ē. 1. Reg. 2. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelē. 2. Reg. 7. Et fidelis erit dom⁹ tua et regnum tuū vsq; in eternū. 3. Reg. 11. Et suscitabo tibi domū fidelē. Iob. 12. Mutans labiū veraciū. Esa. 33. Aque eius fideles. i. stabiles siue indeficiētes. Hiere. 15. Facta est mihi quasi mēdacium aquarū infideliū. pro quo in hebreo est. Aquarum que nō sunt fideles. i. que nō sunt stabiles. Et in lingua chaldaica dicitur. מְהֵימַן Meheman. i. fidelis. Daniel. 2. Et fidelis interpretatio eius. Et inde. אֵמֻן Emun. i. fides siue credulitas. Deut. 32. Et infideles filii. pro quo in hebreo est filii in quibus non est fides: siue credulitas: aut veritas. Et inde. אָמֵן Amen. quod est aduerbium affirmandi. vt Deut. 27. Et respōdebit omnis populus amen. & in eodē. & dicet oīs populus amen. et Esa. 65. Benedicetur in deo amen. Et in hebreo in hoc loco amen est genitiui casus. interp̄tatur aūt amen. vere siue fideliter. aut fides. siue veritas. vnde Apocalypsis. 3. dicitur. Hec dicit amē testis fidelis & ver⁹. et inde. אָמְנָם Omnam. Siue. אֻמְנָם Vmnam. i. vere. vtiq;. Gen. 18. Num vere paritura sum anus. Et idem significat. אָמְנָה omna. vt Gen̄. 20. Alias autem & vere soror mea est. Item. אֹמֵן Omen. i. Alumnus. nutrici⁹ vel nutrix. vt Nu. 11. Sicut portare solet nutrix infantulū. Ester. 2. Qui fuit nutricius filie fratris sui edisse. Esa. 49. Et erunt reges nutricii tui. Item. אָמָּן Amman. Artifex. siue opifex. Canti. 6. Que fabricata sunt manu artificis. Item. אָמוֹן Amon. i. multitudo quasi. הָמוֹן Hamon. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine trāstulit nabuzardan princeps militie.

אָמַץ Amas. Preualere. superare. firmare. vel roborare. confortare. Roboratū vel robustum esse. siue viriliter agere. Gen̄. 25. Populusq; populū superabit. Deut. 2. Et offirmauerat cor illi⁹. i. cōfortauerat siue roborauerat cor illius. Iob. 4. Et genua trementia confortasti. p̄s. 26. Et confortetur cor tuū & sustine dn̄m. Et. p̄s. 141. Quia cōfortati sunt sup me. Ruth. 2. videns ergo noemi ꝙ obstinato

ruth animo decreuisset secum pergere. pro quo hebrei legunt. Et vidit ꝙ ipsa confortabatur ad eundum secum. 3. Reg. 12. Porro rex roboam festinus ascendit currum. Pro quo hebrei legunt. porro rex roboam confortatus est vt ascenderet currum. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum in locis predictis, Prouer. 8. Quando ethera firmabat sursum. & Zach. 12. Confortentur mihi habitatores ierusalem in domino deo suo. Iob. 16. Roborarē vos in ore meo Ios. 1. Et esto robustus valde. & in eodem. & viriliter age. inde אַמִּיץ Amis. idest fortis vel robustus. Iob. 9. Sapiens corde & fortis robore. Amos. 2. Robustus corde inter fortes nudus fugiet in die illa. Et aliquando scribitur cum littera mem in principio & dicitur. מַאֲמַץ Meames. vt Prou. 24. Et vir doctus robustus & validus. cuius plurale מַאֲמַצֵּי Maamasse. ponitur. Iob. 36. vbi dicitur. Et omnes robustos fortitudine. & inde אַמּוּץ Amus. idest fortis. vt Zach. 6. In quadriga quarta equi varii & fortes. & dicunt hebrei ꝙ in hoc loco significat subruffos vel rubicundos. Alii vero dicunt ꝙ in predicto loco accipitur pro equis qui sunt coloris cineris.

אָמַר Amar. dicere. loqui. precipere. cogitare. eligere: siue exaltare. Gen̄. 1. Dixitq; deus fiat lux. Et in eo. Dixit quoq; fiat firmamentum. Et in eo. 4. Dixitq; cayn ad abel fratrē suum. Ps. 148. Quia ipse dixit & facta sunt. Exo. 5. Hec dicit dominus deus. & inde. לֵאמֹר Lemor. idest ad dicendum: pro quo in translatione nostra communiter ponitur dicens. vt Exo. 40. Locutusq; est dominus ad moysen dicens. pro quo hebrei legunt. Locutusq; est dominus ad moysen ad dicendum scilicet: filiis israel vel aliis. Nam illud lamed quod ponitur in principio dictionis communiter ponitur pro ad: quando preponitur gerundio vel infinitiuo vt לַעֲשׂוֹת Laasoth. ad faciendum. לֶאְסֹר Leesor. ad alligandum. vt. Ps. 149. Ad faciēdam vindictam in nationibus. & in eodem ad alligandos reges eorum in compedibus. ponitur etiam לֵאמֹר Lemor pro verbo inpersonali idest dicitur. pro quo beatus Hieronymus transtulit vulgo dicitur. Hiere. 3. Vulgo dicitur. si dimiserit vir vxorem suam. Et aliquādo scribitur sine aleph. vt. 2. Reg. 19. Et amasse dicite. vbi ponitur. תֹּמְרוּ Thomru. pro תֹּאמְרוּ Thomru. Et. p̄s. 136. Quia dicitis in cogitatione. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Quia contradicent tibi scelerate: quod magis consonat cum hebreo. vbi ponitur יֹמְרוּךָ iomrūcha pro יֹאמְרוּךָ iomrucha. & inde אֹמֶר ómer siue אִמְרָה Imrath. idest verbum vel eloquiū. vt Ps. 18. Non sunt verba neq; sermones. & Ps. 147. Qui emittit eloquium suum terre. & in plurali. אֲמָרִים Amarim siue אִמְרֵי imrē. aut אֲמָרוֹת Amaroth. idest verba siue eloquia. iob. 6. Et in ventum verba profertis. Et p̄s. 11. Eloqa domini eloquia casta. Prouer. 1. Ad intelligendum verba prudentie. Et ēt supradicta dictio אָמַר Amar. ponitur pro p̄cipere. vt Gen̄. 3. Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex oī ligno paradisi. & Ester. 6. Iussitq; sibi afferri historias. & Iob. 9. Qui p̄cipit soli & nō oritur. Et in eo. 37. Precipit niui vt descendat in terrā. & inde מַאֲמַר Maamar. idest verbū siue preceptū. vt Ester. 2. Quidquid eni ille p̄cipiebat obseruabat ester. Pro quo in hebreo habetur. verbū siue p̄ceptū mardochei faciebat Ester. Itē אָמַר Amar. significat cogitare vel putare: ꝙ est dicere in corde. vt. Iudi. 15. putaui ꝙ odisses eā. Et i eo. 20. putauerūt solito more cedere. 4. Reg. 5. Putabā ꝙ egrederetur ad me. 2. Reg. 21. nisus est pcutere dauid. pro quo he. le. dixit. s. in corde suo siue cogitauit percutere dauid. & Eccls. 2. Dixi ergo in corde meo. Itē ponitur pro exaltare siue eligere. vt Deut. 26. Dn̄m elegisti hodie. Et in eo. en dominus elegit te hodie: vbi ponitur הֶאֱמִיר Heemir: quod est verbum tertie coniugationis. Et dicunt hebrei ꝙ significat exaltare. Et inde ille ramus qui est in summitate arboris dicitur אָמִיר Amir vt Esa. 17. Et sicut excussio olee duarum vel trium oliuarū in summitate arboris. pro quo he. le. in sūmitate rami. s. illius qui est in sūmitate arboris. Et in eo. ponitur pro segete. vbi dicitur: sicut aratra & segetes que derelicta sunt a facie filiorum israel. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. ramum siue virgultum. de quo vide etiam infra in dictione חֶרֶשׁ Charas. Item ponitur pro superbire. vt Esa. 61. Et in gloria eorum superbietis vbi ponitur תִּתְיַמָּרוּ thithiamaru sine aleph: sicut in aliquibus locis supradictis. Itē אִמַּר Imar in lingua chaldaica significat arietem siue hedū Esdre. 6. Et hedos in holocausta.

אֶמֶשׁ émes. heri. nocte preterita. Gen̄. 19. Ecce dormiui heri cum patre meo. Et in eodem. 31. Sed deus patris tui heri dixit mihi. Et in eodem. Respexit dominus & arguit te heri. Et accipitur ibi heri pro nocte preterita. nā premittitur in textu, Viditq; in somnis dicentem sibi dominum. Pro quo in hebreo habetur: & venit de⁹ ad laban syrum in somno noctis.

אֱמֶת Emeth. veritas. verus. Gen̄. 47. Et facias mihi misericordiam & veritatem. 3. Reg. 10. Verus est sermo quem audiui in terra mea. Ios. 2. Detis mihi verum signū. 4. Reg. 20. Fiat tantum pax & veritas in diebus meis. Ps. 18. Iudicia domini vera. Ps. 84. Veritas de terra orta est.

אַמְתַּחַת Amthach. saccus. vt Gen̄. 44. Imple saccos eorum frumēto quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci.

אָן An. quo. aduerbium iterrogandi loci vel temporis. vt. 1. Reg. 10. Quo abisti. & Iob. 8. Vsq; quo loqueris talia.

אָנָּא Anna. Aduerbium obsecrandi vel rogandi. Pro quo beatus Hieronymus transtulit obsecro. vt Gen̄. 50. Obsecro vt obliuiscaris scelerum fratrū tuorum. & Ps. 117. O domine saluum me fac: o domine bene prosperare. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. O domine salua obsecro. obsecro domine prosperare obsecro. & aliquādo scribitur. אָנָּה Anna cum he in fine loco aleph. vt. Ps. 115. O domine libera animam meam, & in eo. O domine quia ego seruus tuus. vbi beatus Hieronymus etiam transtulit obsecro: sicut in supradicta dictione. & Exo. 32. Obsecro peccauit populus iste petm̄ maximū.

אֲנָא Ana. in lingua chaldaica est pronomen prime persone & significat ego. Dan̄. 4. Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea.

אִנְבָּא Inba. In lingua chaldaica signāt fructū. Dan̄. 4. Et fructus eius nimis. Et in eo. Et disp̄gite fruct⁹ eius.

אָנָה Ana. quo. aduerbium interrogandi loci vel tp̄is. huc & illuc. quoq;. vt Ps. 12. Vsq; quo domine obliuisceris mei in finē: vsq; quo auertis faciē tuam a me. Et in eo. Vsq; quo exaltabitur inimicus meus super me. & Ps. 138. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiā. & Canti. 5. Quo abiit dilectus tuus. & qn̄ duplicatur supradicta dictio: significat. huc. & illuc. siue quoq;. vt. 3. Reg. 2. Et nō egredieris inde huc atq; illuc. Et in eo. Quacunq; die egressus fueris huc & illuc scito te esse moriturū. &. 4. Reg. 5. Nō abiit seruus tuus quoq;. est ēt aduerbium obsecrandi vel rogandi vt supra dictū est. Item אָנָה Ana. lugere. contristari siue mestū esse. vt Esa. 3. Et merebunt atq; lugebunt porte eius. Et in eodem. 19. Et merebunt piscatores. Et inde. תַּאֲנִיָּה Thaniia & אֲנִיָּה Aniia. idest luctus & meror: siue tristitia. vt Thren. 2. Et repleuit in filia Iuda humiliatum & hu

miliatam. Pro quo he. le. & repleuit siue multiplicauit in filia iuda luctum & merorem vel tristitiã. Item אִנָּה ina. fortuitu vel casualiter accidit: siue occasionem quesiuit. vt Exo. 21. Qui autem non est insidiatus: sed deus illum tradidit in manus eius. 4. Reg. 5. Animaduertite & videte ꝙ occasiões querit aduersum me. Et inde תֹּאֲנָה thoana. idest occasio. vt Iudi. 14. Et quereret occasiones cõtra philistiim. Hiere. 2. in desiderio anime sue glutiuit ventũ amoris sui: nullus auertet eam. pro quo hebrei legunt in desiderio aie sue glutiuit ventum occasionis sue: quis auertet eam: siue occasiõem eius quis auertet. Nomina enim hebraica sunt indeclinabilia: vt supra dictum est. Item אֲנָה Ana in lingua chaldaica significat. ego. vt Dañ. 5. Porro ego audiui de te ꝙ possis obscura interpretari.

אִנּוּן Inun. in lingua chaldaica est pronomen tertie persone pluralis numeri. idest illi. siue. ipsi. Dañ. 2. In diebus autem regnorum illorum.

אָנַח Anach. Suspirare. ingemiscere. vt Exo. 2. et ĩgemiscentes filii israel propter opera vociferati sunt. & Prouer. 29. Cum impii sumpserit principatum: gemet populus. & Esa. 24. Ingemuerunt omnes qui letabantur corde. Thren. 1. Sacerdotes eius gemẽtes. & in eodẽ audierũt quia ingemisco ego. Ezech. 21. Ingemisce in contritione lumborum. Ioelis. 1. Quid ingemuit animal. & ide אֲנָחָה Anacha. idest gemitus: vel suspirium. Iob. 3. Anteꝙ comedam suspiro. pro quo in hebreo habetur. Ante cibum meum suspiriũ meũ venit. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. & Ps. 6. Laboraui in gemitu meo. & Esa. 35. fugiet dolor & gemitus. & in plurali. אֲנָחוֹת Anachoth. vt Thren 1. Multi enim gemitus mei.

אֲנַחְנוּ Anachnu. Nos. vt Ps. 19. Nos autem surreximus & erecti sumus. & aliquando scribitur sine aleph. et dicitur. נַחְנוּ Nachnu. vt Thren. 3. Nos iniꝙ egimus et ad iracundiam prouocauimus.

אֲנִי Ani. ego. vt Geñ. 15. Ego dominus qui eduxi te de vr chaldeorum. & in plurali אָנוּ ánu siue אֲנַחְנוּ Anachnu. idest nos vt supra dictũ est. & hec tria pronomina. s. ego tu. ille. variantur in hebreo per omnes casus. alia vero nomina sunt in declinabilia & inuariabilia. Sed vtuntur quibusdam articulis ad denotandum casus. vt dictum fuit in p̄cedenti tractatu de gramatica hebraica: vbi posite sunt variationes pronominum per omnes casus tã in singulari ꝙ̃ in plurali. Item אֳנִי Oni. nauis. vt Esa. 33. Non transibit sui per eum nauis remigum. Ponitur etiã pro classe vt. 3. Reg. 9. Classẽ quoꝙ fecit rex Salomon. Scribitur etiam cum he in fine. & dicitur אֳנִיָּה Onia. vt Ione. 1. Et inuenit nauem euntem in tharsis. & in plurali. אֳנִיּוֹת Onioth. i. Naues. Ps. 103. Illic naues ptrãsibunt. & Esa. 23. vlulate naues maris.

אֲנָךְ Anach. litum. i. linitũ. siue trulla cementarii qua liniunt parietes. Amos. 7. Et ecce dñs stans super murum litum & in manu eius trullam cementarii. vbi pro trulla cementarii ponitur in hebreo eadem dictio que ponitur pro lito. Et in eo. Quid tu vides amos & dixi trullam [illegible]menta rii. Et in eodẽ. Ecce ponam trullam in medio populi mei israel. Et solum inuenitur in locis predictis. Et dicunt hebrei ꝙ significat lapidem plumbeum vel stãneum quo cementarii vtuntur ne edificium sit tortuosum: quia in lingua punica vel arabica stannum dicitur אֲנָךְ Anach. & sic legunt. Ecce dominus stans super murum stanneum: idest edificatum cum tali instrumento: & in manu eius stannum idest lapidem stanneum. & sic in sequentibus.

אָנֹכִי Anochi. ego. vt Geñ. 15. Ego ptector tuus. & Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus.

אָנַס Anas. cogere. compellere. vim facere: difficile siue impossibile esse. Ester. 1. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. & in lingua chaldaica significat difficile siue impossibile esse. Dañ. 4. Et omne sacramentum nõ est impossibile tibi. & aliqui hebrei legunt. non est occultum siue coopertum tibi.

אָנַף Anaph. indignari. siue iratum esse. vt Deut. 1. Cum mihi quoꝙ iratus deus propter vos dixerit. & Ps. 2. Nequando irascatur dominus. inde אֲנָפָה Anapha. Nomẽ auis in lege prohibite. Pro quo beatus Hieronymus transtulit charadrion. vt Leuit. 11. Erodionem & charadriõ iuxta gen⁹ suũ. & aliq hebrei dicũt ꝙ signat q̃ddã gen⁹ milui.

אָנַק Anac. ingemiscere. dolere. mugire. vel clamare pre dolore. Ezech. 8. Super frontes virorum gementiũ & dolentium. Et in eo. 24. Ingemisce tacens. Hiere. 51. Et in omni terra eius mugiet vulneratus. & inde אֲנָקָה Enca: siue אֶנְקַת Encath. idest gemitus. Ps. 101. Vt audiret gemitus compeditorum. Inde אֲנָקָה Anaca significat quoddam animal: pro quo beatus Hieronymus transtulit mygale. Leuit. 11. Mygale chameleon & stellio. Et aliqui hebrei dicũt ꝙ significat quoddam genus reptilium quod semper gemit vel clamat: dictum a verbo supradicto.

אָנַשׁ Anas. desperare. dolere. infirmari. vt. 2. Reg. 12. Percussitꝙ dominus paruulum quem peperit vxor vrie dauid & desperatus est. & Ps. 68. Improperium expectauit cor meum & miseria. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Opprobrio contritum est cor meum & desperatus sum. Et inde אָנוּשׁ Anus. idest violentus, grauatus. inscrutabilis. insanabilis. desperatus. vt Iob. 34. Violenta sagitta mea absꝙ vllo peccato. & Esa. 17. Et dolebit grauiter. Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Et in eo. 30. Insanabilis est fractura tua. & in eodem insanabilis est dolor tuus. Et in genere feminino אֲנוּשָׁה Anusa. Mich. 1. Quia desperata est plaga eius. Item אֱנוֹשׁ Enos. homo. vt quidam volunt a superiori dictione deriuatum eo ꝙ in presenti vita semper est in miseriis & doloribus. Ps. 102. Homo sicut fenũ dies eius. & Esa. 51. Quis es tu vt timeas ab homine mortali. & Hiere. 17. Et diem hominis nõ desideraui. Sed hebrei in hoc loco legunt אָנוּשׁ Anus: sicut supra: & sic legunt. & diem desperationis vel infirmitatis vel doloris nõ desideraui: scilicet cõtra suos aduersarios & persecutores: quia non appetebat vindictam. potest etiam supradicta dictio אֱנוֹשׁ Enos. deriuari a verbo נָשָׁה Nasa que significat obliuionem: & additur aleph in pricipio huius dictionis Enos sicut in multis nominibus deriuatiuis. Et idem dicit eusebius in libro de preparatione euangelica. Et allegat illud p̄si. 8. Vbi dicitur. Quid est homo quod memor es eius. vbi pro homine ponitur enos. q. d. quid est iste oblitus siue obliuiosus ꝙ memor es eius. Est ẽt nomẽ propriũ enos filii seth. vt habetur Geñ. 5. &. 1. Paralip. 1. Et in plu. אֲנָשִׁים Anasim. i. hoies. aut viri. vt Geñ. 18. Apparuerũt ei tres viri stãtes prope eũ. Et in eo. 19. Viri ciuitatis vallauerũt domũ illius. 1. Re. 25. Hoies isti boni satis fuerũt nobis. & Iob. 4. Quãdo solet sopor occupare hoies. & ponitur אֱנוֹשׁ Enos in singulari pro plurali. vt Ps. 9. Vt sciant gentes quoniam homines sunt. Et in lingua chaldaica dicitur אֱנָשׁ. siue אֲנָשָׁא Enasa. idest homo siue homines. Dañ. 2. Non est homo super terram qui sermonem tuum rex possit interpretari. Et in eodem. In quibus habitant filii hominum. Et in genere feminino amittit aleph. & dicitur נָשִׁים Nasim. i. mulieres: siue vxores. vt Exo. 1. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. & Deut. 17. Nõ hẽbit vxores plurimas. &. Esa. 3. Et mulieres

dominate sunt eis.

אַנְתְּ Anthe. in lingua chaldaica est pronomen secunde persone. idest tu. Dañ. 2. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo.

אָסָם Asam. celariũ: siue horreum. & inuenitur tantum in numero plurali. Deut. 28. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua. & Prouer. 3. & implebũtur horrea tua saturitate.

אָסוֹן Ason. Periculũ siue mors. Geñ. 42. Ne forte in itinere quicꝙ patiatur mali. pro quo he. le. Ne forte in itinere accidat ei periculum siue mors. Et in eo. 44. Si tuleritis & istum & aliquid ei in via contigerit. idest aliquid periculi vel infortunii ei cõtigerit. Exo. 21. Si autem mors fuerit subsecuta: reddet animam pro anima.

אָסַף Asaph. congregare. colligere. contrahere. retrahere. reuocare. auferre. disperdere. Geñ. 49. Congregamini & audite filii iacob. & Nu. 11. Congrega mihi septuaginta viros. Et in eodem congregãs septuaginta viros de senioribus israel. Hiere. 10. Congrega de terra confusionem tuam. Mich. 2. Congregatione congregabo iacob totum te. Item significat colligere. vt Geñ. 49. Colligit pedes suos super lectum. Nu. 19. Colliget autem vir mũdus cineres vacce. Et in eo. 20. Pergat inquit aaron ad populos suos. Pro quo hebrei legunt. colligatur Aaron ad populos suos. Et in eo. & Aaron colligetur & morietur ibi. Et in eo. 31. Et sic colligeris ad populum tuum. Iudi. 19. Nullusꝙ sub tectum suum nos vult recipere. vbi ponitur in hebreo colligere pro recipere. 4. Reg. 22. Idcirco colligam te ad patres tuos: & colligeris ad sepulchrum tuum in pace. & Esa. 10. Sicut colliguntur oua que derelicta sunt. Et in eo. 57. Viri misericordie colliguntur: a facie enim malitie collectus est iustus. & inde festũ tabernaculorum vocatur אָסִיף Asiph. A colligendo eo ꝙ in eo tempore colligebantur fructus & reponebantur in horreis. Exo. 23. Solẽnitatẽ quoꝙ in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Et inde אֹסֶף óseph siue אֲסִיפָה Asipha. idest collectio. & in plurali. אֲסֻפּוֹת Asuphoth. siue אֲסֻפִּים Asuphim. idest collectiones vel congregationes. Et accipitur etiam pro concilio quod est collectio vel congregatio plurimorum. vt. 1. Paralip. 26. In qua parte domus erat seniorum concilium. Et in eo. Vbi erat concilium bini & bini. Eccl's. 12. Que per magistrorum concilium data sunt a pastore vno. Et inde illa pars exercitus que nouissime proficiscebatur in castris dicitur מְאַסֵּף Measeph. i. recolligens. quia recolligebat omnes qui dispersi erant & errauerant per viam. Nu. 10. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filii dã. pro quo he. le. Et profectum est vexillum castrorum tribus dã recolligens omnia castra. & Ios. 6. Reliquum vulgus arcam sequebatur. pro quo he. le. & recolligens. & aliqñ duplicantur due vltime littere principales. & dicitur אֲסַפְסֻף Asaphsuph. idest vulgus promiscuũ quod se miscuerat & recollegerat cum populo israel qñ egressi sunt de egypto. vt Nu. 11. Vulg⁹ quipe promiscuum quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio. Item אָסַף Asaph. significat contrahere vel retrahere. vt. 1. Reg. 14. Contrahe manum tuam. &. 2. Reg. 10. Cõtraxit omnem israelem & transiuit iordanem. Ioelis. 2. Et stelle retraxerunt splendorẽ suũ. Itẽ ponitur pro reuocare. vt Nu. 11. Reuersusꝙ est moyses & maiores natu israel in castra. pro quo he. le. Collectus siue reuocatusꝙ est moyses. Et in eo. 12. Separetur septẽ diebus extra castra & postea reuocabitur. Et in eo. Donec reuocata ẽ maria. Significat ẽt curare vel sanare hoiem leprosum eo quod leprosus habitat extra ciuitatẽ. 4. Reg. 5. Profecto curasset eũ a lepra quã habet. Et ĩ eo. Quia iste misit ad me vt curẽ hoiem a lepra sua. Et in eo. Et curaret me. Itẽ ponitur pro auferre: quod est idem quod retrahere vt Geñ. 30. Abstulit de⁹ opprobriũ meũ. i. retraxit. et Iob. 27. Diues cũ dormierit nihil secũ auferet. Ps. 103. Auferes spm̃ eorũ & deficiẽt. & Esa. 16. Et auferetur letitia & exultatio de carmelo. Signat ẽt perire vel disperdere: aut cõsumere. vt Iudi. 18. Et ipse cũ omni domo tua pereas. 1. Reg. 15. Discedite ab amalech ne forte inuoluã te cũ eo. pro quo hebrei legũt. Ne forte disperdã te cũ eo. Hiere. 8. vbi nos legimus congregans congregabo eos. hebrei legũt disperdẽs disperdam eos. siue cõsumens consumã eos. Et silr. Sopho 1. vbi dicitur cõgregãs congregabo oĩa. pro quo he. le. consumẽs consumã oĩa. Et sic infra eo. cap̄. vbi dicitur congregans hominem & pecus. Congregans volatilia celi.

אָסְפַּרְנָא Asparna. in lingua chaldaica signat diligẽter siue festinãter aut studiose. Esdre. 5. Et opus hoc diligenter struatur. Et in eo. 6. Studiose sumptus dentur viris illis. Et in eo. Diligenter executi sunt.

אָסַר Asar. vincire. ligare. cõstringere. obligare Geñ. 42. Frater vester vnus ligetur in carcere. Et in eo. Et ligans illis presentibus. Iudi. 16. Vinxit eum latẽtibus apud se insidiis. Et in eodẽ saltẽ indica mihi quo ligari debeas. Et in eo. Quibus rursum dalila vinxit eũ. 4. Reg. 13. Vinxitꝙ eum pharao nechao in rebla. Signat ẽt cõstringere siue obligare. vt Nu. 30. Aut se cõstrinxerit iuramento. Et ĩ eo. Et iuramentũ quo obligauit aĩam suã. Itẽ signat iungere currum vel quadrigã aut plaustrum. ꝙ est idem quod ligare. vt Geñ. 47. Iuncto ioseph curru ascendit obuiã pr̃i. & Exo. 14. Iũxit ergo currũ & oẽm populũ suũ assumpsit secum. &. 1. Reg. 6. Et duas vaccas fetas quibus non est impositum iugum iungite in plaustro. Et quia currus & quadrige ligabantur ad preliandum: ideo aliquando significat disponere prelium: aut incipere prelium. vt. 3. Reg. 20. Et ait quis incipiet preliari. & inde אָסִיר Asir. siue אָסוּר Asur idest vinctus vel ligatus. vt Iudi. 15. Non te occidemus sed vinctum trademus. Hiere. 40. Quando tulit eum victum catenis in medio omnium. Et in plurali. אֲסוּרִים Asurim. siue אֲסִירִים Asirim. vt Geñ. 39. Tradiditꝙ ioseph in carcere vbi vincti regis custodiebantur. Et in eo. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia erant. Ps. 67. Qui educit vinctos in fortitudine. Esa. 14. Vinctis ei⁹ nõ aperuit carcerem. Zach. 9. Tu quoꝙ in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Significat etiam אֱסוּרִים Asurim. siue אֱסוּרֵי Asure ligaturas siue vincula. vt Iudi. 15. Ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt & soluta. Eccl's. 7. Vincula sunt manus eius. Et quandoꝙ deponit aleph. Eccl's. 4. Quod de carcere catenisꝙ interdum quis egrediatur ad regnum. vbi ponitur הַסּוּרִים Hasurim pro הָאֲסוּרִים Haasurim. inuenitur etiam אֲסֻרוֹת Asuroth. in feminina terminatione. vt. 2. Reg. 3. Manus tue ligate non sunt. Et inde מֹסֵרוֹת Moseroth. idest ligature siue vincula. vt Iob. 39. Et vincula eius absoluit. Ps. 106. Et vincula eorum dirupit. & Ps. 105. Dirupisti vincula mea. Et inde carcer dicitur בֵּית הָאֲסוּרִים Beth haasurim. idest domus vinctorum. vt Iudic. 16. Et clausum in carcere molere fecerunt. Et in eo. qui adductus de carcere ludebat ante eos. Et inde אֱסָר Esar. idest vinculum. siue edictũ aut constitutio. Dañ. 6. Locuti sunt regi super edicto.

אָע Aa siue אָעָא Aaa. in lingua chaldaica significat lignũ. Esdre. 5. Et ligna ponantur in parietibus.

אַף Aph. etiam. quoꝙ. attamen. etenim. quantomagis. ira. naris. Leuit. 26. Ego quoꝙ hec faciã vobis. Et in

eodem. Attamen etiã cum essent in terra hostili nõ penit⁹ abieci eos. Ps. 96. Etenim correxit orbẽ terre: qui nõ cõmouebitur. Iob. 4. Quantomagis hi qui habitant domos luteas. Et qñ preponitur ei lr̃a he & dicitur. הַאַף Haaph. tunc est aduerbiũ interrogandi: vel dubitandi. pro quo in translatione nr̃a ponitur nunquid. vt Geñ. 18. Nũquid perdes iustũ cũ impio. Sed hebrei legunt: nunquid ẽt perdes iustũ cũ impio: & qñ iũgitur ei hec dictio. כִּי chi. & dicitur אַף כִּי Aph chi. tunc significat. itaq̃. siue quantomagis. vt Geñ. 3. Cur precepit vobis deus vt nõ comederetis ex oĩ ligno paradisi. Pro quo aliqui hebrei legũt. Itaq̃ precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi. Translatio chaldaica trãstulit vere. & quesitiue. q.d. Es ne verũ quod precepit vobis deus vt nõ comederetis ex omni ligno paradisi. Sed cõmuniter significat quãtomagis. vt. 3. Reg. 8. Quãtomagis dom⁹ hec quã edificaui tibi. & Iob. 25. Quãtomagis homo putredo & filius hominis vermis. Et in eo. 9. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei. Pro quo hebrei legunt. Quantomagis vt ego respondeam ei. Prouer. 11. Si iustus in terra recipit: quantomagis impius & peccator. Item אַף Aph. idest ira vel furor. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. & Ps. 77. Et ira dei ascendit super eos. Ps. 94. Quia iuraui in ira mea si introibũt in requiem meã. & Ps. 137. Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuã. Significat etiã faciem siue vultum: vt Geñ. 2. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. Et in eo. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. & in lingua chaldaica scribitur aliqñ cũ littera nũ in medio. Dañ. 2. Et cecidit in faciem suam. Significat etiam nares: vel nasum. vt Ps. 114. Nares habent & non odorabunt. Canti. 7. Nasus tuus sicut turris libani. Esa. 2. Quiescite vos ab homine cuius spirit⁹ in naribus eius est. & in plurali. אַפַּיִם Apaim. i. furores: vel nares: aut facies. Et cũ premittitur ei dictio אֶרֶךְ erech. idest longus: & dicitur אֶרֶךְ אַפַּיִם erech apaym. interpretatur longanimis. i. tardus ad iram. vt Ps. 102. Longanimis & multũ misericors. Et aliqñ interpretatur patiẽs: vt Exo. 34. Patiens & multe miserationis ac verax. Et econtrario qñ premittitur ei קְצַר cesar. i. curtus: vel breuis: & dicitur קְצַר אַפַּיִם Cesar apaim. tunc significat iracundũ. i. breuis vel facilis ad iram. Prouer. 14. Impatiens operabitur stultitiam. & etiam dictio אַפַּיִם Apaim ponitur pro tristi vel tristitia. vt. 1. Reg. 1. Anne aũt dedit vnam partem tristis.

אָפַף Aphaph. circũdare. vt Ps. 17. circũdederũt me funes mortis. & Ps. 39. Qm̃ circumdederunt me mala: quorum non est numerus.

אָפַד Aphad. cõstrigere. astrigere. cigere. Exo. 29. Qd cõstringes baltheo. & Leuit. 8. Quod astringens cingulo aptauit rationali. & inde dicitur אֵפוֹד Ephod. i. superhumerale. eo quod cõstringebatur cũ rationali. vt Exo. 28. facies aũt superhumerale. Et in eo. Et stringatur rationale anulis suis cũ anulis suphumeralis vita hyacithina vt maneat iunctura fabricata: & a se inuicem rationale & suphumerale nequeant separari. Et aliqñ ponitur in translatiõe nr̃a. pro baltheo: vel cingulo. vt Leuit. 8. In locis supradictis. Significat ẽt vestimentũ siue ornamentũ quoddã sic nominatũ. vt. 2. Reg. 6. Porro dauid erat accinctus ephod lineo Et recipit in fine. he vel thau. & dicitur אֲפֻדָּה aphuda. siue אֲפֻדַּת aphudath. vt Exo. 28. Ipsa quoq̃ textura & cũcta operis varietas erat ex auro. & Esa. 30. Et vestimẽtũ cõflatilis auri tui. vbi ponitur p̃ vestimẽto. & ĩde deriuatur אַפַּדְנוֹ Apadno. Dañ. 11. Et figet tabernaculũ suũ apedno ĩter duo maria. pro quo in hebreo est. Et figet tabernacula apedno inter duo maria. Et dicunt hebrei quod apedno significat ornamentum suum. & sic ipsi legunt: & figet tabernacula ornamenti sui inter duo maria.

אָפָה Apha. coq̃re. vt Geñ. 19. Et coxit azyma: & comederunt. Exo. 12. Coxeruntq̃ farinã quã dudũ de egypto cõspersam tulerant. Exo. 16. Coquite que coquẽda sunt. & cõiter accipitur pro coctione panis. Et inde אֹפֶה ophe. i. panificus siue pistor. vt Geñ. 40. Pincerna regis egypti & pistor. & in plurali. אֹפִים ophim. In eodem. Videns pistorum magister q̃ prudenter somniũ dissoluisset. Hiere. 37. Et daretur ei torta quottidie panis excepto pulmẽto. Pro q̃ he. le. Et daretur ei torta quottidie panis de vico pistorũ. & in ge. fe. אֹפוֹת ophoth. 1. Re. 8. Filias quoq̃ vestras faciet sibi vnguentarias & focarias & panificas. Et inde מַאֲפֶה Maaphe. i. coctura: siue coctũ. vt Leuit. 2. Cum aũt obtuleris sacrificiũ coctũ in clibano. & aliqñ scribitur sine aleph & cũ tau in principio & nũ in fine. vt Leuit. 6. Offeret aũt eã calidam. & sequitur in hebreo. Coctã oblationẽ minutatim diuisam. vbi ponitur. תֻּפִינֵי thũphine. in numero. plu. quia secundum hebreos duplici coctione coquebatur. Itẽ אֵפֹה Epho siue אֵפוֹא Epho. i. vbi. de quo vide supra in dictiõe. אֵיפֹה Epho cum iod in medio dictionis.

אֹפֶל Ophel. tenebrosũ: siue caliginosum. caligo. tenebre: aut serotinũ. Iob. 3. Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat. Et ĩ eo. 23. Nec faciẽ meã opuit caligo. et Amos. 5. Et caligo & nõ splendor in ea. & qa caligo est cã timoris vel horroris ideo ponitur pro horrore: vt Iob. 10. vbi dicitur. Sed sempitern⁹ horror ihabitat. & recipit in fine. he. & dicitur. אֲפֵלָה Aphela. Prouer. 7. In noctis tenebris & caligine. & Ioelis. 2. Dies tenebrarũ & caliginis. Et quandoq̃ recipit mem in principio. & dicitur. מַאֲפֵל Maaphel. vt Iosue. 24. Et posuit tenebras inter vos & egyptios. Significat etiam serotinũ eo quod diu ocultatur sub terra & ẽ in tenebris. Exo. 9. Triticum & far non sunt lesa: quia serotina erant. vbi ponitur אֲפִילֹת Aphiloth. & Hiere. 2. Nunquid solitudo factus sum israeli aut terra serotina. vbi ponitur מַאְפֵּלְיָה Maaphelia. tamen hebrei primam significationem sequentes legunt. aut terra tenebrosa vel caliginosa.

אֹפַן Ophan. siue אוֹפַן ophan. rota. Exo. 14. Et subuertit rotas curruũ. Et in hebreo est in numero singulari. s. subuertit rotã curruũ. Sed in hebreo aliqñ põitur singulare p̃ plurali & ecõuerso. Esa. 28. nec rota plaustri sup cymĩnũ circuibit. Ezech. 1. Apparuit rota vna sup terrã. Et in eo. quasi sit rota ĩ medio rote. Et in eo. 10. Et rotas istas vocauit volubiles audiẽte me. pro q̃ in hebreo ẽ rotã vocauit volubilẽ in aurib⁹ meis. i. audiẽte me. & in plu. אוֹפַנִּים ophanim. i. rote. vt in eo. 1. Et aspectus rotarũ et opus earũ. Et in eo. Spũs eñ vite erat in rotis. Signãt ẽt tp̃s opportunũ vel congruum ad aliqd loquẽdũ vel operãdũ. vt Prou. 25. Mala aurea in lectis argenteis: q loqtur verbũ in tp̃e suo. vbi p̃ eo quod in lr̃a nr̃a est in tp̃e suo in hebreo ponitur. אָפְנָיו Ophnau. Et in ista significatione solum inuenitur in loco predicto.

אָפֵס Aphes. deficere. finiri: consumari. complere. Geñ. 47. Quare morimur corã te deficiente pecunia. Et in eo. Si preciũ nõ habetis. Pro quo in hebreo est. Si deficit argentũ vel pecunia. Esa. 16. Finitus est puluis. Psal. 76. aut in finẽ misericordiã suã abscindet. Pro q̃ btũs Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. ergo ne compleuit vsq̃ in finem misericordiam eius. & inde. אֶפֶס ephes. idest defectus. terminus. finis. nihilum. non. sed. veruntamen. Prouer. 26. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Esa. 5. Agrum agro copulatis vsq̃ ad terminum loci. Amos. 6. Et respondebit finis est. Et in plurali.

אַפְסֵי Aphse. idest termini vel fines. vt. Ps. 2. Et possessionẽ tuam terminos terre. Et p̃s. 66. Et metuant eum omnes fines terre. Item אֶפֶס ephes. idest non siue nihilum. vt Esa. 40. Quasi nihilum & inane reputate sunt ei. Et in eodẽ. 45. Quoniam absq̃ me non est deus. & in eo. & nõ est deus absq̃ me. & in eo. 47. Et non est preter me alius. Et in eo. 52. Ecce accola veniet qui non erat mecum. et in eo. Et assur absq̃ vlla causa calũniatus est eum. pro quo hebrei legunt. Et assur pro nihilo calũniatus est eum: quod est idem sensus. Item significat. sed. verũtamen. caue ne. vt Nu. 13. Sed cultores fortissimos habet. Et in eo. 22. Caue ne aliud quam precepero tibi loquaris. 3. Reg. 12. Verũtamen quia blasphemare fecisti inimicos nomen domini. Et quia vt supradictũ est: significat terminum vel finem alicuius rei: Et talus est terminus vel finis corporis humani: inde dicitur. אָפְסַיִם Aphsaim. idest tali. vt Ezech. 47. Et traduxit me per aquam vsq̃ ad talos.

אֶפַע Apaa. Nihil siue id quod nõ est. vt Esa. 41. Ecce vos estis ex nihilo: & opus vestrum ex eo quod non est. et solum inuenitur in predicto loco. Et cum scribitur cum littera he in fine & dicitur. אֶפְעֶה Epheh. tunc significat viperam. vt Iob. 20. Et occidet eum vipere lingua. et Esa. 30. Vipera & regulus volans.

אָפַק Aphac. continere se. vel cohibere. Confortari. Geñ. 43. Rursumq̃ lota facie egressus continuit se. Et in eo. 45. Nõ se poterat vltra cohibere ioseph. & Esa. 63. Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarũ super me continuerunt se. Et in eodẽ. 64. Nunquid super iis continebis te domine. 1. Reg. 13. Necessitate compulsus obtuli holocaustum domino. pro quo hebrei legunt. Et confortatus sum & obtuli holocaustum domino. Ester. 5. Et dissimulata ira reuersus in domum suam. Inde. אָפִיק Aphic. i. fortis decursus. fluctus. torrens. riuus. fons. Iob. 6. sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. & in plura. אֲפִיקִים Aphicim. Ps. 125. Sicut torrens in austro. quod in hebreo legitur in plurali scilicet sicut torrẽtes vel riuuli in austro. et Esa. 8. Et ascendet super omnes riuos eius. & Ezech. 35. Atq̃ in torrentibus interfecti gladio cadent. Ioel. 3. Et sup omnes riuos iuda ibunt aque. Item ponitur pro fontibus. Ps. 17. Et apparuerũt fontes aquarum. Et p̃s. 41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. Item ponitur pro rupibus. ut Ezech. 6. Hec dicit dominus deus montibus & collibus rupibus & vallibus. Et in eo. 31. Et in vniuersis rupib⁹ terre. Tamẽ hebrei in hiis duobus locis pro rupibus legũt rupturis terre: vbi torrentes vel riui decurrunt. Accipitur etiam pro fortibus. vt Iob. 12. vbi nos habemus & eos qui oppressi sunt releuat: ibi hebrei legũt: & cingulũ fortiũ dissoluit. Item ponitur pro fistulis eris vel ferri: eo quod sunt fortissime. Iob. 4. Ossa eius velut fistule eris.

אֵפֶר Epher. cinis. fauilla. vt Geñ. 18. Cũ sim puluis & cinis Ps. 101. Quia cinerem tanq̃ panem manducabã. Iob 42. Et ago penitentiã in fauilla & cinere. Ponitur ẽt pro puluere. vt. 3. Re. 20. Et mutauit aspersione pulueris os & oculos suos. & in eo. At ille statim absterssit puluerem de facie sua. Sed in istis duobus locis predictis pro puluere in hebreo habetur. אֲפֵר Apher. & dicũt hebrei quod signãt velamen siue tegumẽtũ. Et sic legunt. Et mutauit se velamine siue tegumẽto sup oculos suos. Et ĩ eo. At ille abstulit velamen siue tegumentum ab oculis suis. Et secundum hebreos inde deriuatur. אַפִּרְיוֹן Apirion. i. tabernaculum vel lectica cortinis velata. Pro quo in nr̃a trãslatione ponitur ferculũ. Canti. 3. Ferculũ fecit sibi rex Salomon de lignis libani. Item. אוֹפִיר Ophir. filius fuit Iectan. vt habetur Geñ. 10. Is sortitus est terram ditissimã in india vbi multum aurũ inuenitur & ab eo illa terra nomen accepit: et vocata est. אוֹפִיר Ophir: vt. 3. Reg. 9. Qui cũ venissent in ophir sumptum inde aurum quadringentorũ viginti talẽtorũ detulerũt ad regẽ salomonẽ. Iob. 28. Nõ comparabitur tinctis indie coloribus. ubi pro india ponitur ophir. Et ẽt ponitur p̃ auro obrizo. vt Esa. 13. Preciosior erit vir auro & homo mundo obrizo. Et Iob. 22. Et pro silice torrentes aureos.

אֲפַתּוֹם Apethos. in lingua chaldaica significat preceptũ siue statutũ. Esd. 4. Et vsq̃ ad reges hec noxa perueniet. pro quo he. le. Et precepto vel statutis regũ nocet. & solum inuenitur in predicto loco.

אָץ As. instanter hortari. cogere. festinare. De quo vide supra in dictione אוּץ Os.

אֶצְבַּע Esbaa. digitus. de quo vide infra in dictione צֶבַע Sebaa.

אָצַל Asal. Reseruare. vl' separare. auferre. dimittere. Geñ. 27. Nunquid nõ reseruasti & mihi bñdictionẽ. Nu. 11. Et auferam de spiritu tuo tradãq̃ eis. Et in eo. Auferẽs de spiritu qui erat in moyse: & dans septuagita viris. Eccl's. 2. Et oĩa que desiderauerũt oculi mei nõ negaui eis. Pro q̃ hebrei legunt. Et oĩa que desiderauerũt oculi mei non separaui vel nõ abstuli ab eis. Ezech. 42. Propterea eminebant de inferioribus & de mediis a terra. vbi pro eo quod in lr̃a nr̃a est eminebant in hebreo habetur. נֶאֱצָל Neesal. quod est verbũ passiuũ prime cõiugatiõis. Pro quo he. le. p̃pterea separabatur vel separatũ erat de inferioribus. Et inde אֲצִילָה Asila. i. distantia siue spatiũ. vt Ezech. 41. Sex cubitorũ spacio. Et inde. אֲצִילֵי Asile. i. separati. vel lõginqui: aut qui p̃cul recesserũt. Exo. 24. Nec sup eos q procul recesserãt de filiis israel misit manũ suã. et Esa. 41. Et a longinquis eius vocaui te. Tamen hebrei dicũt q̃ in istis duobus locis predictis ponitur pro prĩcipibus vel magnatib⁹: eo qd sunt diuisi & separati a reliquo vulgo. Itẽ אֵצֶל esel. i. Prope. iuxta. apud. Geñ. 39. Et ille recusabat stuprũ. Pro q̃ in hebreo sic habetur. Et non exaudiebat eã: vt concũberet iuxta eã vel apud eã: et vt esset cũ ea. sed beatus Hieronymus transtulit sensũ. & Leuit. 6. Et pones iuxta altare. et Ezech. 40. Et limẽ porte iuxta vestibulũ porte intrinsecus calamo. vno inde אֲצִילוֹת Asiloth. i. cubiti. Hiere. 38. Sub cubito manuũ tuarum. Pro quo in hebreo est sub cubitis manuum tuarũ. Ezech. 13. Ve qui cõsuunt puluillos sub omni cubito manus. Et etiam in hoc loco in hebreo est in nu. plu. s. sub oĩbus cubitis manus. Nam hec dictio אֲצִילוֹת Asiloth non inuenitur in hebreo in numero singulari in isto significato. Et dicũt hebrei q̃ signãt partẽ brachii ab humero vsq̃ ad cubitũ. Nã alias cubit⁹ אַמָּה Amma dicitur.

אָצַר Asar. recondere. reponere. thesaurizare. vt. 4. Reg. 20. Auferẽtur oĩa que sunt in domo tua: & que condiderũt p̃res tui. et Esa. 23. Nõ condentur neq̃ reponẽtur. & Amos. 3. Thesaurizãtes iniquitates & rapinas in edib⁹ suis. Et inde. אוֹצָר Osar. i. thesaurus vel cellariũ. vt Deut. 28. Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimũ cellũ. & Nee. 10. ad gazophylaciũ in domo thesauri. & Hiere. 38 Ingressus est domũ regis que erat sub cellario. & in plurali אוֹצָרוֹת Osroth. secundũ terminationẽ femininorũ. i. thesauri: vel cellaria: aut celle. vt Ps. 134. Qui producit vẽtos de thesauris suis. et. 1. Paralip. 27. Super cellis autem vinariis zabdias Aphonites.

אַקּוֹ Aco. Genus aĩalis siluestris. Pro quo beatus hieronymus transtulit tragelaphum. vt Deut. 14. Bubalũ. tragelaphum. pygargum. Et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt hebrei q̃ significat hircum siluestrem.

אָרַר Arar.maledicere.execrare.Gen̄.5.In terra cui male
dixit dñs.&in eo.27 Qui maledixerit tibi sit ille ma
ledict9.Iob.3.Qui maledicūt diei.Et aliqñ scribitur cū sim
plici res.vt Nu.22.Veni igitur & maledic pplo.et in eodē.
Et maledictus in quē maledicta cōgesseris.et Iudi.5.Male
dicite terre meroz.Malach.2.Et maledicā benedictionib9
vestris:et maledicā illis. Et inde אָרוּר Arur.i.maledictus.
vt Gen̄.3.Maledictus eris inter oīa animātia. Et in eo.49.
Maledictus furor eorū quia pertinax.Hiere.17.Maledict9
homo qui cōfidit in hoīe.et in plurali.אֲרוּרִים Arurim.siue
מְאָרְרִים Mearerim.i.maledicti siue maledicētes. vt Nu.5.
Ingredietur aque maledicte in ventrem tuū. et.1.Reg.26.
Maledicti sunt in cōspectu dñi.Et inde מְאֵרָה Meera.i.ma
ledictio.pro q̄ trāslatio nr̄a egestatē siue penuriā traduxit.
vt Prouer.3.Egestas a dño in domo ipii.et Malach.3.Et in
penuria vos maledicti estis. Significat ēt supradicta dictio
cū simplici res Colligere.vel.decerpere fructus.de quo vi
de infra in dictione אָרָה Ara.

אֶרְאֶלָּם Erelam.videntes.Esa.33.Ecce vidētes clamabūt
foras.hebrei tamē dicūt q̄d אֶרְאֶלָּם Erelam est
nomen cuiusdam hierarchie angelorum . et sic legunt.
Ecce angeli eorum clamabunt foras . Beatus vero hiero
nymus in suis explanationibus sup hoc loco sic ait. Verbū
hebraicū arelā ꝑ quo aquila symmachus & theodotio inter
pretati sunt apparebo eis:extremā syllabam diuidētes & le
gētes Are lam: hebrei significare āgelos arbitrātur: & esse
prophetiā:post vocationē gentiū & diuitias ecclesie de sub
uersiōe templi quod flebāt angeli nequaq̄ intus habitātes
sed exeuntes foras.hec hieronymus.

אָרַב Arab.insidiari.Deut.19.Siquis aūt odio habens pro
ximū insidiatus fuerit vite eius. Ps.10.Insidiatur in
abscōdito quasi leo in spelūca sua.Prouer.1.Si dixerint ve
ni nobiscū insidiemur sanguini.Et in eodē.12.Verba ipio
rum insidiātur sanguini.Et scribitur aliquādo sine aleph.
vt.1.Reg.15.Vbi dicitur. Et tetendit insidias in torrente.
Vbi ponitur וַיָּרֶב Vaiareb.pro וַיֶּאֱרֹב Vaiaareb. inde אֹרֵב
Oreb.i.insidians.siue insidie.Ios.8.Pone insidias vrbi.Et
in eodē.Consurgetis de insidiis & vastabitis ciuitatē.& re
cipit in fine mem.& dicitur מַאֲרָב Maarab. Ps.10.Sedet in
insidiis cū diuitibus.& inde אֶרֶב áreb.i.latibulū vnde pro
spicientes insidiātur.Iob.37.Ingredietur bestia latibulum
suū. et inde אֲרֻבּוֹת Aruboth.i.cataracte siue fenestre ex qui
bus aliqñ insidiatur.Gen̄.7.Et cataracte celi apte sunt.Esa.
60. Et quasi colūbe ad fenestras suas.Accipitur etiā pro fu
mario quod est foramē siue fenestra quedā.vt Osee.13. Et
sicut fum9 de fumario.vbi pōitur אֲרֻבָּה Arubba in nūero
singulari.Itē אֲרֻבּוֹת Arubboth.ponitur pro allisione.Esa.
25.Et humiliabit gloriā eius cū allisione manuū eius. Ta
men hebrei primā significationē sequētes legūt.Et hūilia
bit gloriā eius cū insidiis manuū eius.Itē אַרְבֶּה Arbbe.lo
custa.Exo.10. Ecce ego inducā cras locustam in fines tuos.
Et in eodē. Ventus vrens leuauit locustas.

אַרְבַּע Arbaa.siue אַרְבָּעָה Arbaa.quattuor.vt Gen̄.2.Qui
inde diuiditur in q̄ttuor capita. Prouer.30. Quat
tuor sunt minima terre.Esa.11.A quattuor plagis terre.

אָרַג Arag.texere.plectere.Exo.35.Et texant oīa.Iudi.16
Si iquit septem crines capitis cū licio plexueris.Esa.
59.Et telas aranee texuerunt.& inde אֶרֶג E'reg.siue אָרֶג
áreg.i.tela.siue textura.Iudi.16.Extraxit clauū cū crinibus
et licio.pro quo hebrei legūt.Extraxit clauū cū tela & licio.
Iob.7.Dies mei velocius transierūt q̄ a texente tela succi
ditur.Et inde. אֹרֵג Oreg.i.textor siue texens. Esa.38.Pre
scissa est velut a texēte vita mea.Et in plali אֹרְגִים órguim.
1.Reg.17.Hastile aūt haste eius erat quasi liciatoriū texen
tium.Esa.19.Et texentes subtilia. & in genere feminino.
אֹרְגוֹת Orgoth.4.Reg.23.Pro quibus mulieres texe
bant quasi domūculas luci.

אַרְגְּוָן Arguenan in lingua chaldaica significat purpurā.
Dan̄.5.Purpura vestietur.

אַרְגַּז Argaz.Arcula.i.arca paruula.vel capsella.1.Reg.6.
Ponetis capsellam ad latus eius.

אַרְגָּמָן Argaman.purpura siue purpureū.Exo.25.Hya
cinthum & purpuram cocūq̄ bis tinctum. Canti.
3.Accensum purpureum.

אָרָה Ara.Colligere.decerpere.metere.maledicere.vt Cā
ti.5.Mesui myrrhā meā cum aromatibus meis. Pro
quo hebrei legūt.Decerpsi vel collegi myrrhā meā.Ps.79.
Vindemiāt eam omnes qui pretergrediūtur viam.pro quo
hebrei legūt.colligūt vel decerpunt.ponitur etiā pro male
dicere.vt Nu.22.Veni igitur & maledic poplo qui fortior
me est. Et de hoc vide supra in dictione אָרַר Arar.& inde.
אֲרִי Ari siue אַרְיֵה Arie.i.leo.de q̄ vide infra post dictionē
אָרַח Arach.vide ēt ibi de dictiōe אֲרִיאֵל Ariel.et inde אֻרְוֹת
Vruoth.i.ꝓsepia.3.Reg.4.Et hēbat salomō q̄draginta mil
lia presepia equorū.2.Paral.32.Et presepia oīm iumētorū.

אֲרוּ Aru.in lingua chaldaica significat ecce: siue en. Dan̄.
7.Et ecce quattuor venti celi pugnabant in mari ma
gno.Et in eodē.Et ecce bestia quarta terribilis.

אֶרֶז E'rez.cedrus.vt.3. Reg.4. Et disputauit sup lignis
a cedro que est in libano vsq̄ ad hyssopū que egredi
tur de pariete. Ps.91.Sicut cedrus libani multiplicabitur.
Et in plurali אֲרָזִים Arazim.vt Ps.148.Lingna fructifera
et oēs cedri.Scribitur etiā cū puncto surech in secūda sylla
ba:et dicitur אֲרֻזִים Aruzim,Ezech.27.Cedros quoq̄ ha
bebant in negociationibus tuis.Et inde אַרְזָה Arza.quod
secundū hebreos significat cōtignationē domorū ex lignis
cedrinis factā.Soph.2.Vbi nos habemus qm̄ attenuabo ro
bur eius.hebrei legūt.Quoniā cōtignatio nudata est: siue
dissipata est.potest etiā deriuari a verbo רָזָה Raza.quod si
gnificat attenuare sicut est in littera nostra.Et tūc illa littera
aleph que ponitur in principio dictonis erit prime perso
ne futuri indicatiui.

אָרַח Arach.itinerare.ire.gradiri.vt Iob.34.Qui gradi
tur cū operātib9 iniquitatē.inde אֹרַח órach.i.semita
via.iter.cōsuetudo.Gen̄.49.Cerastes in semita.Iob.16. Et
semitā ꝑ quā nō reuertar.Ps.26 Et dirige me i semitā rectā.
Ps.138.Semitā meā & funiculū meū inuestigasti.Prouc.2.
Qui derelinquūt iter rectū.Et in eodē.15.Doctrina mala
deserentiū viam Et in eodē. Via iustorū absq̄ offendiculo.
Acipitur etiā pro cōsuetudine. Gen̄.18. Desierant sare fie
ri muliebria.pro quo in hebreo est. desierat sare fieri con
cōsuedo mulierum.Et in plurali אֳרָחוֹת Orchoth.i.semite.
vie.calles.Iudi.5.Quicuerūt semite & qui ingrediebantur
per eas ambulauerūt per calles deuios.& inde אֹרֵחַ Oreach
idest viator.vt Hiere.15.Et quasi viator declinās ad manē
dum.Et in plurali אוֹרְחִים orchim.vt in eo.9.Quis dabit
me in solitudine diuersorium viatorum . Et inde אֹרְחַת
Orchath.i.comitatus viatorū. Gen̄.37.Viderunt ismaeli
tas viatores venire de galaad.Et inde אֲרוּחָה Arucha.idest
annona siue viaticum vel cibarium quod datur per singu
los dies.vt.4.Reg.vltimo. Annonam quoq̄ constituit ei
sine intermissione : que dabatur ei a rege per singulos di
es.Hiere.vltimo . Et cibaria eius cibaria perpetua dabātur
ei a rege babylonis statuta ꝑ singulos dies.Prouer.15.Me
lius est vocari ad olera cum charitate: q̄ ad vitulum sagina
tum cum odio.Pro quo hebrei legūt.melius est cibariū si
ue viaticum oleris cum charitate:q̄ vitulum saginatum cū
odio.Sed idem est sensus cum littera nostra.

אֲרִי Ari.Leo . Nu.23. Et quasi leo erigetur.1.Reg.17. Et
veniebat leo & vrsus & tollebat arietē.Et in eo . Leo
nem & vrsum interfeci ego seruus tuus . & aliquando scri
bitur cum littera he in fine & dicitur .אַרְיֵה Arieh.idest leo
Gen̄.1.Accubuisti vt leo.Ps.7. Nequando rapiat vt leo ani
mam meam.Ps.21.Salua me ex ore leonis.Amos.3. Nun
quid rugiet leo in saltu.Est etiam nomen propriū loci. 4.
Reg.15.Iuxta argob & iuxta ariph.debet legi.iuxta argōb
& iuxta arieh.& in plurali.אֲרָיוֹת Araioth.secundum termi
nationem femininorum.vt.3.Reg.10.Et duo leones iuxta
manus singulas . Inuenitur etiā אֲרָיִים Araiim secundum
terminationem masculinorum.vt in eo.10. Vbi dicitur leū
culi stantes.& in lingua chaldaica dicitur אַרְיָא Aria. idest
leo & in plurali אַרְיָוָתָא Ariauatha.i. leones.Dan̄.6.Mitte
tur in lacum leonum.inde אֲרִיאֵל Ariel.idest fortis.magn9
aut robustus quasi leo. 2. Reg.23. Ipse pcussit duos leones
moab .quod hebrei exponunt duos fortissimos moab. vel
secundum translationem chaldaicam:duos magnos & pri
cipes moab.& componitur ab אֲרִי Ari . idest leo:& אֵל El
quod significat fortem.accipitur etiam אֲרִיאֵל Ariel pro al
tari holocausti.vt Ezech.43.Et ab ariel vsq̄ ad sursum cor
nua quattuor:& ariel duodecim cubitorum in lōgitudine.
Scribitur etiam sine iod & cum he in principio & dicitur
הַאֲרָאֵל Haarel.vt in eo.cap̄.43.vbi dicitur.Ipse autem ari
el quattuor cubitorum.accipitur etiam ariel pro ciuitate ie
rusalem in qua erat altare holocausti.Esa.29.Ve ariel ariel
ciuitas quam expugnauit dauid . De dictione autē אֶרְאֶלָּם
Erelam vide supra post dictionem אָרַר Arar.

אָרַךְ Arach.prolongare.in longum differre. longū face
re.siue longum esse . Gen̄.26. Cūq̄ pertransissent
dies plurimi.pro quo hebrei legunt . Cūq̄ prolongaren
tur sibi ibi dies.Deut.6.vt prolongentur dies tui. Et in eo.
22.Et longo viuas tempore.2. Paralipo.5. Quia paululū
longiores erant.Prouer.28.Qui autem oderit auariciam
longi fient dies eius. Esa.54 . Longos fac funiculos tuos.
Ezech.12.In longum differentur dies.Et in eo.31.Et ele
uati sunt rami eius.Pro quo hebrei legunt. Et prolongati
sunt rami eius.& inde אֹרֶךְ órech.idest longitudo dilatatio.
Gen̄.6.Trecentorum cubitorū erit longitudo arce.& Exo.
25.Duos cubitos & dimidiū tenebit longitudo eius.Deut.
30.Ipse est enim vita tua & longitudo dierū tuorū. Ezech.
17.Longo membrorum ductu.Et in eo.31. In dilatatione
arbustorum suorum.& inde אָרוּךְ Aruch . idest lōgus.& in
genere feminino אֲרוּכָּה Arucha . idest longa siue longior.
vt Iob.11.Longior terra mēsura eius.& inde אַרְכָה Archa.
Quod in lingua chaldaica significat temporis longitudi
nem.Dan̄.7.Et tempora vite constituta essent eis. Accipi
tur etiam אֲרוּכָה Arucha pro medicina vel sanitate post lon
gum tempus acquisita.vt Esa.58.Et sanitas tua citius orie
tur.Dan̄.4.Forsitan ignoscet deus delictis tuis.pro quo he
brei legunt.forsitan erit sanitas seu medicina delicto tuo.
In aliis vero locis beatus Hieronymus transtulit cicatricē.
2.Paralipo.24.Et obducebatur parietum cicatrix.Nee.4
Quod obducta esset cicatrix muri ierusalē. Hiere.8. Qua
re igitur non est obducta cicatrix filie populi mei.Et in eo.
30. Obducam enim cicatricem tibi. Et inde אֲרִיךְ Arich.
quod in lingua chaldaica significat sanum vel conueniens
Esdre.4.Et lesionē regis videre nefas ducimus . Pro quo
hebrei legunt.Et damnum siue lesionem regis non est sa
nū nobis videre:siue nō ē cōuenīēs nobis videre.

אַרְכֻּבָּה Arcubba . in lingua chaldaica significat genu .
Dan̄.5.Et genua eius ad se inuicem collidebantur.

אֲרָם Aram.syria.vel syrus.2.Reg.8. Facta ē syria serui
ens dauid.Et in eo.10.Conduxerunt mercede syrū
roob.Scribitur etiam cum iod in fine & dicitur אֲרַמִּי Ara
mi.idest syrus. Deut.26 . Syrus persequebatur patrem me
um.& in genere femenino אֲרַמִּיָּה Aramia.idest mulier de
siria.& inde.אֲרָמִית Aramith.idest siriace. Dan̄.2.Respon
derunt chaldei regi siriace. Esdre.4. Epistola autem accu
sationis scripta erat siriace & legebatur sermone siro. Item
אַרְמוֹן Armon.palatium.domus magna .3.Reg.16. Ingres
sus est palacium & succendit se cum domo regia. Prou.28.
Et iudicia quasi vectes vrbium.pro quo hebrei legunt. Et
iudicia quasi vectis palatii.Esa.25. Domum alienorum vt
non sit.& in plurali אַרְמְנוֹת Armenoth.i. palatia.domus.
edes.Esa.23.Suffoderunt domos eius.Hiere.49. Et deuo
rabit menia Benadab.pro quo hebrei legunt.Et deuorabit
palatia benadab. Amos.1.Et deuorabit edes eius . Et in eo
dē .2.Et deuorabit edes ierusalē Scribitur ēt cū littera he in
principio & in fine.& dicitur הַרְמוֹנָה Harmóna. Amos.4.
Et proiiciemini in armon. & dicunt hebrei ꝙ est nomē ap
pellatiuum et ꝙ significat palatium siue domum magnam
sicut supra armon cum aleph in principio.

אָרוֹן Aron.arca.Exo.25. Arcam de lignis setim compin
gite.Deut.10.Faciesq̄ arcam ligneam . accipitur etiā
pro loculo in quo mortuus reponitur.vt Gen̄.50.Reposit9
est in loculo in egypto.Item אֹרֶן óren.genus arboris quod
translatio nostra pinum nominat. Esa.44. Plantauit pi
num quam pluuia nutriuit.

אַרְנֶבֶת Arnébeth.lepus. vt Leui. 40.Lepus quoq̄:nā
& ipse ruminat.

אֲרַע Araa.siue אַרְעָא araa. In ligua chaldaica significat
terram.Hiere.10 . Pereant de terra & ab iis que sub
celo sunt . Significat etiam inferius seu minus . Dan̄. 2.et
minus te argenteum . idest inferius te.& inde אַרְעִית ar
ith.idest pauimentum.Dan̄.6. Et nō peruenerunt vsq̄ ad
pauimentum laci.

אֶרֶץ éres . Terra.patria.regio. Gen̄.1. In principio crea
uit deus celum & terram.Et in eo.Terra autem erat
inanis & vacua.Et in eo.12.Et veni in terram quam mon
strauero tibi.Iob.28.Terra de qua oriebatur panis.Ps.26.
Credo videre bona domini in terra viuentium. Hiere.22.
Terra terra terra:audi verbum domini . Accipitur etiam ꝓ
patria vel regione.Gen̄.30.Dimittite me: vt reuertar in pa
triam meam.Leuit.18.Iuxta morem regionis chanaan ad
quam ego introducturus sum vos non agetis . Et in plurali
אֲרָצוֹת arasoth.idest terre vel regiones.vt Gen̄.26.Tibi enī
& semini tuo dabo vniuersas regiones has. Ps.104. Et de
dit illis regiones gentium. Ps.114 . Placebo domino in re
gione viuorum.pro quo in hebreo habetur . Deambulabo
coram domino in terris viuentium siue in regionibus vi
uorum.& sic transtulit beatus hieronymus in psalterio iux
ta hebraicam veritatem .scilicet deambulabo coram domi
no in terris viuorum.

אַרְקָא Arca.in lingua chaldaica significat terrā. Hiere.
10.Dii qui celum & terram non fecerunt.& solum
inuenitur in predicto loco.

אָרַשׂ aras.despondere.desponsare . Deut.20. Quis est
homo qui desponsauit vxorem & non accepit eā.
Osee.2.Et desponsabo te mihi in sempiternum.& despō
sabo te mihi in iustitia & iudicio & in misericordia & in
miseratiōibus & despōsabo te mihi in fide . & inde אֲרֻשָׂה
Orasa.siue מְאֹרָשָׂה Meorasa.idest desponsata.vt Exo.22.
Si seduxerit quis virginem nondum desponsatā.Deut.22.

Si puellam virginem desponderit vir. pro quo hebrei legunt. Si puella virgo fuerit desponsata viro. Item. אֲרֶשֶׁת Areseth. eloquiū. sermo. pro quo translatio nostra volūtatem transtulit. Ps. 20. Et volūtate labiorū eius nō fraudasti eum. Et solum inuenitur in predicto loco.

אֵשׁ Es. ignis. Gen̄. 22. Ecce inqt ignis & ligna. Exo. 12. Edent carnes nocte illa assas igni. Et in eodē. 19. Eo quod descendit sup eum dn̄s in igne. Nu. 11. Et absorptus est ignis. Deut. 4. Quia dn̄s deus tuus ignis cōsumens est. Ps. 17. Et ignis a facie eius exarsit. Ps. 38. In meditatione mea exardescit ignis. Ps. 65. Trāsiuimus per ignē & aquā. Michee. 6. Adhuc ignis in domo impii. Et licet in supradicto loco quidā legūt. אִישׁ Is. i. vir. Tamē ad hoc quod significaret virū debebat scribi cū iod in medio dictionis. & in lingua chaldaica scribitur aliqn̄ cum aleph in fine. Dan̄. 7. Et traditū esset ad cōburendū igni. & inde. אִשֶּׁה Ise. i. oblatio vel sacrificiū quod in ignē offerebatur. Leuit. 1. Adolebitq; ea sacerdos sup altare in holocaustū & suauē odorem dn̄o. Pro quo he. legūt. Adolebitq; sacerdos oīa sup altare in holocaustū & oblationē vel sacrificiū odoris suauissimi dn̄o. et sic infra vbi similia verba habētur. Et eodē. 3. Et offerent de hostia pacificorum in oblationē dn̄o. Et in eodē. Adolebūtq; ea sup altare i holocaustū lignis igne supposito in oblationē suauissimi odoris domino.

אָשַׁשׁ Asas. Confundere. erubescere. Esa. 46. Memētote istud & cōfundemini. Tamē hebrei dicūt q̄d significat cōfortare siue fundare. vnde in supradicto loco ipsi legūt. Memētote hoc & cōfortamini siue fundamini. & inde אֲשִׁישֵׁי Asise. i. fundamēta. Esa. 16. His qui letātur sup murum cocti lateris loquimini plagas suas. Pro quo hebrei legūt. Fundamētis muri cocti lateris. Et dicūt hebrei q̄ per fundamēta intelligūtur viri fortes atq; primarii sup quib9 fundabatur illa ciuitas: que habebat muros cocti lateris: q hebraice dicitur chareseth. i. murus fictilis. & sic transtulit beatus hieronymus Hiere. 48. vbi dicitur. Et cor meū ad viros muri fictilis dabit sonitū tibiarū. & inde אֻשַּׁיָּא Vsaia quod in lingua chaldaica significat parietes siue fundamēta. Esd. 4. Et parietes cōponentes. Et in eodē. 6. Et ponant fundamēta supportātia. Itē אֲשִׁישֵׁי Asise. i. vinacia. Osee. 3. Et diligūt vinacia vuarū. Sed hebrei dicunt q̄ significat dolia siue lagenas aut cyphos. & sic legunt. Et diligūt dolia siue lagenas vuarū. i. vini. & inuenitur in feminina terminatione. אֲשִׁישׁוֹת Asisoth. Pro quo beatus hieronymus transtulit flores. Canti. 2. Fulcite me floribus. & in nūero singulari אֲשִׁישָׁה Asisa. Pro quo translatio nostra traduxit Similā frixā oleo. 2. Reg. 6. Et similā frixam oleo. 1. Paral. 16. Et frixam oleo similā. Sed etiā in his locis hebrei legūt: et lagenam siue cypum. s. plenum vini.

אֶשֶׁד E'sed. Effusio. siue decursus. s. aquarū. aut radix mōtis: vbi aque pluuiales cōfluūt. Nu. 21. Scopuliq; torrentiū inclinati sunt: vt requiescerent in arnō. Pro quo hebrei legunt. Effusio siue decursus torrētium inclinatus est vt requiesceret in arnon. et in plurali אַשְׁדֹּת Asdoth. Deut. 4. vsq; ad radices montis phasga.

אִשָּׁה Isa. Mulier. virago. vxor. vnaqueq;. De quo vide supra in dictione אִישׁ Is. i. vir. a quo deriuatur. Item אִשֶּׁה Ise. i. oblatio siue sacrificiū quod offerebatur in igne super altare. De quo vide supra in dictione אֵשׁ Es.

אֻשִּׁיָּה Asiia. fundamētum & solū inuenitur in nūero plurali. vt Hiere. 50. vbi dicitur. Ceciderūt fundamēta eius. vbi pro fundamentis ponitur אֻשְּׁיוֹת Asioth. secundum terminationē pluralem femininorum.

אֶשֶׁךְ A'sech. Testiculus. Leuit. 21. Vbi ponitur in nr̄a translatione herniosus. Pro quo hebrei legunt. Compressus vel attritus testiculo. & solū inuenitur in predicto loco.

אֶשְׁכָּר Escar. Munus. siue donum. De quo vide infra in dictione שֶׁכֶר Sacar.

אֵשֶׁל E'sel. Arbor. & est nomē generale ad omnē arborē. Pro quo beatus hieronymus nemus transtulit. Gen̄. 21. Abraā vero plantauit nemus. 1. Reg. 31. Et tulerūt ossa eorum & sepelierunt in nemore iabes.

אָשַׁם Asam. delinquere. peccare. errare. perire. disperire. Leuit. 4. vt faciat quicq; de iis que lege dn̄i prohibētur: atq; delinquat. Et in eodē. 5. Subiacebit delicto. Et in eodē. Quia per errorem deliquit in dn̄m. Et in eodem. 6. Pro singulis que faciēdo peccauit. Hiere. 2. Omnes qui deuorant eum delinquēt. Et in eodē. 50. Et hostes eorū dixerunt non peccauimus. Significat etiā quādo aliquis cōuincitur delicto: & quando cognoscit peccatū suum & agit penitentiā. Leuit. 5. Oblitaq; postea intellexerit delictū suū: agat penitentiā pro peccato. Et in eodē. 6. Conuicta delicto reddet omnia que per fraudē voluit obtinere. Zach. 11. Occidebant & non dolebāt. i. non penitebat eos: quia non reputabāt hoc peccatū. Significat etiā perire vel disperire. aut interire. vt Ezech. 6. Et dissipabūtur & interibunt are vestre. Osee. 14. Pereat samaria: qm̄ ad iracūdiam prouocauit deū suū. Ioel. 1. Sed & greges pecorum disperierūt. Ps. 5. Iudica illos deus. Pro quo hebrei legūt. Disperde illos deus. & inde אָשָׁם Asam. siue אַשְׁמָה Asma. i. peccatū. delictum. error. vt Leuit. 6. Iuxta estimationē mensuramq; delicti. Et in eodē. 4. Si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciens populū. Pro quo in hebreo habetur. Si sacerdos qui vnctus est peccauerit pro delicto populi siue pro peccato populi. Et in eodē. 5. Quia per errorem deliquit in dn̄m. Et in eodē. 6. Pro peccato aūt suo offeret arietem immaculatū. Esa. 53. Si posuerit pro peccato animam suam. Accipitur etiā pro victima siue hostia que offerebatur pro delicto vel peccato. Leuit. 7. Hec est lex hostie pro delicto. Et in eodē. Mactabitur & victima pro delicto. Accipitur etiam pro mulcta vel pena que imponitur alicui pro aliquo delicto vel peccato.

אַשְׁמַן Asman. Locus immundus. vel dessolatus. Pro quo translatio nostra habet caliginosum. Esa. 59. Impegimus meridie quasi in tenebris: in caliginosis quasi mortui. & solū inuenitur in numero plurali in predicto loco.

אָשַׁף Asaph. magus. Dan̄. 2. Verbum huiuscemodi sciscitatur ab omni hariolo & mago & chaldeo. & in pl'ali. אַשָּׁפִים Asapim. vt in eodē. Precepit aūt rex vt cōuocarentur harioli & magi & malefici & chaldei. Item אַשְׁפָּה Aspa. pharetra. Iob. 39. Super ipsum sonabit pharetra. Esa. 49. In pharetra sua abscondit me. Thren̄. 3. Misit in renibus meis filios pharetre sue. Item אַשְׁפּוֹת Aspoth. stercus siue sterquiliniū. Ps. 112. De stercore erigens pauperem. Nee. 3. vsq; ad portā sterquilinii edificauit melchias. & scribitur in plu. אַשְׁפַּתּוֹת Aspathoth. Thren̄. 4. Amplexati sūt stercora.

אָשַׁר Asar. Beatificare. beatū facere. beatum dicere. siue beatū predicare. beatum esse. Iob. 29. Auris audiēs beatificabat me. Esa. 9. Et erunt qui beatificant populum istum seducentes. Ps. 40. Et beatum faciet eum in terra. Gen̄. 30. Beatā quippe me dicent omnes mulieres. Esa. 30. Qui beatū te dicunt: ipsi te decipiunt. Canti. 6. Et beatissimam predicauerunt eam. Et inde אֹשֶׁר ōser. i. beatitudo. Gen̄. 30. Dixitq; lia: hoc p beatitudine mea. & inde אַשְׁרֵי Asre. i. beatus. siue beati. aut beata. nam scribitur pluraliter et est oīs numeri & oīs generis. Iob. 5. Beatus homo qui corripitur a dn̄o. Ps. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio

impiorū. Ps. 32. Beata gens cuius est dn̄s deus eius. Eccl's. 10. Beata terra cuius rex nobilis. 3. Reg. 10. Beati viri tui & beati serui tui. Ps. 83. Beati qui habitant in domo tua dn̄e. Ps. 118. Beati imaculati in via. scribitur etiā cum littera mē in prīcipio & dicitur מְאֻשָּׁר Meusar. Prouer. 3. Et qui tenuerit eam beatus. Item אָשַׁר Iser. ambulare. dirigere. subuenire. Prouer. 9. Et ambulate per vias prudētie. Et in eodē. 4. Nec placeat malorū via. Pro quo hebrei legunt. Nec ambules: siue ne gradiaris in via malorū. Ps. 16. Proiicientes me nunc circūdederūt me. Pro quo btūs hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Incedētes aduersum nos nunc circūdederūt nos. significat etiā dirigere vel subuenire. Prouer. 23. Et dirige in via animū tuum. Esa. 1. Subuenite oppresso iudicate pupillo. Inde אֲשׁוּרֵי Asure. i. gressus aut vestigia. Ps. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis. Ps. 36. Non supplantabūtur gressus eius. & aliqn̄ ponitur אֲשֻׁר Asur in singulari sine vau in medio: & significat gressus vel vestigia aut semitā. Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Et in eodē. 31. Si declinauit gressus meus de via. Itē אֲשֶׁר Aser. dictio est relatiua oīs generis & vtriusq; numeri. i. quis. vel qui. que. quod. qui. que. & est īdeclinabilis sicut alia noīa hebraica. Gen̄. 1. Diuisitq; aquas q̄ erant sub firmamēto ab iis que erant sup firmamentū. Et in eodem. Cuius semen in semetipso sit. & in eodē. 3. Mulier quā dedisti mihi. Nu. 13. Hec sunt noīa virorū quos misit moyses. Ponitur ēt pro cōiunctione q̄. quia. qm̄. eo q̄. vt. 3. Reg. 15. Eo q̄ fecisset dauid rectū in oculis dn̄i. Ps. 118. Quia eloquia tua non custodierūt. Itē significat vt: vel immo. Ruth. 3. Et prouidebo vt bene sit tibi. 1. Reg. 15. Et ait saul ad samuelē: immo audiui verbū dn̄i. Itē significat. si. Leui. 4. Si peccauerit princeps. Deut. 11. Si obedieritis mādatis dn̄i dei vr̄i. Habet etiā alios modos significandi qui possunt reduci ad supradicta. Itē אֲשֵׁרָה Asera. lucus. Deut. 16. Non plantabis tibi lucū & omnē arborē iuxta altare dn̄i dei tui. 3. Reg. 15. Et in luco ei9 quē cōsecrauerat. Et in pl'ali אֲשֵׁרִים Aserim. secundū formā masculinorū. Exo. 34. Lucosq; succide. 3. Reg. 14. Edificauerūt enim & ipsi aras & statuas et lucos. Et inde dr̄ אֲשֻׁרִים Asurim. Pro quo btūs hieronym9 trāstulit pretoriola que sunt cellule parue in naui ex lignis facte. Ezech. 27. Pretoriola de insulis italie. & per additionē tau in principio dr̄ תְּאַשּׁוּר Theasur. quod significat quodā genus arboris. quod nostra translatio buxū nominat. Esa. 41. Ponā in deserto abietē & vlmū et buxum simul.

אֵת Eth. Articulus est obliquorū casuū. & preponitur persone patienti. & cōiter ponitur ad denotandum accusatiuū casum. Gen̄. 1. In principio creauit deus celū & terrā. Vbi ante celū p̄ponitur predictus articulus אֵת Eth. et similiter ante terrā. & sic infra. Et fecit deus firmamentū. Et in eodē. Fecitq; deus duo luminaria magna. & in eo. Et creauit de9 hominē. Et in eodē. 44. Iam vrbem exierāt. Et in pluribus aliis locis sacre scripture. quia vt sepe dictū est noīa hebraica sunt indeclinabilia. & ideo habent aliquos articulos per cōpositionē vel per appositionē: qui denotāt casus nominū: qui ōmittūtur in nr̄a trāslatione: eo q̄d noīa declinantur per casus. & aliqn̄ in hebreo cognoscitur casus nominū ex cōtextu orationis sine aliquo articulo. Gen̄. 5. In die qua creauit deus hominē. Vbi nullus articulus preponitur huic dictioni hominē que hebraice dicitur Adam. Et aliqn̄ supradictus articulus אֵת Et. Preponitur noīatiuo. Gen̄. 49. Et omnipotens benedicet tibi. Vbi huic nomini oīpotens preponitur predictus articulus. et. 1. Reg. 17. Et veniebat leo vel vrsus & tollebat arietē. 4. Reg. 6. Caderet ferrū securis in aquā. & in eo. 9. Sedentes in curribus sequebamur achab patrē huius. Nee. 9. Reges nostri non fecerūt legem tuā. Hiere. 35. Preualuerunt sermones ionadab filii rechab. Ezech. 43. Filii hoīs locus solii mei & locus vestigiorū pedum meorū. Et in eodē. 39. Qui sepeliāt & requirant eos qui remanserāt. Pro quo in hebreo habetur. Sepelientes transeuntes eos qui remanserant. vbi huic dictioni transeūtes preponitur p̄dictus articulus. & similiter oībus noīatiuis predictis. et aliqn̄ ponitur ad denotandū datiuū casum. vt Leui. 13. Ostendeturq; sacerdoti. Iob. 26. Quem docere voluisti. Pro quo in hebreo habetur. Cui annūciasti sermones siue verba. & aliqn̄do ponitur predicta dictio אֶת Eth. pro ad. vt Iudi. 19. Et nūc vadim9 ad domū dei. 1. Reg. 30. Accedens autē dauid ad populū salutauit eos. Itē ponitur pro de. vl' a. vt Iosue. 22. Et a nostro cōsortio ne recedatis. Hiere. 15. Et adducā inimicos tuos de terra quā nescis. Ponitur etiā pro cum. Gen̄. 25. Potuit coire quispiā de populo cum vxore tua. Et in eodē. 37. Pascebat gregem cum fratribus suis. et in eo. Et erat cū filiis bale & zelphe. Exo. 1. Qui ingressi sunt in egyptū cum iacob. Ps. 77. Et non est creditus cum deo spūs eius. Itē ponitur pro cōtra. Gen̄. 14. Inierunt bellū cōtra bara regem sodomorū: & cōtra bersa regem gomorre. & cōponitur cum pronoībus hoc modo. אֹתִי Othi. idest me. אֹתְךָ ōthcha siue אֹתָךְ Othach. idest te. vt Gen̄. 12. Et interficient me & te reseruabunt. אֹתוֹ Otho. i. eum vel ipsum aut illū. אֹתָנוּ Othānu. i. nos accusatiui casus. אֶתְכֶם Ethchem. i. vos. accusatiui casus. אֶתְכֶן Ethchen. i. vos fe. gn̄is. אֹתָם Otham. i. eos. aut semetipsos. vt Ezech. 34. Ve pastorib9 israel qui pascebant seipsos. אֹתָנָה Othāna siue אֶתְהֶן Ethhen. i. eas. & aliqn̄ scribitur cum vau in prima & pūcto olem & dicitur אוֹתְהֶן Othhen. vt Ezech. 23. Et cōfodiātur gladiis eorū. pro quo in hebreo habetur Et cōfodient eas gladiis eorū. Et similiter cōponitur cum pronominibus: quando ponitur pro cum. hoc modo. אִתִּי Ithi. i. mecū. & aliqn̄ est aduerbiū hortandi. Pro quo btūs hironymus transtulit veni. Canti. 4. Veni de libano sponsa mea: veni de libano. אִתְּךָ Ithecha siue אִתָּךְ Ithach. i. tecū. אִתּוֹ Itho. i. secū aut cum eo. אִתָּהּ Itha. i. cū ea. אִתָּנוּ Ithānu idest nobiscum. אִתְּכֶם Ithechem. i. vobiscū. אִתְּכֶן Ithechen. idest. vobiscum. fe. gene. אִתָּם Itham. cum eis vel cum illis aut cum ipsis. אִתָּן Ithan. cum eis vel cum illis. fe. ge. Itē אַתְּ Ath. i. tu. fe. ge. & aliquādo ponitur pro masculo. vt Nu. 11. vbi dicitur. Sin autē aliter tibi videtur. Pro quo hebrei legunt. Si autē sic tu facies mihi. Deut. 5. Cuncta que dixerit deus noster tibi: loqueris ad nos. Pro quo in hebreo est. Tu loqueris ad nos. Ezech. 28. Tu cherub extentus & ptegens. In aliis vero locis scribitur cum he in fine. & dicitur אַתָּה Atha. i. tu. Gen̄. 3. Et tu insidiaberis calcaneo eius. Et in eo. 4. Et tu dn̄aberis illius. Exo. 19. Tu enim testificatus es & iussisti dicens. & in eodē. Ascendesq; tu & aaron tecū. Sed quādo refertur ad feminā: semp scribitur sine he. et in pl'ali אַתֶּם Athem. i. vos. vt Gen̄. 43. Vos autē eritis innoxii. Et in eodē. Vos aūt abite liberi ad patrem vestrū. & qn̄ refertur ad feminas scribitur cū littera nū in fine. et dicitur אַתֶּן Athen. i. vos. fe. ge. Et aliqn̄ additur he in fine. & dicitur אַתֵּנָה Athena. vt Gen̄. 31. Et ipse nostis q̄ totis viribu meis seruierim patri vestro. pro quo in hebreo est. Et vos nostis. Et in lingua chaldaica scribitur cum nun in fine etiā si referatur ad masculos. et dicitur אַתּוּן Athun. i. vos. Dan̄. 2. Quod tēpus redimitis. pro quo hebrei legūt. Quod tēpus vos redimitis. Item אֵת Eth. i. ligo instrumentū quo terrā fodimus. vt. 1. Reg. 3. Vt acueret vnusquisq; vomerē suū & ligonē. Et in plurali אִתִּים Ithim. i. ligones. vt. 1. Reg. 13. Retuse itaq; erant acies vomerū et ligonum. & aliqn̄ bea-

tus hieronym⁹ transtulit vomeres siue aratra. Esa. 2. Et cō flabunt gladios suos in vomeres. Ioel. 3. Concidite aratra vestra in gladios.

אָתָה Atha. Venire. accedere. Iob. 37. Ab aquilone aurum venit. Esa. 21. Venit mane & nox. Deut. 33. Et cū eo sanctorū millia. Pro quo hebrei legūt. Et venit de millibus sanctorū. Hiere. 3. Ecce nos venimus ad te: Mich. 7. In die illa vsq; ad te veniet. Et aliqn̄do scribitur sine he in fine. vt Esa. 41. Et veniet ab ortu solis. Et quādoq; mutatur he finalis in iod. vt Iob. 3. Quia timor quē timebā venit mihi. et Esa. 21. Conuertimini & venite. Et in eodē. 41. Appropinquauerūt & accesserūt. Et in eo. 56. Omnes bestie agri venite ad deuorandū. & in eodē. Venite sumamus vinum. Inuenitur etiā sine aleph in principio: & ponitur in fine loco he finalis. Deut. 33. Qui venit cum principibus populi. Et aliqn̄ ponitur he in pricipio loco aleph. Esa. 21. Occurrentes sitienti afferte aquā. Hiere. 12. Properate ad deuorādum. pro quo hebrei legūt. Venite ad deuorādum siue ad comedendū. & inde אֹתִיוֹת Othiioth. i. ea que ventura sunt. Esa. 41. Annūciate que ventura sunt in futurū. Et in eodē. 45. Ventura interrogate me.

אָתוֹן Athon. Asina. vt Nu. 22. Et strata asina profectus est. Et in eodē. Cūq; vidisset asina stantē angelū. Et in eo. Et aperuit dn̄s os asine. scribitur etiā cum littera vau in secunda syllaba in eodē capl'o. & in plurali אֲתֹנוֹת Athonoth. idest asine. vt Gen̄. 32. Asinas viginti & pullos earū. Iudi. 5. Qui ascenditis sup nitentes asinos. Pro quo in hebreo habetur. Qui ascenditis sup nitētes asinas. 1. Reg. 9. Perierant autē asine cis patris saul. Item אֵתָן Ethan. fortis vel robust⁹ aut asperū vel saxosum. De quo vide supra in dictiōe אית Eth. quia cōiter scribitur cum littera iod in medio dictionis. Itē אַתּוּן Athun siue אַתּוּנָא Athuna. In lingua chaldaica significat fornacē siue furnū. Dan̄. 3. Eadē hora mittetur in fornacē ignis ardentis. Et in eo. Missi sunt in mediū fornacis ignis ardentis. Et in eodē. Fornax autem succensa erat nimis.

אָתַר Athar. In lingua chaldaica significat excutere. Dan̄. 4. Excutite folia eius. Significat etiā locū. vt supra in eodē. 2. Nullusq; locus inuētus est eis. Esd. 6. Et referatur in templū ierusalē in locum suum.

De incipiētibus a littera. ב. Beth.

בְּ Be. In. cum. quādo. ad. per. contra. Sed hec littera be nūq; reperitur sola per se sicut nec vlla alia littera hebraica reperitur sola sed in cōpositione cum noīe vel pronomine aut cum verbo siue participio vel gerūdiis. & ponitur pro in. aut cum vel cōtra. vt Gen̄. 1. In principio creauit deus celum & terrā. Et in eodē. 33. Et prosequerer te cum gaudio et cum canticis & cū tympanis & cum citharis. Ps. 125. In cōuertendo dn̄s captiuitatē sion. Osee. 6. Cum cōuertero captiuitatē populi mei. Item ponitur pro quando. Gen̄. 2. Quādo creati sunt. Et in eodē. 16. Qn̄ peperit ei Agar ismaelem. Et in eodē. 25. Quādo nati sunt paruuli. & in eo. 41. Quādo stetit in conspectu regis. Item ponitur pro ad. Gen̄. 1. Faciamus hoīem ad imaginē & similitudinē nr̄am. Et in eodē. Et creauit deus hominē ad imaginē & similitudinem suā: ad imaginē dei creauit illum. Et in eodē. 5. Ad similitudinē dei fecit illum. Item ponitur pro per. Gen̄. 21. Iura ergo per dn̄m ne noceas mihi. Et in eodē. 22. Per me metipsum iuraui dicit dn̄s. Et in eodē. 28. Angelos quoq; dei ascendētes & descendētes per eam. Ps. 65. Transiuim⁹ per ignem & aquā. Ponitur etiā pro cōtra. Gen̄. 16. manus eius contra oēs & manus omniū cōtra eum. Exo. 14. Dn̄s enim pugnat pro eis cōtra nos. Nu. 12. Locutaq; est maria et aaron contra moysen. Deut. 2. Ne moueamini cōtra eos. Et in eodē. 5. Ne loquaris contra proximū tuū falsum testimoniū. Iob. 22. Et erit oīpotens contra hostes tuos. & cōponitur cum pronoībus sic. בִּי Bi. i. in me. בְּךָ Becha siue בָּךְ Bach. i. in te. בּוֹ Bo. in illo aut in eo vel in ipso. בָּהּ Ba. in illa vel in ea aut in ipā. בָּנוּ Bānu. in nobis. בָּכֶם Bachem. i vobis. בָּכֶן Bachen. in vobis. fe. ge. בָּם Bam siue בָּהֶם Bahem. in illis aut in eis vel in ipsis. בָּהֶן Bahen in eis vel in ipsis: aut in illis. feminini generis.

בָּבַת Babath. Pupilla. s. oculi. Zach. 2. Qui autem tetigerit vos tangit pupillam oculi sui. Inuenitur etiā cum simplici beth. et dicitur בַּת Bath. i. pupilla. Thren̄. 2. Ne taceat pupilla oculi tui.

בָּא Ba. venire. ingredi. De quo vidē infra in dictione בוא Bo cum vau in medio: quia ab eo deriuatur.

בָּאַר Baar. Explanare. declarare. elucidare. Deut. 1. cepit moyses explanare legē. Et in eodē. 27. Et scribes sup lapides oīa verba legis huius plane & lucide. Abac. 2. Scribe visum & explana eū sup tabulas. Item בְּאֵר Beer. Puteus Gen̄. 21. Quoniā ego fodi puteū istum. Et in eodē. 26. Et repererūt aquā viuam. Pro quo in hebreo habetur. Et reperierunt puteū aquarū viuentiū. Et in eo. Fodit aliū puteum. Et in plurali בְּאֵרוֹת Beeroth. i. putei. Gen̄. 14. Vallis aūt siluestris habebat puteos multos bituminis. et in eodē. 26. Omnes puteos quos foderāt serui Abraam.

בָּאַשׁ Baas. Fetere. computrescere. fedare. confundere. odiosum esse. tristari. displicere. Exo. 5. Quoniā fetere fecistis odorem nostrū corā pharaone. Et in eodē. 7. Et putrescet aqua. Et in eodē. Cōputruitq; fluuius. & in eo. 16. Et scatere cepit vermibus atq; cōputruit. Ps. 37. Putruerunt & corrupte sunt cicatrices mee. Eccl's. 10. Musce morientes perdunt suauitatē vnguenti. Pro quo hebrei legunt. Musce morientes fetere faciūt. Significat etiā odiosum esse siue fedare vel confundere. Gen̄. 34. Odiosum fecistis me chananeis. 1. Reg. 27. Multa mala operatus est cōtra populum suū israel. Pro quo hebrei legūt. Odiosus factus est cū populo suo israel. 2. Reg. 10. Videntes aūt filii Amon q̄ iniuriam fecissent dauid. pro quo hebrei legūt. Videntes aūt filii amon q̄ odiosi siue fetidi essent dauid. Et in eodē. 16. Vt cum audierit oīs israel q̄ fedaueris patrē tuū. & Prouer. 13. Impius autē confundit. Et in lingua chadaica significat cōstristari siue displicere. Dan̄. 6. Satis cōtristat⁹ est. & inde. בְּאשׁ Beos. i. fetor vel putredo. Esa. 34. Et de cadaueribus eorū ascendet fetor. Ioel. 2. Et ascendet fetor ei⁹. Amos. 4. Et ascendere feci putredinē castrorū vr̄orū. Et inde בְּאֻשָׁה Basa. i. vua fetida & pessimi saporis que vocatur labrusca. Iob. 31. Et pro ordeo spina. pro quo hebrei legunt. Et pro ordeo labrusca. cuius plurale בְּאֻשִׁים Beusim habetur Esa. 5. An quod expectaui vt faceret vuas & fecit labruscas.

בַּג Bag. Cibus. esca. Ezech. 25. Et tradam te in direptionē gentiū. Pro quo hebrei legunt. Et tradam te in cibū vel in escam gentibus. Nam supra dixerat ipsi comedēt fruges tuas: & ipsi bibent lac tuū. & preponitur ei פַּת Path. Quod significat panē vel cibū. & dicitur פַּתְבַּג Pathbag. Pro quo beatus hieronym⁹ aliqn̄ transtulit cibos. vt Dan̄. 1. Et cōstituit eis rex annonā per singulos dies de cibis suis. Et in eo. Ne polluerētur de mensa regis. i. de cibis regis. Et in eodē. Qui vescuntur cibo regio. & aliqn̄ transtulit panē. vt in eodem. 11. Et comedētes panē cum eo cōterent eum.

בָּגַד Bagad. Preuaricari. aspernere. contēnere. spernere. despicere. Esa. 24. Preuaricantes preuaricati sunt.

Hiere. 12. Bene est oībus qui preuaricantur & iniq; agunt. Osee. 5. In dn̄o preuaricati sunt. Significat etiā spernere aut contēnere vel despicere. Exo. 21. Si spreuerit eam. Esa. 33. Et qui spernis: nōne tu sperneris. & in eodē. Cum fatigatus desieris contēnere cōtemneris. Hiere. 3. Quomodo si contēnat mulier amatorē suū: sic contēpsit me dom⁹ israel. Thren̄. 1. Oēs amici eius spreuerūt eam. Malach. 2. Quare ergo despicit vnusquisq; vestrū fratrem suū. et in eodē. Et vxorem adolescentie tue noli despicere. & inde בֶּגֶד Béged siue בָּגֶד Báged. i. preuaricatio vel contemptio. Esa. 24. Et preuaricationē trāsgressorū. & in plurali בְּגָדוֹת Bógdoth. idest preuaricatiōes. & inde בֹּגֵד Boged. i. preuaricator. vel qui spernit. Esa. 21. Qui incredulus est infideliter agit. pro quo hebrei legūt. Qui spernit p̄uaricator est: siue qui preuaricator est spernit. & in eodē. 33. Et qui spernis: nōne tu sperneris. et in plurali בֹּגְדִים Bógdim. i. preuaricatores vel transgressores. Esa. 24. Et preuaricationē transgressorum preuaricati sunt. Hiere. 9. Quia oēs adulteri sunt & cetus preuaricatorū. & in gn̄e fe. בָּגֵדָה Bagoda siue בֹּגֵדָה Bógeda vt Hiere. 3. Et vidit preuaricatrix soror eius iuda. et in eo. Et non timuit preuaricatrix iuda soror eius. Itē בֶּגֶד Béged Pānus. vestis. siue vestimentū. vt Gen̄. 28. Et dederit mihi panem ad vescendū et vestimentū ad induendū. Exo. 28. Faciesq; vestem sanctā aaron fratri tuo. Ps. 101. Et oēs sicut vestimentū veterascent. Esa. 64. Et quasi pānus mēstruate vniuerse iustitie nostre. Et in plurali בְּגָדִים Begadim. i. pāni vel vestimenta. Leui. 12. Lauabit vestimēta sua. Itē בָּגָד In felicitate aut venit felicitas. De quo vide ifra in dictione בגד gad: quia est dictio composita.

בִּגְלַל Biglal. Propter. ob gratiā. Gen̄. 12. Et viuet aīa mea ob gratiam tui. Deut. 15. Vt benedicat tibi dn̄s deus tuus in omni tēpore. Pro quo hebrei legūt. Quia propter hanc rem benedicet tibi dn̄s deus tuus in omni ope tuo.

בַּד Bad. linū. vel lineus. diuinus vel diuinator: aut mēdax. vectis. ramus. pondus. Leui. 16. Tunica linea vestietur feminalib⁹ lineis verenda celabit: accīgetur zona linea cidarim lineā imponat capiti. Significat etiā diuinū vel diuinatorem. & solū inuenitur בַּדִּים Badim in nūero plurali. Esa. 44. Signa diuinorū irrita facit. Hiere. 50. Gladius ad diuinos eius qui stulti erunt: et quia isti cōmuniter mentiūtur ideo secundū hebreos etiā significat mēdaces siue mendacia. Iob. 11. Vbi nos habemus: tibi soli tacebūt homines? hebrei legūt. Mendacia tua tacebūt hoīes? Et in eodē. 41. Non parcā ei verbis potentibus. pro quo ipsi legūt. Non tacebo mendacia eius. Vide etiā de hoc ifra in dictione בָּרָא bada. Significat etiā vectes siue fortitudinē. Exo. 25. Faciesq; vectes de lignis setim. Esa. 16. Et indignatio ei⁹ plusq; fortitudo eius. Accipitur etiā pro membris vel brachiis eo quod sunt quasi vectes & in illis est fortitudo. Iob. 18. Deuoret pulchritudinē eius: & cōsumat brachia ei⁹ primogēita mors. & etiā pro pulchritudine habetur ibi eadē dictio. Ponitur etiā pro profundo. vt in eodē. 17. In profundissimū infernū descendant oīa mea. Sed etiā in hoc loco hebrei legunt. Membra siue brachia. s. mea in ifernū descendāt. Itē accipitur pro ramis arboris eo q̄d sunt sicut mēbra in homine. vt Ezech. 19. Et egressus ignis de virga ramorū ei⁹: et in eodē. 17. Et fructificauit in palmites. significat etiā בַּד Bad. equalitatē ponderū vel mensurarū. s. qn̄ de diuersis rebus tantū accipitur de vno q̄ntum de alio. vt Exo. 30. Equalis ponderis erunt oīa. Pro quo in hebreo habetur. Bad cū bad erunt. i. tantū cum tanto erunt: quasi dicat tantum de vno quantum de alio.

בָּדָד Badad. solus. solitarius. Et est oīs generis & vtriusq; numeri. Leui. 13. Solus habitabit extra castra. Deut. 32. Dominus solus dux eius fuit. et in eodē. 33. Habitabit israel cōfidenter & solus. Esa. 27. Ciuitas enī munita desolata erit. idest sola vel solitaria. Hiere. 49. Soli habitabūt. Thren̄. 1. Quomodo sedet sola ciuitas. Et in eo. 3. Sedebit solitarius et tacebit. & aliqndo scribitur cum vau in prima syllaba. et dicitur בּוֹדֵד Boded. i. solitarius. Ps. 101. Sicut paser solitarius in tecto. Osee. 8. Onager solitarius sibi ephraim. & recipit articulum lamed in principio. & dr̄ לְבָדָד Lebadad. i. solus. solitarie. singulariter. et est oīs generis & vtriusq; numeri. vt Nu. 23. Populus solus habitabit. Ps. 4. Quoniā tu domine singulariter. Mich. 7. Habitantes solos in saltu. Et aliqn̄ scribitur cum simplici daled. & dicitur לְבַד Lebad idest sol⁹. seorsum. singulariter. Zach. 12. Et plangēt terre: familie & familie seorsum: familie domus dauid seorsum: et mulieres eorū seorsum. Et cōponitur cum p̄nominibus hoc modo. לְבַדִּי Lebadi. solus ego. Deut. 1. Non possum solus sustinere vos. לְבַדְּךָ Lebadécha. solus tu. Exo. 18. Solus illud non poteris sustinere. לְבַדּוֹ Lebado. solus ille. Gen̄. 32. Mansit solus. & in nostra trāslatione amittūtur iste persone. s. ego. tu. ille. quia subintelligūtur ex verbis appositis לְבַדָּהּ Lebada: sola illa. לְבַדֵּנוּ Lebadénu. soli nos לְבַדְּכֶם Lebadechem. soli vos. לְבַדְּכֶן Lebadechen. sole vos. feme. ge. לְבַדָּם Lebadam. soli illi. לְבַדָּן Lebadan. sole ille. Item לְבַד Lebad. i. preter. excepto. absq;. Deut. 18. Excepto eo q̄d in vrbe sua ex paterna eis successione debetur. 3. Re. 5. Absq; prepositis qui p̄erant singulis operibus. & etiā preponitur ei lr̄a mem. & dicitur מִלְּבַד Milebad. i. absq;. excepto. preter. Gen̄. 46. Absq; vxorib⁹ filiorū ei⁹. Leui. 23. Exceptis sabbatis dn̄i. Deut. 4. Non est alius preter eum.

בָּדָא Bada. Fingere. mētiri. 3. Reg. 12. Quintadecima die mensis octaui quem finxerat de corde suo. Nee. 6. De corde enim tuo tu cōponis hec. i. tu fingis hec mendacia. Et dicunt aliqui q̄ ab hac dictione deriuatur. בַּדִּים Badim. quod in supradicta dictione dixim⁹ significare diuinatores seu mendaces.

בָּדַל Badal. Diuidere. separare. Gen̄. 1. Diuisit lucem a tenebris. & in eodem. Et diuidat aquas ab aquis. Exo. 26. Quo & sanctuariū & sanctuaria sanctuarii diuidētur. Nu. 16. Nunquid parū vobis est q̄ separauit vos deus. & in eo. Separamini de medio cōgregationis huius. Deut. 10. Eo tēpore separauit dn̄s tribum leui. Esd. 6. Et omēs qui se separauerant a coinquinatione gentiū terre. Et in eodē. 9. Non est separat⁹ populus israel. Et in eodē. 10. Separamini a populis terre. Esa. 56. Et non dicat filius aduene qui adheret domino dicens: separatione diuidet me dn̄s a populo suo. Item בְּדַל Bedal. cartilago. siue extremum auris. Amos. 3. Quomodo si eruat pastor duo crura aut extremū auricule Item בְּדִיל Bedil. stannū. Nu. 31. Et stannū & plumbū. Esa. 1. Auferam omne stannū tuū. Ezech. 27. Argento ferro stāno plumboq; repleuerūt nundinas tuas. Zach. 4. Et videbunt lapidē stāneū in manu zorobābel.

בְּדֹלַח Bedólach. bdeliū. quod secundū aliquos est genus lapidis preciosi. Gen̄. 2. Ibi inuenitur bdeliū & lapis onychinus. et Nu. 11. Erat autē man quasi semen coriandri coloris bdelii.

בָּדַק Badach. instaurare. vel reparare ruinam vel fissuras domorum. 2. Paral. 34. Vt instaurarent templū & infirma queq; sarcirent. In lingua vero chaldaica significat scrutari vel rimari: aut inuestigare. Inde בֶּדֶק Bédec. i. rima vel scissura: siue illud quod venit ad restaurandū: vel indiget restauratiōe. vt. 4. Reg. 12. Et instaurarēt sartatecta domus siquid necessariū viderint instauratione. Ezech. 27.

Senes biblii & prudentes eius habuerūt nautas ad ministe- riū varie supellectilis tue. pro quo hebrei legūt. Senes gi- blii & prudētes eius fuerūt in te: cōfortantes vel reparātes rimam vel scissuram tuā. i. restaurātes quicquid indiget re- stauratione.

בדר Badar. In lingua chaldaica significat dispergere vel disseminare. vt Dañ.4. Dispergite fructus eius.

בה Ba. in illa. vel in ea. aut in ipsa. siue in qua. Et est dictio composita cuius partes non inueniūtur per se. vt dictū est supra in principio huius littere Beth.

בהו Bohu. vacuum. siue vacuitas. aut nihil. Geñ.1. Terra autē erat inanis & vacua. Vbi pro inanis ponitur תהו Thohu. et pro vacua ponitur בהו Bohu. cum vau in fine lo co he. & habētur eedē dictiões. Hiere.4 vbi dicitur. Aspexi terram & ecce vacua erat & nihil. vbi pro vacua ponitur. תהו Thohu. & pro nihil ponitur בהו Bohu. et Esa.34. Vbi nos habemus & extendetur sup eam mensura vt redigatur ad nihilū & perpendiculū in desolatione: in hebreo habe- tur & extendetur sup eam mensura thohu & lapides bohu. vbi translatio nr̃a pro thohu transtulit nihilū. & pro bohu desolationē. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ thohu sit res omni forma carens. vt est materia prima. Et bohu aptitudo ha- bendi: siue desiderium quod mouet materiam primam ad omnem formam naturalem.

בהט Bahat. genus lapidis. pro quo btūs hieronymus smā ragdum transtulit. Ester.1. Super pauimentū smarag dino et pario stratū lapide. & solū īuenitur in p̄dicto loco.

בִּלְתִּי Bilthi. Nisi. preter. ne. non. Nu. 12. Nihil aliud respiciunt oculi nr̄i nisi man. et in eodē. 32. Preter caleb filiū iephone. Et aliqn̄ vltimū iod non est de substantia dictionis sed denotat pronomē prime persone. Osee. 13. Et saluator non est preter me. Et aliqn̄ significat ne vel nō. 1. Reg. 20. Cogitabat eīm quod nō esset mūdus. Iob. 14. Donec atterātur celi non euigilabunt. pro quo hebrei legūt. Donec nō celi. i. donec non sint celi nō euigilabūt. Potest etiā deriuari a dictione supra posita. בָּלָה Bála: que significat atterere sicut est in nostra translatione. Esa. 10. Ne incurueminī sub vinculo. & in eodē. 14. Cedentem populos in indignatione plaga insanabili. pro quo hebrei legūt. Plaga nō cessante. Et recipit in principio mē. & dicitur מִבִּלְתִּי Mibilthi. i. non: siue eo quod nō. Nu. 14. Et dicāt non poterat introducere populū in terrā. & qn̄q̄ recipit in principio lamed. Et dicitur לְבִלְתִּי Lebilthi. i. vt non. nec. ne. Deut. 4. Et iurauit vt nō transirē iordanē nec ingrederer terrā optimā. et in eodē. 17. Nec eleuetur cor ei⁹ in supbia sup fratres suos neq̄ declinet in partē dexterā vel sinistrā.

בָּם Bam. in eis. vel in illis. aūt in ipsis. Et ē dictio cōposita cuius partes non inueniūtur per se: vt dictū est supra in principio huius littere beth. Et quādo refertur ad feminas scribitur cum nun in fine loco mem.

בָּמָה Bama. excelsum. altitudo. 1. Reg. 9. Sacrificiū est hodie populo in excelso. 3. Reg. 3. Illud quippe erat excelsum maximum. Esa. 2. Quia excelsus reputatus est ipse Et in p̄rali בָּמוֹת Bamoth. i. excelsa. siue altitudines. Deut. 32. Et cōstituit eum super excelsa terre. 3. Reg. 15. Excelsa autē non abstulit. Ps. 17. Et super excelsa statuēs me. Esa. 14. Ascendā super altitudines nubiū. ponitur etiā pro collo eo q̄ est pars excelsa in homine. Deut. 33. Et tu eorum colla calcabis.

בְּמוֹ Bemo. in. per. Iob. 37. Ingredietur bestia latibulum suū. pro quo hebrei legūt. Et ingredietur bestia in latibulū vel in insidiis. Esa. 43. Cum ambulaueris in ignem non combureris.

בָּן Ban. in eis. et refertur ad feminas. vt dictū est supra. Itē בֵּן Ben. filius. de quo vide infra in dictione sequēti.

בָּנָה Bana. edificare. extruere. construere. Gen̄. 4. Et edificauit ciuitatem. Nu. 23. Edifica mihi septē aras. Deut. 20. Quis est homo qui edificauit domū nouam: & non dedicauit eam. Ios. 8. Tunc edificauit iosue altare dn̄o deo. 3. Reg. 8. Edificans edificaui domū habitaculū tuū. Ps. 101. Quia edificauit dn̄s sion. Eccl's. 9. Extruxitq̄ munitiones per girū. Hiere. 30. Et edificabitur ciuitas in excelso suo. Et aliquando scribitur sine he finali. Gen̄. 2. Edificauit dominus deus costam quā tulerat de adam in mulierē. Et in eodē. Edificauit autē noe altare dn̄o. Exo. 1. Edificauerūt q̄ vrbes tabernaculorū pharaoni. Iob. 3. Et qui edificant sibi solitudines. Nu. 33. Imponētes vocabula vrbibus quas extruxerat. Deut. 20. Et extrue machinas donec capias ciuitatem. Ezech. 27. Abietibus de sanir extruxerunt te. Et inde בִּנְיָן Binian. i. edificiū. structura. Ezech. 40. Et mēsus est latitudinē edificii calamo vno. Et idē significat בִּנְיָה Binia. cum he in fine loco nū. vt in eodē. 41. Et quod separatum erat edificium & parietes eius longitudinis centum cubitorum. Significat etiam supradicta dictio בָּנָה Bana. filios habere vel filios suscipere. Gen̄. 16. Si forte saltē ex illa suscipiam filios. inde dicitur בֵּן Ben. i. filius quia est quasi edificium parentū eius. Potest etiā deriuari a dictione supradicta. בִּין Bin. quod significat itelligere. vt supra dictum est. et ideo Hiere. 49. vbi nos hēmus. Periit cōsiliū a filiis. Aliqui hebrei legūt. Periit cōsiliū ab intelligētib⁹: et sic trāstulerūt. lxx. qa ē equiuocū ad vtrūq̄. & accipitur multipliciter. s. p filio naturali. Gen̄. 5. Et genuit filios & filias. et in eodem. 18. Et habebit filium sara vxor tua. & in eodē. 45. Ioseph filius tuus viuit. Accipitur etiā pro filiis filiorū vel pro quocūq̄ descendēte ab alio: qui dicitur filius eius. vt filii israel. filii Iuda. filii Leui. Nu. 16. Audite filii leui. Et nō solum pro filiis filiorū sed etiā pro filiis filiarum. Gen̄. 31. Filie mee & filii. Pro quo hebrei legūt. Filie filie mee: & filii filii mei. s. sunt: qui vtiq̄ erant filii filiarū suarū. Accipicipitur etiā pro filio adoptiuo. Exo. 4. Filius meus primogenitus israel. et supra in eodē. 2. Quem illa adoptauit in locum filii. Pro quo in hebreo habetur. Et fuit illi in filiū. Accipitur etiā pro discipulo vel pro quocūq̄ qui sequitur doctrinā alterius: qui dicitur filius eius. 4. Reg. 2. Vidētes autē filii prophetarū qui erant in hiericho. vnde magister vel dn̄s aut princeps pater appellatur in scriptura. vt dictū est supra in principio huius voluminis. Et etiā cuiuscunq̄ opera facit eius filius dicitur. Deut. 3. Omnes viri robusti. pro quo hebrei legunt. Omnes filii fortitudinis. 1. Reg. 2. Porro filii heli filii belial. 3. Reg. 21. Et eductis duobus viris filiis diaboli fecerunt eos sedere cōtra eum. Ps. 88. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Vnde saluator in euāgelio ioānis. 8. ait. Si filii abrae estis: opera abrae facite. Et etiā quando aliquis est dignus aliqua re vel aliqua pena dicitur filius illius rei. Deut. 25. Si autē eum qui peccauit dignum viderint plagis. Pro quo in hebreo habetur. Si autē qui peccauit filius fuerit flagellationis. i. dignus plagis sicut est in littera nostra. 2. Reg. 13. Viuit dn̄s quia filius mortis est vir qui fecit hoc. Et etiā q̄ndo aliquis habet aptitudinem ad aliquā rem aut ex ea producitur dicitur filius eius. Iob. 41. Non fugabit eum vir sagittarius. Pro quo in hebreo habetur. Non fugabit eū filius arcus. Esa. 5. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. i. in angulo terre pinguissime apto oliuis. sicut exponūt hebrei. Et in eodē. 21. Tritura mea & filia aree mee. Pro quo in hebreo habetur. Et filius aree mee. & dicitur filius aree granū frumenti: eo quod producitur in ea. Thren̄. 3. Misit in renibus meis filios pharetre sue. vbi per filios pharetre itelligūtur sagitte Et etiā viri alicuius ciuitatis vel loci aut regionis siue populi dicūtur filii eius. vt Gen̄. 21. Presentibus filiis populi mei. Esa. 11. Simul predabūtur filios orientis. Hiere. 2. Filii memphis & taphnis. Thren̄. 4. Filii sion inclyti. significat etiā etatē vel durationē. Exo. 12. Agnus absq̄ macula masculus anniculus. Pro quo hebrei legūt. Agnus absq̄ macula masculus filius vnius anni. i. etatis vnius anni. Et. 1. Reg. 13. Filius vnius anni erat saul cum regnare cepisset. Accipitur etiā pro paruo animali cuiuscūq̄ speciei qui adhuc sequitur matrē. Gen̄. 18. Et tulit inde vitulū. pro quo in he-

breo habetur filius vacce. & similiter vbicunq; nos habemus vitulũ de armento: in hebreo habetur vitul⁹ filius vacce. Et sic pullus colũbe in hebreo dicitur filius colũbe. & in plurali בנים Banim siue בני Bene. vt in aliquibus locis supradictis. Et in genere feminino scribitur irregulariter. Nam cũ deberet dici בנת Benath: dicitur בת Bath: & deficit littera nun que est littera substantialis. & significat filiã. Geñ. 30. Peperit filiã nomine dinam. Exo. 2. Descendebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine. Ps. 136. Filia babylonis misera. Threñ. 2. In tabernaculo filie sion. et in codẽ. Et cõsolabor te virgo filia sion. Et accipitur quasi eisdem modis quibus: בן ben: vt supra. Itẽ significat pupillã vt dictum est supra in dictione בבת Babath. Et eius plurale בנות Banoth scribitur regulariter cum littera nun. Et significat filias. Geñ. 5. Et genuit filios & filias. & in codẽ. 49. Filie discurrẽtes sup murũ. Canti. 1. Nigra sum sed formosa filie ierusalẽ. Et etiã accipitur pro villis vel viculis aut suburbanis quia sunt quasi filie ciuitatis. Iudi. 1. Manasses quoq; non deleuit bethsan & chanath cũ viculis suis. Inde תבנית Thabnith. i. similitudo. exemplar. descriptio. Exo. 25. Iuxta similitudinẽ tabernaculi quod ostendã tibi. Et in codẽ. Inspice & fac secundũ exemplar quod tibi in monte monstratũ est. 4. Reg. 16. Et similitudinẽ iuxta omne opus eius 1. Paral. 28. Dedit autẽ dauid salomoni filio suo descriptionem porticus templi. Et in codẽ. Vt ex ipso fieret similitudo quadrige cherubin. & in codẽ. Vt intelligerẽ vniuersa opera exẽplaris. de dictione אבנים obnaim vide supra in dictione אבן eben.

בנו Banu. in nobis. & est dictio cõposita cuius partes non inueniũtur per se vt dictum est supra.

בסס Basas. conculcare. calcare. De quo vide supra in dictione בוס Bus.

בסר Boser. vua acerba. siue botrus immaturus. Iob. 15. Ledetur quasi vinea in flore botrus eius. Hiere. 31. Patres comederũt vuam acerbam: & dentes filiorũ obstupuerunt. et in codẽ. Omnis homo qui comederit vuã acerbam obstupescẽt dentes eius. Accipitur etiã pro quolibet fructu immaturo. Esa. 18. Et immatura perfectio germinabit.

בעה Baa. Querere. requirere. inuestigare. petere. feruere. Esa. 21. Si queritis querite cõuertimini venite. & in codẽ. 30. Et requisita in muro excelso. Dañ. 6. Vt ois qui petierit aliquã petitionẽ. Et aliqñ scribitur cum aleph in fine. vt in eo. Qui rogaret quicq; de diis. et in eo. Orat obsecratione sua. i. rogat vt petit petionẽ suã. Significat et feruere. Esa. 64. Sicut exustio ignis tabescerẽt: aque arderẽt igni. Pro quo hebrei legũt. Sicut exustio ignis tabescerent: aque feruerent igni. & ide deriuatur. אבעבעת Abaabuoth. qd significat pustulas siue vesicas que fiunt ex feruore vel calefactione sanguinis. Exo. 9. Erunt enim in hominibus & in mentis vlcera & vesice.

בעט Baat. recalcitrare. calce abiicere. Deut. 32. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit. 1. Reg. 2. Quare calce abiecistis victimam meam. Et translatiue ponitur pro cõtemnere aut vilipendere.

בעל Baal. possidere. dominari. in potestatẽ habere. subiugare. maritũ esse. s. habere vxorẽ. siue rem cũ muliere habere. Esa. 26. Dñe deus noster possederũt nos dñi absq; te. et in co. 54. Quia dominabitur tui qui fecit te. Hiere. 31. Et ego dominat⁹ sum eorũ. Significat etiã maritũ ẽẽ siue vxorẽ habere: eo q; vir est quasi dñs vxoris & possidet eam. Deut. 24. Si acceperit homo vxorẽ & habuerit eam. et Malach. 2. Et habuit filiam dei alieni. Accipitur etiã pro dormire cũ vxore. Deut. 21. Et postea intrabis ad eam: dormiesq; cum illa. Ponitur etiã pro inhabitare terrã que erat deserta. eo q; redigitur in potestatẽ habitantiũ: & possidetur ab illis sicut vxor a viro. Esa. 62. Et terra tua inhabitata Et in codẽ. Et terra tua inhabitabitur. Et inde בעל Baal. i. dominus. possessor. siue possidens. vel habens. aut vir. siue maritus. Exo. 21. Dñs quoq; bouis innocẽs erit. & in codẽ. Bos lapidibus obruetur: & dominũ eius occidet. & in co. Reddet dñs cisterne preciũ iumentorũ. Esa. 16. Dñi gentiũ exciderũt flagella eius. Ponitur et p habẽte vxore vel pro marito. Exo. 21. Si habens vxorẽ & vxor egredietur simul. Et in codẽ. Subiacebit damno quantũ maritus mulieris expetierit. Geñ. 20. Habet enim virũ. Pro quo hebrei legũt. Et ipsa est maritata marito. vbi ponitur בעלת Beulath. pro maritata. Deut. 22. Si dormierit vir cũ vxore alterius. Pro quo hebrei legũt. Si dormierit vir cũ vxore maritata marito. Ponitur etiã pro habente vel possidẽte quancũq; rem. Geñ. 37. Ecce somniator venit. pro quo hebrei legũt. Ecce habens somnia venit. Et in eodem. 49. Inuiderunt ei habentes iacula. Esa. 41. Habens rostra serrantia. Significat etiã principem vel magistrũ: eo q; habet dominiũ vel scientiam. Leuit. 21. Sed nec in principe populi sui cõtaminabitur. Eccl's. 12. Que per magistrorũ conciliũ data sunt a pastore vno. est etiã בעל Baal. nomen idoli qui erat quasi dominus eis a quibus colebatur.

בעליל Baalil. Separatũ. Ps. 11. Argentũ igne examinatũ probatũ terre. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatem transtulit. Argentũ probatum separatũ a terra. Et dicunt aliqui hebrei quod deriuatur a supradicta dictiõe בעל Baal. que significat dominiũ: eo quod argentum purissimũ habet dñium sup alias res terrestres. Iuxta illud Eccl's. 10. Pecunie obediunt omnia. vbi in hebreo argentum ponitur pro pecunia.

בער Baar. Ardere. comburere. succendere. ledere. depasci. auferre. ferre. separare. insipientẽ fieri Exo. 3. Et videbat q; rubus arderet. & in codẽ. Quare non cõburatur rubus. et in codẽ. 35. Non succendetis ignẽ. Leui. 6. Quẽ nutriet sacerdos subiiciens ligna. Pro quo hebrei legũt. Et succendet sup illud sacerdos ligna. Nu. 11. Vocauitq; nomẽ loci illius incensio: eo q; succensus fuisset contra eos ignis domini. Deut. 4. Qui ardebat vsq; ad celum. Et in codem. 5. Et montẽ ardere vidistis. Iudi. 15. Sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi. pro quo hebrei legũt. Sicut ligna que succensa sunt igni. Et in codẽ. Quibus succensis & cõportate iam fruges & adhuc stantes in stipula concremate sunt. Ps. 17. Carbones succensi sunt ab eo. Ps. 82. Sicut ignis qui cõburit siluam. Esa. 1. Et succendetur vtruq; simul. et in co. 10. Et succẽdetur & deuorabitur spina eius & vepres in die vna. & in codẽ. 40. Et libanꝰ nõ sufficiet ad succendendũ. Et in codẽ. 43. Et flamma non ardebit in te. Hiere. 4. Et succẽdatur & nõ sit q extinguat. & in co. 7. Patres succẽdũt ignem. et in codẽ. 30. Et factus est in corde meo quasi ignis estuans. & in codẽ. 36. Et posita erat arula coram eo plena prunis. pro quo hebrei legũt. Et arula erat coram eo succensa. i. plena prunis: sicut est in littera nostra. Threñ. 2. Succẽdit in iacob quasi ignis. Ezech. 39. Et succendẽt & comburent arma. Nañ. 2. Et succendam vsq; ad fumũ quadrigas tuas. Malach. 4. Ecce enim dies veniet succensa. Inde בערה Beera siue תבערה Thabeera. i. incendiũ. siue incensio. Exo. 22. Reddet damnũ qui ignẽ succenderit. pro quo hebrei legunt. Reddet. s. dãnum qui incendit incendiũ. Nu. 11. Vocauitq; nomen loci illius incensio. Et inde בער Baer. i. Ardor succensio. focus. Esa. 4. In spiritu iudicii & spiritu ardoris Et in codẽ. 44. Et facta est hominibus in focũ. Significat etiam ledere. vel depasci. aut demetere. Exo. 22. Si leserit quispiã agrũ vel vineã. Et in eo. Et dimiserit iumentũ suũ vt depascatur aliena. Esa. 3. Vos autẽ depasti estis vineã. 3. Reg. 16. Ecce ego demetam posteriora baasa & posteriora domus eius. et in codẽ. 21. Et demetã posteriora tua. Item significat auferre: vel separare. Deut. 13. Auferes malũ de medio tui. & in codẽ. 17. Auferes malũ de israel. et in codẽ 22. Et auferes malum de medio tui. & in codẽ. 26. Attuli quod sanctificatũ est de domo mea. Pro quo hebrei legũt. Abstuli vel separaui. s. a cõmunibus vsibus. et in codẽ. Nec separaui ea in qualibet immũditia. Iudi. 20. Vt auferatur malũ. Et qa qñ aliquis eligitur separatur de medio aliorũ ideo põitur בער Baer. pro electione vel p electo. Nu. 24. Et fueris electus de stirpe cain. Ponitur etiam pro ostensione. Esa. 6. Et cõuertetur & erit in ostensionẽ. Tamẽ aliqui hebrei legũt in hoc loco. Et erit in separationẽ vel in ablationem. Alii sic. Et erit in pastum: sequẽtes predictas significationes. Significat etiã insanire: siue insipientẽ vel stultũ esse. Hiere. 10. Pariter insipientes & stulti probãtur. & in codẽ. Stultus factus est omis homo a scientia sua. Et inde נבערה Nibara. i. insipiens. Esa. 19. Dederunt consiliũ insipiens. Et idẽ significat בער Baar. Ps. 91. Vir insipiens non cognoscet. Et in plurali בערים Boarim. i. insipiẽtes. Ps. 93. Intelligite insipiẽtes in populo. Ezech. 21. Dabo te in manus hominũ insipientiũ. et inde בעיר Beir. i. Iumentũ. Gen. 45. Onerantes iumẽta vestra ite in terrã chanaã. Exo. 22. Et dimiserit iumentũ suũ. Nu. 20. Vt et nos & nostra iumẽta moriamur. & in codẽ. Ita vt pp̃lus biberet & iumẽta.

בעת Baath. Conturbare vel exagitare. obstupescere. terrere. 1. Reg. 16. Et exagitabat eum spiritus neq;. Et in codẽ. Ecce spiritus dñi malus exagitat te. Hester. 7. Quod ille audiẽs illico obstupuit. Esa. 21. Emarcuit cor meũ tenebre stupefecerũt me. Et ide בעתה Beatha. i. Terror. siue formido. Hiere. 8. Tẽpus medele & ecce formido. Et in plurali. בעותי Biuthe. Iob. 6. Terrores dei militant contra me. Ps. 78. Terrores tui conturbauerunt me.

בץ Bos. cenum. vel lutũ. Hiere. 38. Demerserũt te in ceno et in lubrico pedes tuos. vbi ponitur lubricũ pro luto. Et aliquãdo scribitur cum he in fine vt in sequẽti dictiõe.

בצה Bisa. Humor. cenũ. Iob. 8. Nunquid virere potest scirpus absq; humore. et in codẽ. 40. In locis humẽtib⁹. pro quo hebrei legũt. In ceno vel in loco cenoso. cuius plurale scribitur cũ aleph loco he: et signãt loca cenosa vel humida. Pro quo beatus Hieronymus transtulit littora: eo q; plerũq; sunt cenosa vel humida. Ezech. 47. In littoribus autẽ eius et in palustribus non sanabũtur.

בצל Basel. cepe. Nu. 11. Porriq; & cepe & allia. Et solũ inuenitur in numero plurali in predicto loco.

בצע Basaa. prodesse. siue lucrari. auariciã sequi. auare rapere. auaricie studere. cõcupiscere. succindere. complere perficere. Geñ. 37. Quid prodest si occiderimus fratrẽ nostrum. Iob. 22. Aut qd ei prodest si immaculata fuerit via tua. et in co. 27. Que est enim spes hypocrite si auare rapiat. Prouer. 1. Sic semite ois auari. Pro quo in hebreo habetur. Sic semite ois sectantis auariciã. vel omnis cõcupiscentis cupiditatem. Prouer. 15. Conturbat domũ suã qui sectatur auariciam. Hiere. 6. Omnes sectantur auariciã. Ezech. 22. Et auare proximos tuos calũniabaris. Et in codẽ. Ad perdendas aias auare sectando lucra. Significat etiã succindere aut vulnerare. Iob. 6. Soluat manũ suam & succidat me. Esa. 38. Dum adhuc ordirer succidit me. Ioel. 2. Sed & per fenestras cadent: & non demolietur. i. non scindentur vel non vulnerabũtur. Amos. 9. Auaricia enim in capite oim. Pro quo hebrei legũt. Et vulnerabit eos in capite oẽs siue in capite omniũ. Potest etiã legi sic. s. et auaricia eorum in capite omniũ. quod est idẽ sensus cum littera nostra. Item significat cõplere vł iplere aut pficere. Esa. 10. Et erit cũ impleuerit dñs cuncta opera sua in monte sion. Threñ. 2. Cõpleuit sermonẽ suũ. Zach. 4. Et manus eius pficient eam. Inde. בצע Besaa siue בצע Basaa. i. Auaricia. lucrum. cupiditas. rapina. precissio. Exo. 18. Et qui oderint auariciã. Iudi. 5. Et tamẽ nihil tulere predantes. Pro quo in hebreo habetur. Rapinam argenti siue lucrum argenti non acceperũt. Ps. 118. Inclina cor meũ deus in testimonia tua & non in auariciã. Prouer. 28. Qui odit auariciã longe fiẽt dies ei⁹. Esa. 56. Vnusquisq; ad auariciã suam. & in codem. 57. Propter iniquitatẽ auaricie eius iratus sum. Mich. 4. Et interficies dño rapinas eorum. Hiere. 51. Venit finis tuus pedalis precissionis tue.

בצק Basac. Subtritũ esse: siue attritũ esse. Deut. 8. Et pes tuus non est subtritus. Nee. 9. Pedesq; eorũ non sunt attriti. Et inde בצק Basec. i. massa vel pasta eo q; fit terendo manibus vel pedibus. Exo. 12. Tulit igitur populus conspersam farinã. i. massam ex aqua & farina confectã. & in codem. Coxeruntq; farinam quã dudũ de egypto cõspersam tulerant. Osee. 7. Quieuit paululum ciuitas a cõmixtione fermenti.

בצר Basar. deesse siue desistere. phibere. auferre vidẽmiare. munire. Geñ. 11. Nec desistẽt a cogitationib⁹ suis donec eas ope cõpleãt. Iob. 42. Et nulla te latet cogitatio. Pro quo hebrei legũt. Et non prohibetur vel non auferetur a te cogitatio. Ps. 75. Qui aufert spiritũ principum. Et inde בצרת Basoreth. i. Tempus prohibitionis pluuie. pro quo beatus Hieronymus transtulit siccitatẽ. Hiere. 17. Et in tpe siccitatis nõ erit solicitũ. Et idẽ signãt בצרות Basaroth in plurali. vt in codẽ. 14. Quod factũ est verbũ dñi ad hieremiã de sermonibus siccitatis. Significat etiã vindemiare vel vuas colligere. Leuit. 25. Et vuas primitiarũ tuarũ non colliges quasi vindemiã. Deut. 24. Si vidẽmiaueris vineã tuam. Iudi. 9. Vastantes vineas vuasq; calcantes. Pro quo hebrei legunt. Et vindemiauerũt vineas suas: & calcauerũt scilicet vuas. Et inde בצר Boser. i. vindemiator. Hiere. 6. Conuerte manũ tuam quasi vindemiator ad cartallũ. Et in plurali בצרים Bosrim. vt in eodem. 49. Si vindemiatores venissent super te: non reliquissent tibi racemũ. & inde בציר Basir. i. vindemia. Leui. 26. Apprehẽdet messium tritura vindemiam: & vindemia occupabit sementẽ. Iudi. 8. Melior est racemus ephraim vindemia abiezer. Itẽ significat munire. Esa. 22. Et destruxistis domos ad muniẽdum murũ. Hiere. 51. Si firmauerit in excelso robur suũ. i. munierit. et inde בציר Basir. i. munitio vel munitus. Zach. 11. Succisus est saltus munitus. et aliquãdo scribitur cũ mem in principio & dicitur מבצר Mibsar. i. munitio vł munita. Hiere. 8. Cõuenite & ingrediamur ciuitatẽ munitã. Abach. 1. Ipse super oẽm munitionẽ ridebit. Et in plurali מבצרים Mibsarim siue מבצרות Mibsaroth. i. munitiones. Threñ. 2. Destruxit in furore suo munitiones virginis iuda. Dañ. 11. Et capiet vrbes munitissimas. Et aliqñ scribitur cum nũ in fine. & dicitur בצרון Bisaron. Zach. 11. Cõuertimini ad munitionẽ vincti spei. Et inde בצורה Besura. i. munita vel murata. Esa. 27. Ciuitas enĩ munita desolata erit. Et in plurali בצורות Besuroth. Nu. 13. Et vrbes fortes atq; muratas. 2. Reg. 20. Ne forte inueniat ciuitates munitas & effugiat nos. Significat ẽt ea que sunt difficilia intellectu. Pro quo beatus hieronym⁹ transtulit firma. Hiere. 33. Et annũciabo tibi grandia & firma que nescis. Et inde בצר Baser. i.

silex: qui est lapis dur9 & firmissimus. Iob. 22. Dabit pro terra silicem: & pro silice torrentes auri. Hebrei tamē dicūt quod in predicto loco sign̄at aurū: eo ꝙ difficile habetur.

בָּקַק Bacac. vastare. dissipare. demoliri. disrūpere. euacuare. Esa. 24. Ecce dn̄s dissipabit terram. Osee. 10. Vitis frōdosa israel. Pro quo hebrei legūt. Vitis euacuata. i. infructuosa israel. & idē sign̄at frōdosa. i. īfructuosa: qa humorem quē debuerat in vuas transmutare: mutauit in foliorū et frondiū multitudinē. Naū. 2. Quia vastatores dissipauerunt eum. Et aliq̄ndo scribitur cum simplici coph. Esa. 19. Et disrūpetur spiritus egypti in visceribꝰ eius. et in eo. 14. Dissipatione dissipabitur terra. Hiere. 9. Et dissipabo cōsilium iuda & ierusalem. & in eodē. 51. Et demolientur terrā eius. Et de hoc vide supra in dictione בוק Buc.

בַּקְבּוּק Bacbuc. vas testeū cuius os est angustū. Et a sono nomen accepit: quia cum mergitur in aqua: vel cū ex eo aqua effunditur facit talem sonū. Pro quo beatus hieronymus laguncula traduxit. Hiere. 19. Vade & accipe lagunculā figuli testeam. & in eodē. Et conteres lagūculā.

בָּקַע Bacaa. rumpere. irrūpere. erūpere. interrūpere. disrūpere. diuidere: vl' scindere. dissecare. aperire. euellere. Geñ. 7. Rupti sunt oēs fontes abyssi magne. Ios. 9. Vtres vini nouos ipleuimus: nunc aūt rupti sunt. Esa. 34. Et circūfodit & fouit ī vmbra ei9. Pro quo hebrei legūt. Et rumpit & fouit in vmbra ei9. et in eodē. 59. Oua aspidū ruperunt. 2. Reg. 23. Irruperūt ergo tres fortes castra philistinorum. 4. Reg. 3. Tulit secū septingentos viros educentes gladios vt irrūperent ad regem edon. Iob. 26. Vt non erūpat pariter deorsum. Prouer. 3. Sapientia illius eruperunt abyssi. Esa. 58. Tunc erūpet quasi mane lumē tuū. & in eodē. 59. Et quod confotū est erūpet in regulū. Ezech. 13. Et erūpere faciam spiritū tempestatū. 4. Reg. 25. Et interrupta est ciuitas. 2. Paral'. 32. Et obsedit ciuitates munitas volens eas capere. Pro quo hebrei legūt. Et obsedit ciuitates munitas vt interrūperet eas sibi. i. vt vi armorū caperet eas sibi. Ps. 77. Interrupit mare & perduxit eos. Et in eo. Interrupit petrā in heremo. Nu. 16. Dirupta est terra sub pedibus eorum. 3. Reg. 1. Et insonuit terra a clamore eorū. pro quo hebrei legūt. Et disrupta est terra a clamore eorū. i. tam fortiter clamabāt ꝙ videbatur ac si terra disrūperetur. Iob. 32. Quod lagūculas nouas disrumpit. Ps. 73. Tu dirupisti fontes & torrentes. Esa. 64. Vtinam disrumperes celos. Item ponitur pro scindere vel dilacerare aut dissipare. Ps. 140. Sicut crassitudo terre erupta est super terrā. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatē trāstulit Sicut agricola cū scindit terrā. Esa. 35. Quia scisse sunt in deserto aque. et in eo. 63. Qui scindit aquas ante eos. Osee 13. Bestia agri scīdet eos. Mich. 1. Et valles scīdētur. Abach. 3. Fluuios scindes terre. Zach. 14. Et scindetur mons oliuarum ex media parte sui. Item significat aperire vel dissecare. Iudi. 15. Aperuit itaqꝫ dn̄s molarē dentem in maxilla asini. Hiere. 39. Aperta est ciuitas. Amos. 1. Eo ꝙ dissecuerint pregnātes galaad. Item pōitur pro auellere. Esa. 7. Et auellamus eū ad nos. Itē ponitur pro dilacerare vel dissipare. Hiere. 29. Et dilacerabis oēm humerū eorū. Ezech. 30. Et alexandria erit dissipata. Et īde מְבוּקָעָה Mebucaa. i. scissa vel interrupta aut dissipata. Ezech. 26. Quasi per introitū vrbis dissipate. Et in p'rali מְבוּקָעִים Mebucaim. i. scissi. Ios. 9. Et vtres vinarios scissos atqꝫ consutos. & inde בְּקִעִים Bechiim. i. Scissure vl' scissiōes. Esa. 22. Et scissuras ciuitatis dauid videbitis. Amos. 6. Et percutiet domū maiorē ruinis et domū minorē scissionibus. Et inde בִּקְעָה Bicaa. i. cāpus vel planicies aut vallis que est inter duos montes & diuidit inter eos. Geñ. 11. Inuenerunt campum in terra senaar. et Deut. 8. In cuius campis & montibus erūpunt fluuiorum abyssi. Esa. 4. Erunt praua in directa & aspera in vias planas. Pro quo hebrei legūt. Erunt praua in directa & aspera in campū siue in planiciē aut in vallē. Et inde בֶּקַע Bechaa. idest dimidiū siue particula cuiusdā ponderis secundū hebreos. Pro quo in nostra translatione habetur duos siclos. Geñ. 24. Protulit vir inaures aureas appendētes siclos duos. pro quo hebrei legūt. Protulit vir inaurem aureā appēdens dimidiū ponderis. Exo. 38. Oblatū est autē ab iis qui transierunt ad numerū. pro quo hebrei legunt. Dimidius sicl'is per singula capita.

בִּקֵּר Bicher. querere. visitare. recensere. Leuit. 13. Sin aūt post emundationē rursus creuerit macula in cute: nō queret amplius. Ps. 26. Et visitem templū eius. 4. Reg. 16. Altare vero ereū erit paratū ad voluntatē meam. pro quo hebrei legūt. Altare vero ereū erit mihi ad visitandū siue ad querendū. Esd. 4. Vt recēseas ī libris historiarū. Ezech. 34. Et visitabo eos sicut visitat pastor gregē suū. ponitur etiā pro eligere. vt Leuit. 27. Non eligetur nec bonum nec malū. Inde בֹּקֶר Bócher. i. mane siue matutinū. dictū fortasse a querendo. nam mane incipimus res querere aut visitare. Geñ. 1. Et factum est vespere & mane dies vn9. Exo. 14. Iamqꝫ aduenerat vigilia matutina. Iob. 38. Cum me laudarēt simul astra matutina. Et in p'rali בְּקָרִים Becharim. Esa. 33. Esto brachiū nostrū in mane. Threñ. 3. Noui diluculo. Et inde בִּקֹּרֶת Bicóreth. i. vapulatio: vel vapulata. Leui. 19. Vapulabūt ambo. pro ꝗ hebrei legūt. Verberata erit: siue vapulatio erit. i. vapulauit ipsa: siue vapulabūt ambo sicut est in littera nr̄a. Et deriuatur a p̄dicta dictiōe בִּקֵּר Bicher idest visitauit: eo ꝙ punitio delicti est visitatio. Iuxta illud psalmi. 88. Visitabo in virga iniquitates eorū & in verberibus peccata eorū. Itē בָּקָר Bacar. i. vacca siue bos. Geñ. 12. Fuerūtqꝫ ei oues & boues. & in eodē. 21. Tulit itaqꝫ abraam oues & boues & dedit abimelech. Et ponitur in hebreo singulare pro plurali: quia est nomē speciei. et in eodē. 18. Et tulit inde vitulū tenerrimū. p quo in hebreo legitur. Et tulit inde filium vacce tenerrimū. i. vitulū paruū qui adhuc sequitur matrē. et est idem sensus cū littera nr̄a. & similiter in aliis locis vbi in hebreo habetur filius vacce: in translatione nostra ponitur vitulus: siue vitulus de armēto. nam ponitur etiā pro armento. Geñ. 18. Ipse vero ad armentū cucurrit. Exo. 10. Cum ouibus & armentis. Deut. 32. Butyrum de armento. Osee. 5. In gregibus suis & in armentis suis vadēt ad querendū dn̄m. Et plural'r declinatur בְּקָרִים Becarim. secundū terminationē masculinorū. pro quo beatus hieronymus transtulit bubalos. Amos. 6. Aut arari potest in bubalis. Et inde בֹּקֵר Bocher. i. armētarius. Amos. 7. Sed armentarius ego sum.

בִּקֵּשׁ Biches. Querere. requirere. petere. deprecari. rogare. Geñ. 37. Fratres meos quero. Exo. 2. Et querebat occidere moysen. & in eodē. 4. Mortui enim sunt oēs qui querebāt animā tuam. 1. Reg. 10. Quesierūt ergo eum. et in eodē. 13. Quesiuit sibi dn̄s virum iuxta cor suū. & in eodē. 20. Et requirat dn̄s de manu inimicorū dauid. & in eodē. 23. Si quis quesierit animā meā: queret & animā tuā. Ester. 2. Quesitūqꝫ est & inuentū. Ps. 4. Et queritis mendacium. Ps. 26. Vnam petii a dn̄o hanc requirā. Canti. 5. Quesiui et non inueni illum. Ezech. 3. Sanguinē eius de manu tua requirā. Malach. 2. Et legem requirent ex ore eius. Significat etiā petere vel deprecari. Esd. 8. Et peteremus ab eo viā rectam. Ester. 4. Et deprecaretur eum pro populo suo. Et in eodē. 7. Vt rogaret hester reginā pro anima sua. Dañ. 2. Et rogauit eunuchorū prepositū ne contaminarētur. Et inde בַּקָּשָׁה Bacasa. i. petitio siue dep̄catio. vt Hester. 5. Que est petitio tua hester regina.

בַּר Bar. Filius. frumētum. electus. purus. vel mūdus. Dañ. 7. Et ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniebat Et inde Bariona interpretatur filius colūbe: & bartolomeus filius ptolomei. significat etiā frumentū vel triticū Geñ. 41. Et om̄e frumētum sub pharaonis potestate cōdatur. & in eodē. Tantaqꝫ fuit abūdantia tritici vt arene maris coequaretur. et in eodē. 45. Et totidē asinas triticū in itinere panesqꝫ portantes. Ps. 71. Erit firmamentū in terra in summis montiū. Pro quo in hebreo habetur. Erit fragmētum siue particula frumēti vel tritici in terra in capite mōtium. Et aliquādo additur littera iod in fine: & dicitur בְּרִי Beri. Iob. 37. Frumentū desiderat nubes. Ponitur etiā pro pabulo vel pastu. Iob. 39. Et pergūt ad pastum. Item significat electum. Prouer. 31. Quid electe mi: quid electe vteri mei: quid electe votorū meorū. Canti. 6. Pulchra vt luna electa vt sol. Significat etiā purum vel mundū siue lucidū. Iob. 11. Et mundus sum in cōspectu tuo. Ps. 2. Apprehendite disciplinā. Pro quo beatus hieronym9 in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit: adorate pure. Ps. 18. Preceptū domini lucidū. Ps. 23. Innocens manibus & mūdo corde. Ps. 72. Quā bonus israel deus iis qui recto sunt corde. pro quo hebrei legūt. Quam bonus israel deus iis qui mundo sunt corde. Prouer. 14. Vbi non sunt boues presepe vacuū est. pro quo hebrei legūt. Vbi non sunt boues presepe mūdum est. sed ponitur ibi mundū pro vacuo sicut est in littera nostra. Et inde בֹּר Bor. i. puritas siue purū. Ps. 17. Et secundū puritatē manuū mearū. Esa. 1. Et excoquā ad purū scoriā tuā. Vide etiā de hoc in sequēti dictione בָּרַר Barar. et in dictione בָּרָה Bara. quia secundū he. ab eis deriuatur.

בָּרַר Barar. Eligere. mūdare. probare. vel examinare. Ps. 17. Et cum electo electus eris. Dañ. 11. Vt conflētur & eligantur & dealbētur. & in eo. 12. Eligentur & dealbabuntur & quasi ignis probabūtur multi. Et aliquādo scribitur cum simplici res. 1. Reg. 17. Eligite ex vobis virū. Ezech. 20. Eligam ex vobis trāsgressores & īpios. Significat etiā mūdare vel purgare. Esa. 52. Mūdamini qui fertis vasa dn̄i. Hiere. 4. Non ad vētilandū & nō ad purgādū. Et in eo. 51. Acuite sagittas. pro quo hebrei legūt. mūdate sagittas. & est idem sensus. nam cū sagitta acuitur mūdatur a rubigine. Item significat probare vel examinare. Eccl's. 3. Vt probaret eos deus & ostenderet similes esse bestiis. & in eodē. 8. Omnia hec tractaui in corde meo vt curiose intelligerem. pro quo hebrei legūt. Omnia hec tractaui in corde meo & vt probarē vel examinarē oīa hec. Inde בָּרוּר Barur idest purus siue electus. Iob. 33. Scientiā labia mea puram loquetur. Esa. 41. Posuit me quasi sagittam electā. Et in plurali בְּרוּרִים Berurim. i. electi vel mūdi. 1. Paral'. 16. Et post cum heman & idithum & reliquos electos. Et inde בַּר Bar idest electus. purus. mundus. & in ge. fe. בָּרָה Bara. de quo vide supra in dictione precedenti. Et inde בֹּרִית Borith. i. herba qua panni mundātur. Hiere. 2. Si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbā borith. Et dicūt aliqui hebrei ꝙ significat saponē quo panni dealbātur. nam in hebreo nō est illud herbam: sed sic: & multiplicaueris tibi borith.

בָּרָא Bara. Creare. fingere. succindere. excidere. eligere. impinguare. Geñ. 1. In principio creauit deus celum et terram. Et in eodē. 2. Iste sunt generatiōes celi & terre quando creati sunt. et in eodē. 5. In die qua creauit deus hominem. Ps. 50. Cor mundū crea in me deus. Ps. 101. Populus qui creabitur laudabit dn̄m. Ps. 148. Ipse mandauit & creata sunt. Esa. 4. Et creabit dn̄s super omnē locū montis sion. & in eodē. 54. Ecce ego creaui fabrū sufflantē in igne Et in eodē. 57. Creaui fructū labiorū. Et inde בּוֹרֵא Bore idest creans vel creator. Esa. 42. Creans celos & extendens eos. & in eodem. 43. Creans te iacob. et in eodem. 45. Et creans tenebras: faciens pacem & creans malum. Eccl's. 12. Memento creatoris tui. Et inde בְּרִיאָה Beria. idest creatura vel res nouiter creata. Nu. 16. Sin autē nouam rem fecerit dominus. Significat etiā eligere sicut precedens dictio. Ezech. 21. Et manu capiens cōiecturam in capite vie ciuitatis coniiciet. pro quo hebrei legūt. Et manu eligens siue & locum eligens in capite vie ciuitatis eliget. nam pro eo quod in littera nr̄a est manu: in hebreo habetur יָד Iad. que dictio licet cōmuniter significet manū tamē ī hebreo aliquādo ponitur pro loco: vt īfra dicetur. Item בָּרָא Bara idest succindere vel excindere. Ios. 17. Ascende in siluā & succide tibi spatia. Et in eodē. Succides tibi atqꝫ purgabis ad habitandū spatia. Ezech. 23. Et cōfodiantur gladiis eorum. i. succidātur gladiis eorum. Significat etiā impinguare. vel incrassari. aut comedere. vel cibū capere. 1. Reg. 2. Vt comederent primitias oīs sacrificii israel populi mei. Pro quo hebrei legūt. Vt impinguaremini primitiis oīs israel populi mei. 2. Reg. 2. Et nec comedit cum eis cibum. vide etiā de hoc infra in dictione בָּרָה Bara. Et inde בָּרִיא Bari. i. pinguis vel crassus. Iudi. 3. Erat aūt eglon crassus nimis. Et aliq̄ndo scribitur cum he in fine & dicitur בְּרִיאָה Beria. i. crassum. vel pingue. aut electum. Ezech. 34. Et q̄d crassum erat occidebatis. Abach. 1. Et cibus ei9 electus. Scribitur etiā cum he loco aleph. Et dicitur בְּרִיָה Biria. Ezech. 34. Ecce ego ipse iudicabo inter pecus pingue & macilentum. Et in plurali בְּרִיאִים Beriim. i. crassi. vel pingues. 3. Reg. 4. Et decem boues pingues. Et in ge. fe. בְּרִיאוֹת Berioth. i. crasse vel plene. Geñ. 41. De quo ascendebāt septē boues pulchre & crasse nimis. et in eodē. Septē spice pullulabant in calamo vno plene ac formose. Itē בָּרָא Barra. in lingua chaldaica significat agrū siue foris aut foras. Dañ. 2. Filii hominū & bestie agri.

בַּרְבֻּרִים Barburim. quodā genus auium. 3. Reg. 4. Excepta venatione ceruorū caprearū atqꝫ bubalorum: et auium altiliū. vbi ponitur barburim abusim. i. auiū pinguiū vel saginatarū. Et solum inuenitur in numero plurali in predicto loco.

בָּרָד Barad. grādo. Exo. 9. Ecce pluam cras hac ipsa hora grandinē multam nimis. & in eodē. Vt fiat grando in vniuersa terra egypti. Esa. 32. Grando autē in descensione saltus: supple erit. Inde בְּרֻדִּים Berudim. i. respersi punctis seu maculis variis ad similitudinē grandinis. Geñ. 31. Varios & maculosos & diuersorū colorum. & in eodē. Varios maculosos atqꝫ respersos. vbi ponitur pro respersis. Zach. 6. Et in quadriga quarta equi varii & fortes. vbi ponitur pro variis.

בָּרָה Bara. cibare. vel cibū capere. aut comedere. vesci. prādere. eligere. 2. Reg. 3. Cumqꝫ venisset vniuersa multitudo cibum capere cum dauid. & in eodē. 13. Veniat oro thamar soror mea: vt det mihi cibum. & in eodē. Et cibum paratum capiam de manu eius. Et in eodē. Vt vescar de manu tua. Et aliq̄n scribitur cum aleph in fine loco he. De quo vide supra in dictione בָּרָא Bara. Significat etiā eligere. 1. Reg. 17. Eligite ex vobis virū. De quo vide supra in dictione בָּרַר Barar. Inde בִּרְיָה Biria. i. cibus vel pulmentum. 2. Reg. 13. Vt faciat pulmentū. & in eodē. Et fac ei pulmentū. Et in eodē. Infer cibum in conclaui. & inde בְּרִי Beri. i. frumentū. vt supra in dictione בַּר bar dictum est. Et inde בְּרוֹת

Baroth. siue ברת Baruth. i. esca vel cibus. Ps. 67. Et dederunt in escam meā fel. Threñ. 4. Facti sunt cibus earum. Et a supradicta dictiōe ברה bara. potest deriuari illud quod habetur Geñ. 35. s. כברת ארץ Chibrath. eres. i. cum dat cibū terra: siue quādo gignit terra: hoc est in vere. Et ideo beat⁹ hieronymus optime traduxit vernum tempus. vbi dicitur. Venit verno tpe ad terrā que ducit ephratā. & in eodē. 38. Eratq; vernum tempus. et. 4. Reg. 5. Traduxit electum tēpus. vbi dicitur abiit ergo ab eo electo tempore. quod est idē quod vernū tēpus. Vide etiā de hoc īfra in dictione כבר Cabir. Quia secūdū aliquos hebreos illa littera caph que ponitur in principio: est littera substātialis hui⁹ dictionis. כברת Chibrath. et dicūt quod significat certū spaciū terre vt puta vnum milliare. et sic legunt. Eratq; spaciū terre ad introitum ephrata. et similiter. 4. Reg. 5. Abiit ergo ab eo spaciū terre. Sed prima opinio est magis propria: quia nō habet simile vnde כברת Chibrath significet spaciū. de dictione aūt ברית Berith. que significat pactū vel fedus. vide infra in dictione ברת Beroth.

ברזל Barzel. ferrum siue ferreus. Geñ. 4. In cuncta opera eris ac ferri. Deut. 3. Mōstratatur lectus ei⁹ ferreus. 2. Reg. 23. Armabitur ferro & ligno. 4. Reg. 6. Accidit autē vt cum vn⁹ materiam succidisset caderet ferrum securis in aquam. Ps. 104. Ferrum pertransiit animam eius. Ps. 106. Vincti in mendicitate & ferro.

ברח Barach. Fugere. effugere. fugare. Geñ. 31. Noluitq; iacob cōfiteri socero suo quod fugeret. 1. Reg. 19. Et aufugit atq; saluatus est. & in eodē. 20. Fugit autem dauid de naioth. Ps. 138. Et quo a facie tua fugiam. Dañ. 10. Et fugerunt in absconditum. Osee. 12. Et fugit iacob in regionē syrie. Ione. 1. Surrexit ionas vt fugeret in tharsis. Et q̄ndo est verbum tertie cōiugationis significat fugare. 1. Paral. 8. Hi fugauerūt habitatores geth. & in eodē. 12. Et omnes fugauerūt qui morabātur in vallibus. Nee. 13. Quem fugaui a me. Iob. 41. Non fugauit eum vir sagittarius. Prouer. 19 Qui affligit patrē & fugat matrē. Et inde מברח Mibrach. idest profugus. Ezech. 17. Et oēs profugi eius cum vniuerso agmine suo. Significat etiam moueri siue peruenire de vno loco in alium. s. quādo ille motus est festinus & violentus. Exo. 36. Fecit quoq; vectem alium: qui per medias tabulas ab angulo vsq; ad angulū perueniret. Nu. 24. Reuertere in locū tuū. pro quo hebrei legūt. Fuge siue festināter abi in locū tuū. Inde בריח Beriach. i. vectis eo q̄ mittebatur per medias tabulas et mouebatur de vno extremo in aliū. Exo. 36. Fecit q̄q; vectē aliū. Iob. 38. Et posui vectē & ostia Prou. 18. Et iudicia quasi vectis vrbiū. Et in plu. בריחים Berichim. siue בריחי Beriche. Ex... 25. Facies quoq; vectes de lignis setim. Ps. 106. Quia contriuit portas ereas & vectes ferreos confregit. Esa. 15. Vectes eius vsq; ad segor. et in eodem. 43. Et detraxi vectes vniuersos. Tamē hebrei in his duobus locis precedentibus pro vectibus legūt profugos aut fugitiuos siue mobiles. Est enim equiuocū vt dictū est: et potest etiā significare profugos siue mobiles. & eodem modo. Esa. 37. vbi dicitur. In die illa visitabit dñs in gladio suo duro & grandi & forti super leuiathan serpentem vectē: potest etiā legi. Sup leuiathan serpentē profugū siue mobilē. & hebrei legūt. Sup leuiathan serpentē claudentē siue clausum: eo q̄ vectis ē instrumētū quo ostia claudūtur.

ברך Barach. benedicere: salutare. gratias agere. genuflectere. Geñ. 1. Benedixitq; illis deus. Et in eodem. 12. Benedicam benedicentibus tibi. Et in eo. atq; in te benedicētur vniuerse cognationes terre. et in eo. 14. Et dominus in cunctis benedixerat ei. Et in eo. 22. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre. Et in eo. 27. Vt benedicat tibi anima mea. Et in eo. 49. Benedixitq; singulis benedictionibus propriis. Exo. 12. Et abeuntes benedicite mihi. Nu. 23. Et tu econtrario benedicis ei. Et in eo. Ad benedicendum adductus sum. Deut. 33. Benedic domine fortitudini eius. Ios. 24. Sed econtrario per illum benedixit vobis. 1. Reg. 9. Quia ipse benedicet hostie. Iob. 1. Operibus manuum eius benedixisti. Ps. 102. Benedic anima mea domino. Et in eo. Benedicite domino omnes angeli ei⁹. Ps. 117 Benediximus vobis de domo domini. Ps. 131. Viduam ei⁹ benedicens benedicam. Esa. 65. Qui benedictus est super terram: benedicetur in deo Amen. Et in eo. 66. Qui recordatur thuris: quasi qui benedicit idolo. Et aliquando ponitur per antiphrasim pro maledicere vel blasphemare. 3. Reg. 21. Benedixit naboth deum et regem. Iob. 1. Ne forte peccauerint filii mei et benedixerint deo in corde suo. Ponitur etiā pro salutare vel gratias agere. 1. Reg. 13. Et egressus est saul vt salutaret eum. 2. Reg. 8. Et gratias ageret eo q̄ expugnasset adadezer. 4. Reg. 4. Si occurrerit tibi vir non salutes eum. Item significat genu flectere. Geñ. 24. cū fecisset camelos accumbere. idest genu flectere. Et in eo. 41 Vt omnes coram eo genu flecterent. vbi ponitur אברך Abrech per additionem aleph in principio. 2. Paralip. 6. Flexis genibus corā vniuersa multitudine israel. Ps. 94. Ploremus ante dominum qui fecit nos. Pro quo in hebreo habetur. Flectamus genua ante dominum qui fecit nos. Et sic transtulit beatus Hieronymus iuxta he. ve. Inde ברוך Baruch. idest benedictus. Geñ. 24. Ingredere benedicte domini. Nu. 24. Qui benedixerit tibi erit ipse benedictus. Deut. 28. Benedictus tu in ciuitate et benedictus in agro. Ps. 134. Benedictus dominus ex sion. Et aliquando scribitur cum littera mem in principio et dicitur. מבורך Meborach. idest benedictus. Iob. 1. Sit nomen domini benedictū Et in genere feminino. ברוכה Berucha. siue מבורכת Meborecheth. idest benedicta. 1. Reg. 25. Et benedicta tu q̄ prohibuisti me hodie ne irem in sanguinem. Deut. 33. De benedictione domini terra eius. Pro quo hebrei legunt. Benedicta domini terra eius. Et in plurali ברוכים Beruchim. 2. Reg. 2. Benedicti vos a domino. Et inde ברכה Beracha. i. benedictio. Geñ. 27. Et accepit benedictionem tuam. Et in eodem. Nunquid non reseruasti ait et mihi benedictionē. Et in plurali ברכות Berachoth. vt Geñ. 49. Benedictionibus celi desuper: benedictionibus abyssi iacentis deorsum: benedictionibus vberū et vulue: benedictiones patris tui confortate sunt benedictionibus patrum eius. Accipitur ēt benedictio pro munere vel dono. Geñ. 33. Suscipe benedictionem quam attuli tibi. 4. Reg. 5. Obsecro itaq; vt accipias benedictionem a seruo tuo. Ponitur etiam pro conuētione vel pacto. Esa. 36. Facite mecum benedictionem & egredimini ad me. Inde ברך Berech. idest. genu. Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu. Et in plurali. ברכים Bircaim siue ברכי birche. idest genua. Geñ. 50. Filii quoq; machir filii manasse nati sunt in genibus ioseph. Deut. 28. In genibus & in suris. Iob. 4. Et genua trementia confortasti. Itē. ברכה Berecha. significat piscinā siue stagnum. 3. Reg. 22. Lauerūt currum eius in piscina samarie. 4. Reg. 18. Et steterunt iuxta aqueductum piscine superioris. Esa. 22. Congregastis aquas piscine inferioris. Et in plurali. ברכות Berechoth. Eccls. 2. Et extruxi mihi piscinas aquarum. Canti. 7. Oculi tui sicut piscine in esebon.

ברם Berom. preciosum. Ezech. 27. Gazarūq; p̄ciosarū. et solū inuenitur in numero plurali in predicto loco. Et dicunt hebrei q̄ significat quoddā genus vestimēti preciosissimi. Item ברם Beram in lingua chaldaica significat sed siue verūtamen. vt Dañ. 2. Sed est deus in celo. & in eodem. 4. Veruntamē germen radicū eius in terra sinite.

ברק Barac. Fulgurare. coruscare. splendere. Ps. 143. Fulgura coruscationē & dissipabis eos. Iob. 20. Et fulgurans in amaritudine sua. Abach. 3. In splendore fulgurātis haste tue. Inde ברק Barac. i. fulgur. coruscatio. 2. Reg. 22. Fulgur & consumpsit eos. Et in plurali ברקים Beracim. i. fulgura. Ps. 96. Alluxerunt fulgura eius orbi terre. Ps. 134 Fulgura in pluuiam fecit. Et inde ברקת Bareceth: quod significat quendā lapidem preciosum splendidum. Pro quo beatus hieronym⁹ transtulit smaragdū. Exo. 28. In primo versu erit lapis sardius & topazius & smaragdus. Exo. 28. Saphyrus & carbunculus & smaragdus.

ברקן Barcon. tribulus. genus spine. Iudi. 8. Et cōterā carnes vestras cum spinis tribulisq; deserti. & in eodē. Tulit ergo seniores ciuitatis & spinas deserti ac tribulos. Et solū inuenitur in numero plurali in predicto loco.

ברש Beros. genus arboris. pro quo beatus hieronymus abietē transtulit. Esa. 55. Pro saliūcula ascēdet abies. Et in eodē. 6. Abies & buxus & pinus simul. Zach. 11. Vlula abies quia cecidit cedrus. Et in plurali ברושים Berosim. i. Abietes. Esa. 14. Abietes quoq; letati sunt sup te. Ponitur etiā pro agitatoribus curruū: eo q̄ talibus lignis vtebātur in curribus. Nañ. 2. Et agitatores cōsopiti sunt. Potest etiā per abietes que sunt arbores magne & excelse intelligi principes & magnates. Et ita transtulit chaldaicus interpres in loco predicto. Alii vero dicūt q̄ in eo loco per abietes intelligūtur lancee siue alia arma missilia: eo q̄ plerūq; fiebant ex tali ligno.

ברת Beroth. cupressus. genus arboris. Canti. 1. Ligna domorum nostrarū cedrina: laquearia nostra cupressina. Et solum inuenitur in numero plurali in predicto loco. Item ברית Berith. i. pactū vel fedus. Geñ. 9. Et statuam pactum meū vobiscū. & in eodē. 17. Ponā pactum meū tecū. Exo. 23. Non inibis cum eis fedus. Deut. 29. Hec sunt verba federis. Esa. 28. Percussimus fedus cum morte. Et dicūt aliqui hebrei q̄ deriuatur a dictione supradicta ברה Bara: que significat succindere: eo q̄ antiquitus illi qui faciebant pactum vel fedus occidebant aliquod animal & diuidebant illud in duas partes & transibant inter eius diuisiones. Hiere. 34. vbi dicitur. Et non obseruauerūt verba federis quibus assensi sunt in conspectu meo: vitulū quē conciderunt in duas partes & transierūt inter diuisiones eius principes iuda & principes ierusalem eunuchi & sacerdotes & omnis populus terre qui transierunt inter diuisiones vituli. Et ideo in sacra scriptura plerūq; fedus vel pactū iungitur cum verbo percutere vel ferire. Ios. 24. Percussit iosue in die illa fedus. 1. Reg. 11. In hoc feriā vobiscū fedus. et Hiere. 31. Ecce dies veniēt dicit domin⁹ & feriam domui israel & domui iuda fedus nouum.

בש Bos. confundi. erubescere. De quo vide supra in dictione בוש Bos. cum vau in medio dictionis.

בשש Basas. Morā facere. tardare. erubescere. de quo vide supra in dictione בוש Bos.

בשל Basal. Maturare. coquere. dequoquere. assare. Geñ. 40. Et post flores vuas maturescere. Ios. 3. Mittite falces quoniā maturuit messis. Significat etiam coquere. Exo. 12. Non comedetis ex eo crudum quid: nec coctum aqua. & in eodē. 16. Et que coquenda sunt coquite. Leui. 6. Vas autē fictile in quo cocta est confringetur. Nu. 6. Et armum coctū arietis. Deut. 16. Et coques & comedes in loco quē elegerit dñs. 3. Reg. 19. Et in aratro boū coxit carnes. Ezech. 24. Et discocta sunt ossa illius. Et in eodē. 46. Iste est locus vbi coquēt sacerdotes pro peccato & pro delicto et vbi coquēt sacrificiū. Ponitur etiā pro assare. vt. 2. Paral. 35. Et assauerūt phase super ignem. & inde מבשלות Mebaseloth. i. coquine. pro quo in translatione nr̄a habetur culine. Ezech. 46. Et culine fabricate erant subter porticus.

בשם Bossem. aroma siue aromaticū: vel suauis odor. Canti. 5. Messui myrrham meā cum aromate. Esa. 3. Et erit pro suaui odore fetor. Et hoc idē significat בשם Besem Exo. 35. Et cīnamomi mediū. i. ducentos & quinquaginta siclos: calami similiter. pro quo hebrei legūt. Et cīnamomi aromatici medium. i. ducentos quinquaginta siclos: & calami aromatici simil'r. Et in plurali בשמים Besamim. Exo. 25. Aromata in vnguentū & thymiamata boni odoris. Et in eodē. 30. Sume tibi aromata

בשס Basas. Diripere. conculcare. Amos. 5. Pro eo quod diripiebatis pauperē. Et de hoc vide supra in dictione בוס Bos cum littera samach in fine.

בשר Basar. Nunciare. annunciare. bonum nuncium portare. euangelizare. 2. Regum. 18. Curram & nunciabo regi. et in eodem. Non eris nuncius in hac die: sed nunciabis in alia: hodie nolo te nunciare. Et in eodem. Bonum apporto nuncium. Esa. 60. Et laudes domini annunciantes. Hiere. 20. Qui annunciauit patri meo dicens: natus est tibi puer masculus. Et inde מבשר Mebaser. idest Annuncians: vel euangelizans: siue qui annunciat vel qui euangelizat. Esa. 52. Quam pulchri super mōtes pedes annunciantis & predicantis pacem annunciantis bonū. Et in ge. fe. מבשרת Mebasereth. i. que annunciat vel que euāgelizat. Esa. 40. Super montem excelsum ascende tu qui euāgelizas sion. quod in hebreo legitur in ge. fe. scilicet tu que euangelizas sion. Et in eodem qui euangelizas ierusalem. pro quo hebrei legunt que euangelizas ierusalem. cuius plurale מבשרות Mebaseroth habetur Ps. 67. Domin⁹ dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et inde בשורה Besora. i. nuncius siue annūciatio: vel euangelizatio. 2. Reg. 18. Non eris boni nuncii baiulus. Accipitur etiam pro premio vel mercede quod datur pro bono nūcio relato. 2. Reg. 4. Cui oportebat me mercedem dare pro nuncio. Item בשר Basar. caro. siue carneus. Geñ. 2. Et caro de carne mea. Et in eodem. 6. Nō permanebit spiritus meus in homine in eternū quia caro est. Et in eodem. Excepto q̄ carnē cū sanguine non comedetis. Exo. 30. Caro hominis non vngetur ex eo. Iob. 10. Nunquid oculi carnei tibi sunt. Ps. 15. Insuper & caro mea requiescet in spe. Esa. 17. Et ponit carnē brachium suū. Et accipitur caro aliquando pro cōsanguinitate. Geñ. 29. Os meum es & caro mea. Et in eodem. 37. Frater enim & caro nostra est. Esa. 58. Et carnem tuā ne despexeris. 2. Reg. 5. Os tuum & caro tua sumus. Accipitur ēt pro omni animato. Geñ. 6. Finis vniuerse carnis venit ad me. Et in eodem vt interficiam omnē carnē in qua est spiritus vite. Ps. 135. Qui dat escam omni carni. Et aliq̄n accipitur pro solo homīe. Ps. 64. Ad te omnis caro veniet. Esa. 40. & videbit omnis caro pariter q̄d os domini locutum est. & in eodem. 66. Veniet omnis caro vt adoret coram facie mea dicit dñs. & in lingua chaldaica scribitur aliq̄n cū aleph in fine & dicitur בשרא Bisra. Dañ. 2. Quorum non est cum hominibus conuersatio. vbi ponitur caro pro hominibus. & inde בשור Besur. idest incarnatio. Osee. 9. Vbi nos habemus sed & ve eis cum recessero ab eis. in hebreo habetur: sed & ve eis incarnatio mea ex eis. vbi ponitur בשורי Besuri cū littera sin. Ad hoc enim q̄ significaret cum recessero debebat scribi cū littera samach.

Vnde. lxx. Interpretes ita transtulerunt. Sed & ve eis caro mea ex eis. vt refert beatus Hieronymus super hoc loco. Et dicit ve eis: quia ex hoc quod iudei pro maiori parte remā serunt in infidelitate secuta fuit eis miseria & infelicitas. Et hoc idem dicit Nicolaus de lyra in tractatu de differentiis nostre translationis ab hebreo.

בת Bath. bathus. genus mensure liquidorū. 3. Reg. 7. Duo milia bathos capiebat. Ezech. 45. Statera iusta: & ephi iustum: & bathus iustus erit vobis. & in eodem. vt capiat decimam partem chori bathus: & decimam partē chori ephi & in plurali בתים Bathim. vt in eodem. quia decē bathi implent chorum. Item בת Bath. idest filia. & in plurali בנות Banoth. i. filie. de quo vide supra in dictione בנה Bana.

בתה Batha. vastitas vel desertum. Esa. 5. Et ponam eam desertam. & in plurali בתות Bathoth. Pro quo beat⁹ Hieronymus trāstulit valles. Esa. 7. Et venient & requiescēt oēs in torrentibus vallium.

בתל Bethul. virgo. incorruptus. tamē nō inuenitur in scriptura nisi בתולה Bethula in. ge. fe. i. virgo incorrupta Gen̄. 24. virgoq; pulcherrima incognita viro. Deut. 32. Iuuenem simul ac virginem. Esa. 37. Virgo filia syon. Hiere. 31. Reuertere virgo israel. & in plurali בתולת Bethuloth. idest virgines. Esa. 23. Nec ad incrementum perduxi virgines. & Amos. 8. In die illa deficient virgines pulchre. Et inde בתולים Bethulim siue בתולי Bethule. i. virginitas. vel signa virginitatis. Deut. 22. Non inueni filiam tuam virginem. Pro quo hebrei legunt non inueni filie tue virginitatem. & in codē. Et ecce hec sunt signa uirginitatis filie mee Iudi. 11: Et plāgam virginitatem meam cū sodalibus meis. & sem per inuenitur in numero plurali secundum terminationem masculinorum. & caret singulari.

בתק Bathac. Perfodere. trucidare. Ezech. 16. et trucidabūt te gladiis suis. & solum inuenitur in predicto loco.

בתר Bathar. diuidere. partiri. Gen̄. 15. Qui tollēs vniuersa hec diuisit ea per mediū. & in eodem. Aues aūt non diuisit. Inde בתר Bather. siue בתר Bether. i. diuisio siue ptio aut pars. vt Gen̄. 15. Et vtrasq; partes contra se altrinsecus posuit. & in eodem. Transiēs inter diuisiones illas. Vbi ponitur בתרים Betharim in numero plurali. et Hiere. 34. Et transierunt inter diuisiones eius. Et in codē qui transierunt inter diuisiones vituli. pōitur etiā בתר Bather pro nomine proprio. Canti. 2. Similis esto dilecte mi capree hinnuloq; ceruorum super montes bether. Vbi vicio scriptorū ponitur ibi in nostra translatione Bethel pro Bether. Nā debet scribi cum littera. t. & non cum. l. Et interpretatur diuisio siue partitio. Item בתר Bathar in lingua chaldaica significat post vel postea. Dan̄. 2. Et post te cōsurget regnum aliud.

De incipiētibus a littera. ג Gimal.

גג Gag. tectū vel solarium. Deut. 22. Facies murum tecti p circuitū. Iosu. 2. Ipsa vero fecit ascendere viros in solariū domus sue. 1. Reg. 9. Et locut⁹ est cū saule in solario. Ps. 101. Sicut passer solitarius in tecto. Et in plurali גגות Gagoth. i. tecta vel solaria. Ps. 128. Fiant sicut fenum tectorū. Esa. 22. Quia ascendisti & tu omnis in tecta.

גאה Gaa. magnificari. exaltari vel eleuari. crescere. superbire. Aut in superbiā eleuari. Exo. 15. Cantem⁹ dn̄o: gloriose enim magnificatus est. Pro quo hebrei legūt. Magnifice enim magnificatus est: siue magnificatione magnificatus est: aut exaltatione exaltat⁹ est. vbi ponitur גאה גאה Gao. Gaa. significat etiā crescere Iob. 8. Nunquid potest virere scirpus sine humore. Ezech. 47. Qm̄ intumuerant aque profundi torrentis. i. creuerant aque profundi torrētis. Item significat superbire vel in superbiā eleuari. Iob. 8 Et propter superbiam quasi leena capies me. Et inde גאה Gee. i. superb⁹. elatus. arrogans. Iob. 40. Et respiciēs oēm arrogantem humilia eum. & in eodem. Respice cunctos superbos & humilia eos. Esa. 2. Quia dies domini exercituū super omnem arrogantem & excelsum. & aliquando scribitur sine he in fine. Esa. 16. Superbus est valde. & in plurali. גאים Geim. Prouer. 15. Domum superborū demolietur dominus. & idem significat גאיונים Geeionim. Ps. 122. Opprobrium abundantibus & despectio superbis. & inde גאון Gaon. i. Superbia. arrogantia. altitudo. Prouer. 16. Contritionem precedet superbia. Esa. 13. Et quiescere faciam superbiam infidelium. & in eodem. 16. Et arrogantia eius & indignatio ei⁹ plusquā fortitudo eius. Hiere. 12. Quid facies in superbia iordanis. et Osee. 7. Et humiliabitur supbia isrl' in facie eius. Amos. 6. Detestor ego supbiā iacob. Zach. 11. Vox rugitus leonum: quia vastata est superbia iordanis. i. altitudo iordanis. Et sic est in chaldaica translatione. s. altitudo iordanis. Ponitur etiam pro glīa vel maiestate. Exo. 15. Et in multitudine glorie tue deposuisti oēs aduersarios tuos. Esa. 2. A facie timoris domini & a gloria maiestatis eius. Inde גאוה Gaaua. i. superbia. arrogantia. elatio. Ps. 30. In superbia & abusione. Ps. 35. Non veniat mihi pes superbie. Esa. 30. Et arrogantiam fortium humiliabo. ponitur etiā pro corpore. Iob. 41. Corpus illius quasi scuta fusilia. De quo vide infra in dictione גו Geu. Et aliquando scribitur sine vau. Et dicitur גאה Gea. Prouer. 8. Arrogantiam & superbiam & viam prauam & os bilingue detestor. & inde גאות Geuth. i. superbia. Ps. 6. Os eorum locutū est superbiam. Accipitur etiā pro excellentia vel gloria. Ps. 92. Dominus regnauit decorem indutus est. pro quo btūs Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Dominus regnauit: gloria indutus est.

גאל Gaal. Redimere. emere. inquinare. Exo. 6. Ac redimā in brachio excelso. Et in eodem. 15. Dux fuisti in misericordia tua pplō quem redemisti. Ps. 71. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. Esa. 43. Noli timere quia redemi te. & in eodem. 48. Dicite redemit dominus seruū suum iacob. & in eodem. 63. Ipse redemit eos. Osee. 13. De morte redimā eos. Significat etiam emere vel redimere iure propinquitatis rem propinqui venditam vel alienatam vel si ipsemet redimat quod vendiderat. Leuit. 25. Pōt redimere quod ille vendiderat. Et in eodem. Si non redemerit. Et in eodem. Qui voluerit ex fratribus ei⁹ redimet eū. & in eodem. Sin aūt ipse potuerit redimet se. Ruth. 3. Si te voluerit propinquitatis iure retinere: bene res acta est: si aūt noluerit ego te absq; vlla dubitatione suscipiā. pro quo hebrei legunt. Si redemerit te: bene: redimat: & si non redemerit: ego te redimā. Sed btūs Hieronym⁹ trāstulit sensum Et in eodem. 4. At ille respondit ego agrum emā. Et in eodem. Cedo iuri propinquitatis. Pro quo hebrei legunt. Nō possum redimere siue non possum emere. Et in eodem. tu vero vtere priuilegio quo me libēter carere profiteor. Pro quo hebrei legunt. Tu vero redime tibi redemptiōe mea: quia non possum redimere. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum in locis predictis. Et inde גאולה Geula. i. redēptio aut facultas vel licentia redimendi. Leuit. 25. Sub redemptionis conditione vendetur. & in eodem. Habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus. & inde גאל Goel idest redemptor. Iob. 19. Scio enim q redemptor meus viuit. Ps. 18. Domine adiutor meus & redēptor me⁹ Esa. 41. Et redemptor tuus sanctus israel. Et in eodem. 59. Et venerit siō redemptor. Accipitur etiam pro propinquo vel proximo: eo q iure propinquitatis habebat licentiā redimendi vt supradictum est. Leuit. 25. Propinquus ei⁹ pōt redimere. & in eodem. Si aūt nō habuerit proximū. Ruth. 4. Cūq; vidisset propinquū preterire. Ponitur etiam predicta dictio גאל Gaal. p antiphrasin pro inquinare vel coinquinare. aut cōtaminare. vel polluere. aut fedare. siue obscurare. Esa. 63. Et oīa vestimenta mea inquinaui. Thren. 4. Polluti sūt sanguine. Dan̄. 1. Proposuit aūt daniel in corde suo vt non pollueretur de mensa regis. & in eodem. Et rogauit eunuchorum prepositum ne contaminaretur. Malach. 1. Offertis super mensam meam panem pollutum: & dicitis in quo polluim⁹ te. Soph. 3. Ve prouocatrix & redēpta. pro quo hebrei legunt. Ve prouocatrix & contaminata siue fedata vel deturpata. Potest etiam significare redēptā sicut est in littera nostra. Significat etiam obscurare vel deturpare. Iob. 3. Obscurent eum tenebre & vmbra mortis. Item ponitur pro eiicere vel separare aliquem tanquā pollutum & immundum. Esdre. 2. Et eiecti sunt a sacerdotio. & similiter. Nee. 8. vbi eadem verba habentur.

גב Gab. altitudo. eminentia. dorsum. supercilium. statura. Ps. 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores Leuit. 14. Radet capillos capitis barbamq; & supercilia. Ezech. 1. Statura quoq; erat rotis. & in eodem. Et totū corpus oculis plenum. pro quo hebrei legunt. Et dorsa eorū oculis plena. Quod est idem sensus cum littera nostra. Et in eodem. 43. Hec quoq; erat fossa altaris. pro quo hebrei legunt. Et hec erat altitudo siue statura altaris. Potest etiā deriuari a sequenti dictione גבא Gebe. quod significat cisternam vel fossam: sicut est in littera nostra. Item ponitur pro lupanari. eo quod meretrices stabant in loco eminēti: vt viderentur a transeuntibus. Ezech. 16. Edificasti tibi lupanar. & in eodem. Et destruent lupanar tuum. ponitur et גבים Gebim in plurali pro cisternis vel fossis. de quo vide infra in dictione גוב Iob. & inde גבן Giben. per additionē nun in fine. quod secūdum hebreos significat excelsum vel eminentem. Ps. 67. Mons coagulatus: mons pinguis. pro quo btūs Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Mons excelsus &c. de quo vide infra in dictione גבן Giben. quia secundum aliquos hebreos illa littera nun est de substantia dictionis.

גבא Gebe. cisterna. vel palus. Esa. 30. Aut hauriatur parū aque de fouea. Pro quo hebrei legunt. Aut hauriatur parum aque de cisterna siue de palude. Cuius plurale ponitur pro paludibus. Ezech. 47. In littoribus aūt eius & in paludibus non sanabuntur.

גבה Gaba. exaltari. sublimē esse. eleuatū esse siue eleuari. superbire. Iob. 11. Excelsior celo est: & quid facies. Ps. 112. Qui in altis habitat. Ps. 130. Domine non est exaltatū cor meum nec elati sunt oculi mei. Prouer. 16. Et ante ruinam exaltabitur spirit⁹. & in eodem. 17. Qui exaltat ostiū suum querit ruinam. Esa. 3. Pro eo quod eleuate sunt filie sion. & in eodem. 5. Et exaltabitur dominus exercituū in iudicio. & in codē. 52. Et sublimis erit valde. & in codē. 55 Sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sūt vie mee a viis vestris. Ezech. 16. Et eleuate sunt & fecerunt abominatiōes & in eodem. 19. Et exaltata est statura eius. & in eodem. 31. Propterea eleuata est altitudo eius. vbi ponitur גבא Gaba. cum aleph in fine loco he. Abdie. 1. Si exaltatus fueris vt aquila. & inde גבה Goba. siue גבהות Gabhuth. i. altitudo. sublimitas. exaltatio. eleuatio siue elatio. 1. Reg. 16. Non respicias vultum eius: neq; altitudinem stature eius. Ps. 102. Secundum altitudinem celi a terra. Esa. 2. Incuruabitur oīs sublimitas hominū. & in codē. 7. Siue in excelsum supra. vbi ponitur הגבה Hagbeha. & inde גבהה Gaboha. vel גבהה Geboha. i. excelsus. sublimis. eleuatus. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. pro quo hebrei legunt. Nolite multiplicare loqui sublime sublime. Eccl's. 5. Quia excelso excelsior est alius. & Esa. 2. Et super omnem turrē excelsam. & in plurali גבהים Gebohim. Eccl's. 5. Et super hos quoq; eminentiores sunt alii. Item גבה Geba. i. elatus. superbus. arrogās. Ps. 100. Superbo oculo & insaciabili corde. Prouer. 16. Abominatio domini omnis arrogans.

גבחת Gibeah. recaluaster. depilatus. Leuit. 13. Et si a fronte ceciderint pili recaluaster & mundus est. & inde גבחת Gabachath. i. recaluatio. depilatio. vt in eodem. Si autem in caluitio siue in recaluatiōe albus vel ruffus color fuerit. Accipitur etiam pro depilatione panni aut vestimenti. vt in eodem. Eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. pro quo hebrei legunt. Corrosio enim est in caluitio suo vel in recaluatione sua. & dicunt hebrei quod caluitium quod in hebreo dicitur קרחת Carachath est a parte posteriori. & גבחת Gabachath. i. recaluatio est a pte anteriori. & idem videtur innuere textus cum dicit. & si a fronte ceciderint pili: recaluaster & mundus est.

גבל Gabal. terminare. limitare. i. terminum vel limitē ponere. Exo. 19. Cōstituesq; terminos populo per circuitum. & in eodem. Tu enim testificatus es & iussisti dicēs. Pone terminos circa montem. Deut. 19. Non assumes & transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores. Iosu. 18. Qui est terminus illius ab oriente. Pro quo hebrei legunt. Et iordanis terminabit illum ab oriente. Zacha. 9. Emath quoq; in terminis eius. s. erit vel cōputabitur. pro quo hebrei legunt. Emath quoq; terminabitur siue limitabitur in ea. & inde גבול Gebul. i. termin⁹ vel confinium. Nu. 21. Arnon terminus est Moab. & Iosu. 1. Erit terminus vester. Ps. 103. Terminum posuisti: quem non transgredientur. Et in plurali גבולות Gebuloth. siue גבולי Gebule. Iob. 24. Alii terminos transferūt. Ps. 73. Tu fecisti omnes terminos terre. Esa. 60. Vastitas & contritio in terminis tuis. Accipitur etiam aliquando pro fine vel definitiōe. Ps. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Esa. 28. Et milium & viciam in finibus suis. ubi ponitur in hebreo singulare p plurali. Ezech. 43. In summitate montis omnes fines eius. & in codē. Et definitio eius vsq; ad labium eius. & in eodem. ca. ponitur in translatione nostra pro corona que fit ad decorem in summitate alicuius vasis & est definitio vel terminus ipsius vasis. vbi dicitur. Et corona in circuitu eius dimidii cubiti. & in eodem. Et super coronam in circuitu. Significat etiā qn̄ terminus vel finis alicuius rei iungitur cum termino vel fine alterius: & maxime quando ambe sunt similes. Exo. 28 Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes. vbi ponitur גבלות Gabluth. pro eo quod in littera nostra est sibi inuicem coherentes.

גבן Giben. Eleuatus. excelsus. Et significat etiam Gibbosum: eo quod gibbus est eleuatio vel tumor in dorso. Leuit. 21. Si fracto pede: si manu: si gibbus: si lippus. & scribitur in plurali cum duplici nun. & dicitur גבננים Gabnunim. Ps. 67. Mons coagulatus: mons pinguis. pro quo hebrei legunt. Mons eleuationū: mons basam. Vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē sic transduxit. Mons excelsus: mons basam. Alii vero interpretantur. Mons gibbosus a predicta dictione גבן Guiben: que significat gibbosum. Potest etiam significare coagulatum Sicut. lxx. transtulerunt: a dictione גבינה Gebina. i. caseus

quis. t coagulatione lactis. Iob. 10. Et sicut caseum me coagulasti.

נְבַע Gebaa. collis. Zach. 14. De colle remon ad austrũ ierusalem. & aliquando scribitur cum he in fine: & dicitur נִבְעָה Gibaa. Hiere. 2. In omni enim colle sublimi. Et in eodem. 16. Et venabuntur eos de omni monte & de omni colle. & in eodem. 50. De monte in collem transierunt. & quãdo post se regit genitiuum scribitur cũ tau in fine loco he. & dicitur גִּבְעַת Gibaath. Ios. 5. Et circuncidit filios israel in colle preputiorum. & in plurali גְּבָעוֹת Gebaoth. siue גִּבְעוֹת Giboth. i. colles: Geñ. 49. Donec veniret desiderium collium eternorum. Nu. 23. De collibus cõsiderabo eũ. Deut. 33. Et de pomis collium eternorum. Ps. 64. Et exultatiõe colles accingentur. est etiam nomen proprium loci: eo q̃d erat situs in colle. Iudi. 19. Sed transibo vsq̧ gabaa. Esa. 10. Gabaa sedes nostra. Inde גְּבִיעַ Gabiaa. i. calix. vel scyphus. Geñ. 44. Scyphum aũt meum argenteum & preciũ quod dedit tritici pone ĩ ore sacci iunioris. & in plurali גְּבִעִים Gebiim. Exo. 25. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos. & inde מִגְבָּעַת Migbaath. i. pileus vel tiara. Exo. 29. Et baltheos ac tiaras in gloriam & decorem. & solum inuenitur in numero plurali.

גִּבְעֹל Gibood. Folliculus lini. Exo. 9. Et linum iam folliculos germinaret. Et solum nuenitur in predicto loco.

גָּבַר Gabar. preualere. cõfortari: vel confirmare. roborare vel roborari. fortem vel violentum esse. Confirmare Geñ. 7. Et aque preualuerunt nimis super terrã. & in eodẽ. 49. Benedictiones pr̃is tui confortate sunt. 1. Reg. 2. Quia non in fortitudine sua roborabitur vir. 2. Reg. 1. Aquilis velociores leonibus fortiores. s. sunt. Iob. 15. Et contra omnipotentem roboratus est. Et in eodem. 21. Subleuati sunt confortatiq̧ diuitiis. & in eodem. 36. Quia violẽti fuerũt. Ps. 11. Linguam nostram magnificauimus. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatem trãstulit. Linguam nostram roboremus. Ps. 64. Verba iniquorum preualuerunt super nos. Ps. 102. Corroborauit misericordiam suã super timentes se. Eccl's. 10. Multo labore exacuetur. Pro quo hebrei legunt. Et exercitus superabitur. Potest etiam legi sic. s. & viribus preualebit. quod est idem sensus cum littera nostra. Dañ. 9. Cõfirmabit autem pactũ multis. Zach. 10. Et confortabo domum Iuda & domũ Ioseph. & in eodem. Cõfortabo eos in domino. & inde גְּבוּרָה Gebura. i. robur. potentia. virtus. Iudi. 8. Iuxta etatem robur est viri. 2. Paralip. 10. In manu tua est fortitudo & potẽtia. Ps. 64. Accinctus potentia. Ps. 79. Excita potentiam tuam & veni. & in lingua chaldaica dicitur גְּבוּרְתָא Geburtha. Dañ. 2. Quia sapientia & fortitudo eius sunt. & in plurali גְּבוּרוֹת Geburoth. i. potentie. vel potentatus. aut virtutes. vel fortitudines. Ps. 19. In potentatibus salus dextere eius. Ps. 70. Introibo in potentias domini. Ps. 88. Si aũt in potentatibus octoginta anni. Ps. 105. Quis loquetur potẽtias domini. Ps. 150. Laudate eum in virtutibus eius. Et inde גִּבּוֹר Gibor. i. potens. robustus. fortis. Geñ. 10. Ipse cepit esse potens in terra. & in eodem. Et erat robustus venator coram domino. Ruth. 2. Homo potens & magnarum opũ Ps. 23. Dominus fortis & potens: dominus potẽs in prelio. Esa. 3. Fortem & virum bellatorem. & in eodem. 49. Numquid tolletur a forti preda. & in pl'ali גִּבּוֹרִים Giborim. i. potentẽs: vel fortes: aut robusti. Canti. 3. En lectulum salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortibus israel. & in eodem Omnis armatura fortium. Esa. 5. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum. & inde גְּבִיר Gebir. i. D̃ns vel dominator aut superior. Geñ. 27. En d̃nm tuũ illum constitui. & in genere feminino גְּבִירָה Gebira siue גְּבֶרֶת Gebereth. Geñ. 16. Despexit dominam suam. & Esa. 47. In sempiternũ ero d̃na. Hiere. 13. Dic regi & dominatrici. & inde גֶּבֶר Geber. siue גְּבַר Gebar. i. vir. siue homo. eo quod habet potestatem vel dominium supra mulierem. Deut. 22. Nõ inducetur mulier veste virili: nec vir vtetur veste feminea. Iob. 3. Viro cuius abscondita est via. & in eodem. 34. Quis est vir vt est Iob. & in eodem. 38. Accinge sicut vir lumbos tuos. Ps. 17. Et cum viro innocente innocens eris. Ps. 88. Quis est homo qui viuet: & non videbit mortem. Prouer. 30. Viam viri in adolescentia. Hiere. 17. Maledictus homo qui cõfidit in homine. & in eodem. Benedictus vir qui confidit in domino. & in eodem. 22. Virum qui in diebus suis non prosperabitur. & in eodem. 31. Femina circundabit virum. Threñ. 3. Ego vir videns paupertatem meam. & in eodem. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Dañ. 8. Ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. & in plurali גְּבָרִים Gebarim. Exo. 10. Ite tantum viri. & in eodem. 12. sexcenta fere millia peditum virorum. & in lĩgua chaldaica dicitur גֻּבְרִין Gubrin siue גֻּבְרַיָּא Gubraia. Dañ. 3. Sũt ergo viri iudei. & in eodem viri isti contempserunt te. Ponitur etiã גֶּבֶר Geber. pro singulis. Ioel. 2. Singuli in calle suo ambulabunt. Item גֶּבֶר Gaber. i. gallus gallinaceus. Esa. 22. Sicut asportatur gallus gallinaceus.

גָּבִישׁ Gabis. eminens: siue grande. Iob. 28. Excelsa & eminentia non cõmemorabũtur. vbi pro excelsa & eminentia in hebreo habetur רָאמוֹת Ramoth & גָּבִישׁ Gabis. Et dicunt hebrei quod sunt lapides preciosi: sic dicti propter suam excellentiam. Nam dictio ramoth excelsa siue alta interpretatur. Prouer. 24. Excelsa stulto sapiẽtia. Vbi pro excelsa põitur ibi ramoth scriptũ eisdem litteris sicut in supradicto loco. Põitur etiam pro serico. Ezech. 27. Vbi dicitur. Et sericum & chodchod proposuerunt in mercato tuo. Sed dictio גָּבִישׁ Gabis solum inuẽitur in supradicto loco: & ab eo componitur אֶלְגָּבִישׁ Elgabis. pro quo beatus Hieronymus transtulit Pergrandes. siue grandes. Ezech. 13. Et dabo lapides pergrandes. Et in eodem. 38. Et imbre vehemẽti & lapidibus immensis. vbi pro immensis põitur elgabis. Et dicunt hebrei q̧ significat granditem q̃n. s. lapides grãdinis sunt magni & in magna quantitate. Nã dictio אֵל El cum qua compõitur fortem siue fortissimum significat vt supra in dictione אֵל El dictum est.

גָּד Gad. felicitas. fortuna. coriandrum. Geñ. 30. Dixit feliciter. & idcirco vocauit nomẽ eius gad. pro q' in hebreo habetur. In felicitate: siue venit felicitas: & vocauit nomen eius gad. Et. lxx. transtulerunt: in fortuna. Potest etiam deriuari a sequenti dictione גָּדַד Gadad que significat expeditionem siue accinctum vel procinctum. vnde beat⁹ Hieronymus in libro de hebraicis questionibus super hoc loco sic ait. vbi nos posuimus in fortuna: & grece dr̃ ἐυτύχηκα quod potest euent⁹ dici. in hebreo habetur בָּגָד Bagad. Q̃d aquila interpretatur venit accinctio. Nos autem dicere possumus in procinctu. Ba. enim potest prepositionem sonare in: & venit. Gad euentus: ergo siue procinctus quod gad dicitur Zelphe filius gad vocatus est. hec Hieronymus. ponitur etiam גַּד Gad. p̄ fortuna. Esa. 65. Qui ponitis fortune mensam: & libatis super eam. Et dicunt aliqui hebrei. quod in predicto loco accipitur גָּד Gad pro stella iouis: eo quod iupiter in lingua arabica sic vocetur. Alii vero dicunt quod significat certam cõstellationem stellarum. De quo vide infra in sequenti dictione גָּדַד Gadad. Item גַּד Gad. significat coriandrũ. Nu. 11. Erat aũt man quasi semen coriãdri.

גָּדַד Gadad. accingere se ad prelium. Expedire se: copulare

vel colligere exercitum. Incidere vel concidere. aut dilacerare. Geñ. 49. Gad accinctus preliabitur ante eum. & ipse accingetur retrorsum. Hiere. 5. Et in domum meretricis luxuriabantur. pro quo hebrei legunt. Et in domo meretricis colligebantur siue copulabantur. s. tanquam exercitus. Michee. 5. Nunc vastaberis filia latronis. Pro quo hebrei legunt. Nunc accingeris. s. ad prelium filia latronis vel filia accincti. Potest etiam interpretari Nunc concideris siue incideris. & aliquando scribitur cũ simplici daleth. Abac. 2. Vt ascẽdam ad populum accinctum nostrum. Ps. 93. Captabunt in animam iusti. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veri. transtulit copulabuntur aduersus animam iusti. Et aliqui hebrei dicunt q̧ ab hac dictione deriuatur גַּד Gad. quod supra dixim⁹ significare certam copulationẽ vel constellationem stellarum. Inde גְּדוּד Gedud. i. accinctus vel expeditus. s. ad prelium: vel latro siue latrũculus: aut turma vel exercitus. 2. Reg. 22. In te eñ curram accinctus. Ps. 17. Q̃m in te eripiar a tentatiõe. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. In te enim curram accinctus. Nãm eadẽ verba ponuntur in hebreo in hoc loco sicut supra. 2. Reg. Hiere. 18. Adduces enim super eos latronẽ repente. Osee. 7. Spolians latrũculus foris. Significat etiam turmam vel exercitum. 1. Paralip. 12. Suscepit ergo eos dauid & constituit principes turme. Iob. 29. Cũq̧ sederem quasi rex circũdãte exercitu. & in plurali גְּדוּדִים Gedudim siue גְּדוּדֵי Gedude. i. latrones vel latrunculi. aut turme vel exercitus. 2. Reg. 4. Duo viri principes latronum erant filio saul. 4. Reg. 4. Immisitq̧ ei dominus latrunculos chaldeorum & latrunculos syrie & latrunculos moab & latrunculos filiorum amon. & in eodem. 6. Et vltra non venerunt latrones syrie in terram israel. Iob. 19. Simul venerunt latrones ei⁹ Item גָּדַד Gadad. significat scindere vel incidere. aut concidere siue dilacerare. Deut. 14. Non vos incidetis nec facietis caluitium. 3. Reg. 18. Incidebant se cultris & lanceolis. Hiere. 16. Non se incident. & in eodem. 41. Rasi barba & scissis vestibus & squallentes. pro quo hebrei legunt. Rasi barba & scissis vestibus & incisi. s. vngulis quod fiebat in signum luctus & tristitie. & in eodem. 47. Vsquequo concideris. & in eodem. 48. Et in cunctis manibus colligatio. Pro quo hebrei legunt. In cunctis manibus incisiones. Potest etiam significare colligationes. sicut dictum est supra. ponitur etiam pro geniminibus vel pro frugibus. Ps. 64. Riuos eius inebria multiplica genimina eius. pro quo beatus Hieronymus transtulit. Sulcos eius inebria multiplica fruges eius. Tamen hebrei dicunt quod significat riuulos qui fiunt quando agricola scindit terrã cum aratro: & ex vtraq̧ parte sulci fiunt.

גְּדָבְרַיָּא Gedabraia. in lingua chaldaica significat tyrannos siue magnates. Dañ. 3. Duces & tyrannos.

גָּדָה Gad ripa. littus. & solum inuẽitur גְּדוֹת Gedoth in numero plurali. Ios. 3. Iordanis autem ripas aluei sui tẽpore messis impleuerat. Esa. 8. Et fluet super vniuersas ripas eius.

גְּדִי Gedi. hedus. Geñ. 38. Et misit hedum de capris. Exo. 24. Non coques hedum in lacte matris sue. Esa. 11. Pardus cum hedo accubabunt. & in plurali גְּדָיִים Gedaiim. siue גְּדָיֵי Gedaie. Geñ. 27. Affer mihi duos hedos. Cãti. 1. Et pasce hedos tuos.

גָּדַל Gadal. siue גָּדֵל Gidel. Magnificare siue magnificari. grandem vel magnũ fieri, crescere. exaltare. enutrire. Geñ. 41. Vno tantum regni solio precedam te. pro quo in hebreo habetur. Tantũmodo solium magnificabo siue exaltabo supra te. Nu. 14. Magnificetur ergo fortitudo domini. Ios. 4. In die illo magnificauit d̃ns Iosue. 1. Reg. 26. Sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis: sic magnificetur aĩa mea in oculis domini. 2. Reg. 7. Idcirco magnificatus es domine deus. & in eodem. Et magnificetur nomen tuum in sempiternum. 3. Reg. 10. Magnificatus est rex salomon super omnes reges terre. Iob. 7. Quid est homo quia magnificas eum. Ps. 17. Magnificans salutes regis eius. Ps. 33. Magnificate dominum mecũ. Ps. 40. Magnificauit super me supplantationem. Ps. 103. Domine deus meus magnificatũs es vehementer. Ps. 137. Quoniã magnificasti super omne nomen sanctum tuum. Eccl's. 2. Magnificaui opera mea. Esa. 42. Et magnificaret legem & extolleret. Ezech. 16. Et grandis effecta es. & in eodẽ. 38 Et magnificabor & sanctificabor. Dañ. 11. Et eleuabitur & magnificabitur aduersus omnẽ deum. & in eodem. Quia aduersus vniuersa consurget. pro quo hebrei legũt. Quia aduersus vniuersa magnificabitur. Abdie. 1. Et non magnificabis os tuum in die angustie. Ponitur etiam pro exaltare. Ios. 3. Hodie incipiam exaltare te. Hester. 3. Post hec rex asuerus exaltauit amã. Esa. 10. Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur. Item significat crescere. Geñ. 21. Creuit puer & ablactatus est. & in eodem. 25. Quibus adultis. pro quo in hebreo habetur. Creuerũt pueri. & in eodẽ. 26. Ibat proficiens atq̧ succrescens donec magnus vehementer effectus est. 1. Reg. 2. Puer aũt samuel p̄ficiebat atq̧ crescebat. 2. Reg. 5. Et ingrediebatur proficiẽs atq̧ succrescẽs Esdre. 9. Delicta nostra creuerũt vsq̧ ad celũ. Iob. 31. Quia ab infantia creuit mecum miseratio. Ione. 4. Neq̧ fecisti vt cresceret. Item significat nutrire siue enutrire. Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui. & in eodem. 23. Non enutriui iuuenes. & in eodem. 49. Plantauit pinum: quã pluuia nutriuit. Et in eodem. 40. Et istos quis enutriuit. Ezech. 31. Aque nutrierunt eũ. & in eodẽ. 44. Neq̧ comã nutrient. Dañ. 1. Vt enutriti tribus annis postea starent in conspectu regis. & inde גֹּדֶל Godel. i. magnitudo. siue magnificẽtia. Exo. 15. In magnitudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis. Esa. 9. In superbia & magnitudine cordis. Ezech. 31. Eratq̧ pulcherrimus in magnitudine sua. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur גְּדוּלָּה Gedula. Ps. 144. Et magnitudinis ei⁹ non est finis. & in eodem. Et magnitudinẽ tuam narrabũt. & inde גָּדוֹל Gadol. i. magnus. siue magnificus: qualitate siue quantitate. Exo. 11. Fuitq̧ moyses vir magnus valde. 1. Reg. 25. Et homo ille magnus nimis. 4. Reg. 20. Fleuitq̧ ezechias fletu magno. Ps. 75. In israel magnũ nomen ei⁹. Esa. 12. Quia magnus in medio tui sanctus israel. Hiere. 10. Magnus tu & magnum nomen tuum. Thren. 2. Magna est velut mare contritio tua. Malach. 4. Anteq̧ veniat dies d̃ni magn⁹. Et in. g. f. גְּדוֹלָה Gedola. 4. Reg. 4. Erat ibi mulier magna. Et in plurali גְּדוֹלִים Gedolim. i. Magni. 2. Re. 7. Iuxta nomen magnorum qui sũt super terram. Ps. 135. Qui fecit luminaria magna. & in eodem. Qui percussit reges magnos. & in. g. f. גְּדוֹלוֹת Gedolod. i. magne: siue magna in. g. n. Hebrei enim non habent genus. n. Sed pro eo aliquando vtuntur masculino vt supra: & aliquando fe. vt Iob. 5. Fecit magna & inscrutabilia. Ps. 130. Neq̧ ambulaui in magnis: neq̧ in mirabilib⁹ super me. Ps. 135. Qui fecit mirabilia magna solus. & inde מִגְדָּל Migdal. siue מִגְדֹּל Migdol. i. turris. Geñ. 11. Faciam⁹ nobis ciuitatem & turrẽ. & in eodem. Fixit tabernaculum trans turrim gregis. Prouer. 17. Turris fortissima nomen domini. Canti. 4. Sicut

turris dauid collũ tuũ. Esa. 5. Et edificauit turrim in medio eius. Hiere. 31. Et edificabitur ciuitas domini a turre ananehel. Ezech. 29. A turre syene vsq; ad terminos ethiopie: & in plurali מִגְדָּלִים Migdalim. secũdum terminationem masculinorum. siue מִגְדָּלוֹת Migdaloth. secundum terminationem femininorum. 2. Paralip. 26. Et edificauit ozias turres in ierusalem. Canti. 8. Et vbera mea sicut turris. pro quo in hebreo habetur. Et vbera mea sicut turres. Esa. 30. Cum ceciderit turres. Ezech. 27. Et pigmei qui erãt in turribus tuis. Inde גְּדִלִים Gedilim. i. fimbrie vestium aut funiculi in fimbriis vestiũ. Deut. 22. Funiculos in fimbriis facies per quattuor angulos pallii tui.

גָּדַע Gadaa. succindere. proscindere. abscindere. confringere. Deut. 7. Lucos succidite: & sculptilia comburite. 1. Reg. 2. Et precidam brachium tuum. Esa. 9. Sycomoros succiderunt. Et in eodem. 10. Et excelsi statura succidentur. Hiere. 48. Abscissum est cornu moab. Significat etiã confringere. Ps. 74. Et omnia cornua peccatorum cõfringam. Esa. 14. Corruisti in terra. pro quo hebrei legunt. Cõfractus es in terra. & in eodem. 22. Et frangetur & cadet. Threñ. 2. Confregit in die furoris sui omne cornu israel.

גָּדַף Gideph. blasphemare. opprobrare. vilipendere. cõtemnere. 4. Reg. 19. Quibus blasphemauerũt pueri regis assyriorum me. & in eodem. Cui exprobrasti & quem blasphemasti. Nu. 15. Quoniam aduersus dominum rebellis fuit. Pro quo hebrei legunt. Quoniam dominum ipse contempsit vel blasphemauit. Et inde גִּדּוּף Giduph. i. blasphemia vel opprobrium. Et in plurali גִּדּוּפִים Giduphim. siue גִּדּוּפָה Giduphe. Esa. 43. Dedi ad internicionẽ iacob & israel in blasphemias. & in eodem. 51. Et blasphemias eorum ne metuatis. Sopho. 2. Audiui opprobrium moab & blasphemias filiorum amon.

גָּדַר Gadar. sepire. circunsepire. sepem edificare. circũedificare. concludere. Iob. 19. Semitam meam circunsepsit. Osee. 2. Et sepiam eam maceria. Esa. 58. Et vocaberis edificator sepium. Threñ. 3. Circũedificauit aduersum me: & in eodem. Conclusit vias meas lapidibus quadris. & inde גֶּדֶר Geder. siue גָּדֵר Gader. i. sepes. maceria. murus. peribolus. Nu. 22. Stetit angelus domini in angustiis duarum maceriarum quibus vinee cingebantur. pro quo hebrei legunt. Stetit angelus domini in semita vinearum Sepes hinc & sepes inde. & beatus Hieronymus transtulit sensum. Eccle. 10. Qui dissipat sepem: mordebit eum coluber. Prouer. 14. Et maceria lapidum destructa erat. Esa. 5. Auferam sepem eius. Ezech. 13. Neq; opposuistis vos murum pro domo israel. & in eodem. 42. Et peribolus exterior. & in eodem. In latitudine periboli atrii. Ponitur etiã in eodẽ capitulo גְּדֶרֶת Gedereth. p vestibulo. vbi dicitur. Que via erat ante vestibulum separatum per viam orientalem ingredientibus. & etiam in hoc loco hebrei legunt. Murum siue peribolum. Inuenitur etiam גְּדֵרָה Gedera. cũ he in fine. i. sepes. 1. Paralip. 4. Habitantes in plantationibus & in sepibus apud regem. & ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali. Et in plurali גְּדֵרוֹת Gederoth. secundũ terminationem femininorum. siue גְּדֵרִים Gederim. secundum terminationem masculinorũ. Ps. 79. Vt quid destruxisti macerias eius. Ps. 88. Destruxisti oẽs sepes ei⁹. Mich. 7. Dies vt edificentur macerie tue. Nañ. 3. que consident in sepibus in die frigoris. & inde גִּדְרוֹת Gidroth. i. caule ouiũ eo φ sunt circunsepte. Nu. 32. Caulas ouiũ fabricabimus.

גָּדִישׁ Gadis. aceruus. aut fruges coaceruate: siue cõgeries. Exo. 22. Si egressus ignis inuenerit spicas & cõprehenderit aceruos frugum. Iudi. 15. Et comportate iam fruges & adhuc stantes in stipula concremate sunt. Iob. 21. Et super congerie mortuorum vigilabit. & in hebreo non habetur illud mortuorum. debet tamen subintelligi.

גֵּה Ge. hic. Ezech. 47. Hic est terminus in quo possidebitis terram. & solum inuenitur in hoc loco. Nam in aliis locis scribitur זֶה Ze cum littera Zain.

גָּהָה Gaha. soluere. cessare. Osee. 5. Nec soluere poterit a vobis vinculum. hebrei vero dicunt quod significat medicari vel sanare. vnde in predicto loco ipsi legũt. Et nõ sanabit a vobis infirmitatem vel dolorem. In translatione chaldaica habetur. Nec cessare faciet a vobis flagellũ. Et solum inuenitur in predicto loco. & Prouer. 17. vbi dicitur. Animus gaudens etatem floridam facit. pro quo hebrei legũt. Cor gaudẽs bñfacit sanitatẽ. i. sanitatẽ bonã facit. vbi pro sanitate ponitur גֵּהָה Geha. a predicta dictiõe deriuatũ.

גָּהַר Gahar. prosterni pronus in terra. Incumbere. 3. Reg. 18. Et pronus in terra posuit faciem suam inter genua sua. 4. Reg. 4. Et incubuit super eum. & solum inuenitur in locis predictis.

גֵּו Geu. corpus. tergum siue dorsum. Esa. 50. Corpus meũ dedi percutientibus. & in eodem. 51. Et posuisti vt terra corpus tuum. Ponitur etiam pro tergo vel dorso. 3. Reg. 14. Me autem proiecisti post tergum tuum. Nee. 9. Et proiecerunt legem tuam post terga sua. Prouer. 10. Et virga in dorso eius qui indiget corde. Esa. 38. Quia proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Ezech. 23. Et proiecisti me post tergum tuum. & scribitur aliquando cum aleph in medio. vt Iob. 41. Corpus illius quasi scuta fusilia. & aliquando scribitur cum Iod & he in fine. & dicitur גְּוִיָּה Geuia. siue גְּוִיַּת Geuiath. i. corpus. & in plurali גְּוִיּוֹת Geuioth. De quo vide infra in dictiõe גֵּוָה Geua. Item גֵּו Geu. significat intus seu medium. pro quo beatus Hieronymus transtulit cõuallem: eo quod est in medio duorum montium. Iob. 30. Qui de conuallibus ista rapientes. pro quo hebrei legunt. De intus vel de medio expellebantur vel eiiciebantur. In lingua vero chaldaica גּוֹ Go. significat intus vel medium. Dañ. 3. Eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. pro quo hebrei legunt. Eadem hora mittetur in medium fornacis ignis ardentis. & in eodem. Ceciderunt in medio camini ignis ardentis. & aliquando scribitur cum aleph in fine. vt in eodem. Nõne tres viros misimus in medio ignis. Item גֵּוָה Geua. cum he in fine. ponitur pro vagina. Iob. 30. Eductus & egrediens de vagina sua. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt eductus & egrediens de interiori siue de intus aut de medio scilicet vagine.

גּוֹב Gob siue גּוֹבַי Gobai. locusta. Amos. 7. Et ecce fictor locuste. Nañ. 3. Et paruuli tui quasi locuste locustarum. & in lingua chaldaica locusta dicitur גּוֹבָא Goba cum aleph in fine. Itẽ גּוֹב Gob. fouea. siue fossa. & in plurali גֵּבִים Gebim. 4. Reg. 3. Facite alueum torrentis huius fossas: Esa. 33. Velut cum fosse plene fuerint de eo. Hiere. 14. Venerunt ad hauriendum non inuenerũt aquam. pro quo hebrei legũt. Venerunt ad foueas siue ad cisternas: non inuenerunt aquã Nam in lingua chaldaica cisterna vel lacus dicitur גּוּבָּא Guba. vt Dañ. 6. mittetur in lacum leonũ. vide etiam de hoc supra in dictione גֵּב Gab. Ponitur etiam גֵּבִים Gebim. pro laquearibus que fiunt in tectis domorum: in quibus fiunt fosse parue. 3. Reg. 6. Texit quoq; domũ laquearib⁹ cedrinis.

גּוּד God. accingere se ad prelium. expedire se. scindere. aut dilacerare. De quo vide supra in dictione גָּדַד Gadad.

גֵּוָה Geua. Altitudo. Exaltatio. elatio. superbia. Iob. 22. Qui enim humiliatus fuerit: erit in gloria. Vbi ponitur exaltatio vel altitudo pro gloria. Et in eodem. 33. Et liberet eum de superbia. Hiere. 13. In abscondito plorabit anima mea a facie superbie. Ponitur etiam pro vagina. De quo vide supra in dictione גֵּו Geu. & inde גְּוִיָּה Geuiia. idest corpus. siue statura. aut cadauer. Naum. 3. Neq; est finis cadauerum. Et quando post se regit genitiuum vel quando componitur cum pronominibus. Tunc mutat he vltimũ in thau. Geñ. 47. Quod absq; corporibus & terra nihil habeamus. Pro quo in hebreo habetur. Quod absq; corpore nostro & terra nostra. Iudi. 14. Et ecce examen apum in ore leonis erat. Pro quo in hebreo habetur. Et ecce examen apum in corpore leonis erat. Et iñ eodem. Noluit indicare quod mel de corpore leonis assumpserat. 1. Reg. 31. Et tulerunt cadauer saul & cadauer filiorum eius de muro beth san. Dañ. 10. Et corpus eius quasi chrysolithus. vide etiã de hoc supra in dictiõe גֵּו Geu. & in plurali גְּוִיּוֹת Geuioth. Ps. 109. Iudicabit in nationibus: implebit ruinas. Pro quo hebrei legunt. Iudicabit in nationibus implebit corpora siue cadauera: aut implebit corporibus vel cadaueribus. Potest etiam deriuari a dictione גַּיְא Ge: que significat vallem. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatem transtulit. Iudicabit in gentibus implebit valles Item גֵּוָה Geua. idest vagina. de quo vide supra in dictione גֵּו Geu.

גּוֹז Goz. volare. tondere. extrahere. transire. Nu. 11. Ventus autem egrediens a domino arreptas trans mare coturnices detulit. Pro quo hebrei legunt. Et ventus egressus est a domino: & fecit volare coturnices de mari. Iob. 1. Et tonso capite corruit in terra. Et de hoc vide infra in dictione גָּזַז Gazaz. Ps. 70 De ventre matris mee tu es protector meus. Pro quo hebrei legunt. De ventre matris mee tu es extractor siue eductor meus. Ps. 89. Quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Quoniam transiuimus cito & auolauimus. Et in aliquibus locis supradictis scribitur sine vau in medio dictiõis. De quo vide infra in dictione. גָּזַז Gazaz.

גּוּחַ Goach. educere. extrahere. erumpere. ingemiscere. Ps. 21. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. Iob. 38 Quando erumpebat quasi de vulua procedens. Et in eodem. 40. Quod influat iordanis in os eius. Vbi ponitur יָגִיחַ Iagiach. Quod est verbum tertie coniugationis. Pro quo hebrei legunt: quod faciat extrahi iordanem in os ei⁹. Ezech. 32. Et ventilabas cornu in fluminibus tuis. Pro quo hebrei legunt. Extrahebas siue erumpebas in fluminibus tuis. Potest etiam deriuari a dictione נָגַח Nagach. que significat cornu percutere siue cornu ventilare. De quo infra in suo loco dicetur. Ponitur etiam pro ingemiscere. Michee. 4. Dole & satage filia sion. Pro quo hebrei legunt. Dole & ingemisce filia siõ: ab eo fortasse quod etiam educit lachrymas. Et dicunt aliqui quod ab eo accepit nomen fluuius paradisi qui dicitur גִּיחוֹן Gion. eo φ educitur ad irrigandum hortum & terram qua fluit. Et secundum hebreos ipse est nilus qui etiam educitur ad irrigandam terram egypti qua fluit.

גּוֹי Goi. Gens. natio. Geñ. 15. Veruntamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo. Et in eodem. 12. Faciamq; te in gentem magnam. Et in eodem. 20. Num gentem ignorantem & iustam interficies. Exo. 19. Eritis mihi regnum sacerdotale & gens sancta. Deut. 4. Que est alia gens sic inclyta. Et in eodem. Nec est alia natio tã grãdis. Ps. 104. Et transierunt de gente in gentem. Ps. 105. Ad letandum in letitia gentis tue. Ioelis. 1. Gens enim ascendit in terra mea. Soph. 2. Et residui gentis mee possidebunt illos: Et in plurali גּוֹיִם Goim. idest gentes vel nationes. Geñ. 17. Erisq; pater multarum gentium. Et in eodem. 25. Due gentes sunt in vtero tuo. Deut. 15. Et dominaberis nationibus plurimis. Esa. 5. Et eleuabit signum in nationibus procul. Osee. 8. Nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. Et in eodem. Sed & cum mercede conduxerunt nationes nunc congregabo eos. Iohel. 1. Vt dominentur eis nationes.

גּוֹל Gol. Exultare. letari. De quo vide infra in dictione גִּיל Gil. quia commũiter scribitur cum iod in medio dictionis.

גָּוַע Gauaa. consumi. aut etate consumi. deficere. obire. mori. interire. Geñ. 6. Et vniuersa que sub terra sunt consumentur. Et in eodem. 7. Consumptaq; est omnis caro. Et in eodem. 25. Et deficiens mortuus est in senectute bona. Et in eodem. Deficiensq; mortuus est. Et in eo. 35. Consumptusq; etate mortuus est. Et in eodem. 49. Collegit pedes suos super lectum & obiit. Nume. 27. Ecce consumpti sumus omnes. Et in eodem. Num vsq; ad internicionem cuncti delendi sumus. pro quo hebrei legunt. num vsq; ad internicionem consumendi sumus. Et in eodem. 20. Vtinam periissemus iter fratres nostros. Ios. 22. Atq; vtinam solus periisset in scelere suo. Iob. 34. deficiet oĩs caro simul. Et inde גֹּוֵעַ Gouea. idest deficiens vel laborans in extremis. Ps. 87. Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et erumnosus sum a iuuentute mea.

גּוּף Guph. Corpus: siue cadauer. Et additur ei littera tau in fine. & dicitur גּוּפַת guphath. 1. Paralipo. 10. Et tulerunt cadauera saul & filiorum eius. Et aliquando scribitur sine littera vau in medio. Pro quo beatus hieronymus transtulit vestem. Exo. 21. Cum quali veste intrauerit: cum tali exeat. Et aliqui hebrei dicunt φ etiam in hoc loco significat corpus. Et legunt sic. Si cum corpore suo intrauerit: cum corpore suo exeat. idest si solus absq; vxore & liberis intrauerit: solus exeat. Iuxta illud Geñ. 47. Absq; corporibus & terra nihil habeamus. In translatiõe autem chaldaica sic habetur. Si solus intrauerit: solus exeat. Vnde sequitur si habens vxorem: & vxor egredietur simul. scilicet cum eo.

גּוּר Gur. Peregrinari. habitare. aduenam esse. Incolere siue incolam esse. timere. expauescere. vereri. congregare. colligere. Geñ. 12. Descenditq; Abram in egyptum vt peregrinaretur ibi. Et in eodem. 19. Ingressus est inquiunt vt aduena. Pro quo hebrei legunt. Ingressus est ad peregrinandum. Et in eodem. 26. Et peregrinare in ea Geñ. 47. Ad peregrinandum in terram tuam venimus. Exo. 12. Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam. Pro quo in hebreo habetur. Et si peregrinatus fuerit apud vos peregrinus. Iudic. 17. Peregrinari voluit vbicunq; sibi cõmodum reperisset. Ruth. 1. vt peregrinaretur in regione moabitide. 4. Reg. 8. Et peregrinare vbicunq; repereris. Iob. 28. Diuisit torrentem a populo peregrinante. Ps. 5. Nec habitabit iuxta te malignus Ps. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Esa. 15. Habitabunt in te profugi mei. Et in eodem. 33. Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante: quis poterit

habitare de nobis cum ardoribus sempiternis. Et in eodē. 54. Ecce accola veniet qui non erat mecum. Pro quo hebrei legunt: ecce habitans habitabit siue ecce peregrinans peregrinabitur vel accola erit absq; me. idest qui erat absq; me: & beatus Hieronymus transtulit sensum: potest etiam legi sic: ecce congregans congregabitur absq; me. idest absq; imperio meo. Hiere. 40. Non incolet eam filius hominis. Et aliquando scribitur sine vau in medio dictionis. Gen. 21. Et terre in qua versatus es aduena. Et in eodem. 32. Apud laban peregrinatus sum. Exo. 12. Eadem lex erit indigene & colono qui peregrinatur apud vos. Leuit. 17. Et de aduenis qui peregrinantur apud vos. Ps. 104. accola fuit in terra cham. Ps. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Pro quo hebrei legunt. Heu mihi quia peregrinatus sum in mosoch. Et secundum hebreos mosoch est nomen cuiusdam prouincie. Vt habetur. Ezech. 38. vbi dicitur. Pone faciem tuam contra gog & terrā magog principem capitis mosoch & tubal. Tamen potest significare protrahere vel prolongare sicut est in littera nostra: vt infra in suo loco dicetur. Esa. 11. Et habitabit lupus cum agno. Et in eodem. 54. Aduena quondam tuus adiūgetur tibi. Pro quo hebrei legunt qui peregrinabatur siue qui habitabat tecum adiungetur tibi. Potest etiam legi sic: qui congregatur aduersum te: irruet vel cadet in te. Et aliquando duplicatur littera res. 3. Reg. 17. Etiam ne viduam apud quam ego vt cumq; sustētor afflixisti. Pro quo hebrei legunt. Etiam ne viduam apud quam ego peregrinor vel habito afflixisti. Potest etiam deriuari a dictione גרה Gara. que significat ruminare: vt infra dicetur. & sic erit idem sensus cum littera nostra. Scribitur etiam sine vau & cum duplici res. Pro quo beatus hieronymus transtulit ruere. Hiere. 30. Procella ruens in capite impiorum quiescet. & de hoc vide infra in dictione גרר Garar. inde גר ger idest peregrinus. Aduena. incola. inquilinus. proselytus. Gen. 15. Scito prenoscens q; peregrinum futurum sit semen tuum. Et in eodem. 23. Aduena sum & peregrinus apud vos. Exo. 2. Aduena fui in terra aliena. Et in eodem. 22. Aduenam non contristabis. Et in eodem. 23. Peregrino molestus non eris. Iob. 31. Peregrinus foris non mansit. Ps. 38. Quoniam aduena ego sum apud te. Ps. 118. Incola ego sum in terra. Significat etiam proselytum. 1. Paralipo. 22. Et precepit vt cōgregarentur omnes proselyti. Ezech. 14. Quia hō hō de domo israel & de proselytis. Et in plurali גרים Gerim. Leuit. 19. Fuistis enim & vos aduene in terra egypti. Et in eodem. 25. Et vos aduene & coloni mei estis. Iob. 19. Inquilini domus mee & ancille mee sicut alienum habuerunt me. Ps. 145. Dominus custodit aduenas. & Esa. 5. Et deserta in vbertatem versa aduene comedent. Et in genere feminino גרת Garath. Pro quo beatus Hieronymus hospitam transtulit. Exo. 3. Sed postulabit mulier a vicina sua & ab hospita sua. Et inde מגור Megur: siue מגורי Megure. idest peregrinatio vel peregrinationes. siue habitatio: aut habitacula. Gen. 47. Dies peregrinationis vite mee centum triginta annorum sunt parui & mali & non peruenerunt vsq; ad dies patrum meorum: quibus peregrinati sunt. Ps. 54. Quoniam nequitie in habitaculis eorum. Item גור Gur. idest timere. pauere. vereri. Deut. 1. Nec accipietis cuiusquam personam. Pro quo in hebreo habetur. Nec timeatis quenquam. Et in eodem. 32. Sed propter iram inimicorum distuli. Pro quo hebrei legunt. Nisi iram inimicorum timerem. Alii vero dicunt q; dictio אגור Agur que ponitur in predicto loco deriuatur a dictione supraposita אגר Agar. que significat colligere. Et legūt sic. Nisi ira inimicorum collecta vel aucta: scilicet fuisset. Iob. 3. Et quod verebar accidit mihi. Et in eodem. 19. Fugite ergo a facie gladii. Pro quo hebrei legūt. Timete vobis a facie gladii. Osee. 10. Vaccas bethauen coluerunt habitatores samarie. Pro quo hebrei legunt. Vaccas bethauen timuerunt habitatores samarie: potest etiam legi sic. Vaccas bethauen incoluerunt habitatores samarie. Et aliquando scribitur sine vau in medio. Deu. 28. Et conuertet in te omnes afflictiones egypti quas timuisti. Iob. 9. Verebar omnia opera mea. & inde מגור Magor. idest timor. pauor. terror. Hiere. 6. Quoniam gladius inimici pauor in circuitu. Et in eodem. 20. Non phassur vocauit dominus nomen tuum: sed pauorem vndiq;. Et in eodem. Ecce ego dabo te in pauorem. Et in eodem. 46. Terror vndiq; ait dominus. Et aliquando scribitur cum littera he in fine vel tau. & dicitur מגורה Megora. siue מגורת Megorath. idest timor siue illud quod timetur. Prouer. 10. Quod timet impius veniet super eum. Esa. 66. Et que timebant adducam eis. Et inde מגורי Megure. i. timores vel terrores. aut terrentes. threni. 2. Qui terrerent me de circuitu. Ezech. 21. Gladio traditi sunt cum populo meo. Pro quo hebrei legunt. Terrores siue timores gladii fuerunt cum populo meo. Potest etiam deriuari a dictione מגר Mager. quod in lingua chaldaica significat tradere sicut est in littera nostra. Item גור Gur. i. cōgregare. Ps. 55. Inhabitabunt & abscondent. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Congregabuntur absconditē. Ps. 58. Irruerūt in me fortes. Pro quo beatus hieronymus in eodem psalterio trāstulit. Congregantur aduersus me fortissimi. Ps. 139. Tota die constituebant prelia. Pro quo hebrei legunt. Tota die congregabant prelia: siue congregati sunt in preliis. vnde beatus Hieronymus in eodem psalterio transtulit. Tota die versati sunt in preliis. Abach. 1. Traxit illud in sagena sua. Pro quo hebrei legunt. congregauit vel collegit illud in sagena sua. Et aliquādo scribitur cum duplici res. Osee. 7. Super triticum & vinum ruminabant. Pro quo hebrei legunt. Super triticum & vinum congregabantur vel colligebantur. potest etiam deriuari a dictione גרה Gara: que significat ruminare: sicut est in littera nostra. Inde מגורה Megura. idest Horreum vbi fruges congregantur vel recolliguntur. Aggei. 2. Nunquid iam semen in germine est. Pro quo hebrei legunt. Nunquid iam semen in horreo est. Et in plurali ממגורות Mameguroth: cum duplici mem in principio. Ioel. 1. Demolita sunt horrea. Item גור Gur. idest catulus. Gen. 49. Catulus leonis iuda. Deut. 33. Dan catulus leonis. Et in plurali גורים Gurim: siue גורי Gure. threni. 4. Lactauerunt catulos suos. Naum. 2. Leo cepit sufficienter catulis suis.

גוש Gus. glēba vel luti portiuncula. Pro quo beatus hieronymus sordes transtulit. Iob. 7. Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris. Et solum inuenitur in predicto loco.

גז Gaz. transire. volare. tondere. De quo vide supra in dictione. גוז Goz. & etiam in dictione sequenti.

גזז Gazaz. Tondere. Gen. 31. Eo tempore ierat laban ad tondendas oues suas. 1. Reg. 25. Et accidit vt tonderetur grex eius. Et in eodem. Audiui q; tonderent pastores tui greges tuos. 2. Reg. 13. Factum est autem post tempus bienii vt tonderentur oues absalon. Et in eodem. Ecce tondentur oues serui tui. Et aliquando scribitur cum simplici zain. Gen. 38. Nunciatumq; est thamar q; socer illius ascenderet in thamna ad tondendas oues. Iob. 1. Et tonso capite. Pro quo in hebreo habetur. Et totondit caput suum. Hiere. 7. Tonde capillum tuum & proiice. & Mich. 1. Decaluare & tondere super filios delitiarum tuarum. Naum. 1. Si perfecti fuerint & ita plures: sic quoq; attondentur. Et inde גז Gozez. idest tondens: vel tonsor. Gen. 38. Ascendebat ad tonsores ouium suarum. 1. Reg. 25. Carnes pecorum que occidi tonsoribus meis. Esa. 53. Et quasi agnus coram tondente se. & inde גזה Gize. i. tonsiōes. Amos 7. Et ecce serotinus post tonsionem regis. Et dicuntur ibi tonsiones blada que incipiunt tuelari que tondebantur pro animalibus regis nutriendis. Sicut exponit Nicolaus de lyra super hoc loco. Et inde גזה Guiza. siue גז Guez. idest vellus. Iudi. 6. Si ros in solo vellere fuerit. Et in eodem. Expresso vellere concham rore impleuit. Et in eodem. Oro vt solum vellus siccum sit. Ps. 71. Ascendet sicut pluuia in vellus. Et quando regit post se genitiuū scribitur cum tau in fine. & dicitur. גזת Guizath. Iudi. 6. Ponam hoc vellus lane in area. & inde גזית Gazith. idest rasum: aut leuigatum. vel politum. 1. Paralipo. 22. Ad cedendos lapides & poliendos. Thren. 3. Conclusit vias meas lapidibus quadratis. vbi pro lapidibus quadratis in hebreo est גזית Gazith: eo q; lapides quadrati ceduntur & poliuntur.

גזבר Gizbar. thesaurarius: vel custos arce publice. 1. Esdre. 7. Omnibus custodibus arce publice. Et supra in eodem non ponitur in nostra translatione pro nomine proprio. Vbi dicitur p manum mithridatis filii gazabar. Sed etiam in hoc loco hebrei dicunt quod est nomen appellatiuum: et quod significat thesaurarium vel custodem arce publice. Et in hebreo non habetur illud filii. Sed: sic p manum mithridatis gazabar: idest thesaurarii.

גזל Gazal. predari. vi auferre. aut vi extorquere. Rapere violenter aliquid subtrahere. depredari. Gen. 21. Et increpauit abimelech propter puteum aque quem vi abstulerant serui eius. Et in eodem. 31. Timui ne violenter auferres filias tuas a me. Leuit. 6. Vel vi aliquid extorserit. 2. Reg. 23. vi extorsit hastam de manu egyptii. Deut. 28. Asinus tuus rapiatur coram te. Ps. 68. Que non rapui tūc exsoluebam. Prouer. 4. Et non capitur somnus ab eis nisi supplantauerint. Pro quo hebrei legunt. Et rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint. Et in eodem. 28. Qui subtrahit aliquid a patre & a matre. idest qui violenter subtrahit. Ezech. 18. Per vim nihil rapuerit. & inde גזל Gézel. siue. גזלה Gezela. idest rapina vel preda. vt Leuit. 6. Reddet omnia que per fraudem voluit obtinere. Pro quo hebrei legunt. Reddet rapinam quam rapuit. aut calumniam quam calumniatus est: aut depositum quod fidei eius creditum fuerat: vel rem perditam quam inuenit. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum: & paucis verbis comprehendit omnia supradicta. Ps. 61. Et rapinam nolite concupiscere. Et quando regit post se genitiuum: tunc scribitur cum tau in fine. & dicitur. גזלת Gezelath. Esa. 3. Et rapina pauperis in domo vestra. Et in plurali גזלות Gezeloth. Ezech. 28. Rapientem rapinas. Item גוזל Gozal. pullus. Et accipitur pro pullo columbe. Pro quo beatus Hieronymus transtulit columbam. Gen. 15. Turturem quoq; & columbam. Inuenitur etiam in numero plurali pro pullis. Deut. 32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos super eos volitans.

גזם Gazam. Eruca. Ioel. 1. Residuum eruce comedit locusta. Et solum inuenitu n predicto loco.

גזע Gezaa. Truncus. radix. Iob. 14. Et in puluere emortuus fuerit truncus illius. Esaie. 11. Egredietur virga de radice iesse. Et in eodem. 40. Nec radicato in terra trūco eorum. vbi ponitur pro trunco.

גזר Gazar. diuidere. scindere. abscindere. decernere. disponere. statuere. ordinare. 3. Reg. 3. Diuidite inquit infantem viuum in duas partes. Ps. 135. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. 4. Reg. 6. Cumq; venissent ad iordanem cedebant ligna. Ps. 87. Et ipsi de manu tua repulsi sunt. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et ipsi de manu tua abscissi sunt. & Esa. 53. Quia abscissus est de terra viuentium. Abach. 3. Abscindetur de ouili pecus. Thren. 3. dixi perii. Pro quo hebrei legunt. dixi abscissus sum. Et inde גזרה Gezera. siue גזרה Gizra. i. diuisum vel separatum. aut diuisio: vel separatio. Leuit. 16. Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam. idest in terram separatam vel diuisam extra hominum habitationem. Ezech. 41. Et quod separatum erat edificium & parietes eius longitudinis centum cubitorum. & in plurali גזרים Gezarim. Gen. 15. Et lampas ignis transiens inter diuisiones. Et inde מגזרות Magzeroth. Pro quo beatus hieronymus transtulit cultros. 2. Reg. 12. diuisitq; cultris. Hebrei tamen dicūt q; significat serras quibus ligni scinduntur. Item גזר Gazar. Significat decernere vel statuere: siue disponere. Iob. 22. Et decernes rem & veniet tibi. Hester. 2. Et que passura esset. Pro quo hebrei legunt. Et quod decretum siue ordinatū fuerat super eā. Aut & quod statutum fuerat super eam. Ponitur etiam pro declinare. Esa. 9. Et declinabit ad dexteram & esuriet. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt. Et decernet siue ordinabit ad dexteram & esuriet. idest decernet vel determinabit declinare ad dexteram & esuriet. Et inde גזרין Gazrin siue. גזריא Gazraia: quod in lingua chaldaica significat aruspices siue hariolos. Dan. 2. Arioli magi & aruspices. Et in eodem. 4. Tunc ingrediebātur harioli magi chaldei & aruspices. Et inde. גזרה Gizra. idest dispositio. sententia: pro q; nostra translatio pulchritudinē transtulit. Thren. 4. Vbi dicitur. Saphyro pulchriores. Quod potest interpretari sic. Saphyrus dispositio eorum. Potest etiam significare abscissionem: vt supra dictum est. Vnde hebrei in hoc loco legunt. Saphyrus abscisio eorū. idest nitidi & lucidi ac si essent abscissi ex saphyro. Et in lingua chaldaica significat sententiam. Dan. 4. in sententia vigilum decretum est.

גחל Gachal. carbo. pruna. 2. Reg. 22. Grando & carbones ignis. Et in eodem. Carbones succensi sunt ab eo. Ps. 119. Cum carbonibus dessolatorum. Ps. 139. Cadent super eos carbones. Prouer. 25. Prunas enim congregabis super caput eius. Et in eodem. 26. Sicut carbones ad prunas. Esa. 44. Et coxi super carbones eius panes. Et in numero singulari scribitur cum tau in fine et dicitur. גחלת Gacheleth. Esa. 47. Non sunt carbones quibus calefiant. Quod in hebreo legitur in numero singulari. scilicet non est pruna. Ponitur etiam pro scintilla. 2. Reg. 14. Et querunt extinguere scintillam meam.

גחן Gachon. Pectus. Gen. 3. Super pectus tuum gradieris. Leuit. 11. Quidquid super pectus graditur.

גיא Gai. siue גיא Ge. vallis. Nu. 21. Ramoth vallis est in regione moab. Deut. 3. Mansimusq; in valle. Esa. 28. Qui erant super verticem vallis pinguissime. Et in eodem. 40. Omnis vallis exaltabitur. Inuenitur etiam in genere feminino. Zach. 14. Prerupto grandi valle. pro quo hebrei legunt. vallis magna valde. Et aliqñ scribitur sine aleph. vt Ios. 8. Ad septentrionalē vrbis plagā. Inter quā

& eos vallis erat media. Et in plurali, גאיות Gueaioth. siue גאות Gueoth. Ezech.6. Hec dicit dominus deus montibus & collibus rupibus & vallibus. Vbi littera iod ponitur pro littera aleph. Et in eodem.35. In vallibus tuis atque in torrentibus tuis interfecti gladio cadent. Vbi littera iod ante ponitur littere aleph.

גיד Guid. neruus. Gen.32. Quam ob causam nō comedūt neruum filii israel: quia emarcuit in femore iacob vsque in presentem diem: eo quod tetigerit neruum femoris eius. Esa.48. Et neruus ferreus ceruix tua. Et in plurali, גידים Guidim. Siue גידי guide. Iob.10. Ossibus & neruis cōpegisti me. Et in eodem.40. Nerui testiculorum eius perplexi sunt. Ezech.37. Et dabo super vos neruos.

גיל Guil. exultare. letari. coetaneus: siue coeuus. Ps.2. Et exultate ei cum tremore. Ps.12. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Ps.149. Et filii sion exultent in rege suo. Prouer.23. Exultat gaudio pater iusti. Esa.9. Sicut exultant victores capta preda. Osee.10. Et editui eius super eum exultauerūt. Abac.3. Exultabo in deo iesu meo. Zach.9. Exulta satis filia sion. Et aliquando scribitur sine iod in medio. vt Ps.12. Exultabit cor meum in salutari tuo. & ps.15. Et exultabit lingua mea. Pro quo in hebreo est: & exultabit gloria mea. Esa.65. Et exultabo in ierusalem. & inde גילה Guila. idest exultatio. Esa.65. Ecce ego creo ierusalem exultatione. Et aliquando scribitur sine he: & dicitur. גיל Guil. idest exultatio. Iob.3. Gaudentque vehementer cum inuenerint sepulchrum. Pro quo hebrei legunt. Qui letabantur in exultatione gaudent cum inuenerint sepulchrū. Osee.9. Noli letari israel: noli exultare sicut populi. Pro quo hebrei legunt. Noli letari israel ad exultationem sicut populi. Et aliquando scribitur cum tau in fine. Et dicitur גילת Guilath. Pro quo beatus hieronymus transtulit letabunda. Esa.35. Et exultabit letabunda & laudans. Item גיל Guil. coetaneus. coeuus. eo quod isti letantur ad inuicem. Dan.1. Pre ceteris adolescentibus coeuis vestris.

גיף Guiph. Claudere. oppilare. Nee.7. Cumque adhuc assisterent clause porte sunt & oppilate. Et solum inuenitur in predicto loco. Et in lingua chaldaica plerumque significat claudere scilicet portas.

גיר Guir. Cinis. Esa.27. Cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris. & solum inuenitur in predicto loco. & Dan.5. Vbi dicitur in superficie parietis aule regie. vbi pro superficie ponitur גירא Guira cum aleph in fine. Et dicunt hebrei quod significat calcem siue gypsum quo parietes leuigantur.

גל Gal. Aceruus. tumulus. vt Gen.31. Fecerunt tumulum comederuntque super eum. Et in eodem. Quem vocauit laban tumulum testis & iacob aceruum testimonii. Et in eodem. Tumulus iste testis erit. 2.Reg.18. Et comportauerunt super eum aceruum lapidum. & in plurali גלים Galim. idest acerui. Osee.12. Nam & altaria eorū quasi acerui. Ponitur etiam גל Gal. pro horto. vt Canti.4. Hortus conclusus fons signatus. Tamen hebrei dicunt quod in predicto loco significat fontem. Et in plurali: גלות Guloth. idest fontes. Pro quo beatus hieronymus transtulit irriguum. Iosue.15. Deditque ei caleb irriguum superius & irriguum inferius. Iudi.1. Vbi eadem verba habentur. Vide etiam de hoc in dictione sequenti.

גלל Galal. deuoluere. voluere. inuoluere. amouere. rotare. Auferre. Gen.29. Quibus congregatis deuoluerent lapidem. & in eodem. Et amoueamus lapidem de ore putei. Et in eodem.43. Vt deuoluat in nos calumniam. 2.Reg.20. Amassa autem conspersus sanguine iacebat in media via. Pro quo hebrei legunt. Amassa autem inuoluebatur sanguine. Esa.9. Et vestimentum mixtum sanguine. idest inuolutum sanguine. Et aliquando scribitur cum simplici lamed. Gen.29. Et amouit lapidem quo puteus claudebatur. Iosue.5. Hodie abstuli opprobrium egypti a vobis. Et in eodem.10. Voluite saxa ingentia ad os spelunce. Ps.21. Sperauit in domino eripiat eum. pro quo hebrei legunt. Deuoluit ad dominum eripiat eum: & potest subintelligi spem suam. Sed beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam varitatem transtulit. Confugit ad dominum saluet eum. Ps.36. Reuela domino viam tuā. Pro quo hebrei legunt. Volue super dominum viam tuam. Potest etiam deriuari a dictione גלה Gala: que significat reuelare vel detegere: vt infra in suo loco dicetur. Esa.34. Complicabuntur sicut liber celi. Pro quo hebrei legunt. Voluentur siue inuoluentur sicut liber celi. Nam antiquitus libri voluebātur sicut rotuli: vt infra dicetur. Et aliquando duplicantur due prime littere. Iob.30. Et ad meas miserias deuoluti sunt. Hiere.51. Et euellam te de petris. Pro quo hebrei legunt. Et deuoluam te de petris. siue rotare te faciam de petris vel de rupibus. Et inde גלגל Galgal. i. rota. siue volubilis. Ps.76. Vox tonitrui tui in rota. Ps.82. Deus meus pone illos vt rota. Eccl's.12. Et confringatur rota super cisterna. Esa.5. Et rote eius quasi impetus tempestatis. Et in eodem.28. Nec rota plaustri super cyminum circumibit. Ezech.1. Rotas vocauit volubiles. Quod in hebreo legitur in numero singulari: scilicet rotam vocauit volubilem. Est etiam Guilgal nomen proprium loci. Iosue.5. Vocatumque est nomen loci illius galgala. Et in eodem manseruntque filii israel in galgalis. Inde גלגלת Gulgoleth. idest caput aut caluaria: eo quod est rotundum. Exo.16. Gomor per singula capita. 1.Paralipo.10. Et corpus eius affixerunt in templo dagon. Pro quo hebrei legunt. Caput siue caluariam eius affixerunt in templo dagon. Nam.1.Reg.31. Dicitur quod corpus eius suspenderunt in muro Bethsan: Philistiim enim amputauerant caput saul. vt habetur.1.Paralip.10. et corpus affixerunt in muro Bethsam: & caput siue caluariam in templo dagon. Et inde caluarie locus dicitur golgotha. Matthei.27. Et venerunt in locum qui dicitur golgotha: quod est caluarie locus. Et inde גלילים Guelilim siue גליל Guelile. idest circuli. eo quod sunt rotundi. Ester.1. Qui eburneis circulis inserti erant. In alio vero loco beatus Hieronymus transtulit tornatiles. Canti.5. Manus eius tornatiles. Et inde מגלה Meguila. idest volumen. libellus. Quia antiquitus solebāt libros voluere & nō cōpaginare. Zach.5. Et ecce volumen volans. Et in eodem. Ego video volumen volans. & inde גלל Galal. idest fimus. stercus. vt Ezech.4. Et stercore quod egreditur de homine operies illud. Et in eodem. Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis. Soph.1. Et corpora eorum sicut stercora. vbi ponitur גללים Gelalim in numero plurali. accipitur etiam גלל Guelal. pro marmore. eo quod est rotundum. vt Esdre.1. Qui edificatur lapide impolito. Pro quo hebrei legunt. Qui edificatur lapide marmoreo. Et inde גלול Guillul. idest abominatio vel sordes. & accipitur pro idolo: sic dictum a stercore & fetore: vt Deut.29. Vidistis abominationes & sordes. idest idola eorum. Ezech.16. Et super idola abominationum tuarum. Et in eodem.18. Et oculos suos non leuauerit ad idola domus israel. Ponitur etiam pro inmunditiis. Vt in eodem.14. Posuerunt inmunditias suas in cordibus suis. Et in eo. Qui posuerit inmunditias suas in corde suo. & inde גל Gal. i. aceruus. Iob.8. Sup aceruū petrarū radices eius densabūtur. & de hoc vide i dictiōe pcedēti. Accipitur etiam pro fonte. Et in plurali. גלות Guloth. idest fontes vel irriguum. De quo vide supra in dictione precedenti. Inde גל Gale. idest fluctus. dictū a circulis qui in aqua fiūt Ps.64. Sonum fluctuum eius. Ps.88. Motum autem fluctuum eius tu mitigas. Ione.2. Omnes gurgites tui & fluctus tui super me transierūt. Et inde גולה Gula: quod significat vas rotundum. Pro quo beatus hieronymus transtulit lampadem. Zach.4. Et lampas eius super caput eius. Et in eodem. Vna a dextris lampadis & vna a sinistris eius. Scribitur etiam cum thau in fine & dicitur גולת Gulath. Pro quo beatus hieronymus transtulit vittam: eo quod circumuoluitur capiti vel alii membro. Eccl's.12. Et recurrat vitta aurea. Et aliqui hebrei dicunt quod deriuatur a supradicta dictione גל Gal que significat fontē. & in plurali גולות Guloth. Pro quo beatus hieronymus transtulit funiculos. 1.Paralip.7. Et funiculos capitellorum super capitella columnarum. Et in eodem. Vt opperirent duos funiculos qui erant super capita columnarum. Erant enim funiculi erei circumuoluti capitibus columnarum. Et inde גליל Galil. idest terminus. vel confinium. Et in plurali גלילות Gueliloth. idest termini vel confinia secundum hebreos. Pro quo beatus hieronymus transtulit tumulos: eo quod in terminis vel confinibus fiunt acerui vel tumuli rotundi ad terminos diuidendos. vt Iosue.22. Cumque venissent ad tumulos iordanis. Et in eodem. Super iordanis tumulos contra filios israel. Ezech.47. Aque iste que egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis: vbi ponitur גלילה Gelila cum littera he in fine. Potest etiam deriuari a dictione גל Gal que significat aceruum vel tumulum. Ponitur etiam גליל Galil siue גלילות Gueliloth pro galilea. vt Iosue.13. Omnis videlicet galilea philistiim. vbi pro galilea ponitur גלילות Gueliloth. Esa.9. Viam maris trans iordanem galilea gentium. vbi ponitur גליל Galil. Sed in locis supradictis hebrei legunt terminos vel terminum: aut confinium vel confinia. Inde בגלל Biglal. i. propter. ob gratiam. Gen.12. Et viuet anima mea ob gratiam tui. Deut.15. Vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore. Pro quo hebrei legunt. Quia propter hāc rem benedicet tibi dominus deus tuus in omni opere tuo.

גלב Galab. tonsor. Et solum inuenitur in numero plurali. vt Ezech.5. Sume tibi gladium acutum radentem pilos. Pro quo hebrei legunt. Sume tibi gladium acutum nouaculam tonsorum: idest acutum sicut nouacula tonsorum. Et solum inuenitur in predicto loco.

גלד Geled. cutis. Iob.16. Saccum cōsui super cutem meam Et solum inuenitur in predicto loco.

גלה Gala. reuelare. discooperire. nudare. detegere. Transmigrare. migrare. captiuare. transferre. Exo.20. Non ascendes per gradus ad altare meum: ne reueletur turpitudo tua. Leuit.18. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet vt reuelet turpitudinem eius. Et in eodem. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tue non discooperies. Et in eodem. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies. Ruth.3. Discooperies pallium quo operitur. Et in eodem. & discooperto a pedibus eius pallio se proiecit. Et in eodem. Quod audire te volui. Pro quo hebrei legunt. Et ego dixi reuelabo aurem tuam. 1.Reg.9. domino autem reuelauerat auriculam samuelis. 2.Reg.6. discooperiens se ante ancillas seruorum suorum. Iob.12. qui reuelat profunda de tenebris. Et in eodem. 20. Reuelabūt celi iniquitatem eius. Ps.118. Reuela oculos meos. Prouer.11. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana. Et in eodem.16. Reuela domino opera tua. Et in eodem.19. Nisi cādixeris que versantur in corde suo. Pro quo hebrei legunt. Nisi cum reuelatur vel detegitur cor suum. Et est idem sensus cum littera nostra. Et in eodem.25. Secretum extraneo nō reueles. Esa.22. Et reuelabitur operimentum iude. Et in eodem. Et reuelata est in auribus meis vox domini exercituum. Et in eodem.40. Et reuelabitur gloria domini. Et in eodem.37. Reuela crura transi flumina. Et in eodem. Et reuelabitur ignominia tua. Et in eodem.57. Quia iuxta me discooperuisti. Hiere.11. Tibi enim reuelaui causam meam. Et in eodem.49. Reuelaui absondita eius. Ezech.13. Et reuelabo fundamentum eius. Amos.3. Nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Et in eodem.5. Et reuelabitur quasi aqua iudicium. Ponitur etiam pro aperire: quod est discooperire. vt Leuit.22. Ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui. Nu.22. Protinus aperuit dominus oculos balaam. Et in eodem.24. Et sic aperiuntur oculi eius. Iob.20. Apertum erit germen domus illius. Et in eodem.33. Tunc aperuit aures virorum. Prouer.27. Aperta sunt prata. Item ponitur pro nudare: quod est detegere. vt Gen.9. Et nudatus iacuit in tabernaculo suo. 2.Reg.6. Et nudatus est quasi nudetur vnus de scurris. Ezech.16. Et nudabo ignominiam tuam coram eis. Ponitur etiam pro apparere. 1.Reg.14. Cumque apparuerimus eis. sed hebrei in hoc loco legunt. Cumque discooperti vel detecti fuerimus eis. Et inde גלוי Galui. i. discoopertum: vel apertū: aut notum. vt Ester.3. Vt omnes prouincie scirent. Pro quo hebrei legunt. Vt in omni prouincia daretur edictum discoopertum vel notum omnibus populis. Hiere.32. Et signa foris secus. idest discooperta & nota. Et aliquando scribitur sine he. vt in aliquibus locis supradictis. & inde גליון Gilaion. idest volumen. liber. Eo quod in eo reuelantur ea que ignoramus & nescimus. Esa.8. Sume tibi librum grandem. Et inde. גליונים Gilionim. idest specula: eo quod in eis apparent seu reuelantur ea que eis opponuntur. Esa.3. Et specula & sindones & vittas & theristra. Et solum inuenitur in numero plurali & in predicto loco. Item. גלה Gala. significat transmigrare. migrare. captiuare. transferre. Esa.5. Propterea captiuus ductus est populus meus. Et in eodem.49. Ego sterilis & non pariens transmigrata & captiua. Hiere.13. Translata est omnis iuda transmigratione perfecta. Thren.1. Migrauit iuda propter afflictionem. Et in eodem.4. Non addet vltra vt transmigret te. Ezech.12. Et transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis autem de loco tuo. Osee.10. In gloria eius quia migrauit ab eo. Amos.6. Nunc migrabunt in capite transmigrantium. Et in eodem.7. Et israel captiuus migrabit de terra sua. Et supra in eodem.5. Et galgala captiua ducetur. Naum.2. Et miles captiuus adductus est. Item ponitur pro transferre. 1.Reg.4. Translata est gloria domini de israel. 2.Reg.15. Et egressus es de loco tuo. Pro quo hebrei legunt. Et translatus siue transmigratus es de loco tuo. 4.Reg.16. Et transtulit habitatores eius. Et in eodem.17. Et transtulit Israel in assyrios. 1.Paralipo.5. Et transtulit ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse. Ester.2. Qui translatus fuerat de ierusalem. Et in eodem. Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat. Esa.38. Generatio mea ablata est & conuoluta est a me. Pro quo hebrei legunt. Generatio mea ablata est & translata est a me. Hiere.29. Et ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de ierusalē. Et in eodem.39. Et superfluos vulgi qui remanserant trāstulit Nabuzardan magister militum. Amos.1. Et transferretur populus Syrie. Et in eodem. Eo quod transtulerit captiuitatem perfectam. Item ponitur pro auferre. Iosue.5. Hodie abstuli opprobrium egypti a vobis. Ps.118. Aufer a me opprobrium & contemptum. Et inde. גולה Gola

siue גלות Galuth.i.Transmigratio.Captiuitas. Esa.45. Et captiuitatem meam dimittet.Hiere.28.Et omnem trãsmigrationẽ iude.Et in codẽ.29.Et ad reliquias seniorũ transmigrationis. Abdie.1.Et transmigratio exercitus huius filiorũ israel.& in codẽ.Et transmigratio hierusalem que in bosphoro est.Et in lingua chaldaica scribitur cũ aleph in fine.& dicitur גלותא Galutha. Dañ.2.Inueni hominẽ de filiis transmigrationis Iudee.

גלח Galach. Radere. Tondere. Leuit.13.Radetur hõ absq; loco macule.Nu.6.Quod radet ilico in eadẽ die.& in eodem.Tunc radetur Nazareus ad ostiũ tabernaculi. Et in codẽ.Postq; Rasum fuerit caput eius. Deut.21. Que radet cesariẽ.Iudi.16. Si rasum fuerit caput meũ. Et in eodem. rasit septem crines eius.Esa.7. In die illa radet dñs in nouacula conducta.Hiere.41.Rasi Barba & scissis vestibus. Ezech.44.Et caput suum non radent.

גלם Galam. Inuoluere.4.Reg.2.Tulitq; Helias pallium suum:& inuoluit illud.Et inde גלומי Gelome.i.inuolutiones:aut panni siue vestes inuolute.Ezech.27.Inuolucris hyacinthi & polymitorũ.Põitur etiã גולם Golem pro re imperfecta vel informi.Ps.138.Imperfectum meum viderunt oculi tui.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ transtulit.Informẽ adhuc me viderunt oculi tui.

גלמד Galmud. Solitarius.Solus.Sterilis.vt Iob.3.Sit nox illa solitaria.Et in codẽ.15. Congregatio eñ hypocrite sterilis.Et in eodem.30.Egestate & fame steriles.Esa.49. Ego sterilis & non pariens.vbi pro eo quod in littera nostra est.Non pariens.in hebreo ponitur.גלמודה Galmuda in genere feminino.

גלע Galaa.cõmiscere. Miscere.Prouer.20.Omnes aũt stulti cõmiscentur cõtumeliis.Pro quo Hebrei legũt. Oĩs aũt stultus cõmiscet se siue cõmiscetur.s.Cõtumeliis vel cõtentionibus.Nã supra immediate dixerat.Honor est homini qui separat se a cõtẽtionib⁹.Et ponitur ibi יתגלע ithgalaa:quod est verbum quarte cõiugationis.Ponitur etiã idẽ verbum supra in codẽ.17.vbi dicitur. Et anteq; calũniam patiatur iudiciũ deserit. Pro quo hebrei legunt. Et anteq; cõmisceatur iurgium siue iudicium desiste vel desere. Et in codẽ.18.In omni tẽpore erit exprobrabilis.Pro quo hebrei legunt. In omni tempore siue in omni re cõmiscetur. scilicet contentionibus.l.Contumeliis.Et solum inuenitur in predictis locis.

גלש Galas. Ascendere. Apparere.Canti.4. Capilli tui sicut greges caprarum:que ascenderunt de monte Galaad.Et in codẽ.6.Capilli tui sicut greges caprarum : que apparuerunt de Galaad.Et solum inuenitur in his duobus locis.Et dicunt aliqui hebrei q; significat Manicare.i. Mane surgere.Quia idem significat in lingua Arabica vel Punica.In lingua vero chaldaica significat Tondere vel Depilare.Vnde aliqui hebrei in predictis locis legunt. Que attonse sunt de monte galaad.

גם Gam. etiã. quoq;.et.q;.Etenim.equidem.namq;. sed. Sed et.Geñ.27.Benedic etiam & mihi pater mi.Et in eodem.Mihi quoq; obsecro vt benedicas.Et in eo.29.Dedit etiam istum mihi . & in eodem.30. Vt prouideam aliquando etiam domui mee . Exo.7 . Et fecerunt etiam ipsi per incantatiões egyptiacas.Nu.4.Tole sũmam etiam filiorum gerson.Et in eodem.16.Vt vobis etiam sacerdotiũ vendicetis.Deut.1.Mihi quoq; iratus deus propter vos.Et in eodem.3.Tradidit dominus deus noster in manibus nostris etiam og regem basam.Et in eodem. 23 . Etiam post decimam generationem.Ruth.1.Etiam si possem hac nocte concipere.Et in eodem.2 . De vestris quoq; manipulis proiicite de industria.1.Reg.8. Sic faciũt etiam tibi. Et.2. Reg.11.Mane hic etiam hodie.Et in eodem.& mortuus est etiam vrias Etheus.4.Reg.2.Vbi est deus helie etiã nũc. Ester.5. Etiam cras cum rege pransurus sum.Prouer.14. Etiam proximo suo pauper odiosus est . Esa.14 . Abietes quoq; letate sunt super te.Et in eodem.23 . Ibi quoq; non erit requies tibi.Et in codẽ.28.Hi quoq; pre vino nescierunt.Thren.4.Ad te quoq; perueniet calix.Hiere.48.Et erit in derisum etiam ipse.Osee.5 . Ruet etiam iudas cum eo.Zach.9.& relinquetur etiam ipse deo nostro . Ponitur etiam.Pro.et.vel q;.vt Geñ.27.Et erit benedictus.& in eodem.Comeditq; precium nostrum.& in codẽ.44.Et nos & apud quẽ inuentus est cyphus.& in eodem.50.Habuitq; in comitatu currus & equites.& in codẽ.Veneruntq; ad eũ fratres sui.Exo.12.Et vos & filii isrl.Hiere.22.Et in domo mea inueni malum eorum.Et in eodem.33. Et pactũ meũ irritũ esse poterit &c.Item põitur pro etenim vel pro equidem.Ps.18:Etenim seruus tu⁹ custodit ea.ps.24. Etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur.ps.82.Etenim assur venit cũ eis.Ps.83.Etenim passer inuenit sibi domũ. & in eodem.Etenim benedictionem dabit legislator.Ps. 118.Etenim sederunt principes aduersum me loquebãtur. Ps.138. Etenim illuc man⁹ tua deducet me.Esa.49. Equidem & captiuitas a forti tolletur.Hiere.33. Equidem & semen iacob & dauid serui mei. Ponitur etiam גם pro Nam et:siue pro nãq; vt.1.Reg.17.Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus.Ps.22. Nam & si ambulauero in medio vmbre mortis.Ps.118. Nam & testimonia tua meditatio mea est. Hiere.23. Propheta namq; & sacerdos polluti sunt. Item ponitur pro sed.Geñ.13.Sed & loth qui erat cũ Abraam.Exo.12.Sed & vulgus pmiscuum. Threñ.3. Sed & cum clamauero.Habet etiam alios modos loquendi: qui possunt reduci ad supradictos.Et aliquando ponitur causa ornatus orationis.Sicut apud latinos alique dictiones encliticc.Et ideo aliquando omittitur in nostra translatione. Geñ.27.Cur vtroq; orbabor filio.Pro quo hebrei legunt. Cur ẽt vtroq; orbabor filio.Exo.12. Surgite:egredimini a populo meo vos & filii israel..Pro quo hebrei legunt. Surgite:egredimini a populo meo etiam vos etiam filii israel. Et in eodem.Oues vestras & armẽta assumite. Pro quo hebrei legunt.Etiã oues vrãs & armenta assumite.& in codẽ. Et abeuntes benedicite mihi.Pro quo hebrei legunt.Et abeuntes benedicite etiam mihi.Prouer.14.Risus dolore miscetur.Pro quo hebrei legunt.Etiam in risu dolet cor.Et similiter in aliis locis omittitur pdicta dictio in nostra trãslatione. Scribitur etiam cum sin in principio. Geñ.6. Quia caro est.Pro quo hebrei legunt.In eo quod etiam caro est. vbi etiam preponitur beth prepositio.Potest etiam deriuari a dictione שגה saga que significat errare siue ignorare. & tunc erit talis littera.s.in errore suo siue in ignorãtia sua caro est.i.quia carnalis est ideo ignorat vel errat.

גמא Gama.Bibere.Ingurgitare.sorbere.vt Geñ.24.Pauxillum aque mihi ad bibendũ prebe.Pro quo hebrei legũt.Da mihi bibere obsecro pauxillum aque: siue fac me ingurgitare vel sorbere pauxillum aque.Et Iob.36.Feruẽs & fremens sorbet terram.Item גומא Gome.Scirpus.Papyrus.Iuncus.Exo.2.Sumpsit fiscelam scirpeam.Iob.8. Nũquid virere potest scirp⁹ absq; humore.Esa.18. Et in vasis papyri super aquas.& in codẽ.35.viror calami & Iunci.

גמד Gomed.Mensura palme manus.Iudi.3.Qui fecit sibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudinis palme manus.Et aliqui hebrei dicunt q; significat cubitum.Et inde גמדים Gamadim.Pro quo beat⁹ hieronymus transtulit pygmeos :qui sunt homines breuissime stature.Ezech.27.Sed & pygmei q erãt in turrib⁹ tuis

גמה Gama.aspectus.similitudo.& scribitur cũ mẽ in principio & mutatur he vltimum in tau ratione adiuncti. & dicitur מגמת Megamath.Abach.1.facies eorum ventus vrens.Pro quo hebrei legunt.Aspectus vel similitudo facierum eorum ventus vrens:siue ventus orientalis. Et solum inuenitur in predicto loco.Et dicũt aliqui hebrei q; significat aduersum vel contra. Et legunt sic . Ex aduerso facierum eorum ventus vrens . In translatione chaldaica sic habetur. Ex aduerso facierum eorum similes sunt vento orientali:Qui est ventus calidus & vrens.

גמל Gamal.retribuere.reddere . largiri . ablactare . Geñ. 50.Et reddat nobis omne malum quod fecimus.pro quo hebrei legunt. Et reddat nobis omne malum quod retribuimus ei:vel quod reddidimus ei. Ps.12. Cãtabo domino qui bona retribuit mihi.Ps.17. Retribuet mihi dominus scdm iustitiam meã.Ps.102.Neq; secũdũ iniquitates nostras retribuit nobis.Ps.114.Quia dominus benefecit tibi.Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit.Quia dñs reddidit tibi. Ps.136 Retributiõem tuã quam retribuisti nobis.Esa.3. Qm̃ reddita sunt eis mala.Et in eo.63.Sup omnibus que reddidit nobis dñs.Et in eo.Et super multitudinem bonorũ dom⁹ israel:que largitus est eis.& ĩde גמול Guemul.i. retributio vicissitudo.vicẽ.vltio.vt.Ps.130. Ita retributio in anima mea.Esa.3.Retributio enim manuum suarum fiet ei.Et in eodem.59.Et vicissitudinẽ inimicis suis.Et in eodem.Insulis vicem reddet.Ioel.3.Nunquid vltionem vos reddetis mihi.Et aliquando scribitur cum he in fine : & dicitur גמולה Gemula.vt.2.Reg.19. Non indigeo hac vicissitudine.Scribitur etiam aliquando cum tau in principio :& dicitur תגמול Tagmul.idest retributio.Ps.115.Pro omnibus que retribuit mihi.Pro quo hebrei legunt . Omnes retributiones eius super me.Significat etiam ablactare . Geñ. 21.Creuit igitur puer & ablactatus est:fecitq; abraam grande conuiuium in die ablactationis eius.1. Reg .1 . Non vadam donec ablactetur infans.Et in eodem.Et mane donec ablactes eum.Et in eodem.Et adduxit eum secum postq; ablactauerat.Et inde גמול Gamul.idest ablactatus.Ps.130. sicut ablactatus est super matrem suam. Esa.11. Et in cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum suam mittet . Et in eodem.28.ablactatos a lacte auulsos ab vberibus . significat etiam quando fructus qui sunt quasi lac incipiunt indurari & recipere propriam formam. Nume. 27. In amygdalas deformati sunt. Pro quo hebrei legunt . Et ablactauit amygdalas.Esa.18.Et immatura perfectio germinabit Pro quo hebrei legunt.Et vua acerba ablactata. idest perfecte deformata erit germinatio eius. Item גמל Gamal . i. camelus:& est promiscui generis.vt Leuit.11. Sicut camelus.Deut.14.Camelum leporem & chirogrillum. Esa.21. Ascensorem asini & ascensorem cameli.& in plurali גמלים Gemalim.siue גמלי Gemale.idest cameli.Geñ.12. Et asine & cameli.Et in codẽ.Tulitq; decem camelos de grege domini sui.Et in eodem.32.Camelos fetas cum paruulis suis triginta.Et in eodem.37.Et camelos eorum portantes aromata.

גמץ Gumas.fouea.Eccl's.10.Qui fodit foueam:incidet in eam.Et solum inuenitur in predicto loco.Et scribitur cum vau in prima syllaba loco vocalis.

גמר Gamar.deficere.finire.perficere.consumari.siue consumare.Ps.7. Consumetur nequitia peccatorum . Ps . 11. Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus.Ps.76.A generatione in generationem . Pro quo in hebreo habetur.Consumauit siue consumatum est verbum a generatione in generationem. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ transtulit.consumabitur verbum de generatione in generationem.Ps.56 . Deum qui benefecit mihi.pro quo hebrei legunt.Deum perficientem super me.Ps.137.Dominus retribuet pro me. Pro quo hebrei legunt.Dominus consumabit siue perficiet pro me . scilicet opera que non possum facere. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem sic transtulit: dñs operabitur pro me.Et inde גמיר guemir . quod in lingua chaldaica significat doctissimum siue perfectissimũ Esdre.7.vbi dicitur.Esdre scribe doctissimo salutem.

גן Gan.hortus.paradisus.Geñ.2. Plantauerat autem dominus deus paradisum voluptatis.Et in eodem. Lignum etiam vite in medio paradisi.Canti.4.Hortus conclusus soror mea sponsa.Et in eodem.5.Veni in hortũ meũ . Et in eo.6.Dilectus meus descendit in hortum suum.& scribitur aliqñ cũ he in fine in.ge.fe.Et dicitur גנה Gãna:vt Esa.61. Et sicut hortus germen suum germinat . Et qñ regit post se genitiuum mutat he vltimum in tau:& dicitur גנת Guinnath.Canti.6.Descendi in hortum nucum .& in plu. גנים Gannim secundum formam masculinorum siue גנות Ganoth secundum formam femininorum . Nu . 24.vt horti iuxta fluuios irrigui.Canti.4.fons hortorũ.Esa.1.Erubescetis sup hortos quos elegeratis.Hiere.29.plãtare hortos

גנן Ganan.protegere.Esa.31.Protegens & liberans.Et aliqñ scribitur cũ simplici nũ.Vt in eo.Sic proteget dñs. exercitum ierusalẽ.Et in eo.37.Et protegam ciuitatẽ istã vt saluem eam.Osee.11.Protegam te israel.& inde מגן Magen.idest protector siue protegens.aut scutum vel clypeus.Geñ.15.Ego dñs protector tuus.Ps.17.Protector ẽ omnium sperantium in se.Osee. 4 . Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.Significat etiam scutum vel clypeum aut peltam:eo quod protegit.vt deut.33. Scutum auxilii tui.2.Reg.1.Quia ibi abiectus est clypeus fortium. Et in eodem.Clypeus saul quasi non esset vnctus oleo .Et ĩ eo 22.Scutũ meũ & cornu salutis mee.3.Reg.10. trecẽteq; mine auri vnã peltã vestiebãt.Esa.21.Surgite pricipes arripite clypeũ. Naũ.2.Clypeus fortiũ eius ignit⁹.Et aliqñ scribitur cũ thau in fine.& dr̃ מגנת Meginath.vt Thren.3 .dabis eis scutũ cordis.& in plu.מגינים Maguinim:scdm formam masculinorũ.siue מגנות maguinoth.scdm formã femininorũ.vt.3.Reg.10.Et trecẽtas peltas ex auro pbato.2.Parali. 12.& clypeos aureos q̃s fecerat salomõ.Et in eo.26 . Preparauit quoq; eis Ozias.i. cuncto exercitui clypeos & hastas Et in eodem.23 . Deditq; ioiada sacerdos centurionibus lanceas clypeosq; & peltas.

גנב Ganab.furari.Geñ.32.Et rachel furata ẽ idola pr̃is sui. Et in eo.Noluitq; iacob cõfiteri socero suo q; fugeret. Pro quo he.le.Et furatus est iacob cor laban syri : eo q̃d nõ nũciauit ei qa fugiẽs ipse.Et in eo.Nec indicare mihi.Pro quo he.le.Et furatus es cor meũ & nõ indicasti mihi.i.occultasti vel abscõdisti a me.Et sic est in translatione chaldaica. Et in eo.Cur furatus es deos meos.Et in eo.Quidquid furtim peribat : a me exigebas.Et in eo.40.Quia furti sublatus sum de terra hebreorũ.Exo.20.Nõ furtũ facies.Et ĩ eo. 21.Qui furatus fuerit hoĩem:& vendiderit eũ.Et in eo.22. Et ab eo qui susceperat furto ablata fuerint.Et in eo.q̃d si furto ablatũ fuerit:restituet damnũ.2.Re.15 .& sollicitabat corda virorũ israel.pro quo he.le.Et furabatur absalon corda virorum israel . Et in codem .19. Et declinauit populus in

die illa ingredi ciuitatem: quomodo declinare solet populus versus efugiens de prelio. Pro quo hebrei legunt. Et furatus est se populus in die illa ad ingrediendum in ciuitatem. idest abscondite vel furtiue ingressus est populus ciuitatem. Iob. 4. Porro ad me dictum est verbum absconditum & quasi furtiue. Hiere. 23. Qui furantur verba mea & inde. גַּנָּב Ganab. idest fur. Exo. 22. Si inuenitur fur duplum reddet. Iob. 24. Per noctem vero erit quasi fur. Ps. 49. Si videbas furem currebas cum eo. Et in plurali. גַּנָּבִים Ganabim. idest fures. Abdie. 1. Si fures introissent ad te. & inde גְּנֵבָה Geneba. idest furtum. Exo. 22. Si non habuerit quod pro furto reddat: ipse venundabitur. Et in eodem. Si inuentum fuerit apud eum quod furatum est. Pro quo hebrei legunt. Si inuentum fuerit in manu eius furtum.

Fur. Fures. Furtum.

גַּנָּה Gana. hortus. de quo vide supra in dictione גַּן Gan.

Hortus.

גְּנָז Ganaz. thesaurus. siue gaza: vel locus vbi reponitur aurum vel argentum seu vestes preciose. Ester. 3. Et decē millia talentorum appendam arcariis gaze tue. Ezech. 27. Gazarumq; preciosarum. Vbi pro gaza siue gazis ponitur in hebreo. גִּנְזֵי Ginze in numero plurali: nam caret numero singulari.

Gaza.

גַּנְזַךְ Ganzach. cellarium. repositorium. vt. 1. Paralip. 28. Descriptionem templi & porticus & cellariorum. Et solum inuenitur in numero plurali & in predicto loco.

Cellarium

גָּעָה Gaa. Mugire. Iob. 6. Aut mugiet bos cum ante presepe plenum steterit.

Mugire.

גָּעַל Gaal. abiicere. abominari. respuere. aborrere. Leuit. 26. Et nō abiiciet vos anima mea. Et in eodem. Abominabitur vos anima mea. 2. Reg. 1. Quia ibi abiectus est clypeus fortium. Iob. 21. Bos eorum concepit & non abortiuit. & inde. גֹּעַל Goal. idest abiectio. Ezech. 16. In abiectione anime tue.

Abiicere. abominari. Abortire. Abiectio.

גָּעַר Gaar. Increpare. Gen̄. 37. Et increpauit eum pater suus. Ps. 9. Increpasti gentes: periit impius. Ps. 67. Increpa feras arundinis. Ps. 105. Et increpuit mare rubrum: & exsiccatum est. Ps. 118. Increpasti superbos. Esa. 17. Et increpabit eum & fugiet procul. Et in eodem. 54. Vt non irascar tibi & non increpem te. Naum. 1. Increpans mare: & exsiccans illud. Zach. 3. Increpet dominus in te sathan. Malach. 2. Ecce ego proiiciam vobis brachium. Pro quo hebrei legūt. Ecce ego increpabo vobis siue ꝑ vobis semētem siue brachium. Et in eodem. 3. Et increpabo pro vobis deuorantem. Et inde. גְּעָרָה Geara. idest increpatio siue redargutio. Ps. 103. Ab increpatione tua fugient. Prouer. 13. Qui autem illusor est non audit cum arguitur. pro quo hebrei legunt. Et illusor non audit increpationem siue redargutionem. Et aliquando scribitur cum mem in principio & tau in fine. & dicitur. מִגְעֶרֶת Migeereth. Deut. 28. Et increpationem in omnia opera tua.

Increpare. Increpatio. Redargutio. Increpatio

גָּעַשׁ Gaas. commouere. turbare. intumescere. impetum facere. 2. Reg. 22. Commota est & contremuit terra. & in eodem. Et conquassata quoniam iratus est eis. Pro quo hebrei legunt, Et commota sunt. Et sic habetur. Ps. 17. vbi eadem verba ponuntur in hebreo. Iob. 34. Et in media nocte turbabuntur. Hiere. 25. Et bibent & turbabuntur. Et in eodem. 46. Et veluti fluuiorum intumescunt gurgites eius. Et in eodem. Et velut flumina mouebuntur fluctus eius.

Cōmouere. cōquassare. Turbare. Intumescere.

גַּף Gaph. arx. pinnaculum. ala siue penna. vt Prouer. 9. Vt vocaret ad arcem. Ponitur etiam pro veste. vt Exo. 21. Cum quali veste intrauerit: cum tali exeat. de quo vide supra in dictiōe גּוּף Guph. Scribitur etiam cum aleph in principio. Et significat exercitum siue agmen. De quo vide supra in dictione אֲגַף Agaph. Item. גַּף gaph. in lingua chaldaica sign̄at alam siue pennam. Dan̄. 7. Et alas hēbat aqle.

Arx. Vestis. Ala.

גֶּפֶן Gephen. vitis. vt Gen̄. 40. Videbam coram me vitem. Iudi. 9. Et locuta sunt ligna ad vitem. 4. Reg. 4. Et inuenit quasi vitem siluestrem. Ps. 127. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Osee. 10. Vitis frondosa israel. Et aliquando ponitur in nostra translatione pro vinea. vt Gen̄. 49. Ligans ad vineam pullum suum. Nu. 6. Quidquid ex vinea esse potest. Deut. 32. De vinea sodomorum vinea eorum. Iob. 15. Ledetur quasi vinea in primo flore. Ps. 79. Vineam de egypto transtulisti. Et in plurali גְּפָנִים Gephanim. Canti. 2. Vinee florentes dederunt odorem suum. Abach. 2. Et non erit germen in vineis. Et in omnibus locis predictis hebrei legunt vitem siue vites. Et aliquando ponitur in hebreo singulare pro plurali. vt Esa. 7. Omnis locus vbi fuerint mille vites. & Hiere. 8. nō est vua in vitibus. Pro quo in hebreo habetur. Non sunt vue in vite.

Vitis. Vinea. גְּפָנִים Vinee.

גֹּפֶר Gofer. Leuigatum: seu bituminatum. Gen̄. 6. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Et solum inuenitur in predicto loco: & dicunt hebrei ꝙ significat quodam genus ligni leuissimi sic nominati. vnde ipsi legunt. Fac tibi arcā de lignis gopher. & sunt qui dicunt ꝙ sign̄at quadratū. Alii vero dicūt ꝙ sign̄at quodam genus cedri. btūs vero hieronymus in libro de hebraicis questionibus super hoc loco sic ait: ꝑ quadratis lignis: bituminatis legim9 in hebreo.

Leuigatū. Gopher.

גָּפְרִית Gophrith. sulphur. Gen̄. 19. Igitur dominus pluit super sodomam & gomoram sulphur & ignem. Deut. 29. Sulphure & salis ardore comburens.

Sulphur.

גָּרַר Garar. serrare. dissecare. ruere. & inde מְגֵרָה Megera. i. serra. 3. Reg. 7. Tam itrinsecus quam extrinsec9 serrati erant. Pro quo he. le. Serrati erant serra intrinsecus & extrinsecus. Hiere. 30. Procella ruens in capite impiorum quiescet. Hebrei tn̄ dicunt ꝙ etiam in hoc loco sign̄at serrare vel dissecare. Et legūt sic: procella dissecans vel detrūcans in capite impiorū quiescet. Alii vero dicunt ꝙ deriuatur a supradicta dictione גּוּר Gur. Que sign̄at habitare vel peregrinari. Ponitur etiam in nostra translatione pro sustentari. 3. Reg. 17. Etiam ne viduam apud quam ego vt cūq; sustentor afflixisti. de quo vide supra in dictione גּוּר Gur. & aliqn̄ scribitur cū simplici res. Prouer. 21. Rapine impiorum detrahent eos. Pro quo he. le. Rapina impiorum dissecabit eos. Potest etiam deriuari a dictione נָגַר Nagar. que significat detrahere vel defluere. vt infra dicetur.

גָּרַר מְגֵרָה Serrare. Ruere. Dissecare. Sustētari. Detrahere Dissecare.

גָּרָב Garab. scabies. Deut. 28. scabie quoq; & prurigie: ita vt curari nequeas. & in lingua chaldaica significat vetrem vel lagenam.

Scabies.

גַּרְגַּר Gargar. granum. Pro quo beatus hieronymus transtulit oliuam. Esa. 17. Duarum vel trium oliuarum in sūmitate rami. Et solū inuenitur in ꝑdicto loco: & i nu. plu. Itē גַּרְגְּרָה Garguera. guttur. collū. Prou. 1. Et torques collo tuo. Et i eo. 3. Circūda eas gutturi tuo. & scribitur in hebreo plr: qa caret singlari. Et aliqn̄ scribitur cū simplici gimel & simplici res & additur littera nun in fine. & dicitur גָּרוֹן Garon. i. guttur. Ps. 13. Sepulchrū patēs guttur eorū. Ps. 113. Non clamabūt in gutture suo. Ps. 149. Exaltatiōes dei in gutture eorum. Esa. 58. Clama ne cesses. Pro quo he. le. Clama in gutture siue cum gutture ne cesses.

Granum. Oliua. גַּרְגְּרֹת Collum. גָּרוֹן Guttur.

גָּרַד Garad. radere. scalpere. Iob. 2. Qui testa saniem radebat. Et solum inuenitur in predicto loco.

Radere

גָּרָה Gara. incitare. irritare. ꝓuocare. inire bellū. litē mouere. Deut. 2. videte ergo diligēter ne moueami cōtra eos. i. ne irritetis siue ne ꝓuocetis eos ad bellū. et i eo. ne ieas aduersus eos prelium. Et in eodem. Neq; mouearis ad prelium. 4. Reg. 14. Quare prouocas malum vt cadas tu & iudas tecum. Hiere. 50. Quoniam dominum prouocasti: Et inde. תִּגְרַת Thigrath. idest prouocatio siue irritatio vel contentio. Ps. 38. a fortitudine manus tue ego defeci. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit a contentione manus tue consumatus sum. Item גֵּרָה Guera. idest ruminare. Leuit. 11. Omne quod habet diuisam vngulam & ruminat. Et in eodem Et sus qui cum vngulam diuidat non ruminat. Item. גֵּרָה Guera. obolus. genus ponderis seu genus monete. Exo. 30. Siclus viginti obolos habet. Et secundum aliquos hebreos ab hac dictione deriuatur גָּרוֹן Garon. idest guttur. de quo vide supra in dictione גַּרְגַּר Gargar.

Irritare. Inire prelium. mouere ad prelium. Prouocare. תִּגְרַת Contentio. גֵּרָה Ruminare. גֵּרָה Obolus.

גָּרַז Garaz. excidere. Ps. 30. Proiectus sum a facie oculorū tuorum. Pro quo hebrei legunt. Excisus sum a facie oculorum tuorum. & inde גַּרְזֶן Garzen. idest securis. Deut. 19. Et in sucissione lignorum securis fugerit manū. Esa. 10. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea

Excidere. גַּרְזֶן Securis.

גּוֹרָל Goral. sors. Nu. 33. Singuli vt sors ceciderit: ita tribuetur hereditas. Ios. 15. Sors filiorum iude. Ps. 21. Et super vestem meam miserunt sortem. Prouer. 1. Sortem mitte nobiscum. Et in plurali. גּוֹרָלוֹת Goraloth. idest sortes. Leuit. 16. Mittensq; super vtrunq; sortem. Pro quo hebrei legunt. Et mittat sacerdos super duos hircos sortes. Ione. 1. Et miserunt sortes.

Sors. גּוֹרָלוֹת Sortes.

גֶּרֶם Garem. cartilago. os: aut fortis: vel durus: siue osseus vt Iob. 40. Cartilago illius quasi lamine ferree. Prouer. 17. Spiritus tristis exsiccat ossa. Et in eodem. 25. Et līgua mollis confringet duritiam vbi ponitur in hebreo os pro duritia. Dan̄. 6. Et omnia ossa eorum comminuerunt. Ponitur etiam pro forti. Gen̄. 49. Isacar asinus fortis. Itē. גָּרַם Garam. cōfrīgere. Nu. 24. Ossaq; eorum confringet. Ezech. 23. Et fragmenta eius deuorabis. Pro quo hebrei legunt. & testas eius confringes. scilicet dentibus. Soph. 3. Iudices eius lupi vespere non relinquebant in mane. pro quo hebrei legunt. Iudices eius lupi vespere non confringebāt scilicet ossa in mane. Quasi dicat: in vespere confringebāt ossa & deuorabant ea: & nihil in mane relinquebant. Item גֶּרֶם Gerem. idest gradus quo ascenditur: aut tribunal. 4. Reg. 9. Posuerunt sub pedibus eius in silitudinē tribunalis

Cartilago. Ossa. Duritiea. Fortis. גָּרַם Cōfrigere. גֶּרֶם Tribunal.

גֹּרֶן Góren. area. Gen̄. 50. Venerunt ad aream achad. Deut. 16. Quando collegeris de area & de torculari. Esa. 21. Et filia aree mee. Et in plurali גְּרָנוֹת Goranoth. vt Osee. 9. Super omnes areas tritici. Ioel. 2. Implebuntur aree frumēto. Item גָּרוֹן Daron. idest guttur. De quo vide supra in dictione גַּרְגַּר gargar.

Area. גְּרָנוֹת Aree. גָּרוֹן Guttur.

גָּרַס Garas. confringere. frangere. Thren. 3. Et confregit ad numerum dentes meos. Ps. 118. Concupiuit anima meá desiderare. Pro quo hebrei legunt. Confracta siue contrita est anima mea desiderio. Et aliquando scribitur cum sin littera in fine loco samach. & dicitur גֶּרֶשׂ Gères idest confractum vel contusum. Leui. 2. Et confringes in modum farris. Et in eodem. Partem farris fracti & olei.

Confringere Cōcupiscere. גֶּרֶשׂ Cōfrigere Fractum.

גָּרַע Garaa. diminuere. auferre. prohibere. confringere. Exo. 5. Nec minuetur quicquam ex opere vestro. Nu. 11. Quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre. Pro quo hebrei legunt. Quare minuimur. idest inferiores sumus: vt non valeamus oblationem offerre. Et in eodem. 3. De nostra hereditate minuetur. Et in eodem. Confundatur fortium distributio: & aliorum possessio ad alios transeat. Pro quo hebrei legunt. Addatur hereditas earum hereditati tribus quibus fuerint vxores: & de nostra hereditate minuetur. Deut. 4. Non addetis ad verbum: nec auferetis ex eo. Iob. 15. Et tulisti preces coram deo. idest abstulisti vel diminuisti. Et in eodem. Et inferior te erit eius sapientia. Pro quo hebrei legunt. Et diminuta est apud te sapientia: siue ablata est a te sapientia. Et in eodem. 36. Non auferet a iusto oculos suos. Et in eodem. qui aufert stillas pluuie. Ezech. 16. Et auferam iustificationem tuam. Significat etiam cōfringere vel cōcidere. vt Ezech. 5. Ego quoq; confringam: & non parcet oculus meus. Esa. 15. Omnis barba radetur: idest concidetur. Hiere. 48. Omnis barba rasa erit. & inde מִגְרָעוֹת Migraoth. Pro quo Beatus hieronymus transtulit trabes: eo quod exciduntur vt. 3. Reg. 6. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus: vt non hererent muris templi. Hebrei tamen dicunt ꝙ muri templi erant minus crassi a parte superiori: & ꝙ tabulata a parte posteriori sustentabantur in muro eo ꝙ erat crassior a parte inferiori: ita ꝙ trabes non ingrediebantur in muro sed capita earum a parte posteriori erant inixa muro: & illud muri quod erat diminutum in crassitudine a parte superiori dicitur מִגְרָעוֹת Migraoth secundum hebreos.

Minuere. Auferre. Cōfrigere Concidere. מִגְרָעוֹת Trabes.

גָּרַף Garaph. trahere. vt Iudi. 5. Torrens cisson traxit cadauera eorum. Item. אֶגְרוֹף Egroph per additionem aleph in principio significat pugnum. vt Exo. 21. Et percusserit alter proximum suum lapide vel pugno. Esa. 58. Et percutitis pugno impie. Et aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מֶגְרָפוֹת Megrephoth: et significat stercus siue glebas. Ioel. 1. Computruerunt iumēta sub stercore suo. Pro quo aliqui hebrei legunt sic. Computruerunt. disseminata sub glebis suis: scilicet ne pullularent. Nam vtroq; modo potest legi vt infra dicetur in dictione. פֶּרֶד Parad.

Trahere. אֶגְרוֹף Pugnus. מֶגְרָפוֹת Stercus. Glebe.

גָּרַשׁ Garas. eiicere. abiicere. expellere. cōmouere. vt Gen̄. 3. Eiecitq; adam. Et in eodem. 4. Ecce eiicis me hodie a facie terre. Et in eodem. 21. Eiice ancillam hanc et filium eius. Exo. 2. Et eiecerunt eas. Et in eodem. 6. Et in manu robusta eiiciet eos de terra sua. Et in eodem. 11. Post hec dimittet vos et exire compellet. Et in eodem. 12. Cogentibus exire egyptiis. Pro quo hebrei legunt. Quia eiecti siue expulsi sunt de egypto. Et in eodem. 23. Qui fugabūt eueum et cananeum. idest qui expellent vel eiicient eueum et cananeum. Et in eodem. Non eiiciam eos a facie tua anno vno. Et in eodem. Paulatim expellam eos de conspectu tuo. Et in eodem. 34. Ego ipse eiiciam ante faciem tuam amorreum & cananeum. Nu. 22. Si quomodo possim percutere & eiicere eum de terra mea. 1. Reg. 26. Qui eiecerunt me hodie vt non habitem in hereditate domini. Ps. 77. Et eiecit a facie eorum gentes. Ezech. 31. Iuxta impietatem eius eieci eum. Ion̄. 2. Et ego dixi abiectus sum a cōspectu oculorum tuorum. Ponitur etiam pro commouere vel fluctuare. vt Esa. 57. Impii autem quasi mare feruens. idest commotum vel fluctuans. Et in eodem. Et redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Pro quo hebrei legunt. Et commouent aque eius cenum & lutum: siue conculcationem et lutum. Et inde mulier repudiata que eiecta est a viro suo dicitur גְּרוּשָׁה Guerusa. vt Leuit. 21. Neq; eam que repudiata est a marito. Ezech. 44. Viduam et repudiatam non accipiant vxores. Et idē גְּרֻשׁוֹת Guerusoth Pro quo beatus Hieronymus transtulit cōfinia. Ezech. 45. Separate confinia vestra a populo meo. Hebrei tamen dicunt ꝙ in hoc loco significat tributa que pricipes eiiciebāt seu imponebant super populum. & inde מִגְרָשׁ Migrese siue מִגְרָשׁוֹת Migresoth. i. suburbana. Leuit. 25. Suburbana

Eiicere. Exire compellere. Expellere. Abiicere. Fluctuare cōmouere. גְּרוּשָׁה repudiata. גְּרֻשׁוֹת confinia. מִגְרָשׁ Suburbana.

autem eorum non veneant. Nu.35. Et suburbana sint pecoribus ac iumentis. Iof.14. Et suburbana sint ad alenda pecora. Et in eodem.21. & suburbana eius per circuitum. Et aliquando ponitur pro classibus. Ezech.27. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes. Item.

גרש Fructus. גרש

גֶּרֶשׁ Gueres.i.maturitas seu fructificatio: sic dictū ab excidēdo seu expellendo fructum ex arboribus. Deut.33. De pomis fructuū solis ac lune. Item גרש Gueres cum ceboleth in littera sin significat confractum siue contusum. De quo vide supra in dictione גרס Garas.

גשש Palpare. Attrectare.

גשש Gasas.palpare.attrectare.vt Esa.59. Palpauimus quasi ceci parietem: & quasi absq3 oculis attrectauimus. Et solum inuenitur in predicto loco.

גשם Pluere. מגשמים גשם Pluuia. Imber.

גשם Gasam.pluere.vt Hiere.14. Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant. Vbi ponitur מגשמים magsimim. Quod est participium plurale tertie coniugatiōis. idest facientes pluere. Inde גשם Gesem.idest pluuia.imber Leuit.26. Dabo vobis pluuias temporibus suis. Iob.37. & Imbri fortitudinis sue. Ps.67. Pluuiam voluntariam segregabis deus. Prou.25. Ventus aquilo dissipat pluuiā. Eccl's. 12. Et reuertantur nubes post pluuiam. Esa.44. Plantauit pinum quam pluuia nutriuit. Et in eodem.55. Quomodo descendit imber & nix de celo. & aliquando ponitur in nostra translatione pro hyeme: eo quod in eo abundant pluuie. Iob.37. Qui precipit niui vt descēdat in terram & hiemis pluuiis. In lingua vero chaldaica significat corpus. vt Dan.3. Et nihil potestatis habuisset ignis in corpibus eorū

Hyeme. Corpus.

גת Torcular. גתות torcularia גתית torcularia.

גת Gath.torcular. Iudi.6. Cumq3 gedeon filius eius excuteret atq3 purgaret frumenta in torculari. Esa.63. Et vestimenta tua sicut calcantium in torculari. & in plurali גתות Guithoth. Nee.13. In diebus illis vidi in iuda calcantes torcularia in sabbato. Et aliquando scribitur cum iod in secunda syllaba. Et dicitur גתית Guithith. vt in titulo psalmi octaui. vbi dicitur in finem pro torcularibus psalmus dauid. hebrei tamen dicunt q3 ille psalmus & similiter alii habent talem titulum eo quod dauid composuerit illos cum esset in geth ciuitate philistinorum: que interpretatur torcular. Alii vero dicunt q3 גתית Guithith. est nomen cuiusdam musici instrumenti quod fuit inuentum in geth: in quo cantabatur ille psalmus.

De incipientibus a littera. ד Daled.

דד דדי Vbera. Mamme.

דד Dad. Mammilla. mamma. vber. Et solum inuenitur in numero plurali. s. דדי Dade. Prouer.5. Vbera eius inebrient te omni tempore. Ezech.23. Et fracte sunt mamme pubertatis earum. Et in eodem. Et ibi confregerunt vbera pubertatis eius. Canti.1. Quia meliora sūt vbera tua vino. Potest etiam significare dilectiones siue amores: vt infra dicetur in dictione דוד Dod.

דא Hec.

דא Da.in lingua chaldaica significat hec siue hoc. Dan.4. Nonne hec est babylon ciuitas magna. Et in eodē.7. diuerse inter se. pro quo hebrei legūt. diuerse hec ab hac.

דאב Languere Infirmari Dolere. מדיבות מאדיבות

דאב Daab.dolere.languere. Infirmari. esurire. Ps.87. Oculi mei languerunt pre inopia. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Oculus meus infirmatus est ab afflictione. Hiere.31. Et vltra non esurient. pro quo hebrei legunt. Et vltra non dolebunt. Et aliquando scribitur sine aleph. Leui.26. Et consumat animas vestras. vbi ponitur מדיבות Madiboth. pro מאדיבות Maadiboth: quod est verbum tertie coniugationis. Pro quo hebrei legunt. Dolere facientes siue infirmare facientes animam. Et inde דאבה Deaba. idest dolor. infirmitas. Pro quo beatus hieronymus transtulit egestatem siue esurientem. Iob.41. Et faciem eius pcedet egestas. Hiere.31. Et animam esurientem saturaui. Et aliquando scribitur cum nun in fine & dicitur דאבון Daabon. Deut.28. Et animam consumptam merore. Pro quo hebrei legunt. Et infirmitatem siue langorem vel merorem anime.

דאבה Egestas. Esuriens. דאבון Meror.

דאג Solicitum esse. Timere. דאגה solicitudo. Cogitatio. דג Piscis.

דאג Daag.solicitū esse.formidare. timere. 1. Reg. 9. Et solicitus sit pro nobis. Ps.37. Et cogitabo pro peccato meo. Pro quo Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et solicitus ero pro peccato meo. Esa.57. Pro quo solicita timuisti. Hiere.17. Et in tempore siccitatis non erit solicitum. Et in eodem.38. Solicitus sum propter iudeos qui transfugerunt ad chaldeos. Et in eodem.43. Et fames pro qua soliciti estis adherebit vobis. Et inde דאגה Deaga. idest solicitudo vel timor. Pro quo in translatione nostra ponitur cogitatio. Iof.22. Et non magis ea cogitatione & tractatu diceremus. Item. דג Dag.i.piscis. vt Nee.13. Inferentes pisces & omnia venalia. De quo vide infra in dictione דגה Daga.

דאה Volare. דאה Yxon.

דאה Daa. volare. deut.28. In similitudine aquile volatis. Pro quo hebrei legunt. Sicut volat aquila. Et aliquādo scribitur cum aleph in fine loco he. Ps.17. Et volauit super pennas ventorum. & inde דאה Daa: quod est nomen auis inmunde: sic dicta a magnitudine volatus. Quam nostra translatio yxon nominauit. Deut.14. yxon & vulturē ac Miluum.

דיב דביונים Stercus. colūbarū

דיב Dib. fimus. stercus. & componitur cum dictione ionim que significat columbas. & dicitur דביונים Dibionim. idest stercus columbarum. 4. Reg. 6. Et quarta pars cabi stercoris columbarum quinq3 argenteis. & solum inuenitur in predicto loco.

דבב Ruminare Facere loqui. דבה Fama. Infamia. Vituperatio Cōtumelia.

דבב Dabab. denunciare. facere loqui. diffamare. Canti.7. Labiisq3 & dentibus illius ad ruminandum. Pro quo hebrei legunt: faciens loqui labia vetera siue antiqua. & inde דבה Dibba. idest fama vel infamia. aut detractio seu vituperatio. Gen.37. Accusauitque fratres apud patrem crimine pessimo. Pro quo hebrei legunt. Et adduxit ioseph famam eorum malam ad patrem suum. Nu.13. Detraxeruntq3 terre quā inspexerant. Pro quo hebrei legunt. Et exire fecerunt infamiam vel detractionem terre quam aspexerant. Prouer. 25. Et exprobare non cesses. Pro quo hebrei legunt. Et infamia tua non reuertetur: idest non cessabit. Ponitur etiam in nostra translatione pro vituperatione vel pro contumelia. Ps.30. Quoniam audiui vituperationem multorum. Prouer.10. Qui profert contumeliam insipiens est. Hiere.20. Audiui enim contumeliam multorum & terrorem in circuitu.

דבא Senectus.

דבא Daba. senectus. Deut.33. Sicut dies iuuentutis tue: ita & senectus tua. Et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt aliqui hebrei q3 significat fortitudinem.

דבח Immolare. דבח Hostia. מדבחא Altare.

דבח Dabach. in lingua chaldaica significat immolare vel sacrificare. 1. Esdre. 6. In loco vbi immolant hostias. & inde דבח Debach siue דבחא Dibcha. idest hostia vel sacrificium: vt in predicto loco. & inde מדבחא Madbecha idest altare. vt. 1. Esd.7. & offerte ea super altare templi dei vestri.

דבלה Massa de ficis. דבלים Masse caricarum.

דבלה Debela. carica. siue palatha. idest massa deficis. 1. Regum.30. Dederuntq3 ei panem vt comederet & biberet aquam sed & fragmen masse caricarum. Esa.38. Et iussit esaias vt tollerent massam deficis. Et in plurali dicitur דבלים Debelim. 1. Regum. 25. Et ducentas massas caricarum. Et. 1. Paralipo. 12. Afferebant panes in asinis & camelis & mulis & bobus ad vescendum & farinā & palathas.

Palatha. דבק Adherere. Coherere. Cōglutinare. Agglutinare. Cōpigere. Apphēdere Cōphēdere. Cōtingere Persequi.

דבק Dabac. adherere. conglutinare. agglutinare. compingere. attingere. apprehēdere. comprehendere. sequi. Sociare. Gen.2. Et adherebit vxori sue. Et in eodem.34. Sichem filii mei adhesit anima filie vestre. Deut.4. Vos autem qui adheretis domino deo vestro. Et in eodem.10. Ipsi adherebis. Et in eodem.13. Et non adherebit de illo anathemate quicquam in manu tua. Et in eodem.30. Et illi adhereas. Iof.22. Adhereatisq3 ei & seruiatis. 2. Reg. 20. viri autem iuda adheserunt regi suo. 4. Reg.3. Veruntamē in peccatis Hieroboā filii nabath qui peccare fecit israel adhesit. Iob.29. Et lingua eorum gutturi suo adherebat. & in eodem.41. Vna alteri adherebit. Et in eodem. Membra carnium eius coherentia sibi. Ps.21. Et lingua mea adhesit faucibus meis. Ps.118. Adhesit paumēto anima mea. Et in eodem. Adhesi testimoniis tuis domine. Prouer. 18. Magis amicus erit quam frater. Pro quo hebrei legunt. Magis adheret quam frater. Hiere.13. Sicut adheret lumbare ad lumbos viri. Et in eodem. 42. & fames qua soliciti estis adherebit vobis. Ezech.3. Et linguam tuam adherere faciam palato tuo. Et in eodem.29. Et pisces tui squamis tuis adherebunt. Item ponitur pro conglutinare vel agglutinare Gen.34. & conglutinata est anima eius cum ea. Ps.43. cōglutinatus est in terra venter noster. Hiere.13. Sic agglutinaui mihi omnem domum israel. Ezech.29. & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis. Ponitur etiam pro compingere. Iob.34. & glebe compingebantur. Significat etiam attingere vel contingere aut apprehendere vel comprehendere. Gen.19. Ne forte apprehēdat me malum. Et in eodem.31. & comprehendit eum in monte galaad. 2. Parali.3. Alam cherub alterius contingebat. Significat etiam sequi vel persequi. Iudi. 20. & cum vltra tenderent persecuti sunt eos. 1. Reg.31. Irrueruntq3 philistiim in saul & in filios eius. idest persecuti sunt eos. 1. Paralipo.10. Cumq3 appropinquassent philistei persequentes saul & filios eius. Inde דבק debec. idest glutinum siue coniunctio aut iunctura. Esa. 41. Dicens glutino bonum est. & in plurali דבקים debacim. 3. Reg. 22. & percussit regem israel inter pulmonem & stomachum. Pro quo hebrei legunt. & percussit regem israel inter iuncturas & loricam. Et per iuncturas intelligitur torax qui fit ex laminis ferreis sibi inuicem iunctis.

דבק Glutinum דבקים Iuncture.

דבר Loqui.

דבר Diber. loqui. dicere. sermocinari. iterficere. subiicere Gen.17. Cumq3 finitus esset sermo loquētis cum eo. Et in eodem.18. Quia semel cepi loqui ad dominum meū. Et in eodem. Ne queso indigneris domine mi si loquar. & in eodem.24. Qui locutus est mihi & iurauit mihi dicēs. Et in eodem.31. Caue ne quicquam aspere loquaris cōtra iacob. Et in eodem.37. Nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Et in eodem.42. Locutus est nobis dominus terre. Exo.4. Et ipse loquetur pro te. Et in eodem.13. Locutusq3 est dominus ad moysen. Et in eodem.19. Moyses loquebatur. Et in eodem.20. Loquere tu nobis & audiemus. Nu. 7. Audiebat vocem loquentis ad se. Et in eodem. 12. Locuta est maria & Aaron contra Moysen. Et in eodem. Vel per somnium loquar ad illum. Et in eodem. Ore enim ad os alloquor ei. Et in eodem. 21. Locutusq3 contra dominum & Moysen ait. Et in eodem. 27. Iustam rem postulant filie salphaad. Pro quo hebrei legunt. Iuste siue recte loquuntur filie salphaad. Deut.31. Et loquar audientibus eis. 1. Reg. 1. Porro anna loquebatur in corde suo. Et in eodem.19. Locutus est ergo ionathas de dauid bona. 2. Reg.23. Spiritus domini locutus est per me. & 4. Reg. 2. Cumq3 pergerent & incendentes sermocinarentur. Nee.13. Ex media parte loquebantur azotice. & nesciebant loqui iudaice. Iob.7. loquar in tribulatione spiritus mei. Et in eodem. 33. Loquatur lingua mea in faucibus meis. Ps.2. Tunc loquetur ad eos in ira sua. Ps.14. Qui loquitur veritatem in corde suo. Ps.27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo. Ps.30. Que loquuntur aduersus iustum iniquitatem. Ps.49. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. Ps. 86. Gloriosa dicta sunt de te. Ps.88. Tunc locutus es in visione sanctis tuis. Prouer.23. Et cor tuum loquetur peruersa. Et in eodem 25. Qui loquitur verbum in tempore suo. Eccl's.1. Locutus sum in corde meo. Et in eodem. 7. Sed & cunctis sermonibus que dicuntur ne accommodes cor tuum. Canti.8 In die quando alloquenda est. Esa.8. Loquimini verbum & non fiet. Hiere. 9. Docuerunt linguas suas loqui mendacia. Ezech.2. Et loqueris verba mea ad eos. Dan.10. Cumq3 loqueretur mecum conualui. Osee.2. Et loquar ad cor eius. Et in eodem.10. Loquimini verba visionis inutilis. Et in eodem.12. & locutus sum super prophetas. Zach.2. Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur. Malach.3. Quid locuti sumus contra te. Vbi ponitur verbum passiuum prime coniugationis: quod scribitur cum littera nun in principio. Et in eodem. Tunc locuti sunt timentes dominum vnusquisq3 cum proximo suo. & inde דבר Dabar. siue דבר Debar. i. verbum. sermo. eloquium. Res vel aliquid. causa. negocium. tractatus. ordo. responsum. Iudi. 3. Verbum secretum habeo ad te. o rex. 1. Reg.17. Nūquid non verbum est. 2. Reg. 1. Quod est verbum quod factum est. 3. Reg.17. Et verbum dei in ore tuo verum est. Iob.4. Porro ad me dictum est verbum absconditum. Ps.32. Quia rectum est verbum domini. Ps. 44. Eructauit cor meum verbum bonum. Ps.106. Misit verbum suum & sanauit eos. Ps.118. Verbum tuum permanet in celo. Prouer. 14. innocens credit omni verbo. Esa.2. Verbum quod vidit esaias filius Amos. Hiere. 29. Et suscitabo super vos verbum meum bonum. Ezech.1. Factum est verbum domini ad ezechielem. Item ponitur pro sermone. Gen. 24. A deo egressus est sermo. Exo.33. Audiens populus sermonē hūc pessimum. Deut.30. Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo. 1. Reg.3. Et sermo domini erat preciosus. 3. Reg.10. Non fuit sermo qui regem posset latere. 2. Paralipo. 9. Firmetur sermo tuus quem locutus es. Iob. 26. Et cum vix paruam stillam sermōis eius audierimus. Ps.147 Velociter currit sermo eius. Prouer.12. Et sermone bono letificabitur. Et in eodem.25. Gloria dei est zelare verbū: & gloria regum inuestigare sermonem. Hiere. 18. Nec sermo a propheta. Et in eodem. 44. Cuius sermo complebitur. Item ponitur pro re: vel pro aliquo. Gen. 37. Pater vero rem tacitus considerabat. Exo. 9. vt nil omnino pereat ex his que pertinent ad filios israel. Pro quo hebrei legunt. Et non morietur siue nō peribit ex oībus que pertinēt ad filios israel quicquam siue aliquid aut res. Nu.23. Et quodcumq3 imperauerit loquar tibi. Pro quo hebrei legunt. & quodcumq3 siue rem quam ostenderit mihi loquar tibi. Deute.23. & nihil in eis appareat feditatis. Pro quo hebrei legunt. & non appareat in te turpis res aut feditatis aliquid. Iudi.18. Nullo eis penitus resistente. Pro quo hebrei legūt. Et non resistente re siue aliquo in terra. Et in eodem. In quo nullius rei est penuria. 2. Reg.11. Non te frangat ista res. Et in eodem.17. Et sic res latuit. 4. Regum.5. & si rem grāde dixisset tibi ppheta facere debueras. Ps.63. In tenderūt arcum suum rem amaram. Ecclesiastes. 8. Necq3

Sermocinare. Dicere. דבר דבר Verbum. Sermo. Res. Quicquā. Quodcunq3. Aliquod. Res. Opus.

permaneas in opere malo. Pro quo hebrei legũt. Neqȝ permaneas in re mala ſiue in aliquo malo. & in eodẽ. Qui cuſtodit preceptum: non experietur quicquã mali.i.aliquid mali. Eſa.39. Nõ fuit res quam nõ oſtenderim eis in theſauris meis. Et in plurali דְּבָרִים Debarim .i. verba. Sermões res. Geñ.11. Erat aũt terra labii vnius & ſermonum eorũdẽ Deut.4. Ne obliuiſcaris verborum que viderunt oculi tui. Et in eodem vocem verborum eius audiſtis. 3. Reg.8. Et ſint ſermones mei iſti &c. Ps.18. Non ſunt loquele neqȝ ſermones. Ps.118. Cõfirma me in verbis tuis. Ezech.1. Cuncte res difficiles. Et qñ poſt ſe regit genitiuũ dicitur דִּבְרֵי Dibre. Ps.35. Verba oris eius iniquitas & dol⁹. Põitur etiã דָּבָר Dabar pro cauſa. Ioſ.5. Hec aũt cauſa eſt ſecunde circũciſionis. 3. Reg.11. Et hec eſt cauſa rebellionis aduerſus eũ. Item ponitur pro negocio vel tractatu. Exo.18. Vltra vires tuas eſt negocium. Ioſ.22. Et non magis ea cogitatiõe atqȝ tractatu. Item ponitur pro ordine. Eſa.5. Et paſcẽtur agni iuxta ordinem ſuum. Ps.109. Secundũ ordinem melchiſedech. Vbi põitur דִּבְרָתִי Dibrathi cũ Tau & Iod in fine: ratione genitiui ſequentis. Significat etiam eloquiũ ſiue reſponſum vel ſponſionem. Exo.8. Pro ſponſione ranarum quam condixerat pharaoni. Hiere.5. Et reſponſum nõ eſt in eis. Oſee.1. Principium loquendi dño in oſee. Pro quo hebrei legunt. Principiũ eloquii ſiue ſermonis dñi in oſee Et aliquando additur littera mem in principio & dicitur מִדְבָּר Midbar .i. eloquium. Canti.4. Et eloquium tuũ dulce. Et aliquãdo huic dictiõi דָּבָר Debar ſiue דִּבְרַת Dibrath preponitur dictio עַל Al. & dicitur עַל דָּבָר Al debar ſiue עַל דִּבְרַת Al dibrath. Et tunc ambe dictiones ſignificãt propter: quia: vel gratia alicuius rei: aut ſuper aliquod: vł ꝑ aliquo. vt Geñ.43. Propter pecuniam quam retulimus pri⁹ in ſaccis noſtris. Deut.24. Quia noluerunt vobis occurrere in pane & aqua. Eccl's.3. Dixi in corde meo de filiis hominum.i. propter filiõs hominum. Et in eodem.8. Et precepta iuramenti dei. Pro quo hebrei legunt. Et propter iuramentum dei: ſiue & ſuper verbum iuramenti dei. Dañ.2. Sed vt interpretatio regi manifeſta fieret. Inde דְּבִיר Debir .i. Oraculum: ſiue domus interior que dicebatur Sancta ſanctorum: eo quod ex eo dabantur reſponſa & verba diuina. 3. Reg.6. Per circuitum templi & oraculi. & in eodẽ. Oraculum aũt in medio domus in interiori parte fecerat. Et in eodem.8. Et intulerunt ſacerdotes arcam federis domini in locum ſuum in oraculum templi. Beatus hieronymus ſup epiſtolam ad Epheſios ſic ait. Interiora corporis noſtri in nouum vocabulum tranſeant: dicanturqȝ debir: quod nos oraculum ſiue reſponſum poſſumus appellare. & vt contẽtioſius verbum exprimamus ex verbo locutorium dicere poſſumus. Item דָּבַר Daber.i. interfecit ſiue ſubiecit. 2. Paralip.22. Surrexit & interfecit oẽm ſtirpem regiam dom⁹ Ioram. Ps.46. Subiecit populos nobis. Sed beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veri. tranſtulit in hoc loco. Congregauit populos ſubtus nos. & inde דֶּבֶר Deber ſiue דָּבֶר Daber.i. mors peſtis ſiue peſtilẽtia. vt Exo.5. Ne forte occurrat nobis peſtis aut gladius. Et in eodem.9. Peſtis valde grauis. & in eodem. Et percutiam te & populũ tuum in peſte. Ps.90. A negocio perambulãte in tenebris. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatem trãſtulit. A peſte in tenebris ambulãte. Oſee.13. Ero mors tua o mors. Et inde מִדְבָּר Mydbar.i. deſertum. Solitudo: eo quod eſt locus contrarius vite humane. Geñ.21. Habitauit in deſerto Pharã. Exo.4. Vt ſeruiat mihi in deſerto. Et in eodẽ.14. Cõcluſit eos deſertũ. & in eodẽ.19. In die hac venerunt in ſolitudinem Sin. Deut.1. In ſolitudine campeſtri. Ps.54. Et manſi in ſolitudine. Ps.101. Similis factus ſum pelicano ſolitudĩs. Inde דְּבוֹרָה Debora.i. apis. Eſa.7. Et api que eſt in terra aſſur. Et in plurali דְּבוֹרִים Deborim ideſt apes. Deut.1. Sicut ſolent apes perſequi. Iudi.14. Et ecce examen apũ in ore leonis erat. Ps.117. Circundederũt me ſicut apes. Item דֹּבֶר Dabar.i. caula.ſ. ouium. Mich.2. Quaſi pecus in medio caularum. Vbi ponitur הַדָּבְרוֹ Hadabro cum he in principio & cum vau in fine. Et dicũt hebrei ꝙ ſignificat cõſuetudinem ſiue ductum, eo quod in lingua chaldaica דְּבַר Dabar ſignificat ducere vel minare. Inde דֹּבְרוֹת Dobroth id eſt ducte: in gñe feminino. Pro quo btũs Hieronymus tranſtulit rates. 3. Reg.5. Et ego componam eas in ratibus.

דְּבַשׁ Debas. Mel. Geñ.43. Modicũ reſine & mellis. Exo.13. Vt daret tibi terrã fluentẽ lacte & melle. Iudi.14. Quid dulcius melle. 1. Reg.14. Omnis quippe terre vulg⁹ venit in ſaltum in quo erat mel. 2. Paralip.39. Mellis quoqȝ & omnium que gignit humus decimas obtulerũt. Et dicũt hebrei ꝙ etiam accipitur ꝓ melle dactylorum: qui in terra illa ſunt valde melliflui. Item דַּבֶּשֶׁת Dabeſeth. Gibbus.ſ. camellorum. Eſa.30. Et ſuper gibbum camellorum theſauros ſuos.

דָּג Dag. Piſcis. De quo vide in dictione ſequenti.

דָּגָה Daga. creſcere. multiplicari. piſcari. Geñ.48. Et creſcant in multitudinem ſuper terrã. Hiere.16. Ecce ego mittã piſcatores multos dicit dñs & piſcabuntur eos. Inde דָּגָה Daga.i. piſcis. Exo.7. Piſces quoqȝ q ſunt in fluuio morientur. & in eodem. Et piſces qui erant in flumine mortui ſunt. Nu.11. Recordamur piſciũ quos comedebamus in egypto. Et quando poſt ſe regit genitiuum mutat he vltimum in Tau. Geñ.1. Et preſit piſcibus maris. & in eodem. Et dominamini piſcib⁹ maris. Ezech.29. Et agglutinabo piſces fluminum tuorum. Et in predictis locis in hebreo ponitur ſingulare pro plurali. dicitur etiam דָּג Dag. ſine he in fine. vt Ione.2. Et preparauit dñs piſcem grandẽ. Scribitur etiã דָּאג Dag. cum aleph in medio dictionis. Nee.13. Afferentes piſces & oĩa venalia. Et in plurali דָּגִים Dagim.i. piſces. Eccl's.9. Sed ſicut piſces capiuntur hamo. Et qñ poſt ſe regit genitiuũ amittit mem & dicitur דְּגֵי Dege. Geñ.9. Oẽs piſces maris manui veſtre traditi ſunt. Ps.8. Volucres celi & piſces maris. & inde דַּיָּג Dayag ſiue דַּוָּג Dauag per appoſitionẽ Iod vel Vau in medio dictionis.i. piſcator. Eſa.19. Et merebunt piſcatores. Ezech.47. Et ſtabunt ſuper illa piſcatores.

דֶּגֶל Degel. Vexillum. aut ſignum exercitus: ſiue quodlibet inſigne. Nu.2. Singuli per turmas ſigna atqȝ vexilla & domos cognationum ſuarum caſtrametabuntur. Et in eo. In caſtris filiorum ruben ad meridianam plagam erit princeps eliſur filius ſedeur. pro quo hebrei legunt. Vexillum vel ſignum caſtrorum ruben ad meridianam plagam per turmas ſuas & princeps filiorum ruben eliſur filius ſedeur. Et inde דָּגוּל Dagul ideſt inſigne vel ſignatum. Pro quo Beatus Hieronymus tranſtulit electum. Canti.5. Dilectus meus candidus & rubicundus: electus ex millibus. Et inde verbum נִדְגֹּל Nidgol. Pro quo in noſtra tranſlatione habetur magnificabimur. Ps.19. Et in nomine dei noſtri magnificabimur. Sed beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit: & in nomine dei noſtri ducemus choros. Poteſt etiam legi ſic. Et in nomĩe dei noſtri ducemus vexilla vel ſigna: aut ſignati vel inſignes erimus. Et inde נִדְגָּלוֹת Nidgaloth. pro quo beatus hieronymus trãſtulit caſtrorũ acies ordinate.ſ. ꝑ ſigna atqȝ vexilla. Canti.6. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

דָּגָן Dagan. Frumentum. Geñ.27. frumento & vino ſtabiliui eum. Deut.11. Vt colligatis frumẽtum & vinum & oleũ. 2. Paralip.32. Apothecas quoqȝ frumẽti vini & olei.

דָּגַר Dagar. fouere. incumbare ſicut aues ſolent ſuper oua incubare. Eſa.34. Et circunfodit & fouit in vmbra eius. Hiere.17. Perdix fouit que non peperit.

דָּדָה Dada. tacere. recogitare. Ps.41. Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſqȝ ad domũ dei. Pro quo btũs hieronymus in pſalterio iuxta he ve. tranſtulit. Quia veniam ad vmbraculum tacebo vſqȝ ad domum dei. Eſa.38. Recogitabo tibi omnes annos meos. Hebrei tamen dicunt ꝙ ſignificat ambulare paulatim ſiue moueri. Sicut infra dictio נָדַד Nadad. que ſignificat mouere aut migrare. vt Eſa.10. Migrauit medemena. Et in eodem. Et nõ fuit qui moueret pennam. Et ſic exponũt illud pſalmi.41. ſcilicet mouebor ſiue ambulabo cum eis vſqȝ ad domum dei. Et illud Eſa.38. Exponunt ſic ſcilicet cõmouebo oẽs annos meos. ideſt reuoluam eos in cogitatiõe mea in amaritudine anime mee.

דְּהַב Dahab. In lingua chaldaica ſignificat aurum vt Dañ.2. Caput ex auro optimo. Et in eodem. Es argentũ & aurum. Et inde מַדְהֵבָה Madheba per additionem mem in principio. ideſt aurum tributarium. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit tributum. Eſa.14. Quomodo ceſſauit exactor: quieuit tributum.

דָּהַם Daham. ſtupefacere. conturbare. Et inde participiũ paſſiuum נִדְהָם Nidham. Hiere.14. Quare futurus es ſicut vir vagus. pro quo he. le. ſicut vir ſtupefactus ſiue conturbatus. Et ſolum inuenitur in predicto loco.

דָּהַר Dahar. fremere. Naum.3. Vox impetus rote & equi frementis. Et inde דַּהֲרוֹת Daharoth. ideſt fremitus. vel impetus. Iudi.5. Fugientibus impetu & per preceps ruentibus fortiſſimis hoſtium. Pro quo hebrei legunt. Ab impetu ſiue a fremitu fortium eius. Item תִּדְהָר Thidhar. ꝑ additionẽ tau in principio: ſignificat quoddam genus arboris. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit vlmum. Eſa.41. Ponam in deſerto abietem & vlmum & buxum ſimul. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ ſignificat quandam ſpeciẽ cedri.

דּוֹב Dob. vrſus. 1. Reg.17. Et veniebat leo vel vrſus & tollebat arietem. Prouer.28. Leo rugiens & vrſus eſuriens. Et aliquãdo ſcribitur ſine vau in medio. vt. 1. Reg.17. Leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus. Eſa.11. Vitulus & vrſus paſcentur. Threñ.3. Vrſus inſidians factus eſt mihi. Et in plurali דֻּבִּים Dubim.i. vrſi. 4. Reg.2. Et egreſſi ſunt duo vrſi de ſaltu.

דַּוָּג Dauag. piſcator. De quo vide ſupra in dictione דָּגָה Daga. Et inde דּוּגָה Duga.i. inſtrumẽtum piſcatoriũ ſecundum hebreos quo piſces coquũtur. Amos.4. Et reliqas veſtras in ollis piſcatoriis. Et aquila in lebetibus piſciculorum tranſtulit. vt ait beatus hieronym⁹ in ſuis explanationibus ſuper predicto loco.

דּוֹד Dod. Dilectus. patruus. aut patruelis. vber. mãma. ſeu mamilla. caldariũ. cophinus. calathus. Canti.1. Faciſculus myrrhe dilectus meus mihi. Et in eodẽ.2. Dilectus me⁹ mihi & ego illi. & in eodẽ.5. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto. Et in eodẽ.8. Innixa ſuper dilectum ſuũ. Itẽ ponitur pro patruo. Hiere.32. Et venit ad me ananehel filius ſellũ patrui mei. Et aliquãdo ſcribitur ſine vau in medio. Leui.10. Vocatis autẽ moyſes miſahele & eliſſaphan filiis oziel patrui aaron. Et in eodẽ.25. Qui noluerit ex fratribus ſuis redimet eum aut patruus. Ponitur etiã pro patrueli. Eſa.4. Canticum patruelis mei vinee ſue. Hiere.32. Ecce ananehel filius ſellũ patruelis tuus veniet ad te. Et in eodem. In oculis ananehel patruelis mei. Ponitur etiã pro vbere. vel mãma. Prouer.7. Veni inebriemur vberibus. Scribitur etiam pro vberibus vel pro mãmis ſine vau in medio dictionis. vt Cãti.1. Quia meliora ſunt vbera tua vino. & in eodem. Memores vberũ tuorum ſuper vinũ. et in eodẽ.4. Quã pulchre ſunt mãme tue ſoror mea ſponſa. et in eodẽ. Pulchriora ſunt vbera tua vino. Et in eodẽ.7. Ibi dabo tibi vbera mea. hebrei tamẽ in predictis locis ꝓ vberib⁹ vel mamis legunt dilectiones ſiue amores: quia eiſdẽ litteris vtrũqȝ ſcribitur. vt Ezech.16. Et tẽpus tuũ tempus amantium. vbi pro eo quod in littera noſtra eſt amantiũ: in hebreo eſt דֹּדִים Dodim ſine vau: ſicut in locis ſupradictis. vide etiã de hoc ſupra in dictione דַּד Dad. Item דּוּד Dud.i. caldarium. 1. Reg.2. Et mittebat eam in lebetem vel in caldariũ. Ponitur etiã pro cophino. Ps.80. Manus eius in cophino ſeruierunt. Item ponitur pro calatho. Hiere.24. Calathus vnus ficus bonas habebat nimis. & in eodẽ. Et calathus vnus ficus habebat malas nimis. Et in plurali דּוּדִים Dudim. 4. Reg.10. Et poſuerũt capita eorũ in cophinis. Et aliquando ſcribitur cum littera aleph in fine: de quo vide in dictione ſequenti.

דּוּדָאִים Dudaim. mandragore. Geñ.30. Reperit mãdragoras quas matri lie dedit. et. Canti.7. Mandragore dederunt odorem ſuũ. et ſolum inuenitur in numero plurali. et qñ poſt ſe regit genitiuũ amittit mẽ: & dicitur דּוּדָאֵי Dudae. vt Geñ.30. Da mihi partem de mandragoris filii tui. Ponitur etiã pro cophinis vel calathis. vt Hiere.24. Et ecce duo calathi pleni ficis.

דָּוָה Daua. merens. dolẽs. mẽſtruata. Threñ.1. Tota die merore confectam. Et in eodẽ.5. Propterea meſtum factũ eſt in dolore cor noſtrũ. Et aliquãdo ſcribitur cum Iod in fine loco he. Et dicitur דַּוַּי Dauai.i. dolor. Infirmitas. meror. aut merens Ps.40. Dñs opem ferat illi ſuper lectũ doloris eius. Threñ.1. Et cor meum merens. Ponitur etiã דְּוֵי Deue pro anguſtia. Iob.6. Nunc pre anguſtia cibi mei ſunt Et aliquãdo ſcribitur cũ mem in principio. Et dicitur מַדְוֵי Madue. Deut.7. Auferet dñs a te omnẽ languorem & infirmitates egypti peſſimas. Ponitur etiã מַדְוֵי Madue pro veſtimẽtis. vt. 2. Reg.10. Et precidit veſtes eorum medias. de quo vide infra in dictione מַד mad. Item דָּוָה Daua.i. menſtruũ ſiue menſtruata. Leui.12. Iuxta dies ſeparationis mẽſtrui. Et in eodẽ.15. Et que menſtruis tẽporibus ſeparatur. Eſa.30. Et diſperges ea ſicut immũditiam menſtruate.

דּוּחַ Doach. ĩpellere. expellere. euertere. eiicere. lauare. Ps.34. Et angelus dñi coarctãs eos. Pro ꝗ beat⁹ hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatẽ tranſtulit. Et angelus dñi impellat. Ps.35. Expulſi ſũt nec potuerũt ſtare. Hiere.27. Vt eiiciã vos & pereatis. Et aliquãdo ſcribitur ſine vau in medio. de quo vide infra in dictione דָּחָה Dacha. Itẽ ſignificat lauare.ſ. quãdo eſt verbũ tertie coniugationis: et tunc mutatur littera vau in iod. vt Eſa.4. Et ſanguinẽ ieruſalem lauerit de medio eius. 2. Paral.4. Vt lauarent in eis omnia que in holocauſtis oblaturi erant. Pro quo hebrei legunt Ad lauandũ in eis: omnia que in holocauſtũ oblaturi erant lauabant in eis. Ezech.40. Ibi lauabãt holocauſtũ.

דּוּךְ Doch. terere. Et inde מְדוֹכָה Medocha.i. Mortariũ: eo quod in eo teritur. vt Nu.11. Frangebat mola ſiue terebat in mortario. Et inde דַּךְ Dach.i. pauper. egenus. humilis. contritus. Ps.9. Et factus eſt dominus refugiũ pauperi Ps.73. Ne auertatur humilis factus confuſus. Vide etiam de hoc infra in dictione דַּךְ Dach. & in dictione דָּכָה Dacha.

דּוּם Dom. Tacere. ſilere. quieſcere. expectare. vt Ps.61. Veruntamẽ deo ſubiecta eſto anima mea. Pro quo beat⁹

Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Verūtamē deo tace anima mea. Amos. 5. Ideo prudens in tempore il-lo tacebit. Et aliquando scribitur sine vau. vt Leuit. 10. Quo audiēs tacuit aarō. Hiere. 47. Et refrigerare & sile. Threñ. 2. Nec taceat pupilla oculi tui. & in eodem. 3. Sedebit solita-rius & tacebit. significat et quiescere. siue expectare. Iosu. 10. Sol cōtra gabaon ne mouearis. pro quo hebrei legunt. Sol contra gabaon quiesce vel expecta. i. sta ne mouearis. Et in eodem. Et stetit sol & luna. i. quieuit. 1. Reg. 14. Manete donec veniamus ad vos. i. quiescite vel expectate. Vide et infra in dictione דָּמָם Damam. & in dictiōe דָּמָה Dama. Itē de דּוּמָה Duma. i. silentium. Pro quo in nostra translatione ponitur infernus. Ps. 93. Paulominus habitasset in infer-no anima mea. Et inde דּוּמִיָּה Dumia. i. silētium. Ps. 61. Nō ne deo subiecta erit anima mea. Pro quo beatus Hierony-mus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Attamen ad deum silebit anima mea. Ps. 64. Te decet hymnus de⁹ in syon. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit. Tibi silentium laus deus in syon.

דין Dun. iudicare. iudicium esse. iudicio contēdere. certare. litigare. Geñ. 6. Non permanebit spūs meus in homine in eternum. Pro quo hebrei legunt. Non certabit siue non litigabit spiritus meus in homine in eternum. Alii vero le-gunt sic. Non iudicabit spūs meus in hoīe in eternum. Vñ beatus Hieronymus in libro de hebraicis questionibus sup predicto loco sic ait. In hebreo scriptum est: Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum: qm̄ caro sūt. hoc est: quia fragilis est in hominibus conditio nō eos ad eter nos seruabo cruciatus: sed hic illis restituam quod meren-tur. Ergo non seueritatem vt in nostris codicibus legitur: sed clementiam dei sonat: dum peccator hic pro suo scelere visitatur. hec Hieronymus. Alii vero dicunt ꝙ potest deri-uari a dictione נָדָן Meden que significat vaginā: quasi esset spiritus in homine sicut gladius in vagina. & legūt sic. Nō vaginabitur spiritus me⁹ in homine. i. non manebit vel p-manebit. Concordat cum hoc burgensis in additionibus super hoc loco. Iob. 19. Et scitote esse iudicium. & aliquādo scribitur sine vau in medio. Geñ. 15. Veruntamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo. Et in eodem. 30. Iudicauit mihi dominus. Hiere. 5. Causam vidue non iudicauerunt Et in eodem. 22. Iudicauit causam pauperis & egeni in bo num suum. Et aliquando scribitur cum Iod in medio loco vau. Geñ. 49. Dan iudicabit populum suum. Deut. 32. Iu-dicabit dominus populum suum. Iob. 35. Iudicare coram illo. Ps. 71. Iudicabit populum tuum in iustitia. Ps. 109. Iu dicabit in nationibus. Eccl's. 6. Et non possit contra iustio-rem se iudicio contendere. Esa. 3. Stat ad iudicandos popu los. & aliquando scribitur cum nun in principio & dicitur נָדוֹן Madon: & significat certare vel litigare. vt. 2. Reg. 19. Omnisqꝫ populus certabat in cunctis tribubus israel. Inde דִּין Din. i. iudicium siue causa. s. que agitur in iudicio. Iudi. 5. Et sedetis supra in iudicio. Iob. 36. Causa tua quasi im-pii iudicata est: causam iudiciumqꝫ recipies. Hiere. 5. Cau-sam vidue non iudicauerunt. & in eodē. 22. Iudicauit cau-sam pauperis & inde דַּיָּן Daiam. i. iudex. Ps. 67. Patris or phanorum & iudicis viduarum. & inde מָדוֹן Madon. i. con-tentio. Lis. Rixa. Iurgium. Discordia. vt Prouer. 15. Vir ira cundus prouocat rixam. Et in eodem. 16. Homo peruer-sus suscitat litem. Et in eodem. 17. Qui dimittit aquam ca-put est iurgiorum. Quod in hebreo legitur in numero sin gulari scilicet caput est iurgii. Et in eodem. 22. Eiice deriso rem & exibit cum eo iurgium. 2. Reg. 21. Quartum bellū fuit in geth: in quo vir fuit excelsus. & ponitur ibi מָדוֹן Ma don pro excelso. Pro quo aliqui hebrei legūt. litigiosus vel rixosus. i. bellicosus. Potest etiam deriuari a dictione מִדָּה Midda que significat mēsuram. vt sit sensus. In quo vir fuit mensure siue mensuratus. i. excelsus. Et in plurali scribitur sine vau & dicitur מְדָנִים Medanim. vt prouer. 6. Qui semi nat inter fratres discordias. & in eodem. 10. Odium susci-tat rixas. & aliquando scribitur cum Iod loco vau & dicitur מִדְיָנִים Midianim. vt prouer. 18. Contradictiones cōpri-mit sors. Et in eodem. 21. Melius est sedere in angulo do-matis ꝙ cum muliere litigiosa. pro quo hebrei legūt quā cum muliere litigiorum vel litium. Et in eodem. Quam cū muliere rixosa. Pro quo hebrei legunt. Quam cum mulie-re rixarum vel litium. Et in eodem. 27. Tecta perstillātia in die frigoris & litigiosa mulier comparantur. Ponitur et pro iudiciis. vt prouer. 18. Et iudicia quasi vectes vrbium. Sed etiam in hoc loco hebrei legūt. Et iurgia siue lites. Itē מְדִינָה Medina. i. prouincia. de quo vide infra in dictione מָדַן Medin.

דוץ Dus. Precedere. vt Iob. 41. Et faciē eius precessit ege-stas. & solum inuenitur in predicto loco. & dicunt he-brei ꝙ significat letari siue gaudere: quia in lingua chal-daica significat gaudium vel letitiam. & legunt sic. Et corā eo letabitur meror: siue ante ipsum gaudebit dolor. Tamē si littera daleth mutetur in litteram res: que est quasi eiusdem figure: tunc significat precurrere siue precedere. Sicut est in littera nostra.

דוק Doc. Nihil. vt Esa. 40. Qui extēdit velut nihili celos. De quo vide infra in dictione דָּקַק Dacac.

דוּר Dur. Habitare. durare. vt. Ps. 83. Magis ꝙ habitare in tabernaculis peccatorum. & in lingua chaldaica aliqñ scribitur cum aleph in medio loco vau. vt Dañ. 2. Et omīa in quibus habitant filii hominū. & inde מָדוֹר Mador. i. ha-bitatio. Dañ. 2. Quorum non est cum hominibus conuersa tio. idest habitatio. & in eodem. 4. Et cum bestiis feris erit habitatio tua. & inde דּוֹר Dor. i. generatio. Etas. i. temp⁹ ha bitationis vel durationis hominis. vt Geñ. 15. Generatiōe aūt quarta reuertentur huc. Deut. 23. Tertia aūt generatiōe intrabunt in ecclesiam domini. & in eodem. 32. Generatio enī peruersa est. Ps. 13. Qm̄ dominus in generatione iusta est. Eccl's. 1. Generatio preterit & generatio aduenit. Esa. 38. Generatio mea ablata est. & in eodem. 53. Generationē eius quis enarrabit. & in plurali דּוֹרִים Dorim. Secundum formam masculinorum siue דּוֹרוֹת Doroth secūdum formā femininorum. vt Ps. 71. Et ante lunam in generatiōe & ge nerationem. Pro quo hebrei legunt. Et ante lunam in ge-neratione generationum. Esa. 41. Vocans generatiōes ab exordio. Item דּוּר Dur. i. strues. s. lignorum. vt Ezech. 24. Compone quoqꝫ struem ossium sub ea. & inde מְדוּרָה Me-dura. i. pyra. focus. vt in eodem. Ve ciuitati sanguinum: cu-ius ego grandem faciam pyram. Esa. 30. Nutrimenta eius ignis & ligna multa. pro quo hebrei legūt. focus siue Py-ra eius ignis & lingua multa.

דוּשׁ Dus. triturare. terere. cōterere Iob. 39. Aut bestia agri conterat. Esa. 25. Et triturabitur moab sub eo sicut te runtur palee in plaustro. Et in eodem. 28. Non enim in ser ris triturabitur gith. Et in eodem. Verum nō in perpetuū triturans triturabit illum. Et in eodem. 41. Triturabis mō tes & cōminues. & osee. 10. Ephraim vitula docta diligere trituram. Pro quo hebrei legunt. Ephraim vitula docta di ligens triturare. Amos. 2. Eo quod triturauerunt plaustris ferreis galaad. Mich. 4. Surge tritura filia syon. Et aliqñ scribitur sine vau. vt Iudi. 8. Cōterām carnes vestras cum spinis tribulisqꝫ deserti. Et aliquando scribitur cum littera

Iod in medio loco vau. vt Deut. 25. Non ligabis os bouis triturantis. & inde דַּיִשׁ Dais. i. tritura. vt Leuit. 26. Et ap-prehendet messium tritura vindemiam. & aliquando scri-bitur cum mem in principio. vt Esa. 21. Tritura mea & filia aree mee. Item דִּישׁוֹן Dison. nomen est cuiusdam animalis. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. Pygargum. Deut. 14. Bubalum. tragelaphum. pygargum.

דָּחָה Dacha. Impellere. expellere. eiicere. euertere. supplā tare. decipere. preuaricari facere. Ps. 117. Qui cogita uerunt supplantare gressus meos. Prouer. 14. In malitia sua expelletur impius. Hiere. 23. Impellētur & corruēt in ea. & in eodem. 29. De cunctis locis ad que expuli vos. Et in eodem. Cunctis gentibus ad quas ego eieci eos. Et aliqñ scribitur cum vau in medio. de quo vide supra in dictione דּוּחַ Doach. Item significat abstrahere vel auertere. siue fa-cere alios preuaricari. vt Deut. 13. Quia voluit te abstrahe-re a domino deo tuo. & in eodem. Et auerterunt habitato-res vrbis sue atqꝫ dixerunt. & ponitur ibi verbum tertie cō iugationis quod scribitur cum he in principio & Iod in se-cunda syllaba. 2. Paralip. 21. Et preuaricari fecit iudam. i. auertit a cultura dei. vide etiam de hoc infra in dictiōe נָדַח Nadach. & inde דְּחִי Dechi. i. lapsus. Ps. 55. Et pedes meos a lapsu. & similiter. Ps. 104. Vbi eadem verba habentur. & inde דְּחוּיָה Dechuia. i. delapsa. siue depulsa. Ps. 61. Tāqꝫ pa-rieti inclinato & macerie depulse. & inde נִדָּחִים Nidachim. i. eiecti siue profugi. vt Ps. 149. Dispsiones israel cōgrega bit. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebrai-cam veritatem transtulit. eiectos israel congregabit. Esa. 11 Et congregabit profugos israel. & in eodē. 16. Habitabunt in te profugi mei moab. & etiam de hoc vide infra in dictio ne נָדָה Nadach. & inde מִדְחֶה Midche per additionē mem in principio. pro quo beatus Hieronymus transtulit ruinā vt prouer. 26. Os lubricum operabitur ruinam.

דְּחַל Dachal. in lingua chaldaica significat terrere siue ti-mere. Dañ. 4. Somnium vidi & perterruit me. Et in-de דְּחִיל Dechil. i. terribilis. Dañ. 2. Intuit⁹ ei⁹ erat terribilis

דַּחֲנָן Dachanan cibus siue cena. Dañ. 6. Cibiqꝫ non sunt al lati coram eo. hebrei tamen dicunt quod significat in strumentum musicum: seu tibiam.

דֹּחַן Dochan. milium. vt Ezech. 4. Et tu sume tibi frumen-tum & hordeum & fabam & lentem & milium. & solū inuenitur in predicto loco.

דָּחַף Dachaph. festinare. perterritum accelerare. vt. 2. Para lip. 26. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi. He-ster. 3. Festinabant cursores qui missi erant. & in eodem. 6. Et aman festinauit ire in domum suam.

דָּחַק Dachac. Coarctare. Angustiare. Opprimere. Ioel. 2. Vnusquisqꝫ fratrem suum non coarctabit. & Iudi. 2. Et liberabat eos de cede vastantium. pro quo hebrei legūt. A facie tribulantium & angustiantium vel coarctantiū eos

דַּי Ddai. siue דֵּי De. Sufficientia. abundantia. satis. vt Exo. 26. Plus offert populus ꝙ necessarium est. Pro quo he brei legunt. Plus offert populus ꝙ sufficientia vel abundā tia est operis. i. plus ꝙ sufficit operi. & in eodem. Eo quod oblata sufficerent & abundarent. Leuit. 5. Sin aūt non po-tuerit offerre pecus. pro quo hebrei legunt. Si non inuene-rit manus eius sufficientiam pecudis. i. si non potuerit ha-bere precium sufficiens pro emptione pecudis. & in eodē. 25. Et ipse precium ad redimēdum potuerit inuenire. pro quo hebrei legunt. Et inuenerit quantum sufficit pro redē ptione sua. & in eodem. Quod si non inuenerit manus ei⁹ vt reddat precium. pro quo hebrei legunt. Quod si non in uenerit manus eius sufficientiam vt reddat ei. Deut. 15. Et dabis mutuum quo eū indigere prospexeris. Pro quo he-brei legunt. Mutuans mutuabis ei iuxta sufficientiam que ei deficit. 2. Paralip. 30. Quia sacerdotes qui possent suffi-cere sanctificati non fuerūt. vbi preponitur lamed & mem & dicitur לְמַדַּי Lemiddai. i. ad sufficientiam. Hester. 1. Vñ regis iusta est indignatio. Pro quo hebrei legunt. Et iuxta sufficientiam vel abundantiam contemptionis vel despe-ctionis: & indignatio. s. est. sed beatus Hieronymus in locis predictis transtulit sensum. & prouer. 25. Mel inuenisti cō-mede quod sufficit tibi. & in eodē. 27. Sufficiat tibi lac ca-prarum in cibos tuos. Esa. 40. Et libanus non sufficiet ad succendendum: & animalia eius non sufficient ad holocau sta. i. non erunt satis. Hiere. 29. Rapuissent quod sufficeret sibi. Nañ. 2. Leo cepit sufficienter catulis suis. significat et דֵּי Dde. Transitus vel transmigratio ex vno tēpore in aliud vel ex vno loco in alium. Et tūc cōiter scribitur cum littera mem in principio. & dicitur מִדֵּי Midde. Esa. 66. Et erit mē sis ex mense & sabbatum ex sabbato. i. per singulos mēses & per singula sabbata. ponitur etiā pro a principio. 1. Reg. 18. A principio aūt egressionis eorum. Ponitur etiam pro frequenter. 4. Reg. 4. Cūqꝫ frequenter inde transiret. i. sta tutis temporibus. & aliquando hec dictio דֵּי Dde. est sylla-bica adiectio que ponitur causa ornatus oratiōis. vel ad de-notandum multitudinem vel magnitudinem rei cui pre-ponitur. & scribitur aliquando cum beth vl'caph aut mem in principio & dicitur בְּדֵי Bede. siue כְּדֵי Chede. aut מִדֵּי Midde. & aliquando omittitur in nostra translatione. vt. 3. Reg. 14. Cūqꝫ ingrederetur rex in domum domini porta-bant ea. vbi huic verbo ingrederetur premittitur מִדֵּי Mid de. Iob. 39. Vbi audierit buccinam dicit vah. pro quo in he breo habetur בְּדֵי Bede buccinę dicit vah. i. in abūdantiam vel multitudinem buccinarum dicit vah. & Hiere. 51. Et la-bores populorum ad nihilum & gentium in ignem erunt. Pro quo in hebreo habetur. Et laborabunt populi in דֵּי De nihilum: & gentes in דֵּי De ignis laborabūt. Itē כְּדֵי Che-de. ponitur pro instar. vt Iudi. 6. Et in instar locustarū vni-uersa complebāt: Item מִדֵּי Midde ponitur pro dum siue p ex quo. vt Hiere. 31. Quia ex quo locutus sum de eo adhuc recordabor eius. Itē דִּי Di. in lingua chaldaica est pnomen relatiuum & est omnis generis & vtriusqꝫ numeri. Hiere. 10. Dii qui celum & terram non fecerūt. Dañ. 4. Nōne hec est babylon ciuitas magna quam ego edificaui & in eodem 5. Quos volebat interficiebat: & quos volebat percutiebat quos volebat exaltabat: & quos volebat humiliabat. & ali-quando significat ꝙ coniunctionem. Dañ. 2. Certe noui ꝙ tempus redimitis scientes ꝙ recesserit a me sermo. & aliqñ preponitur ei littera caph & dicitur כְּדִי Cede. & tūc in eadē lingua chaldaica significat quādo. Dañ. 5. Quando autem eleuatum est cor eius. Et aliquando preponitur ei dictio הָא He: & tunc ambe dictiones significant sicut vel quēad-modum. vt Dañ. 2. Sicuti ferrum misceri teste non potest. Est etiam דִּי Di. articulus genitiui casus. Dañ. 2. Ab arioch principe militie regis. & in eodem. Sit nomen domini be-nedictum. Et quando preponitur dictio עַד Ad. tunc ambe dictiones significant donec: siue quoadusqꝫ. Dañ. 2. Donec tempus transeat. & in eodem. 4. Donec scias ꝙ dominatur excelsus.

דַּיָּג Daiag. piscator. De q̄ vide supra in dictione דּוּג Dog.

דַּיָּה Daia. miluus. Deut. 14. Vulturem ac miluum iuxta ge nus suum. & in plurali דַּיּוֹת Daioth. vt Esa. 34. illic cō gregati sunt milui alter ad alterum. & habet terminationē femininam in hebreo tam in singulari ꝙ in plurali. Et est promiscui generis.

דיו Deio. Atramentum. Hier. 36. Et ego scribebã in volu= mine atramento.

דין Den in lingua chaldaica est pronomen demonstratiuũ idest hic siue iste: & in genere feminino vel neutro scri bitur cum aleph vel he in fine: vt infra dicetur in dictione דנא Dena.

דיק Daiec. propugnaculum siue munitio. vt. 4. Reg. 25. Et extruxerunt in circuitu eius munitiões. Ezech. 4. Et edificabis munitionem & comportabis aggerem.

דך Dach. in lingua chaldaica est pronomen demõstratiuũ tertie persone: & est omnis generis. Esdre. 4. Quia si ci uitas illa edificata fuerit. & in eodem. qm̃ vrbs illa vrbs re= bellis. & in eodem. 6. Sinite templum illud fieri.

דכא Dacha. consumere. conterere. confringere. humilia= re. vt Iob. 4. Consumentur velut a tinea. & in eodẽ. 5. Et conterẽtur in porta: & non erit qui eruat. Et in eodẽ. 6. Et qui cepit ipse me conterat. Et in eodem. 19. Et atteri= tis me sermonibus: Et in eodem. 22. Et lacertos pupillorũ cõminuisti. pro quo hebrei legunt. Et brachia pupillorum conterebantur vel cõfringebantur. Et in eodem. 34. Et in troducet noctem & conterentur. Ps. 71. Et humiliabit calũ niatorem. Ps. 142. Humiliauit in terra vitam meam. Esa. 53. Attritus est propter scelera nostra. Et in eodem. Et dñs voluit conterere eum in infirmitate. Threñ. 3. vt contere= ret sub pedibus eius omnes vinctos terre. Ponitur etiã pro mundare. vt Hiere. 44. Non sunt mundati vsq; ad diem hanc. & inde דכא Dacha. i. contritio siue contritus vel attri tus aut humilitas vel humilis. Deut. 23. Non intrabit eunu chus attritis vel amputatis testiculis. Ps. 89. Ne auertas ho minem in humilitatem. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit conuertẽs homines vsq; ad cõtritionem. Esa. 57. In excelso & in san= cto habitans & cum contrito & humili spiritu. & in plura= li דכאי Dachee. i. cõtriti vel humiles. Ps. 33. Et humiles spi ritu saluabit. & scribitur aliquãdo cum vau in fine. vt Pro= uer. 26. Lingua fallax odit veritatẽ. Pro quo hebrei legũt. Lingua fallax siue lingua mendacii odit humilitatem: si= ue conterentem se. i. corripientem se. Scribitur etiam cum he in fine vt in dictione sequenti.

דכה Dacha. conterere. humiliare. sicut dictio supradicta. Ps. 9. In laqueo suo humiliabit eum. Ps. 43. Qm̃ hu= humiliasti nos in loco afflictionis. Ps. 50. Et exultabũt os= sa humiliata. pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Vt exultent ossa que con= fregisti. & in eodem. Cor contritum & humiliatum de⁹ nõ despicies. Ps. 88. Tu humiliasti sicut vulneratum superbũ & inde דך Dach. i. pauper egenus. De quo vide supra in di ctione דוך Doch. & inde דכי Dochi. i. fluctus. eo quod con terunt vel confringunt se inuicem. Ps. 92. Eleuauerunt flu mina fluctus suos.

דכן Dicen. In lingua chaldaica est pronomen demonstra tiuum. i. illa siue ille. Dañ. 2. Statua illa magna. & in eo dem. 7. Et de cornu illo quod habebat oculos.

דוכפת Duchiphath. nomen auis inmũde. Pro quo beat⁹ Hieronymus traduxit Vpupã. vt Leuit. 11. Vpupã quoq; & vespertilionem.

דכר Dechar. in lingua chaldaica significat recordari siue meorari. & inde דוכרן Duchran. siue דוכרנא Duchra na. i. memoria siue commemoratio aut memoriale. Esdre. 6. Talisq; scriptus erat in ea cõmentarius. Pro quo hebrei legunt. Et sic erat scriptum in ea memoria siue memoriale & in plurali דוכרניא Duchranaia. & põitur pro historiis vl cõmentariis que sunt memorie priscorũ tẽporũ. Esdre. 4. vt recenseas in libris historiarum. Et in eodem. Et inuenie= es scriptum in commẽtariis. Item דכר Dechar. in lingua chaldaica significat masculũ siue agnũ. Esdre. 7. Et agnos & hedos in holocaustum.

דל Dal. Pauper. egen⁹. De quo vide infra in dictiõe sequẽti

דלל Dalal. attenuare. pauperẽ esse. Esa. 29. Attenuabũtur & siccabuntur riui fluminum. & aliquando scribitur cum simplici lamed. vt. 2. Reg. 13. Quare sic attenuaris ma cie fili regis. Iob. 28. Quos oblitus est pes egẽtis hominis & inuios. pro quo hebrei legunt. Quos oblitus est pes: atte nuati sunt ab homine. i. diminuti & cõmoti sunt. Ps. 114. Humiliatus sum & liberauit me. pro quo beatus Hierony= mus in psalterio iuxtã hebraicam veritatem transtulit. At= tenuatus sum & me saluauit. Esa. 17. Attenuabitur gloria iacob. & in eodem. 38. Attenuati sunt oculi mei suspiciẽtes in excelsum. Sed dicunt aliqui hebrei q in predicto loco de riuatur a dictione דלה Dala Que significat eleuare. & le= gunt eleuati sunt oculi mei &c. Inde דל Dal. i. attenuatus. macilentus. pauper. egenus. vt Leuit. 14. Quod si paup est & non potest manus eius inuenire que dicta sunt. Ps. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Ps. 140: Et ostium circunstantie labiis meis. pro quo hebrei legũt. Serua super pauperem labia mea. & beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trãstulit. Serua pau pertatẽ labiorum meorum. potest etiam deriuari a dictiõe דלת Deleth que significat ostium vt infra dicetur. & in plu rali דלים Dalim. 2. Reg. 3. Dom⁹ autẽ saul decrescens quot tidiẽ. Pro quo hebrei legunt. Domus autem saul euntes & attenuati. i. quottidie attenuabãtur. i. decrescebant. Hiere. 39. Et de plebe pauperum qui nihil penitus habebãt dimi sit nabuzardã. & in plurali feminino דלות Daloth. vt Geñ. 41. In tantum deformes & macilente vt nunq̃ tales in ter= ra egypti viderim. & inde דלה Dala. i. macies. tenuitas. pau pertas: Esa. 38. Dũ adhuc ordirer succidit me. Pro quo he brei legunt. De macie vel de tenuitate succidit me. i. infirmi tate succidit me. Et quando post se regit genitiuum mutat he in tau. & dicitur דלת Dalath. i. paupertas vt. 4. Reg. 25 Et de pauperib⁹ terre reliquit vinitores & agricolas. quod in hebreo legitur collectiue. s. de paupertate terre. i. de con gregatione pauperũ. & in plurali dicitur דלות Daloth. Hie re. 62. De pauperibus autem populi & de reliquo vulgo. & in eodem. De pauperibus vero terre reliquit nabuzardan. vbi ponitur paupertas pro pauperibus. Ponitur etiã דלת Dalath. pro cesarie vel coma. vt Canti. 7. Et come capitis tui sicut purpura regis. vide ẽt infra in dictiõe דלה Dala.

דלג Dalag. transilire. saltare. vt Canti. 2. Ecce iste venit sa= liens in montibus. Esa. 35. Tũc saliet sicut ceruus clau= dus. Soph. 1. Et visitabo super omnem qui arrogãter ingre ditur super limen. Pro quo hebrei legunt. Et visitabo sup omnem transilientem vel salientem super limen. In trãsla= tione chaldaica sic habetur. Et visitabo sup oẽm qui ambu lat in ritu philistinorũ. Nã sacerdotes philistinorũ nõ calca bãt limẽ tẽpli Dagon: sed trãsiliebãt illd'. vt hẽtur. 1. Reg. 5.

דלה Dala. Haurire. Exhaurire. Sufferre. Eleuare. Exo. 2. Que venerant ad hauriendam aquam. & in eodẽ. In super & hausit aquam nobiscum. Prouer. 20. Sed homo sa= piens exhauriet illud. Inde דלי Dali. siue דלי Deli. i. situla qua aqua exhauritur. Nu. 24. Fluet aqua de situla eius. & Esa. 40. Ecce gentes quasi stilla situle. Item דלה Dala. i. ele uare. sufferre. Ps. 29. Exaltabo te domine quoniam susce= pisti me. Pro quo hebrei legunt. Exaltabo te domine quo= niam eleuasti me vel sustulisti me. Prouer. 26. Quomõ pul= chras frustra habet claudus tibias: sic indecẽs est in ore stul=

torum. Potest etiam legi sic. Eleuate. i. tollite crura a clau= do: quia nihil prosũt quãuis sint pulchra: & sic exponunt aliqui hebrei. Vnde idem est sensus cum littera nostra. Esa. 38. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. pro quo hebrei legunt. Eleuati sunt oculi mei in excelsum siue ad excelsum. Potest etiã interpretari. Attenuati sunt: sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione דלל Da lal. & inde דליות Dalioth. i. rami siue propagines. Eo qd' sunt excelse vel eleuate. Hiere. 11. Et combusta sunt fruteta eius. pro q̃ hebrei legunt. Et cõfracti sunt rami ei⁹. Ezech. 17. Respicientibus ramis eius ad eam. & in eodem. Et pal= mites suos extendit ad eam. Et in eodem. Sub vmbra fron= dium eius nidificabunt. pro quo hebrei legunt. In vmbra ramorum eius habitabunt.

דלח Dalach. turbare. conturbare. s. aquas pedibus cõculcã do. vt Ezech. 32. Et conturbabas aquas pedibus tuis. Et in eodem. Et non turbabit eas pes hominis vltra: neq; vngula iumentorum turbabit eas.

דלף Daleph. stillare. vt Iob. 16. Ad deum stillat ocul⁹ me⁹. Eccl's. 10. Et in infirmitate manuũ perstillabit dom⁹. Ps. 118. Dormitauit aĩa mea pre tedio. pro quo beatus Hie ronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trãstulit. Distillauit anima mea pre stultitia. & secũdũ hebreos poni tur ibi distillare p lacrimare vel plorare: iuxta illud Hiere. 13. In abscondito plorabit anima mea a facie superbie. & in de דלף Deleph. i. stilla pluuie siue stillicidium. Prouer. 27. Tecta perstillantia in die frigoris. Pro quo hebrei legunt. Stilla siue stillicidiũ continuum vel assiduũ in die frigoris.

דלק Dalac. incendere. succendere. ardere. persequi. vt. Ps. 7. Sagittas suas ardẽtibus effecit. Ps. 9. Dum superbit impius: incenditur pauper. Prouer. 26. Sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. Pro quo hebrei legũt. Sic labia ardentia siue persequentia & cor pessimum. Esa. 5. Vt vino estuetis. pro quo hebrei legunt. Vinũ incendit eos. Ezech. 24. Congere ossa: que igne succendam. Abdie. 1. Et succẽ dentur in eis & deuorabunt eos. Inde דלקת Dalecheth. i. incendium siue ardor. Deut. 28. Percutiet te dominus ege state: febre: frigore: & ardore. Significat etiam persequi. vt Geñ. 31. Et ob quod peccatum meum sic exarsisti post me. pro quo hebrei legunt. Et quod est peccatum meum: quia persecutus es post me. Potest etiã legi sicut est in littera no= stra: quia est equiuocum vt supra dictum est. 1. Reg. 17. Et reuertẽtes filii israel postq; persecuti sunt philisteos in= uaserunt castra eorum. Threñ. 4. Super montes persecuti sunt nos.

דלת Deleth. ostium. ianua. Geñ. 19. Ac post tergũ acclau= dens ostiũ. Exo. 21. Et applicabitur ad ostiũ. 3. Reg. 6. Et vtrũq; ostium duplex erat. 4. Reg. 12. Aperuitq; fora men desuper. pro quo hebrei legunt. Aperuitq; foramẽ in ostio eius siue in ianua eius. Prouer. 16. Sicut ostium verti= tur in cardine suo. Esa. 57. Et post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum. Et aliquando scribitur sine tau. & dicitur דל Dal. vt. Ps. 140. Et ostium circunstantie labiis meis. & de hoc vide supra in dictione דלל Dalal. & in plu= rali דלתות Dalthoth. siue דלתי Dalthe. aut דלתים Delathã im. i. ostia. porte. value. ianue. Ios. 6. Et in nouissimo libero rum ponat portas eius. 3. Reg. 6. Et in ingressu oraculi fe= cit duo ostiola de lignis oliuarum. & in eodẽ. Et duo ostia de lignis abiegnis. & in eodem. 7. Per cardines ostiorũ do mus interioris sancti sanctorum & ostiorum domus tẽpli ex auro erant. 2. Paralip. 3. Et postes & parietes & ostia. Nee. 6. Valuas non posueram in portis. & in eodem. 7. Et posui valuas. & in eodem: Cũq; adhuc assisterẽt clause por e sunt. Iob. 40. Portas vultus ei⁹ quis aperiet. Esa. 45. Ape riam coram eo ianuas.

דם Dam. sanguis. cruor. homicidiũ. vt Geñ. 9. Excepto q carnem cũ sanguine non comedetis: sanguinẽ enĩ aĩarũ vestrarum requiram. & in eodem. Quicunq; effuderit hu manum sanguinem: fundetur sanguis illius. Exo. 7. Et sit cruor in omni terra egypti. & in eodem. 12. Et sument de sanguine: ac ponent super vtrũq; postem. Leuit. 17. Sãgui nis reus erit: quasi si sanguinem fuderit. Deut. 32. De cruo re occisorum & de captiuitate. Ios. 2. Reus sibi erit: sanguis ipsius erit in caput eius. & in eodem. Cunctorum autẽ san= guis qui tecum in domo fuerint redundabit in caput no= strum. 2. Reg. 1. sanguis tuus sit super caput tuum. & in eo dem. 23. Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt & animarum periculum bibam. Iob. 16. Terra ne ope rias sanguinem meum. Ps. 57. Manus suas lauabit in san= guine peccatoris. Ps. 71. Et honorabile nomen eorum co= ram illo. pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta he braicam veritatem transtulit. Et preciosus erit sanguis eo= rum coram oculis eius. Ezech. 19. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo. Sed in hoc loco dicunt hebrei q deriuatur a dictione דמה Dama infra posita que significat assimilare. Et sic ipsi legunt. Mater tua quasi vitis in similitudine tua. Accipitur etiam pro pena vel noxa effusionis sanguinis. Nu. 35. Absq; noxa erit qui eũ occiderit. & in plurali דמים Damim. siue דמי Deme. i. sanguines. vt Geñ. 4. Vox sãgui nis fratris tui clamat ad me de terra. pro quo hebrei legũt. Vox sanguinum fratris tui clamantiũ ad me de terra. Sed chaldaicus interpres transtulit etiam singulariter: sicut est in littera nostra. 2. Reg. 3. Mundus ego sum & regnũ meũ vsq; in sempiternum a sanguine abner. quod etiam in he= breo legitur pluraliter. s. a sanguinibus abner. Esa. 1. Ma= nus enim vestre sanguine plene sunt. Pro quo hebrei legũt Manus enim vestre sanguinibus plene sunt. Osee. 1. Et san guis sanguinem tetigit. Pro quo hebrei legunt. Et sangui= nes in sanguines tetigerunt. & in eodem. 12. Et sanguis ei⁹ super eum veniet. quod etiam in hebreo legitur in plurali. Zach. 9. Et auferam sanguinem eius de ore eius. Pro quo hebrei legunt. Et auferam sanguines eius de ore eius. Et sic communiter vbi apud hebreos legitur in plurali. in no stra translatione transfertur singulariter: exceptis aliquib⁹ locis: aut quando significat penam capitalem vel penã ef= fusiõis sanguinis. Ps. 50. Libera me de sanguinibus de⁹. Ps. 54. Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabũt dies suos. Ps. 105. Et interfecta est terra in sanguinibus. & aliquando ponitur pro homicidio vel pro reatu sanguinis. vt Exo. 22 Non erit reus sanguinis. pro quo hebrei legunt. Nõ erunt ei sanguines. i. non imputabitur ei pena effusionis sangui nis. & in eodem homicidium perpetrauit. pro quo hebrei legunt. Sanguines ei. idest pena homicidii imputabitur ei Deut. 19. Ne sis sanguinis reus. Accipitur etiam pro pericu lo mortis: vel sanguinis effusione. vt Deut. 22. Facies mu= rum tecti per circuitũ: ne effundatur sanguis in domo tua. Pro q̃ he. le. Facies murum tecti: & nõ ponas sanguines in domo tua. i. non ponas periculũ effusiõis sanguinis in do mo tua. Ponitur etiam דם Dam p vino rubro sanguinei co loris. vt Deut. 32. Et sanguinẽ vue vt biberet meracissimũ.

דמם Damam. silere. tacere. conterere. quiescere. immobi= lẽ esse. expectare. vt Esa. 47. Sede tacens & intra in tenebras filia chaldeorum. & Threñ. 3. Bonum est prestola ri cum silentio salutare domini. pro quo hebrei legunt. Bo nũ est prestolari & silere ad salutare domini. Abach. 2. Ve qui dicit ligno expergiscere: surge lapidi tacenti. & aliqñ

scribitur cum simplici mem. vt. 1. Reg. 2. Et impii in tenebris conticescent. Iob. 29. Et intenti tacebant ad consilium meum. Ps. 30. Erubescant impii & deducantur in infernū. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Confundantur impii taceant in inferno. Esa. 15. Quia nocte vastata est Ar moab conticuit. Hiere. 8. Et sileamus ibi quia dominus deus noster silere nos fecit. & in eodem. 25. Et conticuerunt arua pacis. & in eodem. 51. Nolite tacere super iniquitatem eius Thren. 2. Coticuerunt senes filie sion. & in eodem. 3. Sedebit solitarius & tacebit. Amos. 5. Ideo prudens in tempore illo tacebit. Significat etiam quiescere vel immobilem esse aut expectare. vt Exo. 15. Fiat immobiles quasi lapis. Ios. 10. Sol contra gabaon ne mouearis. Pro quo hebrei legunt. Sol contra gabaon quiesce vel expecta. i. esto immobilis. Et in eodem. Et stetit sol & luna. i. quieuit. 1. Reg. 14. Manete donec veniamus ad vos. i. quiescite vel expectate. Iob. 30. Interiora mea efferbuerunt absq̧ vlla requie. Pro quo hebrei legunt. Interiora mea efferbuerunt & non quieuerunt. vide etiam de hoc supra in dictione דום Dom. & infra in dictione sequenti. & inde דממה Demama. i. silentium. tranquillitas. quies. vt. Ps. 106. Et statuit procellam eius in auram. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Statuet turbinem in tranquillitatem. idest in silentium vel quietem. Ponitur etiam pro aura. vt. 3. Reg. 19. Et post ignem sybilus aure tenuis.

(Obticescere. Silere. Immobilis esse. Quiescere. Stare. Manere. Tranquilitas. Aura.)

דמה Dama. assimilare. similē eē. adeq̄re. tacere. existimare cogitare. putare. opprimere. excidere. vastare. consumere. Ps. 48. Et similis factus est illis. Ps. 101. Similis fact⁹ sum pellicano solitudinis. Ps. 143. Homo vanitati similis factus est. Canti. 2. Similis est dilectus meus capree hinnuloq̧ ceruorum. & in eodem. 5. Assimilaui te amica mea. & in eodem. 7. Statura tua assimilata est palme. Esa. 14. Similis ero altissimi. & in eodem. 40. Cui ergo similem fecistis deum. & in eodem. Et cui assimilastis me. Hiere. 6. Speciose & delicate assimilaui te filia sion. Thren. 2. Vel cui assimilabo te filia ierusalem. Ezech. 31. Cui similis factus es in magnitudine tua. & in eodem. Abietes non adequauerunt summitatem eius. & in eodem. Omne lignum in paradiso dei non est assimilatum illi. & in eodem. 32. Leoni gētium assimilatus es. Osee. 12. Et in manu prophetarum assimilatus sum. & inde דמות Demuth. i. similitudo. exemplar imago. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Ezech. 1. Et in medio eius similitudo quattuor animalium. & in eodem. Similitudo aūt vultus eorū. & in eodem. Et similitudo animalium & aspectus eorum. Pōitur etiam pro exēplari. vt. 4. Reg. 16. Misit rex achaz ad vriam exemplar eius. Itē ponitur pro imagine. vt Esa. 40. Et quam imaginem ponitis ei. & aliquando scribitur sine tau. vt Ezech. 19. Mater tua q̄si vinea in sanguine tuo. Pro quo aliqui hebrei legunt. Mater tua quasi vitis in similitudine tua. Sed magis proprie significat sanguinem sicut est in littera nostra: vt dictum est supra in dictiōe דם Dam. & inde דמיון Dimion. i. similitudo. vt. Ps. 16. Susceperit me sicut leo paratus ad predam. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Similitudo eius quasi leonis desiderantis predam. Significat etiam supradicta dictio דמה Dama. tacere. aut silere. vt Esa. 6. Ve mihi quia tacui. Thren. 3. Oculus meus afflictus est: nec tacuit. Item significat estimare siue existimare aut cogitare vel putare: aut arbitrari. vt. Ps. 47. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Estimauimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Ps. 49. Existimasti inique q̄ ero tui similis. Ester. 4. Ne putes q̄ animam tuam tantum liberes. Esa. 10. Ipse autem non sic arbitrabitur. i. cogitabit. & in eodem. 14. Iurauit dominus exercituū dicēs: si non vt putaui ita erit. Significat etiam opprimere aut excidere siue deuastare aut consumere. 2. Reg. 21. Virum qui attriuit nos & oppressit iniq̄. Osee. 4. Nocte tacere feci matrem tuam. Pro quo hebrei legunt. Nocte oppressi siue deuastaui aut excidi matrē tuam. Potest etiam significare tacere feci: sicut supra dictū est. & lxx. sequētes primum significatum transtulerūt. Noctē assimilaui matrem tuam. & in eodem. 10. Transire fecit samaria regem suum. pro quo hebrei legūt. Deuastauit vel consumpsit aut excidit samaria regem suum. & in eodē. 11. Sicut mane transiit: pertransit rex israel. Pro quo hebrei legūt. Mane excissus siue consumptus est rex israel. Abdie. 1. Quomodo conticuisses. Pro quo hebrei legūt. Quomō excissus vel consumptus es. Soph. 1. Conticuit omnis populus chanaā. Hiere. 47. Coticuit ascalon. Quod hebrei exponunt. Excissus est siue consumptus vel deuastatus est. Pōt etiam significare conticescere: vt supra dictum est. & inde דמי Demi. i. excissio. siue consumptio. vt Esa. 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum. pro quo hebrei legūt. Ego dixi in excissione vel in consumptione dierum meorum. Et secundum hoc significatum exponunt aliqui hebrei aliqua que supra in dictione דמם Damam diximus significare tacere vel silere. vt. Ps. 30. Erubescant impii & deducantur in infernum. Hiere. 9. Et sileamus ibi quia dominus deus noster silere nos fecit. & in eodem. 25. Et conticuerūt arua pacis. vbi in predictis locis aliqui hebrei dicunt q̄ significat excidere vel opprimere: aut consumere. Sed potest significare tacere aut silere vel conticiscere: sicut supra dictum est quia possunt deriuari a dictione supradicta דום Dom. siue a dictione damam. De quo vide in predictis dictionib⁹. In de דמי Domi. i. silentium. vt Esa. 62. Et ne detis silentiū ei. Ps. 82. Deus quis similis erit tibi. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Deus non silentium tibi. Et propter predictam equiuocationem potest etiam interpretari. Deus non similis tibi. i. nullus est similis tibi. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur דומיה Dumia. vt. Ps. 21. Et nocte non ad insipientiam mihi. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. Et nocte nec est silentiū mihi. Ps. 38. Obmutui & humiliatus sum: & silui a bonis. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. Obmutui & siletio tacui de bono. Et de hoc vide supra in dictione דום Dom.

(Simile eē. Assimilare. Adequare. Similitudo. Exemplar. Imago. Similitudo. Tacere. Estimare. Putare. Arbitrari. Opprimere. Deuastare. Transire. Consumere. Excidere. Excissio. Silere. Conticere. Silentium.)

דמן Domen. stercus siue sterquilinium. vt. Ps. 82. Facti sūt stercus terre. Hiere. 9. In sterquilinium super faciē terre erūt. & in eodem. Et cadet morticinium hominis quasi stercus super faciem regiōis. & inde מדמנה Madmena per additionem mem in principio & he in fine. i. sterquiliniū secundum hebreos. Sed beatus Hieronymus trāstulit plaustrum. Esa. 25. Sicut teruntur palee in plaustro. Ponitur etiam מדמן Madmen pro silentio vel silente sicut dictio supradicta. Hiere. 48. Ergo silens conticesces. vbi pro eo quod in littera nostra est silens: in hebreo ponitur מדמן Madmen. & dicunt aliqui hebrei q̄ est nomen proprium cuiusdam loci regionis moab. Et interpretatur stercus siue sterquilinium.

(Stercus. sterquiliniū. Plaustrū. Silens.)

דמע Damaa. lachrimare siue lachrimas fundere. plorare. vt Hiere. 13. Plorans plorabit & deducet oculus meus lachrimā. & inde דמעה Dimaa. i. lachrima. vt in loco predicto. & . 4. Reg. 20. Vidi lachrimam tuam. Esa. 25. Auferet dominus deus lachrimā. & Thren. 1. Et lachrime eius in maxillis eius. Quod in hebreo legitur in singulari. s. & lachrima eius in maxillis eius. & sic in aliquibus aliis locis vbi in translatione nostra legitur pluraliter. in hebreo legitur singulariter. & in plurali dicitur דמעות Demaoth. i. lachrime. vt Thren. 2. Defecerūt pre lachrimis oculi mei. Significat etiam דמעה Dimaa Liquorem. s. vini vel olei. secūdū hebreos. vt Exo. 22. Pro eo quod nos habemus decimas & primitias tuas nō tardabis offerre. Hebrei legūt. Plenitudinem tuam. s. frugum: & liquorem tuū. s. vini vel olei: non tardabis. s. offerre. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum.

(Plorare. Lachrima. Lachrime. Liquor.)

דמשק Damesec. nomē proprium viri vel loci. vt Gen. 15. Et filius procuratoris domus mee: iste damasc⁹ eliezer. 4. Reg. 8. Venit quoq̧ eliseus in damascū. Esa. 7. Caput syrie damascus. Amos. 3. In plaga lectuli & in damasci grabato. Sed in predicto loco dicunt aliqui hebrei q̄ est nomen cōmune: & q̄ significat angulum. & sic ipsi legunt. In plaga lectuli & in angulo grabati. Alii vero dicunt q̄ deriuatur a dictione משק Mesech. que significat gubernare: siue sustentare. vt sit sensus. In plaga lectuli & in sustentaculo grabati.

(Damascus. Angulus. Sustētaculum.)

דנא Dena. siue דנה in lingua chaldaica est p̄nomē demōstratiuum generis feminini vel neutri. Dan. 2. Vt quererent miam a facie dei celi super sacramento isto. & in eodem. sacramentum hoc reuelatum est mihi. & in eodem. hoc est somniū. Et quandoq̧ preponitur ei littera caph. & dicitur כדנה. i. sic aut huiuscemodi. Hiere. 10. Sic ergo dicetis eis. Dan. 2. Verbum huiuscemodi non sciscitatur.

(Iste. Hoc. Sic. Huiuscemodi.)

דונג Donag. cera. vt. Ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis. Ps. 96. Mōtes sicut cera fluxerunt a facie domini. Michee. 1. Sicut cera a facie ignis.

(Cera)

דעך Daach. extinguere. conterere. consumere. vt Iob. 21. Quoties lucerna impiorū extinguetur. Ps. 117. Exarserunt sicut ignis in spinis. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Extincti sunt quasi ignis spinarum. Prouer. 20. Extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Significat etiam conterere vel cōsumere vt Iob. 6. Et vt incaluerint soluentur de loco suo. i. conterentur vel consumentur. Esa. 43. & cōtriti sunt quasi linū.

(Extinguere. Conterere. Cōsumere.)

דפי Dophi. opprobrium. Scandalū vt. Ps. 49. Et aduersus filium matris tue ponebas scandalum. & solum inuenitur in predicto loco. Beatus vero Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit opprobrium.

(Scandalū. opprobriū.)

דפק Daphac. pulsare. impellere. vt Iudi. 19. Et circūdātes domū senis fores pulsare ceperūt. Cāti. 5. Vox dilecti mei pulsantis. Gen. 37. Quas si plus in ambulando fecero laborare morientur vno die. Pro quo hebrei legunt. Et si impellerent eas vno die morientur omnes o ues. i. si eas fecero ambulare plus solito: morientur omnes oues. Vnde beatus Hieronymus transtulit sensum.

(Pulsare. Impellere.)

דק דקק Dac. siue דקק. cōminuere. cōterere. attenuare. Et semper scribitur cum simplici coph. vt Exo. 30. Cūq̧ in tenuissimum puluerem vniuersa cōtuderis. Pro quo hebrei legunt. Et contūdes ea & cōminues. & in eodem. 32. Et cōtriuit vsq̧ ad puluerem. pro quo hebrei legunt. Et contriuit donec cōminutum est. Deut. 9. Omnino quoq̧ in puluerem redigens. i. in puluerē cōminuens. 2. Reg. 22. Quasi lutum platearum cōminuam eos. & illud quod habetur psalmo. 17. Et quasi lutum platearum delebo eos. Ibi est scribitur אריקם Aricem per res & non per daleth. 4. Reg. 23. Combusit & cōminuit in puluerem. 2. Paralip. 34. Lucos etiam & sculptilia succidit atq̧ cōminuit. Et in eodem Lucos & sculptilia contriuit in frusta. Pro quo hebrei legunt. Lucos & sculptilia contriuit ad comminutēdum. i. in minutissimas partes. Esa. 28. Neq̧ in vngulis suis comminuet eum. & in eodem. 41. Triturabis gentes & cōminues Michee. 4. Et cōminues populos multos. & inde דק Dac. idest minutum siue cōminutum aut tenue vt Exo. 6. Apparuit in solitudine minutum & quasi pilo tussum. Accipitur etiam pro minutissimo vel tenuissimo puluere. vt Esa. 29. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantiū te. & in eodem. 40. Ecce insule quasi puluis exiguus. & scribitur aliquādo cum he in fine & dicitur דקה Daca. vt Leuit. 16. Et hauriens manu compositum thymiama in incensum. Pro quo hebrei legūt. Et plenis pugnis siue pugilis suis thimiamatis aromatum comminuti aut tenuis. 3. Reg. 19. Et post ignē sybilus aure tenuis. & in plurali דקות Dacoth. vt Gen. 41. Confecteq̧ macie. Pro quo hebrei legūt. Et tenues carne. & in eodem. Alie quoq̧ totidem spice tenues. Item דק Dac. i. lippus secundum beatū Hieronymum. vt Leuit. 21. Si gibbus si lippus. Hebrei tamen dicunt q̄ in predicto loco significat eū qui habet tenuē pellē vel telā super pupillā oculi. & inde דוק Doc. pro quo beatus Hieronym⁹ transtulit nihilum. Esa. 40. Qui extendit velut nihili celos. & est in hoc loco hebrei dicūt q̄ significat cortinā vel telā tenuē. & legūt sic. Qui extēdit velut cortinā vel telam celos.

(Cōminuere. Conterere. Minutum. Puluis tenuis. Cōminuti. Tenues. Lippus. Nihilum.)

דקר Dacar. perfodere. transfigere. cōfigere. vt Nu. 25. Et perfodit ambos simul: virum. s. & mulierem. Iudi. 10. Qui iussa perficiens interfecit eum. pro quo hebrei legūt. Et transfixit eum & mortu⁹ est. 1. Reg. 31. Euagina gladiū tuū & percute me. pro quo he. le. Euagina gladiū tuum & transfige me vel confige me. Esa. 13. Omnis qui inuentus fuerit occidetur. pro quo hebrei legūt Transfigetur vel p̄fodietur. s. gladiis. Zach. 12. Aspicient ad me quem cōfixerunt. & in eodē. 13. Et cōfigent eū pater eius & mater eius & inde מדקרים Meducarim. i. transfixi vel cōfixi. s. gladiis pro quo btūs Hieronymus trāstulit vulneratos. Hiere. 37 Et relicti fuerint ex eis aliq vulnerati. & inde מדקרות Madceroth. i. confixiones vel cōpunctiones. Prouer. 12. Est qui promittit & quasi gladio pungitur. pro quo hebrei legunt Est qui promittit vel qui profert quasi compunctiōes vel perfossiones gladii.

(Perfodere. Trāsfigere percutere. Occidere. Transfixi Vulnerati. Pungere Compunctiones.)

דר Dar. nomen cuiusdam lapidis preciosi. vt Ester. 1. Sup pauimentum smaragdino & pario stratū lapide dispositi erant. & dicunt hebrei q̄ significat lapidem lucidum & quod deriuatur a דרם Darom quod significat meridiem.

(Lapis parius.)

דרור Deror. libertas. remissio. electio. turtur. vt Leuit. 25. Et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terre tue. i. libertatem. Hiere. 34. Predicans vt dimitteret vnusquisq̧ seruum suum. pro quo hebrei legunt. Predicans eis remissionem vel libertatem: vt dimitteret vnusquisq̧ seruum suum. & in eodē. Vt predicaretis libertatē vnusquisq̧ ad amicū suū. & in eodē. Ecce ego predico libertatē ait dominus. & scribitur cum vau in secūda syllaba. Significat etiam דרור Deror purum vel electū. vt Exo. 30. Sume tibi aromata prima myrrhe electe. i. eius que libere transit per manus mercatorū. Est etiā nomē cuiusdā auis. pro quo in nr̄a translatione ponitur turtur. vt. Ps. 83. Etenī passer inuenit sibi domum & turtur nidum. & beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. posuit genus pro specie & transtulit auem. Et similiter Prouer. 26. Sicut auis ad alta transuolans & passer quolibet vadens. vbi ponitur pro passere. Et dicūt aliqui q̄ significat hirundinē: eo quod libere nidificat apud homines in quacūq̧ domo absq̧ vllo timore.

(Remissio. Libertas. Electum. Turtur. Passer.)

דראון Deraon. abominatio. opprobriū. vt Esa. 66. Et erūt vsq̧ ad facietatem visiōis omni carni. Pro quo hebrei legūt

Et erunt in opprobrium: siue in abominationem omni carni. Potest etiã significare sicut est in littera nostra. vt sit dictio composita a דַּי De. quod significat abũdantiam vel sacietatẽ aut satis: & רְאוֹן Raon quod deriuatur a verbo רָאָה Raa. quod significat videre. & licet dictio דַּי De. scribatur cum littera Iod ad hoc quod significet abundantiã vel sacietatem: tamen in cõpositione potest omitti illa littera: sicut in aliis dictionibus compositis in quibus deficiunt vel superfluunt alique littere & maxime quando sunt littere vocales: sicut est Iod. & translatio chaldaica concordat cum littera nostra. in qua sic habetur. Donec dicant iusti satis vidimus. ponitur etiam predicta dictio דֵּרָאוֹן Deraon. Dañ. 12 vbi dicitur. Alii in opprobrium vt videant semper. i. vt satis videant. Pro quo hebrei legunt. Alii in opprobrium in abominationem semper. potest etiam legi sic. In facietatẽ vel in abundantiam visionis semper. Quod est idem sensus cum littera nostra.

דָּרְבָן Darban. stimulus. vt. 1. Reg. 13. vsq ad stimulum corrigendum. & in plurali דָּרְבֹנוֹת Darbonoth. vt eccl's. 12. Verba sapientium sicut stimuli.

דָּרַג Darag. maceria. sepes. & scribitur cum mem in principio & cũ he in fine & dicitur מַדְרֵגָה Madrega. vt Cãti. 2. In cauernis macerie. & in pl'ali מַדְרֵגוֹת Madregoth. Pro quo beatus Hieronymus transtulit sepes. Ezech. 38. Et cadent sepes & omnis murus. Sed in suis explanationibus super loco predicto dicit ꝙ significat munitiões. & in lingua chaldaica דַּרְגָּא Darag significat gradum vel locũ eminentẽ.

דַּרְדַּר Dardar. tribulus. vt Gen. 3. Et spinas & tribulos germinabit tibi. Et solum inuenitur in predicto loco. Et ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali.

דָּרַךְ Darach. calcare. conculcare. ambulare. incedere. ire. viam facere. dirigere. tẽdere. extendere. s. arcum. vt Deut. 1. Et ipsi dabo terram quam calcauit. & in codẽ. 11. Ois locus quẽ calcauerit pes vester: vester erit. & in codẽ. 33. Et tu eorũ colla calcabis. Ios. 1. Oẽm locũ quẽ calcauerit vestigiũ pedis vestri. Iudi. 5. Cõculca aĩa mea robustos. & in codem. 20. Ceciderunt atq prostrati sunt ad orientalẽ plagã vrbis gabaa. pro quo hebrei legũt. Calcauerũt siue conculcauerunt eũ vsq cõtra gabaa. Iob. 22. Nũquid semitam seculorũ custodire cupis: quã calcauerunt viri iniqui. i. ꝑ quã ambulauerunt viri iniqui. & in codẽ. 28. Non calcauerunt eã filii institorum. Ps. 90. Sup aspidem & basiliscũ ambulabis. Esa. 11. Ita vt transeant per eũ calciati. i. vt ambulent vel incedant per eũ. & in eo. 59. Ois qui calcat in eis ignorat pacem. i. oĩs qui ambulat vel incedit in eis. Michee. 1. Et calcabit super excelsa terre. Significat etiã calcare vuas vel oliuas in torculari. vt Iudi. 9. Vastãtes vineas vuasq calcantes. Nee. 13. Calcantes torcularia in sabbato. Esa. 63. Et vestimenta tua sicut calcantis in torculari. & in eodem. Torcular calcaui solus. Hiere. 25. Celeuma quasi calcantiũ cõcinetur. Thrẽ. 1. Torcular calcauit dominꝰ. Michee. 6. Tu calcabis oliuas. Item significat viam facere siue viam preparare. vt Abach. 3. Viam fecisti equis tuis in mari. Potest etiam legi sic. Calcasti in mari equis tuis. Ponitur etiam ꝓ triturare. vt Hiere. 51. Filia babylonis tempus triture eius. Significat et dirigere vel incedere. Ps. 24. Diriget mãsuetos in iudicio. & in eodem. Dirige me in veritate tua. Ponitur etiam pro oriri. vt Nu. 24. Orietur stella ex iacob. Sed etiã in hoc loco hebrei legunt. Incedet siue ambulauit stella ex iacob. Inde דֶּרֶךְ Darech. siue דֶּרֶךְ Derech. i. via. Iter. consuetudo. Mos. vt Geñ. 6. Omnis quippe caro corruperat viam suam. Et in eodem. 19. Et mane proficiscemini in viam vestram. & in eodem. Et custodierit me in via ꝑ quã ambulo. Exo. 4. Cũq essent in itinere in diuersorio. & in eodem. 18. Viam per quam ingredi debeant. Nu. 21. Et tedere cepit populus itineris ac laboris. & in eodem. Via regia gradiemur. Ios. 23. En ego hodie ingredior per viam vniuerse terre. Iudi. 17. Cũq venisset in mõtem ephraim iter faciens. 1. Reg. 12. Et docebo vos viam rectam & bonã 3. Reg. 13. Nec reuerteris per viam qua venisti. & in codẽ. Abiit ergo per aliam viam & non est reuersus per iter quo venerat. Iob. 17. Et tenebit iustus viam suã. Ps. 1. Qm̃ nouit dominus viam iustorum & iter impiorum peribit. Ps. 2. Nequãn irascatur dñs & pereatis de via iusta. Esa. 10. Et baculum suum leuabit super te in via egypti. & in codẽ. 40. Parate via dño. Ponitur ẽt pro more vel consuetudine: vt Geñ. 19. Et nullus virorum remansit qui possit ingredi ad nos iuxta morẽ vniuerse terre. & in eodem. 31. Quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. & etiam ponitur aliqñ in nr̃a translatiõe via: pro more vel cõsuetudie Et in plurali דְּרָכִים Derachim. i. vie. vt Hiere. 6. State sup vias & videte. & qñ post se regit genitiuum vel qñ cõponitur cũ pronominibꝰ ãmittit litterã mem. vt Leuit. 26. De sertecp fiẽt vie vestre. 2. Parali. 13. Reliq aũt sermonũ abie viarũq & operũ eius. Ps. 24. Vias tuas dñe demonstra mihi. Ps. 118. Vias meas annunciaui. Ps. 137. Et cantẽt in viis dñi. Prouer. 10. Qui aũt deprauat vias suas manifestus erit & in eodem. 28. Qui peruersis graditur viis concidet semel. & in codẽ. 31. Et diuitias tuas ad delẽdos reges. Pro ꝙ hebrei legũt. Et vias tuas ad delẽdos reges. Esa. 58. Et glorificaueris eũ dũ non facis vias tuas. vbi ponitur ibi vias ꝓ negociis vel operibus. Inde מִדְרָךְ Midrach. i. quãtum pôt calcare vnius pedis vestigiũ: vt Deut. 2. Neq enĩ dabo vobis de terra eorum quãtũ pôt vnius pedis calcare vestigiũ Item דָּרַךְ Darach. tendere. s. arcũ vel sagittas. vt. Ps. 7. Arcum suum tetendit. Ps. 10. Qm̃ ecce peccatores intenderũt arcũ. Ps. 36. Et intenderunt arcum suum. Ps. 63. Intẽderũt arcũ rem amarã. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Intenderũt sagittam suã verbũ amarissimum. Esa. 5. Omnes arcus eius extenti. & in codẽ. 21. A facie arcus extenti. Hiere. 9. Et extenderunt linguã suã quasi arcum mendacii. & in eo. 51. Nõ tẽdat qui tẽdit arcũ suum. Thren. 2. Tetendit arcum suum quasi inimicus.

דַּרְכְּמוֹן Darchemon. drachma. solidus. vt Esdre. 2. Auri solidos q̃draginta millia & mille. Nee. 7. Auri drachmas viginti millia. & solum inuenitur in numero plurali.

דָּרוֹם Darom. meridies. siue austrũ. vt Deut. 33. Mare & meridiem possidebit.

דְּרָעַ Daraa. in lingua chaldaica significat brachiũ. Dañ. 2. Pectus & brachia de argento. & scribitur etiam cum aleph in principio. & dicitur אֶדְרָע Edraa. Esdre. 4. Et prohibuerunt eos in brachio & robore.

דָּרַשׁ Daras. querere. cõsulere. exquirere. requrere. vt Geñ. 9. Sanguinem enĩ animarũ vestrarũ requirã. & in eodem. Et de manu fratris eius requirã animã hois. & in eo. 42. Sanguis eius exquiritur. Leuit. 10. Cũ q̃reret moyses exustũ reperit. Deut. 4. Si tñ toto corde q̃sieris eũ. & in eo. 13. Quere solicite & diligẽter rei veritate perspecta. Esdre. 10. Vt quererent rẽ. vbi ponitur דָּרְיוֹשׁ Darios ꝓ דְּרֹשׁ Deros. & Ps. 9. Queretur peccatũ illiꝰ & non inuenietur. Ps. 13. Aut requirens deũ. Ps. 21. Laudate dñm qui requirunt eum. Ps. 33. Exquisiui dñm & exaudiuit me. Ps. 108. Et eiiciantur de habitationibus suis. pro quo beatus Hieronymꝰ in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ transtulit. Et querãtur in parietinis suis. Ps. 110. Exquisita in omnes volũtates eiꝰ Ps. 118. In toto corde meo exquisiui te. Esa. 31. Et dñm nõ exquisierũt. & in eo. 55. Querite dñm dũ inueniri põt. & in codẽ. 58. Me etenim de die in diem querunt. & in codẽ. 62 Tu aũt vocaberis quesita ciuitas. & in eodem. 65. Quesierunt me qui antea non interrogabant. Ponitur ẽt pro consulere vel interrogare. vt Geñ. 25. Perrexitq rebeca vt cõsuleret dominũ. Ezech. 14. Et venerit ad prophetam vt interroget per eum me. & in eodem. 20. Venerunt de seniori bus israel vt interrogarent dñm. & in eo. Nunquid ad interrogandũ me vos venistis. & in voce passiua significat respõdere ad interrogata. vt in codẽ. 14. Nunquid interrogatus respõdebo eis. & in eo. 20. Viuo ego quia non respondebo vobis. & inde מִדְרָשׁ Midras. i. liber in quo scribuntur res geste: eo quod in eo requiruntur res geste seu preterita. vt 2. Paralip. 13. Reliqua aũt sermonũ abie viarũq & operum eius scripta sunt diligentissime in libro addo prophete.

דָּשָׁא Dasa. germinare. pululare. Herbã facere. vt Geñ. 1. Germinet terra herbam virẽtem. Ioel. 2. Quia germinauerunt speciosa deserti. Inde דֶּשֶׁא Dése. i. herba. dũ est tenera & recẽs orta. Geñ. 1. vt supra. & in eodem. Et protulit terra herbam virentem. Deut. 32. Quasi imber super herbam. Hiere. 50. Qm̃ effusi estis sicut vituli super herbã.

דָּשֵׁן Dasan. impinguare. incrassari. Pingue esse. cinerem colligere. vel a cinere mundare. Deut. 31. Cũq comederint & saturati crassiq fuerint. Ps. 19. Et holocaustũ tuũ pingue fiat. Ps. 22. Impinguasti in oleo caput meũ. Prouer. 11. Anima que benedicit impinguabitur. & in codẽ. 13. Aĩa aũt operantiũ impinguabitur. & in eo. 15. Fama bona impinguat ossa. & in eo. 28. Qui vero sperat in dño saluabitur. pro quo hebrei legunt. Qui vero sperat in domio impinguabitur. Esa. 34. Incrassatus est adipe. & in eo. Et humus eorum adipe pinguium. Pro quo hebrei legunt. Et humus eorum adipe impinguabitur. & inde דָּשֵׁן Dasen. i. pinguis vel crassus. vt Esa. 30. Eritq vberrimus & pinguis. & in plurali דְּשֵׁנִים Desenim siue דִּשְׁנֵי Disne. Ps. 21. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terre. Ps. 91. Vberes & bene patiẽtes erunt. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Pingues & frondẽtes erũt. & inde דֶּשֶׁן Desen. vel דֶּשֶׁן Dasen. cũ accentu in prima syllaba. i. pinguedo. crassitudo. vt Iudi. 9. Nũquid possum deserere pinguedinem meã. Ps. 66. Sicut adipe & pinguedie repleatur anima mea. Esa. 55. Et delectabitur in crassitudine aĩa vestra. Hiere. 31. Et inebriabo aĩam sacerdotum pinguedine. Item דֶּשֶׁן Desen siue דָּשֶׁן Dasen. i. cinis. vt Leuit. 1. In quo cineres effundi solent. pro quo hebrei legũt. In locum cineris. & in hebreo caret nũero plurali. & in codẽ. 4. Tolletq cineres quos vorans ignis exussit. 3. Reg. 13. Et effũdetur cinis q in eo est. & inde verbũ דִּשֵּׁן Dasen. i. cineres colligere. vel a cinere mundare. vt Exo. 27. Faciesq in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres. Nu. 4. Sed & altare mundabũt cinere. & inde illud psalmi. 20. Et holocaustum tuũ pinguefiat: exponũt aliqui hebrei. Et holocaustũ tuũ incineretur. i. in cinerẽ redigetur sup altare holocausti.

דָּת Dath. edictũ. lex. ritus. constitutio. sñia. Esdre. 8. Dederũtq edicta regis satrapis qui erant de cõspectu regis. Ester. 1. Scientium leges ac iura maiorum. & in codẽ. & scribantur iuxta legem persarum atq medorũ. & in eodem. 3. Nouis vtens legibus: & in eodem. Insuper & regis scita cõtemnens. Pro quo hebrei legunt. Et leges siue edicta regis non ipsi faciunt. i. cõtemnũt. & in codẽ. Statimq edictũ pependit in susis. & in codẽ. 4. Et tunc ingrediar ad regẽ contra legem faciens. Dañ. 2. Vna est de vobis sñia. & aliqñ scribitur cum aleph in fine. vt in eodem. Et egressa sñia sapientes interficiebantur. Ponitur ẽt pro tributo quod datur regibus vel principibus per singulos annos. vt Esdre. 6. vt de arca regis. i. de tributis que dantur de regiõe trãs flumen.

דִּתְאָה Ditha in lingua chaldaica significat herbã siue fenum. Dañ. 4. Et cum feris pars eiꝰ in herba terre.

דְּתָבְרַיָּא Dethabraia. in lingua chaldaica significat optimates siue magnates. & solum inuenitur in nũero plurali. Dañ. 3. Duces & tyrãni & optimates.

De incipientibus a littera. ה. He.

הַ Ha. Ista particula הַ Ha. Nunq̃ reperitur sola per se sicut nec vlla alia littera hebraica. Sed apponitur nomini vel verbo & aliquibus aliis partibus orationis. Et qñ preponitur: tunc cõmuniter est quasi articulus demõstratiuus sicut in greco. ὁ. ἡ. τό. qui sunt articuli masculini & feminini & neutrius sicut in nostro vulgari dicitur. El. la. los. las. Et sic in hebreo dicitur הָאִישׁ Hais. i. vir cũ predicto articulo El. s. vir specialis de quo habemus aliquam cognitionem: vel de quo facta est aliqua mentio. & ideo nunq̃ apponitur nomini proprio quia est notus per se & non indiget tali articulo. nec etiam predictus articulus apponitur nomini qñ illud no mẽ iungitur cũ ꝓnomine deriuatiuo. s. Meus. tuus suus. noster. vester. Nisi in paucis admodũ locis: vt Ios. 7. Et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei. vbi huic nomini tabernaculi mei in hebreo preponitur predictus articulus & dicitur הָאָהֳלִי Haaholi. Et quãtum memoria teneo solum inuenitur in predicto loco. In aliis vero locis semper apponitur nomini quod non habet post se ꝓnomen adiunctum. vt Geñ. 42. Locutus est nobis dñs terre dura. pro quo in hebreo habetur. Locutus est nobis vir dominus terre dura. vbi preponitur predicta particula הַ Ha huic dictioni vir. Exo. 11. Fuitq moyses vir magnus valde. Pro quo in hebreo habetur. Et eũ vir moyses magnus valde. s. fuit הָאִשָּׁה Haisa. i. mulier cum predicto articulo. la. vt Geñ. 3. Mulier quã dedisti mihi sociã. הָאֲנָשִׁים Haanasim. idest viri. cum predicto articulo los. vt Geñ. 34. Irati sunt valde. pro quo in hebreo habetur. Irati sũt viri valde. Exo. 35. Viri cum mulieribus prebuerũt. הַנָּשִׁים Hanasim. i. mulieres cum predicto articulo. las. vt in codem. 15. Egressęq sunt oẽs mulieres post eam. & predictus articulꝰ הַ Ha preponitur omnibus casibꝰ & generibꝰ & nũeris. Nominatiuo vt הָאָרֶץ הָיְתָה Haares haitha. i. terra erat. vt Geñ. 1. Terra aũt erat inanis & vacua. genitiuo vt מִקְוֵה הַמַּיִם Micue hamaim. i. cõgregationem aquarum. vt in eodem. Cõgregationesq aquarũ vocauit maria: Datiuo vt עַל הָאָדָם Al haadam. i. homini. vt in codẽ. 2. Precepitq ei dicens. Pro quo in hebreo habetur. Precepitq dñs deꝰ homini siue ipsi. adiens. Accusatiuo vt אֵת הַשָּׁמַיִם Eth hasamaim. i. celos. vt in eodem. 1. In principio creauit deus celum & terrã. Vocatiuo vt הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם Haazinu hasamaim. i. audite celi. vt Deut. 32. Audite celi que loquor. Ablatiuo vt בַּיּוֹם הַשְּׁמִינִי Baiom hasemini. i. in die octauo. vt Leuit. 9. Facto aũt octauo die. & aliqñ ponitur pro hoc articulo vocatiuo. s. o. vt הַמֶּלֶךְ Hamélech. i. o. rex. vt Iudi. 3. Verbũ secretũ habeo ad te. o rex הַשָּׂר Hasar. i. o princeps. vt. 4 Reg. 9. Verbum mihi ad te o princeps. & in eo. At ille dixit ad te o princeps. הַנַּעַר Hanaar. i. o adolescens. vt. 1. Reg. 17. De qua progenie es. o adolescẽs הָרֹאֶה Haroe. i. o videns. vt. 2. Reg. 15. O vidẽs reuertere in ciuitatem הַכֹּהֲנִים Hacohanim. i. o sacerdotes. vt Malach. 1. O sacerdotes qui despicitis nomen meum. Et secũdũ hebreos nunq̃ preponitur nomini proprio predictus articulus: nisi tñ nominibus appellatiuis. Et licet preponatur huic nomini ade tamẽ preponitur ei prout est no

Ille. me appellatiuum & significat hominem. Significat ēt q̃si pnomē demōstratiuū. vt הָאִישׁ Hais. i. ille vir. vt. 2. Reg. 12 Tu es ille vir qui fecisti hãc rem. vbi pro eo quod in lr̄a nostra est ille vir in hebreo habetur Hais. הָאִשָּׁה Haisa. i. illa mulier. vt. 1. Reg. 1. Ego sum illa mulier que steti coram te hic הָרְחָבָה Archaba. i. illa latissima. Hiere. 51. Murus babylonis ille altissimus. debet legi latissimus. & in hebreo murus est generis feminini. & aliqñ significat emphasim. i. nimiam quandā expressionem vel excellentiam. Sicut apud latinos. Alexander ille magnus. Sic apud hebreos. dicitur. הָאֱלֹהִים Haelohim siue הָאֵל Hael. i. ille deꝰ qui est sup oēs deos. הַגָּדוֹל Hagadol. i. ille magnꝰ. הַגִּבּוֹר Hagibor. i. ille potens. הַנּוֹרָא Hanora. i. ille terribilis, vt Deut. 10. Deꝰ magnꝰ & potens & terribilis. vbi oīnibus his dictionibus preponitur predictus articulus ה Ha. vt הָעַלְמָה Haalma. i. virgo cū predicto articulo. vt Esa. 7. Ecce uirgo cōcipiet & pariet filium. Apponitur etiam hec littera הֲ cum apice patha nomini uel pronomini aut uerbo. Et est articulꝰ interrogādi uel dubitandi: & significat nunquid uel nun. vt Geñ. 4. Nūquid custos fratris mei ego sum. & in eodem. 18. Nun vere paritura sum. & in eodem. 20. Nun gentem ignorantem & iustam interficies. & in eodem. 27. Nun vnā tm̄ benedictionem habes. & in eodē. 34. Nunquid vt scorto abuti debuere sorore nostra. & in eodē. 37. Nunquid rex noster eris. Et in eodem. 41. Nun inuenire poterimꝰ talem uirū. & Exo. 2. Nun occidere me uis. Nu. 11. Nunquid ego concepi oēm hanc multitudinem. & in eodem. 16. Nun paruin uobis est. Iob. 4. Nunquid homo dei cōparatione iustificabitur. Et sic in aliis q̃ plurimis locis. Item ponitur pro forsitan. vt Exo. 14. Forsitā non erāt sepulchra in egypto. Iob. 11. Forsitan vestigia dei cōprehendes. Item significat vtrū. Geñ. 24. Vtrum prosperum iter suum fecisset deus. & in eodem 27. Vtrum tu sis filius meus esau. & in eo. 37. Vide vtrū tunica filii tui sit. & in eodem. 42. Vtrum falsa an vera sint. Exo. 16. Vt tentem eū vtrum ambulet in lege mea. Nu. 11. Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. & in eo. 13. Vtrū fortis sit an infirmus. ponitur etiam in predicto loco pro An. & in eodē. 16. An & oculos nostros vis eruere. & 1. Reg. 21. An desūt nobis furiosi. Iob. 40. An extrahere poteris leuiatan hamo. Item ponitur pro hac particula. Si. interrogatiue vel dubitatiue. vt Geñ. 8. Vt videret si iam cessassent aque. & in eo. 43. Si pater viueret: si haberemus fratrem. & Exo. 4. Vt videam si adhuc viuāt. Ps. 13. Vt videat si est intelligens. Ps. 57. Si vere vtiqꝫ iustitiam loquimini. Item ponitur pro. Ne. Interrogatiue uel dubitatiue aut admiratiue. vt. 3. Reg. 13. Tu ne es vir dei qui venisti de iuda. & in eo. 17. Etiam ne viduā apud quam ego vtcūqꝫ sustentor afflixisti. & in eodem. 18. Tu ne es ille qui cōturbas israel. Item ponitur pro ecce. vt Iob. 26. Ecce gigantes gemūt sub aquis. Et qñ apponitur verbo vel participio aliquādo ponitur pro noīe relatiuo. s. qui. que. quod. vt Geñ. 2. Ipse est qui circuit oēm terrā euilaꝫ. & in eodē. 24. Quis est ille homo qui venit per agrum. Ios. 10. Et ait ad principes qui secū ierant. vbi ponitur הֶהָלְכוּ Hehalchu. idest qui ierant vel qui ambulauerant. & Esdre. 10. Omnes viri qui duxerūt vxores alienigenas. Ester. 1. Qui regnauit ab india vsqꝫ ad ethiopiam. Habet fortasse & alios modos significādi: qui possunt reduci ad supradictos. De quo vide in superiori tractatu grāmatice.

Nunquid. Nun. Forsitan. Utrum. An. Si. Ne. Ecce. Qui.

הָהּ Hah. interiectio est dolentis. pro quo beatus Hieronymus transtulit. Ve. vt Ezech. 30. Vlulate ve diei. & aliquādo scribitur cū aleph in pricipio. & dicitur אֲהָהּ Ahah. De quo vide supra in littera aleph. *Ve.*

הֵא He. ecce. vt Geñ. 47. Accipite semina & serite agros. Pro quo hebrei legunt. Ecce vobis semen & serite terrā. & Ezech. 16. Quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi. pro quo hebrei legunt. Et etiam ego ecce viam tuam in capite. s. tuo dedi. *Ecce.*

הַבְהָב Habhab. offerre. vt Osee. 8. Hostias offerent. & solum inuenitur in predicto loco. & dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur a dictione יָהַב Iahab. que significat adducere vel afferre siue offerre. Alii vero dicūt ꝙ significat cōcremare siue assare. quia idem significat in lingua chaldaica & arabica. *Offerre.*

הָבָה Haba. aduerbium est exhortandi vel inuitandi. s. eia. age. agite. beatꝰ Hieronymꝰ transtulit venite. Geñ. 11 Venite faciamꝰ lateres. De q̄ vide īfra in dictiōe יָהַב Iahab. *Venite.*

הָבַל Habal. euanescere. siue vanū esse. Aut vane agere: vel vane loqui. vt. 4. Reg. 17. Secutiqꝫ sūt vanitates & vane egerūt. Iob. 27. Et quid sine causa vana loquimini. Hiere. 2. Et ambulauerunt post vanitatem & vani facti sunt. & inde הֶבֶל Hebel siue הֲבֵל Habel. i. vanitas aut vanum. & in plurali הֲבָלִים Habalim. i. vanitates aut vana. vt Eccl's. 1. Vanitas vanitatum dicit eccl's: vanitas vanitatū & oīa vanitas. & in eo. Vidi cūcta que fiunt sub sole & ecce vniuersa vanitas. & in eodē. 2. Et est quicqꝫ tam vanū. & in eo. Adolescētia & voluptas vana sunt. Deut. 32. Irritauerūt me in vanitatibus suis. Hiere. 10. Vana sunt & opus risu dignū. Pōitur etiam pro idolis vel pro sculptilibus. vt in eodem. 14. Nūquid sunt in sculptilibus gentium qui pluat. *Vane ager. Vana loq. Vanum et הֶבֶל הֲבָלִים Vanitas. Vanitates Vanum Sculptilia*

הָבֶן Haben. genꝰ eboris. Sed quia est dictio obscura & inusitata. ideo btūs Hieronymꝰ posuit in trāslatiōe ipsum hebraicū. vt Ezech. 27. Dētes eburneos & hebeninos. vbi ponitur in hebreo הָבְנִים Habnim. in nūero plurali. & solū inuenitur in predicto loco. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ significat quoddā genus ligni pulcherrimi. *Hebenini הָבְנִים*

הֹבֵר Hober. augur. astrologus. vt Esa. 47. Stent & saluent te augures celi qui contemplantur sydera. lxx. vero sic transtulerunt. Stent & saluam te faciant astrologi celi. & solum inuenitur in nūero plurali & in predicto loco. *Augures. Astrologi.*

הָגָה Haga. meditari. loqui. clamare. sonos seu verba proferre. rugire. gemere. amouere. auferre. vt Iob. 27. Neqꝫ lingua mea meditabitur mendacium. Ps. 1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Ps. 2. Et populi meditati sunt inania. Ps. 62. In matutinis meditabor in te. Ps. 70. Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam. i. loquetur. Ps. 76. Et meditabor in oībus operibꝰ tuis. Esa. 33. Cor tuū meditabitur timorē. & in eo. 37. Meditatꝰ est in spiritu suo duro per diē estus. Sed dicunt hebrei ꝙ in predicto loco significat amouere vel auferre. & sic legunt. Amouit siue abstulit in spiritu suo duro. & in eodē. 59. Concepimꝰ & locuti sumus de corde verba mendacii. ponitur ēt pro clamare. vt. Ps. 113. Nō clamabūt in gutture suo. & btūs Hieronymꝰ in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Nō sonabunt in gutture suo. Esa. 8. Qui stridēt in incantationibus suis. pro quo hebrei legunt. Qui garriūt & clamāt vel sonant aut loquūtur Item significat rugire vel gemere. vt Esa. 31. Quomō si rugiat leo & catulus leonis sup predam suā. & in eo. 59. Et q̃si columbe meditantes gememus. & supra in eodē. 38. Meditabor vt colūba. i. gemā vel rugiam vt colūba. Inde הֶגֶה Hege. i. sonus. sermo. locutio. gemitꝰ. vt Iob. 37. Et sonum de ore eius procedētē. & Ps. 59. Sicut aranea meditabuntur. Pro quo beatꝰ Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Quasi sermonē loquēs. ponitur etiā pro gemitu. pro q̄ beatꝰ Hieronymus transtulit carmē. s. lugubre vel triste. vt Ezech. 2. Et scripte erant in eo lamentationes & carmen *Meditari. Amouere. Loqui Clamare Sonare Rugire Gemere הֶגֶה Sonus Carmen.*

& ve. & aliqñ scribitur cum duplici gnimal. & significat clamorem vel rugitum aut meditationem. vt. Ps. 5. Intellige clamorem meum. & beatus Hieronymus transtulit. Intellige rugitum meum. Ps. 38. In meditatione mea exardescet ignis. & aliqñ scribitur cum tau in fine & dicitur הָגוּת Haguth. vt. Ps. 48. Et meditatio cordis mei prudentia. Inde הִגָּיוֹן Higaion. i. meditatio. vt. Ps. 9. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. pro quo hebrei legūt. In operibus manuum suarum corruit impius meditatio semper. siue meditatione semper. Ps. 18. Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Ponitur etiam pro cantico. vt. Ps. 91. Cum cātico in cithara. Item הָגָה Haga. amouere. auferre. 2. Reg. 20. Amoto ergo illo de via transibat oīs vir. & Prouer. 25. Aufer rubiginem de argento. & in eodē. Aufer impietatem de vultu regis. *Rugitus Meditatio הָגוּת Meditatio הִגָּיוֹן Meditatio Canticum הָגָה Amouere. Auferre.*

הָגָן Hagan. separatū. vt Ezech. 42. Que via erat añ vestibulū separatum per viam oriētalē ingredientibus. vbi pro eo quod in littera nostra est separatum in hebreo habetur הַגִּנָּה Hagina. & solum inuenitur in predicto loco. & dicunt hebrei ꝙ significat rectum siue directum. Tamē si illa particula הַ Ha esset articularis sicut supra in principio huius littere dictum est. Tunc dictio גִּנָּה Gina significat hortum siue pomerium. & tunc poterit esse talis littera. s. que via erat ante vestibulum siue ante peribolum horti siue pomerii per viam orientalem ingrediētibus. Alii vero dicūt ꝙ predicta dictio deriuatur a dictione נָגַן Nagan. que significat canere vel psallere. & legūt. Que via erat ante peribolum vel clausuram organizationis vel cantici. i. vbi leuite canebant laudes deo. & huius opinionis est Nicolaus de lyra cui concordat translatio chaldaica. *הָגָן Separatū הַגִּנָּה Canere.*

הֵד Hed. laus. siue gloria. vt Ezech. 7. Prope est dies occisionis & non glorie montium. & dicunt hebrei ꝙ significat sonitum siue clamorem aut resonantiam. Et ꝙ deriuatur a sequenti dictione que significat sonitum vel clamorē Alii vero dicunt ꝙ deriuatur a dictione הוֹד Hod. que significat laudem vel gloriam. sicut est in littera nostra. De quo infra dicetur. *הֵד Gloria*

הֵידָד Hedad. sonitus. strepitus. clamor. pro quo beatus Hieronymus transtulit vocem calcātium. Esa. 16. Vox calcantium irruit. & in eodem. Vocem calcantium abstuli. i. clamorem vel strepitum quem calcantes in torculari faciūt Quod etiam dicitur celeuma. vt Hiere. 25. Celeuma quasi calcantium concinetur. & in eodem. 48. Nequaqꝫ calcator vue solitum celeuma cantabit. & in eodem. 51. Et super te celeuma cantabitur. in quibus locis ponitur predictā dictio pro celeuma. Et scribitur cum iod in prima syllaba. *הֵידָד Uox calcātium. Clamor Celeuma.*

הַדַּבְרֵי Hadabre siue הַדָּבְרַיָּא Hadabraia in lingua chaldaica significat optimates siue principes. & solum inuenitur in numero plurali. Dañ. 3. & ait optimatibꝰ suis. *הַדָּבְרֵי Optimates*

הָדָה Hada. extendere. mitere. s. manū. vt Esa. 11. Et in cauernam reguli qui ablactatus fuerit manū suam mittet. Et solum inuenitur in predicto loco. *הָדָה Mittere.*

הָדַךְ Hadach. conculcare. conterere. vt Iob. 40. Et contere impios in loco suo. & solū inuenitur in predicto loco. *הָדַךְ Conterere*

הֲדֹם Hadom. scabellum. vt Ps. 109. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Esa. 66. Terra autem scabellum pedum meorum. Item הֲדָם Hadem. in lingua chaldaica significat scīdere: aut in frusta secare & inde הַדָּמִין Hadamin. i. frustra seu fragmenta. Dañ. 1. Peribitis vos. pro quo hebrei legunt. in frusta concidemini. & in eodem. 3. Dispereat: & domus eius vastetur. pro quo hebrei legunt. In frusta concidatur. *הֲדֹם Scabellū. הֲדָם Scindere. הַדָּמִין Frusta.*

הֲדַס Hadas. myrtus. vt Nee. 8. Frōdes myrti & ramos palmarum. Esa. 41. Dabo in solitudine cedrum & spinā & myrtum. & in eodem. 55. Et pro vrtica crescet myrtus. & in plurali הֲדַסִּים Hadasim. pro quo beatus Hieronymus transtulit. Myrteta. Zach. 1. Et ipse stabat inter myrteta que erant in profundo. *הֲדַס Myrtus הֲדַסִּים Myrteta*

הָדַף Hadaph. impellere. expellere. subuertere. vt Nu. 35. Si per odium quis hominem impulerit. Deut. 6. vt deleret omnes inimicos tuos coram te. pro quo hebrei legūt. Vt expellat omnes inimicos tuos coram te. Prouer. 10. Et insidias impiorū subuertet. Esa. 22. Et expellam te de statione. Hiere. 46. Non stetit: quoniam dominus subuertit eum Ezech. 34. Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis. i. expellebatis vel impellebatis. *הָדַף Impellere Expellere subuertere Impigere*

הָדַר Hadar. decorare. honorare. gloriare. glorificare. vt Leuit. 19. Et honora personā senis. Prouer. 25. Ne gloriosus appareas coram rege. i. ne glorieris coram rege seu ne glorificeris. Threñ. 4. Faciem senum non erubuerunt. Pro quo hebrei legunt. Facies senum non sunt honorate. vel non sunt decorate. Dañ. 5. Deum qui habet flatum tuū in manu sua non glorificasti. Exo. 23. Et pauperis non misereaeris in iudicio. pro quo hebrei legunt. Et pauperē non honorabis siue non decorabis in iudicio. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. & inde הָדָר Hadar siue הֶדֶר Heder. i. pulcher siue decorus: aut pulchritudo vl' decor. vt Leuit. 23. Sumetisqꝫ vobis die prīo fructꝰ arboris pulcherrime. Ps. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Ps. 103. Cōfessionem & decorem induisti. Dañ. 11. Et indignꝰ decore regio. Ps. 144. Magnificentia glorie sanctitatis tue loquetur. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit decorē glorie magnitudis tue & verba mirabilium tuorum loquar. Dañ. 4. Et in gloria decoris mei. & aliqñ scribitur cū tau in fine. vt. Ps. 95. Adorate dñm in atrio sancto eius. pro quo beatꝰ Hieronymꝰ in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Adorate dominum in decore sanctuarii. 2. Paralip. 20. Vt laudarent eū in turmis suis. pro quo hebrei legunt. Et laudarent decorē sanctuarii siue decorem sanctum aut in decore sanctuarii. Ponitur etiam pro dignitate. vt Prouer. 14. In multitudīe populi dignitas regis. i. gloria siue decor regis. & in plurali הֲדָרֵי Hadre. pro quo in nostra translatione habetur splēdores. Ps. 109. In splendoribus sanctorum. Sed beatꝰ Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem pro הַדְרֵי Hadre. legit הַרְרֵי Harere cum duplici res. i. montes. vbi sic transtulit. In montibus sanctis. Et hec varietas cōtigit propter similitudinem res & daleth: que sunt quasi vnius figure. & fortasse in libris antiquis erat scriptū הַרְרֵי Harere cū duplici res. Inde הָדוּר Hadur. i. decorus gloriosus siue formosus. vt Esa. 63. Iste formosꝰ in stola sua. & in plali הֲדוּרִים Hadurim. vt in eodem. 45. Et gloriosos terre humiliabo. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco significat anfractus: siue abrupta: vel circuitus viarum: aut vias non rectas. & sic legunt. Et distorta. i. ea que non sunt recta rectificabo siue anfractus vel abrupta. s. viarum equabo. Item הֲדַר Hadar in lingua chaldaica significat reuertere. Dañ. 4. Et ad honorem regni mei decoremqꝫ perueni. pro quo hebrei legunt. Et ad honorem regni reuersus sum siue reductꝰ sum. *הָדַר Honorare. Gloriari. Glorificar. הָדָר Pulcher Pulchritudo. Decor. Dignitas. הֲדָרֵי splēdores. Montes. הָדוּר Formosus הֲדוּרִים Gloriosi הֲדַר Reuertere*

הוֹ Ho. ve. Interiectio dolentis. vt Amos. 5. Et in cūctis que foris sunt dicetur ve. ve. & solū inuenitur in p̄dicto loco. *הוֹ*

הוּא Hu. pronomen est tertie persone aut verbum substantiuum. s. ipse vel ipsum. ille vel illud. iste vel istud. is vl' id. est vel fuit. Geñ. 1. Ipse est qui circuit omnem terram eui *הוּא Ipse.*

lath. & in eodem. Ipsum est nomen eius. Et in eodē. 18. Ipse vero stabat iuxta eos. & in eo. 27. Quis igitur ille est qui dudū captam venationem attulit mihi. Exo. 6. Iste est aarō & moyses. & in eo. Iste est moyses & aaron. Ester. 7. Quis est iste & cuius potentie. Et accipitur etiam in genere neutro: quia hebrei non habent genꝰ neutrum: sed pro eo vtūtur cōiter genere masculino & aliquando feminino. Scribitur etiam היא Hi cum vau in medio dictionis. & cum puncto hiric in genere feminino. s. ipsa. illa. ista. vt Gen. 3. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno. pro quo in hebreo habetur. Ipsa dedit mihi de ligno. & in eodem. Ipsa conteret caput tuum. Sed in predicto loco in codicibꝰ hebreorum scribitur הוא Hu cum puncto surec: quod interpretatur ipse vel ipsum & refertur ad semen: De quo supra dixerat: inimicitias ponam inter te & mulierem & semen tuum & semen illius. Vtroq; tñ mō legi potest. quia eisdē litteris vtrūq; scribitur in hebreo scilicet ipsum & ipsa. Et in eodem. 17. Delebitur anima illa de populo suo. & in eodem. 24. Ipsa est mulier quam preparauit dominꝰ filio domini mei. & sic in aliis locis ponitur הוא Hi. cum vau in medio dictionis in genere feminino. Item ponitur הוא Hu. p hoc nomine relatiuo quis vel qui. vt Gen. 14. Qui habitabat in sodomis. & in eodē. Qui habitabat in conualle mābre. Ponitur etiam pro hoc verbo substantiuo Sum es fui. vt Gen. 20. Quia propheta est. & in eodem. In omni loco ad quem ingrediemur dices ꝙ frater tuꝰ sim. Deut. 32. Videte ꝙ ego sim solus. Vide etiam de hoc infra in dictione הוה Haua.

הוד Hod. gloria. laus. confessio. honor. decor siue species. Nu. 17. Et dabis ei precepta cunctis videntibus & parte glorie tue. 2. Paralip. 29. Et tibi laus. i. est. & Iob. 39. Gloria narium eius terror. Ps. 103. Confessionem & decorē induisti. Ps. 148. Confessio eius super celum & terrā. Hiere. 22. Ve domine: ve inclyte. Pro quo hebrei legunt. Ve domine siue ve domino & ve glorie eius. Dañ. 11. Et non tribuetur ei honor regius. Osee. 14. Et erit quasi oliua gloria eius. Zach. 10. Quasi equum glorie eius in bello. Significat etiam decorem siue speciē. 1. Paralip. 7. Soror autem eius regina peperit virum decorū. Dañ. 10. Et species mea immutata est in me.

הוה Haua. verbum est substātiuū. s. sum es fui. vt Gen. 27. Esto dominus fratrum tuorū. Esdre. 4. Nam & reges fortissimi fuerunt in ierusalem. Nee. 8. Et leuare te velis super eos in regē. Pro quo hebrei legunt. Et tu es sup eos rex. siue & tu velis esse super eos rex. Eccs. 2. Quid enim pderit homini de vniuerso labore suo. pro q he. le. quid em̄ est homini de vniuerso labore suo. Et aliquando scribitur cum aleph in fine. vt in eodem. 11. In quocūq; loco ceciderit ibi erit. & Iob. 37. Qui precipit niui vt descendat in terra. Pro quo hebrei legunt. Qui precipit niui esse in terra. i. vt descendat in terram sicut est in littera nostra. Dañ. 2. Tu rex videbas. Pro quo hebrei legunt. Tu rex videns eras. & aliquando scribitur cum lamed in principio & aleph in fine loco he. Dañ. 2. Sit nomen domini benedictum in secula. vide etiam de hoc infra in dictione היה Haia. Item הוה Houa siue הוה Haua aut הות Hauath. i. calamitas. vanitas. insidie. iniquitas. peruersitas. vt Iob. 6. Et calamitas quam patior. Esa. 47. Irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Ponitur etiam pro vanitate. Ps. 51. Et preualuit in vanitate sua. Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Confortatus est in insidiis suis. Pro uer. 10. Insidias impiorum subuertet. Michee. 7. Et magnꝰ locutus est desiderium anime sue. Pro quo hebrei legūt. Et magnus locutus est iniquitatem vel peruersitatem anime sue. Sed mutando he primum in aleph: tunc potest significare desiderium. & in plurali. הוות Hauoth. Ps. 37. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates. sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit insidias. Ponitur etiam pro iniustitia. vt. Ps. 51. Iniustitiā cogitauit lingua tua. Pro quo beatus Hieronymus transtulit in predicto psalterio. Insidias cogitat lingua tua. Ps. 54. Et labor in medio eius & iniustitia. Pro quo beatus Hieronymus in predicto psalterio transtulit. Insidie in vitalibus eius. Ponitur etiā pro iniquitate. vt. Ps. 56. Donec transeat iniquitas. Sed etiam in hoc loco beatus Hieronymꝰ in predicto psalterio transtulit. Donec transeant insidie. Et dicūt aliqui hebrei ꝙ ab hac dictione deriuatur verbum התהותתו Thehothethu. Pro quo. lxx. trāstulerunt irruitis. vt. Ps. 61. Quousq; irruitis in hominem. Pro quo beatus Hieronymus in predicto psalterio transtulit. Vsquequo insidiamini contra virum.

הוי Hoi. interiectio dolentis. siue o. quod est aduerbium vocatiui casus. vt Esa. 1. Ve genti peccatrici. & in eodem 5. Ve qui coniungitis domum domui. & in eodem. Ve qui trahitis peccatum in funiculis vanitatis. & in eodē. Ve qui dicunt malum bonum & bonum malum. & in eodem. Ve qui sapientes estis in oculis vestris. & in eodem. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum. & in eodem. 10. Ve qui cōdunt leges iniquas. & in eodem. Ve assur virga furoris mei & Hiere. 22. Non plangent eum ve frater & ve soror: non concrepabunt ei ve domine & ve inclyte. & in eodem. 47. O mucro domini vsquequo non quiesces. & Zach. 2. O. O fugite de terra aquilonis & in eodē. 2. O sion fuge. Esa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. Pro quo hebrei legunt. O omnes sitientes venite ad aquas. & aliquando scribitur sine Iod. & dicitur הו Ho de quo supra dictum est.

הון Hon. diuitie: siue multitudo aut abundātia diuitiarum. substantia. sufficientia. satis. vt. Ps. 118. Sicut in omnibꝰ diuitiis. Prouer. 11. Non proderunt diuitie in die vltionis. Et in eodem. 13. Et quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Et in eodem. 19. Diuitie addunt amicos plurimos. Ponitur etiam pro substantiā. vt Prouer. 1. Omnem preciosam substantiam reperiemus. & in eodem. 3. Honora dominum de tua substantia. Et in eodem. 6. Omnem substantiam domꝰ sue tradet. Et in eodem. 10. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Et in eodem. 13. Substantia festinata minuetur. Et in eodem. 24. Vniuersa substantia preciosa & pulcherrima. Significat etiam satis vel sufficientia. vt Prouer. 30. Et quartum ꝙ nunquam dicit sufficit. Et in eodem. Ignis vero nunq; dicit sufficit. Ponitur etiam pro precio. vt. Ps. 43 Vendidisti populum tuum sine precio. idest sine substantia vel sine diuitiis.

הזה Haza. dormitare secundum hebreos. & inde הזים Hozim. idest dormitantes. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. videntes vana. quasi חזים Chozim cum littera cheth. Esa. 56. Videntes vana dormientes & amantes somnia. & solum inuenitur in predicto loco.

הי Hi. ve. Interiectio dolentis. vt Ezech. 2. Et scripte erant in eo lamentationes & carmen & ve. & solū inuenitur in predicto loco.

היא Hi. pronomen est tertie persone generis feminini. i. ipsa. illa. ista. ea. eadē. vt Gen. 20. Et ipsa ait frater meus est. Iudi. 4. Que iudicabat populum. Et in eo. Et sedebat sub palma que nomine illius vocabatur. Pro quo hebrei legunt. Et ipsa sedebat sub palma debbora. Thren. 1. Habitauit inter gentes pro q̄ in he. hr ipsa habitauit inter gētes. Et aliquando scribitur cū vau in medio dictiōis sicut supra dictum est in dictione הוא Hu. Ponitur etiam pro hoc verbo substantiuo sum es fui. vt Gen. 12. Quare non indicasti mihi ꝙ vxor tua esset. Et in eodem. 20. Dixitq; de sara vxore sua soror mea est. Ps. 118. Quia in eternum mihi est.

היה Haia esse. verbum substantiuum. egrotare. euanescere. vt Gen. 6. Noe vir iustus atq; perfectus fuit in' generationibus suis. Et in eodem. 10. Ipse cepit esse potens in terra: & erat robustus venator coram domino. Et in eodē. Fuit autem principium regni eius babylon. Et in eodem. 21. Et fuit cum eo. Et in eodem. 26. Sit iuramentum inter nos. Exo. 3. Ego sum qui sum. & in eodem. Qui est misit me ad vos. Et in eodem. 9. Ecce manus domini erit super agros. Iudi. 16. Infirmus ero vt ceteri hominum. 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de ramathaim. 2. Reg. 4. Duo viri principes latronum erant filio saul. Et 1 ꝓ. 7. Ego ero ei in patrē & ipse erit mihi in filium. Dañ. 1. Fuit autem daniel vsq; ad annum primum cyri regis. Et aliquando scribitur sine he finali. vt in aliquibus locis supradictis. Scribitur etiam aliquando cum duplici iod. vt Gen. 24. Soror nostra crescas in mille millium. Pro quo in hebreo habetur: Soror nostra tu sis in mille millium. 2. Reg. 15. Si veneris mecum eris mi hi oneri. & a predicta dictiōe: & a supradicto verbo היה Haua. deriuatur nomen domini tetragrammaton quod scribitur quattuor litteris. scilicet. Iod. he. vau. he. & significat esse vel essentiam. pro quo beatus hieronymus & alii interpretes traduxerunt dominum. & etiam hebrei pro hoc nomine legunt אדני Adonai. idest dominus. de quo vide supra in dictione אדן Adon. Et aliquando predicta dictio היה Haia. pōitur p hoc verbo. fio. fis. fit. vt Gen. 1. Fiat lux & facta est lux. Et in eodem. Fiat firmamentū in medio aquarum. Et in eodem. Et factum est ita. Et in eodem. Fiant luminaria. & Ruth. 1. Et factum est in diebus vnius iudicis. Thren. 3. quis est iste qui dixit vt fieret. Ezech. 1. Factum est verbum domini ad ezechielem filium buzi. Et in eodem. 6. Et factus est sermo domini ad me dicens. Et in voce passiua aliquando recipit nun in principio. vt Deut. 4. Si facta est aliquando huiuscemodi res. Iudi. 19. Nunquam res talis facta est. Prouer. 13. Desiderium si compleatur delectat animam. Pro quo hebrei legunt. Desiderium factum. idest completum delectat animam. Significat etiam infirmari siue languere: quando scribitur cum nun in principio. vt Dañ. 8. Et ego daniel langui & egrotaui per dies. Item significat euanescere siue perire. pro quo beatus hieronymus transtulit fugit. vt Dañ. 2. Et somnus eius fugit ab eo.

היך Hech. Quomodo. vt. 1. Paralipo. 13. Quomodo possum ad me introducere Arcam dei. Dañ. 10. Et quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo.

הים Him. Turbare. tumultuari. perdere. interficere. Ps. 54. Contristatus sum in exercitatione mea & cōturbatus sum. Michee. 2. Tumultuabuntur a multitudine hominum. Et aliquando scribitur sine iod. vt Deut. 7. Et interficiet illos donec penitus deleantur. Vbi vltimum mem non est de substantia dictionis: sed est pronomen relatiuum numeri pluralis. & Ruth. 1. Velox apud cunctos fama percrebuit. Pro quo hebrei legunt. Et conturbata est omnis ciuitas super eis. Siue tumultuata est omnis ciuitas super eis. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. Vide etiam de hoc infra in dictione המן Hamam. & in dictione המה Hama. Et inde מהומה Mehuma. idest perturbatio. pauor. interfectio. vt Deut. 7. Donec penitus deleantur. Pro quo hebrei legunt. Perturbatione siue interfectione magna nimis. Et. 1. Reg. 5. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus.

הין Hin. Velle. paratum esse. vt Deut. 1. Cumq; instructi armis pergeretis in montem. Pro quo hebrei legunt. Et voluistis ascendere in montem: siue parati fuistis ascendere in montem. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur a dictione הן Hen: que significat ecce. Item. הין Hin. Mensura erat liquidorum. vt Exo. 29. Et quartam partem Hin. Et Nume. 28. Et quartam partem Hin vini.

הכל Hechal. Templum. palatium. & communiter scribitur cum iod in prima syllaba. vt. 3. Reg. 6. Et porticus erat ante templum. Ps. 5. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ps. 10. Dominus in templo sancto suo. Ps. 143. Circum ornate vt similitudo templi. & Esa. 6. Et ea que sub ipso erant replebant templum. Et in eodem. 39. Et erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Hiere. 7. Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: templum domini: templum domini: templum domini est. Et secundum hebreos ponitur ibi templum ter eo quod in tres partes erat diuisum. scilicet in domum exteriorem que dicebatur porticus. Et in domum mediam in qua erat mensa & candelabrum. Et in domum interiorem in qua erat arca & cherubin que dicebatur oraculum siue sanctum sanctorum. Dañ. 1. Et qui possent stare in palatio regis. Amos. 8. Et stridebunt cardines templi. Et in plurali. היכלים Hechalim: siue היכלי Hechle. secundum terminationem nominum masculinorum siue. היכלות Hechaloth. Secundum terminationem femininorum. vt. Ps. 44. A domibus eburneis ex quibus delectauerunt te. idest a templis vel a palatiis eburneis. Prouer. 30. Stellio manibus nititur & moratur in edibus regis. idest in palatiis regis. Ponitur etiam pro delubris. Esa. 13. Et syrene in delubris voluptatis. Osee. 8. Et oblitus est israel factoris sui & edificauit delubra.

הכר Hacar. Opprimere. Iob. 19. Et non erubescitis opprimentes me. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ significat impudenter agere. siue ingratum esse. Quia in lingua Arabica significat impudentiam. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et non erubescitis impudenter agitis contra me: siue ingrati estis mihi. Et inde הכרת Hacarath. idest impudentia siue ingratitudo. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Pro quo hebrei legunt: Impudentia vultus eorum respondebit eis. Vnde subditur: Et peccatum suum quasi sodoma predicauerunt: & non absconderunt. Potest etiam deriuari a verbo נכר Nacar. Quod significat cognoscere vel agnoscere. sicut est in littera nostra.

הלל Halal. Laudare. gloriari. letari. splendescere. fulgere Insanire. conturbare. iniq; agere. Iudi. 16. Quod cetiam populus videns laudabat deum suum. 1. Paralipo. 16. Laudate nomen sanctum eius. Pro quo hebrei legunt. Laudamini siue gloriamini in nomine sancto eius. Et in eodem. 29. Confitebimur tibi & laudabimus nomen tuum inclytum. 2. Paralipo. 20. Laudabant dominum

deum israel voce magna. ps. 9. Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue. ps. 21. In medio Ecclesie laudabo te. Ps. 62. Et labiis exultationis laudabit os meum. Et in eodem. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Ps. 101. Et qui laudabant me aduersum me iurabant. Sed beatus hieronymus aliam significationem sequens in psalterio iuxta hebraicam ve. transtulit. Exultantes per me iurabant. Ps. 118. Septies in die laudem dixi tibi. pro laudaui te. Et in eodē. Viuet anima mea: & laudabit te. Ps. 134. Laudate nomen domini laudate serui domini. Ps. 145. Lauda anima mea dominum. Ps. 148. Laudate dominum de celis. Ps. 150. Omnis spiritus laudet dominū. Prouer. 27. Laudet te alienus & non os tuum. Et in eodem. 31. Mulier timens deum ipsa laudabitur. Et in eodem. Laudent eam in portis opera eius. Canti. 6. Regine & concubine & laudauerunt eam. Esa. 38. Neq; mors laudabit te. Et in eodem. 45. In domino iustificabitur & laudabitur omne semen israel. Et inde מְהֻלָּל Mehulal. siue מַהֲלָל Mahalal. idest laudabilis: siue laus: vel laudatio. vt. 1. Reg. 22. Laudabilem inuocabo dominum. Prouer. 27. Sic probatur homo ore laudantis. Pro quo hebrei legunt. Et homo iuxta laudem suam siue iuxta laudationem suam. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Et inde תְּהִלָּה Thehila. siue תְּהִלַּת Thehilath. idest laus. siue laudatio aut laudabilis. vt in titulo psalmi. 44. Vbi dicitur laudatio ipsi dauid. & in eodem Ps. Laudationem domini loquetur os meum. Hiere. 49. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem. Et in plurali. תְּהִלּוֹת Thehiloth. vt. Ps. 21. Tu autem in sancto habitas laus israel. Pro quo hebrei legunt. Et tu sāctus habitator siue habitās laudes israel siue laudatiōes israel. Beatus vero hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et tu habitator sancte laus israel. Et ponitur ibi singulare pro plurali. & Esa. 60. Et laudes domini annunciantes. Scribitur etiam pluraliter. הִלּוּלִים Hilulim. idest laudationes. Pro quo beatus hieronymus transtulit laudabiles. vt Leuit. 19. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino. & inde הַלְלוּיָה Aleluia. idest laudate dominum. & est dictio composita ab הַלְלוּ Halelu. ꝙ significat laudate vt supra. & יָה Ia: quod est vnum de nominibus dei: & ponitur pro domino. vt Ps. 146. Laudate dominum quoniam bonus est psalmus. Vbi pro eo quod in littera nostra est Laudate dn̄m: in hebreo habetur הַלְלוּיָה Haleluia. Itē הָלַל Halal significat gloriari vel letari. scilicet quando est verbum quarte coniugationis. vt. Ps. 48. Et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Ps. 51. Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate. Ps. 96. Et qui gloriantur in simulachris suis. Ps. 105. Et gloriemur in laude tua. Prouer. 20. Et cum recesserit gloriabitur. Et in eodem. 27. Ne glorieris in crastinum. Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua: & non glorietur fortis in fortitudine sua: & non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur. Ponitur etiam pro letari. vt Esa. 41. Et in sancto israel letaberis. Et inde הִלּוּלִים Hilulim. Pro quo beatus Hieronymus transtulit choros cātantium. vt Iudi. 9. Et factis cantantium choris ingressi sunt fanum dei sui. Item הָלַל Halal. idest splendere. fulgere. lucere. Iob. 29. Quando splendebat lucerna eius super caput meum. Et in eodem. 31. Si vidi solem cum fulgeret. Et in eodem. 41. sternutatio eius splendor ignis. Esa. 13. Quoniam stelle celi & splendor earum non expandent lumen suum. vide etiam de hoc supra in dictione אָהַל Ahal. & inde הֵילֵל Helel. idest lucifer. vt Esa. 14. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. Significat etiam הָלַל Halal Insanire: vt. 1. Reg. 21. Et collabebatur inter manus eorum. Pro quo hebrei legunt. Et insaniebat inter manus eorum. Hiere. 25. Et bibent & turbabuntur & insanient. Ponitur etiam pro conturbare. vt Eccl's. 7. Calumnia conturbat sapientem. Et Naū. 2. In itineribus conturbati sunt. Item ponitur pro iniq; agere. Ps. 74. Dixi iniquis nolite iniq; agere. Et inde הֹלְלִים Holelim. idest stulti siue iniqui. Ps. 5. nec permanebunt iniusti ante oculos tuos. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Non stabunt iniqui in conspectu oculorum tuorum. Ps. 72. Quia zelaui super iniquos. Et inde מְהוֹלָל Meholal. idest stultus. siue iniquus. pro quo beatus hieronymus transtulit. Errorem. Eccl's. 2. Risum reputaui errorem. & inde הוֹלֵלוֹת Holeluth. idest insania vel stultitia secundum hebreos. Sed beatus hieronymus transtulit. errorem. Eccl's. 1. Erroresq; & stultitiam. Et in eodem. 7. Et vt cognoscerem impietatem & errorem imprudentium. & in eodem. 10. Et nouissimum oris illius error pessimus. Et supra in eodem. 9. transtulit contemptum. vbi dicitur. Vnde & corda filiorum hominum implentur malicia & contemptu in vita sua. Et inde תָּהֳלָה Tahola. Pro quo beatus hieronymus transtulit prauitatem. vt Iob. 4. Et in angelis suis reperit prauitatem.

הֲלֹא Halo. Nonne. nunquid non: vtiq;. ecce. Geñ. 20. Nōne ipse dixit mihi soror mea est. Et in eodem. Nōne pro rachel seruiui tibi. Exo. 4. Nonne ego dominus. Iudi. 9. Nunquid non est ipse filius ierobaal. Prouer. 8. Nunquid non sapientia clamitat. Et aliquando scribitur cum vau & aleph in fine. vt Geñ. 4. Nonne si bene egeris recipies. Et in eodem. 31. Nonne quasi alienas reputauit nos. Et in eodem. 42. Nunquid non dixi vobis nolite peccare in puerum. Et aliquando ponitur pro vtiq; siue pro ecce. vt Exo. 4. Aaron frater tuus leuites scio ꝙ eloquens sit. Pro quo hebrei legunt. Vtiq;: siue ecce Aaron frater tuus leuites. Deut. 4. Qui est in rabath filiorum amon. pro quo hebrei legunt. Vtiq; est siue ecce est in rabath filiorum Amon. Ios. 1. Ecce precipio tibi confortare & esto robustus. Et. 1. Reg. 10. Ecce vnxit te dominus super hereditatem suam in principem. Et in eodem. 23. Nonne ecce dauid latitat apud nos. Vbi ponitur pro nonne & ecce. Ruth. 2. Audi filia ne vadas in alterum agrum ad colligendum. Vbi in hebreo premittitur supradicta dictio. scilicet vtiq; siue ecce audi filia. 1. Reg. 13. Ego enim sum qui precipio vobis. Vbi similiter in hebreo premittitur supra dicta dictio הֲלֹא Halo. Vide etiam de hoc infra in dictione. לוֹא Lo.

הָלְאָה Hala. Vltra. trans. illuc. Deinceps. vt. 1. Reg. 10. Cumq; abieris inde & vltra transieris. Et in eodem. 20. Ecce sagitte vltra te sunt. Et in eodem. Ecce sagitta ibi est: porro vltra te. Amos. 5. Et migrare vos faciam trans damascum. Ponitur etiam pro illuc. vt Geñ. 19. Recede illuc. Nu. 16. Et ignem huc illucq; dispergat. Vbi ponitur pro huc & illuc. Item significat deinceps. vt Leuit. 22. Die autem octauo et deinceps offerri poterunt. 1. Reg. 18. A die illa et deinceps. Et inde deriuatur נַהֲלְאָה Nahalaa. idest remota vel eiecta aut repulsa. Et est participium passiuum in hebreo. Pro quo Beatus hieronymus transtulit. Eam que laborauerat. vt Mich. 4. Et eam que laborauerat in gentem robustam. LXX. vero transtulerunt. Et repulsam. Potest etiam deriuari a dictione. לָאָה Laa. Que significat laborare. sicut beatus hieronymus transtulit.

הָלָה Hala. Iniq; siue praue agere. & inde תָּהֳלָה Tahola. i. Prauitas. Iob. 4. Et in angelis suis reperit prauitatē. De quo vide supra in dictione הָלַל Halal.

הָלַךְ Halach. Ambulare. gradiri. ire. incedere. procedere. Discurrere. transire. Geñ. 3. Et cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso. Et in eodem. 5. Et ambulauit enoch cum deo. Et in eodem. cum deo ambulauit noe. Et in eodem. 17. Ambula coram me. Et in eodem. 32. Ecce properat in occursum tuum. Pro quo hebrei legunt. Et ecce ipse ambulat in occursum tuum Et in eodem. 48. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei. Leuit. 26. Et ambulabo inter vos. Deut. 22. Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum tuorū Ios. 10. Et ait ad principes exercitus qui secum ierant. Et ponitur ibi הָלְכוּא Halchu cum aleph addita in fine. 3. Re. 21. Et ambulauit demisso capite. Iob. 23. Si ad orientem iero nō apparet. Et in eodem. 24. Nudos dimittunt homīes indumenta tollentes. pro quo hebrei legunt. Nudum faciunt ambulare absq; indumento. Et in eodem. 30. Merens incedebam sine furore. Ps. 1. Beatus vir qui non abiit in cōsilio impiorum. Ps. 14. Qui ingreditur sine macula. idest qui graditur vel ambulat sine macula. Ps. 25. Et complacui in veritate tua. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et ambulabo in veritate tua. Ps. 37. Tota die contristatus ingrediebar. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Tota die merens ambulabam. Ps. 42. Quare contristatus incedo. Ps. 54. In domo dei ambulauimus in consensu. Ps. 84. Iustitia ante eum ambulabit. Ps. 118. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Ps. 130. Neq; ambulaui in magnis neq; in mirabilibus super me. Prouer. 6. Aut ambulare super prunas. Et in eodem. 7. Abiit via longissima. Et in eodem. 8. In viis iustitie ambulabo. Et in eo. 13. qui cum sapientibus graditur. Abach. 2. In luce sagittarum tuarum ibunt. Ponitur etiam pro discurrere vel procedere aut transire. vt Exo. 9. Ac discurrentia fulgura super terram. Iob. 41. De ore eius lampades procedunt. Ps. 72. Et lingua eorum transiuit in terra: sed beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit & ligua eorum deambulauit in terra. Item ponitur pro venire. quod est etiam ambulare. vt Nu. 22. Cur non statim venisti ad me. Hiere. 51. qui fugitis gladium venite & nolite stare. Et in voce passiua prime coniugationis ponitur pro adduci. Ps. 108. Sicut vmbra cum declinat ablatus sum. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. quasi vmbra cum declinatur adductus sum. Et inde הֲלִיכָה Halicha. idest deambulatio. vel locus super quo ambulant. Pro quo beatus hieronymꝰ transtulit. Iter. vt Naum. 2. Ruent in itineribus suis. quod in hebreo legitur singulariter. scilicet in deambulatione sua siue in itinere suo. Et in plurali. הֲלִיכוֹת Halichoth. vt Iob 6. Considerate semitas theman itinera saba. Prouer. 31. Considerauit semitas domus sue. Abach. 3. Ab itineribus eternitatis eius. Accipitur etiam הֲלִיכֵי Haliche pro pedibus. Iob. 29. Quando lauabam pedes meos butyro. & inde הֵלֶךְ Helech. idest viator siue peregrinus. vt. 2. Reg. 12. Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem. Et inde מַהֲלָךְ Mahalach. idest iter. vt Nee. 2. Vsq; ad quod tēpus erit iter tuum. Ione. 3. Et niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et in eodem. Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei vnius. & pluraliter. מַהְלְכִים Mahalechim. idest itinera. siue deambulatoria. vel ambulantes. vt Zach. 3. Et dabo tibi ambulantes de iis qui nunc hic assistunt. Quod etiam potest legi sic. Et dabo tibi deambulatoria inter assistentes hos. Scribitur etiam aliquando cum thau in pricipio & in genere feminino: et dicitur תַּהֲלוּכוֹת Thahaluchoth. Nee. 12. Et ierunt ad dexteram super murum. Pro quo hebrei legunt. Et deambulatoria siue deambulantes ad dexteram super murum. & inde הֲלָךְ Halach. quod significat reditum siue tributum ꝙ accipitur a viatoribus. Esdre. 4. Tributum & vectigal & annuos reditus non dabūnt. Et in eodem. Tributum quoq; & vectigal & reditus accipiebant.

הָלַם Halam. percutere. q̄ssare. concutere. excidere. vt Iudi. 5. Vngule equorum ceciderunt. idest percusserūt Potest etiam legi sic. Vngule equorum percusse siue q̄ssate sunt. & subditur ratio fugientibus impetu & per preceps ruentibus. Et in eodem. Et percussit sisaram. Ps. 73. In securi & ascia deiecerunt eam. idest exciderunt eam. Esa. 16. Domini gentium exciderunt flagella eius. id est propagines eius vel ramos eius. Esa. 28. Errantes a vino. Pro quo hebrei legunt. Percussi siue conq̄ssati a vino. Ponitur etiam pro cudere quod est idem quod percutere vel q̄ssare. vt Esa. 41. Confortauit faber erarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis. Et inde הַלְמוּת Halmuth. idest malleus. vt Iudi. 5. Sinistram suam misit ad clauum: & dexteram suam ad fabrorum malleum. Et in plurali scribitur cum mem in principio. & dicitur מַהֲלֻמוֹת Mahalumoth. vt Prouer. 19. Et mallei percutientes stultorum corporibus. Et inde יָהֲלֹם Iahalom per additionem iod in principio: quod significat quendam lapidem preciosum. Pro quo Beatus Hieronymus transtulit hyaspidem. Exo. 28. In secundo carbūculus: sapphyrus & hyaspis. & Ezech. 28. Sardius topazius & hyaspis. Hebrei tamen dicunt ꝙ significat lapidem adamantem: eo quod frangit & diuidit alias gēmas durissimas. Item הֲלֹם Halom. idest huc: illuc. vt Iudi. 18. Quis te huc adduxit. & in eo. 10. Vtrum nam venturus esset illuc. 1. Reg. 14. Et huc illucq; difugiens. Et in eodem. Accedamus huc ad deum. 2. Reg. 7. quia adduxisti me hucusq;. Ps. 72. Ideo conuertetur populus meus hic Pro quo Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Propterea conuertetur populus eius huc.

הֵם Hem. Pronomen est tertie persone pluralis numeri. scilicet ipsi. isti. illi. hi. vt Geñ. 14. Isti accipient partes suas. Exo. 6. Hi sunt qui loquūtur ad Pharaonem. Ps. 94. Semper hi errant corde: & isti non cognouerunt vias meas. Et in genere feminino scribitur cum littera nun in fine. De quo infra dicetur. Inuenitur etiam nun in fine in genere masculino. vt Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec crescant. Et recipit in fine he. & dicitur הֵמָּה Hema. vt Geñ. 6. Isti sunt potentes a seculo. ponitur etiam pro verbo substantiuo. vt Geñ. 48. Et respondit: filii mei sunt. Cāti. 6. Sexaginta sunt regine. Et aliquando duplicatur he & mem. vt Ezech. 7. Non ex eis nec ex populo nec ex sonitu eorum. Vbi pro eo quod in littera nostra est ex populo: in hebreo habetur מֶהֱמֵהֶם Mehemchem. Quod potest interpretari. Ex eis. & dicunt hebrei ꝙ ponitur ibi pro filiis filiorum. Cui concordat translatio chaldaica. Potest etiam deriuari a dictione הָמָה Hama. Que significat tumultum aut multitudinem. idest populum. vt sit sensus. Non ex eis nec ex tumultu eorum: nec ex sonitu eorum. & in lingua chaldaica scribitur aliquando cum vau in medio & dicitur הוּם Hom. idest hi siue illi aut ipsi. Hiere. 10. Sic ergo dicetis eis. dicitur etiam הִמּוֹ Himo. siue הִמּוֹן Himon. Dañ. 2. Et comminuit eos. Esdre. 4. Et habitare eos fecit in ciuitatibus samarie.

הָמַם Hamam.conterere.consumere.interficere. occidere pterrere.cōturbare. tumultuari. personari. Esa. 28 Nec vexabit eum rota plaustri. Pro quo hebrei legunt. Nec conteret Rota plaustri. Et licet in predicto loco pro eo quod in littera nostra est neque: in hebreo non ponatur negatio: sed vau littera cum puncto seua: quod est coniunctio: tamen cum precedenti negatione valet pro neque. vt infra dicetur in principio littere vau. Et Hiere. 51. Deuorauit me nabuchodonosor Rex Babylonis. Pro quo hebrei legunt: contriuit siue consumpsit me nabuchodonosor rex babylonis. Et aliquando scribitur cū simplici mem. vt Exo. 14. Et interfecit exercitum eorum. Et in eodem. 23. Et occidam omnem populum ad quē ingredieris. Ester. 9. Vt occideret illos atq; deleret. Iosu. 10. & conturbauit eos dominus a facie israel. Iudi. 4. Perterruit q; dominus sisaram. 1. Reg. 7. Et exterruit eos. 2. Reg. 22. Fulgura & consumpsit eos. Ps. 17. Fulgura multiplicauit. & conturbauit eos. vide etiam de hoc supra in dictione הִים Him: & infra in dictione sequenti.

הָמָה Hama. tumultuari. sonare. conturbare. rugire. 1. Re. 4. Et personuit terra. 3. Reg. 1. Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis. Et in eodem. Et insonuit ciuitas. Prouer. 20. Luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas. Ps. 45. sonuerūt & turbate sunt aque eorum. Ps. 82. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Esa. 16. Super hoc venter meus ad moab quasi cithara sonabit. Et in eodem. 17. Et multitudo maris sonantis. Pro quo hebrei legunt. Vt sonitus maris sonabunt. Hiere. 6. Vox eius quasi mare sonabit Et in eodem. 31. Qui conturbat mare & sonant fluctus ei9. Et in eodem. 48. Cor meum ad moab quasi tibia eris sonabit. Et in eodem. 51. & sonabunt fluctus eorum quasi aque multe. Ponitur etiam pro conturbare. vt Ps. 45. Conturbate sunt gentes. Ps. 54. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum. Ps. 76. Memor fui dei & delectatus sum. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Recordans dei conturbabar. Hiere. 31. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum. Ezech. 7. Quasi columbe in conuallibus omnes trepidi. idest conturbati. Ponitur etiam pro latrare. Ps. 58. Et famem patientur vt canes. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et latrēt vt canes. Ponitur etiam pro rugire. vt Esa. 51. Et rugiemus q̄si vrsi omnes. vide etiam supra in dictione הִים Him. & inde הֹמִיָּה Homia. idest tumultuosa vel sonans: aut conturbata. Pro quo beatus hieronymus transtulit frequens. vt Esa. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans. & inde הֶמְיָה Hemia. i. sonitus. Esa. 17. Concidit cadauer tuū. Pro quo hebrei legunt. Sonitus organorum tuorum. scilicet detractus est ad inferos. sed propter equiuocationem dictionum potest etiam legi sicut beatus hieronymus transtulit. Inde הָמוֹן Hamon. idest tumultus. sonit9. multitudo. populus. diuitie. 1. Reg. 4. Quis est hic sonitus tumultus huius. Et in eodem 14. Tumultus magnus exortus est. Hiere. 46. Ecce ego visitabo super tumultum alexandrie. Amos. 5. Aufer a me tumultum carminum tuorum. Ezech. 17. Nec ex sonitu eorum. significat etiam multitudinem siue populum. vt Gen̄ 17. Quia pater multarum gentium constitui te. 3. Reg. 18. Quia sonus multe pluuie est. Et. 4. Reg. 7. Quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine israel. 2. Paralip. 20. Venit contra te multitudo magna. Et in eodem. Nolite timere neq; paueatis hanc multitudinem. Esa. 13. Vox multitudinis in montibus. Et in eodem. 16. Et auferetur gloria moab super omni populo multo. Et in eodem. 17. Ve multitudini populorum multorum. Hiere. 3. Vere mendaces erāt colles & multitudo montium. Ezech. 32. Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem egypti. Et in eodem. Deiiciam multitudinem tuam. Et in eodem. Et attraxerunt eam & omnes populos eius. Et in eodem. 39. Et vocabitur vallis multitudinis gog. & scribitur in plurali הֲמוֹנִים Hamonim. idest populi. Ioel. 3. Populi populi in valle concisionis. Et inde dicitur הֲמוֹנָה Hamona. nomen proprium ciuitatis in qua sepelienda erat multitudo Gog vt Ezech. 39. Nomen autem ciuitatis Hamona & mundabunt terrā. Ponitur et הָמוֹן Hamon. pro diuitiis: vel pro multitudine diuitiarum. Ps. 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Eccl's. 5. Qui amat diuitias. Ponitur etiam pro angelo. Esa. 33. A voce angeli fugerunt populi. Sed beatus hieronymus in explanationibus Esaie super predicto loco sic ait. A voce enim angeli quem symmachus ita vt in hebreo scriptum est transtulit Hamon quem hebrei gabrielem autumant & habere etymologiam populi. Inuenitur etiam אָמוֹן Amon cum aleph in principio loco he: & significat populum vel multitudinē. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine transtulit Nabuzardan princeps militie.

הֲמֻלָּה Hamula. loquela. vociferatio. sonitus. Hiere. 11. Ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea. Ezech. 1. Quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum. Pro quo hebrei legunt. sonus siue vox vociferationis vel loquele vt sonus castrorum. scilicet erat. Et dicunt aliqui hebrei q; littera he que ponitur in principio non est de substantia dictionis: sed est littera articularis: vt supra in principio huius littere dictum est. & dicunt q; idem significat quod מִלָּה Milla. idest verbum vel sermo aut loquela. sicut infra dicetur.

הָמַן Haman. multiplicari. aut superare: scilicet multitudine. Ezech. 5. Quia superastis gentes que in circuitu vestri sunt. Et inde dicunt aliqui q; deriuatur הָמוֹן Hamon idest multitudo. Populus. tumultus. sonitus. de quo vide supra in dictione הָמָה Hama.

הָמַס Hamas. Tabescere. contabescere. Esa. 64. Sicut exustio ignis tabescerent. Hebrei tamen dicunt q; significat arefacere. Vnde in predicto loco ipsi legunt. sicut exustio ignis arefacti. scilicet sunt: vel essent. Nam ponitur ibi הֲמָסִים Hamasim in numero plurali. Alii vero dicunt q; deriuatur a dictione מָסַס Masas. que significat tabescere. vt Ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Sicut tabescit cera a facie ignis.

הָמַר Hamar. fouea. Et scribitur cum mem in principio: & in numero plurali. scilicet מַהֲמֹרוֹת Mahamoroth. vt Ps. 139. In miseriis non subsistent. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit in foueas vt non resurgant. & solum inuenitur in predicto loco.

הֵן Hen. Ecce. en. Aduerbium demonstratiuum. vt Gen̄. 3. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est. Et in eodem. 4. Ecce eiicies me hodie a facie terre. Et in eodem. 11. Ecce vnus est populus. Et in eodem. 30. Gratum habeo quod petis. Pro quo hebrei legunt. Ecce siue en iam esset secundum verbum tuum. Deut. 10. En domini dei tui celum est. Iob. 33. Ecce & me sicut & te fecit deus. Et in eodem. quia querelas in me reperit. Pro quo hebrei legunt. Ecce querelas siue occasiones in me reperit. Et in eodem. Hoc est ergo in q̄ non es iustificat9. Et in eo. Ecce hec oīa operatus est deus. Ps. 50. Ecce .n. in iniquitatib9 cōcept9 sū. et i eo.

Ecce enim veritatem dilexisti. Ponitur etiam הֵן Hen. pro si vt Exo. 8. quod si mactauerimus ea que colūt egyptii corā eis lapidibus nos obruent. Iob. 13. Etiā si occiderit me in ipso sperabo. Hiere. 2. Et videte si factū est huiuscemodi. Itē. הֵן Hen. pronomen est tertie persone pluralis numeri feminini generis. Nu. 27. Et ei in hereditatem succedant. Pro quo hebrei legunt. Et transire facies hereditatē patris earū ad eas vel ad ipsas. Et aliquando accipitur in genere masculino. Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec crescant. De q̄ vide supra in dictione הֵם Hem.

הִנֵּה Hine. ecce. en sicut dictio precedens. vt Gen̄. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam. Et in eodem. 12. Ecce cōiūx tua. Et in eo. 18. Ecce in tabernaculo est. & in eo. 22. Ecce inquit ignis & ligna. Et in eo. 24. En rebeca coram te est. Et in eo. 28. Et ero custos tuus quocunq; perrexeris. Pro quo he. le. Ecce ego tecum & custodiam te vbicunq; perrexeris. Et cōponitur cū pronominibus hoc modo. s. הִנְנִי Hinéni. i. ecce ego. Gen̄. 6. Ecce ego adducā diluuii aquas super terram. Esa. 65. Dixi ecce ego ecce ego. הִנְּךָ Hinecha siue הִנָּךְ Hinach. idest ecce tu. vt Gen̄. 16. Ecce ait concepisti. Pro quo he. le. Ecce ait tu concepisti. Deut. 31. Ecce tu dormies cum patribus tuis. הִנּוֹ Hino. i. ecce ille: siue ecce ipse. vt Iob. 2. Ecce in manu tua est. Pro quo he. le. Ecce ille i manu tua. s. est. הִנְנוּ Hinénu. idest ecce nos. vt Gen̄. 14. En omnes nos serui sumus domini mei. Ios. 9. Nunc autem in manu tua sumus. Pro quo hebrei legunt. Nunc autem ecce nos in manu tua. s. sumus. 2. Reg. 5. Ecce nos os tuum & caro tua sumus. Hiere. 3. Ecce nos venimus ad te. הִנְּכֶם Hinechem. idest ecce vos. הִנָּם Hinam idest ecce illi. Et quando componitur cum pronomine prime persone vel tertie aut per se positum ponitur aliquando pro hoc verbo adsum siue paratus sum. aut presto sum. vt Gen̄. 22. At ille respondit adsum. Et in eodem. Quid vis fili. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego fili mi siue adsum fili mi. Et in codē. 27. Audio: quis es tu fili mi. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego siue adsum: quis es tu fili mi. Et in eodem. 37. Quo respondente presto sum ait. Nu. 14. Parati sumus ascendere ad locum. 1. Reg. 12. Presto est rex vester quem elegistis. 3. Reg. 1. Adest nathan propheta. Esa. 58. Primus ad sion dicet ecce adsum. Pro quo hebrei legunt. Primus ad sion ecce adsunt. idest dicet ad sion: ecce adsunt filii tui. Item הֵנָּה Héna idest huc. modo. aduerbium loci vel presentis temporis. & vtroq; modo ponitur. Gen̄. 15. Vbi dicitur generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim complete sunt iniquitates amorreorum vsq; ad presens tempus. Et in eodem. 44. Et huc vsq; non comparet. Et in eodem. 45. Et adducite eum ad me. Pro quo hebrei legunt. Et adducite patrem meum huc. 2. Reg. 5. Non ingredieris huc. Hiere. 50. Huc facies eorum veniet. Item הֵנָּה Hena. Pronomen ē tertie persone pluralis numeri femini generis. vt Exo. 1. Ipse enim obstetricandi habent scientiam. Nu. 31. Nonne iste sunt que deceperunt filios israel. Accipitur etiā in genere masculino. 2. Reg. 4. Ingressi sunt autem domū. Pro quo hebrei legunt. Et ipsi ingressi sunt domū. Accipitur etiam pro verbo substantiuo. Gen̄. 6. Videntes autem filii dei filias hominum q; essent pulchre.

הַס Has. silere. tacere. Amos. 6. tace & nō recorderis nominis dn̄i. Soph. 1. Silete a facie dn̄i dei. Zach. 2. Sileat omnis caro a facie dn̄i. Nu. 13. Inter hec caleb compescēs murmur populi qui oriebatur contra moysen ait. Pro quo hebrei legunt. Et silere fecit caleb populum ad Moysen vel pro moyse. idest propter murmur qui oriebatur contra eū

הָפַךְ Hapach. vertere: siue verti. reuerti. conuertere. conuerti. Euertere vel euerti. Subuertere: aut aduersari. Peruertere. mutare. Deut. 23. Vertitq; maledictionem eius in benedictionem. 3. Reg. 22. Verte manum tuam & eiice me de exercitu. Prouer. 12. Verte impios & non erunt. Iudi. 20. Quod cum cernerēt filii israel in ipso certamine positi. Pro quo hebrei legunt. Et versus est vir israel in certamine. & in eodem. Versa facie fortissime resistebant. 1. Re. 4. Irruerant enim in ea dolores subiti. Pro quo hebrei legunt. Versi enim fuerant dolores eius in eam. Siue euerse vel dissolute sunt compages eius in ea. Nam eadem verba ponuntur. Dan̄. 10. vbi dicitur. Dn̄e mi in visione tua dissolute sunt compages mee. Ester. 9. Versa vice superiores iudei esse ceperunt. Iob. 30. redactus sum in nihilū. i. versus sum in nihilum. Et in eodem. 41. in stipulam versi sunt ei lapides funde. Prouer. 12. verte impios et non erunt. Thrē. 5. hereditas nostra versa est ad alienos. Itē significat reuerti. vt. 1. Reg. 25. reuersi sunt itaq; pueri dauid per viam suā. 4. Reg. 5. Quando reuersus est homo de curru suo. 2. Paralip. 9. que reuersa abiit in terrā suā. Ios. 8. presertim cum ii qui simulauerunt fugā et tendebāt ad solitudinē contra persequentes fortissime restitissent. Pro quo hebrei legunt Et populus qui fugerat ad desertum reuersus est contra persequentem idest contra populum persequentem. Osee. 7. Ephraim factus est subcineritius panis qui non reuersatur. Item significat conuertere siue conuerti. Ps. 77. Conuertit in sanguinem flumina eorum. Et in eodem. Conuersi sunt in die belli. Ps. 104. Conuertit cor eorum vt odirēt populum eius. Iob. 38. Restituetur quasi lutum signaculum. Pro quo hebrei legunt: conuertetur siue vertetur vt lutum signaculum. Esa. 34. Et conuertentur torrentes eius in picem. Thren̄. 3. Et conuertit manum suam tota die. Osee. 11. Conuersum est in me cor meum. Ioel. 2. Sol conuertetur in tenebras. Item significat euertere vel aduersari. 2. Reg. 10. Et exploraret ciuitatem & euerteret eam. 1. Paralipo. 19. vt explorent & inuestigent & scrutentur terram. pro quo hebrei legunt. Vt scrutentur & euertant & explorent terram. Iob. 19. Et quem maxime diligebam aduersatus est mihi. Item significat subuertere. Gen̄. 19. Vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. Et in eodem. Et subuertit ciuitates has. Iob. 9. Quos subuertit in furore suo. & in eodem. 28. Subuertit a radicibus montes. Thren. 4. Que subuersa est in momento. & inde הֲפֵכָה Haphecha. idest subuersio. Gen̄. 19. Et liberauit lot de subuersione vrbium. & aliquādo scribitur cum mem in principio. vt Deut. 29. In exemplū subuersionis sodome & gomorre. Itē ponitur pro peruertere Hiere. 23. Et peruertistis verba dei viuentis. Et inde הֵפֶךְ Haphech. idest peruersio siue peruersum. Esa. 29. Peruersa est hec vestra cogitatio. Et aliquando scribitur pluraliter. & cum tau in principio: & dicitur תַּהְפֻּכוֹת Thahpuchoth. Deut. 32. Generatio enim peruersa est. Pro quo hebrei legunt. Generatio enim peruersionum vel auersionū est. Prouer. 2. Ab homine qui peruersa loquitur. Et in eodem. Et exultant in rebus pessimis. Pro quo hebrei legunt. Et exultant in subuersionibus pessimis. Et in eodem. 23. Et cor tuum loquetur peruersa. Et aliquando duplicantur littera pe & littera caf. & dicitur הֲפַכְפַּךְ Haphachpach. Prouer. 21. Peruersa viri via aliena est a deo. & inde מַהְפֶּכֶת Mahapécheth. Quod ponitur pro neruo carceris quo malefactores vel qui peruerse agunt vinciuntur. Hiere. 29. Vt mittas eum in neruum & in carcerem. Significat etiam predicta dictio voluere. Iudi. 7. Videbatur mihi quasi subcineritius panis ex ordeo volui & in castra madian descendere. Iob. 37. Et nubes spagūt lumē suū; que lustrāt cuncta per circui

tum Pro quo hebrei legunt. Et ipse siue & ipsum in circui tu voluitur. Et in eodem. 38. Restituetur vt lutum signacu lum. Pro quo hebrei legunt: voluetur siue reuoluetur vt lu tum signaculum. Item significat mutari. idest ab alio in a lind verti vel conuerti. vt Exo. 14. Mutatumq; est cor pha raonis & seruorum eius super populum. Leuit. 13. Et pi los in album mutatos. Iob. 30. Mutatus es mihi in crude lem. Hiere. 13. Si mutare poterit ethiops pellem suā. Dañ. 10. Et species mea imutata est in me. & inde הֵפֶךְ Hephech. i. econuerso. econtrario. contrarium. vel contra consuetudi nem. vt Ezech. 16. Et factum est in te contra consuetudinē mulierum. Et in eodem. Et factum est in te contrarium. in de מִתְהַפֶּכֶת Mithapécheth. idest versatilis. Geñ. 3. Et flame um gladium atq; versatilem.

הֹצֶן Hosen. instructio. scilicet belli vel exercitus. Ezech. 23. Et venient super te instructi curru et rota. et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ signi ficat quoddam instrumentum bellicum: vel quoddam ge nus vehiculi quo in bellis vtebantur.

הַר Har. mons. Geñ. 10. Vsq; sephar montem orientalem. Exo. 3. Et venit ad montem dei. Et in eodem. 25. Se cundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Ps. 3. Et exaudiuit me de monte sancto suo. Ps. 10. Trans migra in montem sicut passer. Ps. 14. Quis requiescet in monte sancto tuo. Ps. 23. Quis ascendet in montem domi ni. Et aliquando scribitur cū he in fine. vt Geñ. 14. Et qui remanserant fugerunt ad montem. Et in eodem. 19. In montem saluum te fac. Et in eodem. Nec possum in mon te saluari. & in predictis locis ponitur he finalis loco ad vel in. sicut מִצְרַיְמָה Misráima. idest ad egyptum: vel in egyp tum. & in plurali הָרִים Harim. idest montes. Geñ. 7. Op pertiq; sunt omnes montes excelsi. Iob. 28. Subuertit a ra dice montes. Ps. 71. Suscipiant montes pacem populo. Et aliquando duplicatur littera res. vt in sequenti dictione.

הָרָר Harar. mons. Geñ. 14. In montibus seir vsq; ad cam pestria. Pro quo hebrei legunt. In monte suo seir vs q; ad campestria. Ps. 28. Prestitisti decori meo virtutem. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Prestitisti monti meo fortitudinem. Et in plurali הֲרָרֵי Harere. Deut. 8. Et de montibus eris me talla fodiuntur. Ps. 35. Iustitia tua sicut montes dei. Ps. 49 Iumenta in montibus & boues. Ps. 85. Fundamenta eius in montibus sanctis. Et inde הֲרָרִי Harari. idest montanus. Hiere. 17. Sacrificantes in agro. Pro quo hebrei legunt. Montanus in agro. Nam dicitur montanus ex multa con suetudine sacrificandi in monte vel in agro.

הָרַג Harag. occidere. interficere. Geñ. 4. consurrexit cain aduersus fratrem suum abel & interfecit eum: & in eo dem. Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. Et in eo dem. Omnis qui occiderit cain. Et in eodem. Quoniam occidi virum in vulnus meum. Exo. 2. Nū occidere me vis sicut occidisti heri egyptium. Et in eodem. 4. Ecce ego in terficiam filium tuum primogenitū. Et in eodem. 11. Ob secro vt interficias me. Et in eodem. 25. Occidat vnusquis q; proximos suos: qui initiati sunt beelphegor. 2. Reg. 3. I gitur ioab & abisai frater eius interfecerunt abner. Iob. 5. Virum stultum interficit iracundia. Et in eodem. 20. Occi det eum lingua vipere. Ps. 44. Quoniam propter te mor tificamur tota die, idest occidimur. Ps. 77. Et occidit pi gues eorum. Et in eodem. Cum occideret eos querebant eum. Et in eodem. Occidit in grandine vineas eorum. Pro uer. 1. Auersio paruulorum interficit eos. Eccls. 3. tempus occidendi & tempus sanandi. Esa. 22. Et ecce gaudium & letitia occidere vitulos & iugulare arietes. Ezech. 26. Fi lie quoq; eius que sunt in agro gladio interficientur. & in de הֲרֻגִים Harugim. siue הֲרֻגֵי Haruge. idest interfecti vel oc cisi Prouer. 7. Et fortissimi quiq; īterfecti sunt ab ea. Hie re. 18. Et viri earum interficientur morte. pro quo in he breo habetur. Et viri earum erūt interfecti morte. Ezech. 37. Et insufla super interfectos istos. Et inde הֲרֵגָה Harega. idest occisio vel interfectio. Hiere. 12. Sanctifica eos in diē occisionis. Et in eodem. 19. Non vocabitur amplius locus iste thophet & vallis filii ennon: sed vallis occisiōis. Zach. 11. Pasce pecora occisionis. Et aliquando scribitur sine he in fine: & dicitur הֶרֶג Héreg. vt Ester. 9. Percusserunt iu dei inimicos suos plaga magna & occiderunt eos. Pro quo hebrei legunt. Percusserunt iudei inimicos suos percussio ne gladii & occisione & perditione. Esa. 27. Aut sicut occi dit interfectos eius sic occisus est. pro quo hebrei legūt: aut sicut occisio interfectorum eius sic occisus est. Et in eodem. 30. In die interfectionis multorum cum ceciderint turres. Ezech. 26. Cū occisi fuerint in medio tui. Pro quo hebrei legunt. In occidendo occisionem in medio tui. Sed beat⁹ hieronymus transtulit sensum.

הָרָה Hara. concipere. vt Geñ. 4. Que concepit & peperit cain. Et in eodem. 16. At illa concepisse se videns de spexit dominam suam. Et in eodem. 38. Ad vnum igitur coitum mulier concepit. Nume. 11. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem. Iudi. 13. Sed concipies & pa ries filium. Iob. 3. Et nox in qua dictum est conceptus ē ho mo. Esa. 8. Ecce virgo concipiet. Et in eodem. 33. Conci pietis ardorem. Et in eodem. 26. Concepimus & quasi par turiuimus. Et in eodem. 59. Conceperūt dolorem & pepe runt iniquitatem. Et in eodem. Concepimus & locuti su mus de corde verba mendacii. Osee. 1. Et concepit & pepe rit filium. Significat etiam gignere. vt. 1. Paralip. 4. Genu itq; mariam & samai & iesba. inde הָרָה Hara. idest p̄gnās. vel concipiens aut conceptus. vt Geñ. 16. Ecce concepisti. Pro quo hebrei legunt. Ecce tu pregnās. Et in eodem. 38. Et videtur vterus illius intumescere. Pro quo hebrei le gunt. Et ecce illa pregnās. Et in eodem. De viro cuius hec sunt concepi. Pro quo hebrei legunt. De viro cuius hec sūt ego pregnans. Exo. 21. Et percusserit quis mulierem pre gnantem. Hiere. 30. Et vulua eius conceptus eternus. Et in plurali הָרוֹת Haroth. idest pregnantes. 4. Reg. 8. Et paruu los eorum ellides: & pregnantes diuides. & in eodem. 15. Et interfecit omnes pregnantes eius. Amos. 5. Eo quod dissecuerunt pregnantes galaad. & inde הֵרוֹן Heron. idest conceptio vel cōceptus. vt Geñ. 3. Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos. & aliquando scribitur cum iod & dicitur הֵרָיוֹן Heraion. idest conceptus. Ruth. 4. Et dedit il li dominus vt conciperet. Pro quo hebrei legunt. Et dedit illi dominus conceptum. Osee. 9. Gloria eorum a partu & ab vtero & a conceptu. & inde הוֹרִים Horim. siue הוֹרֵי Hore idest progenitores vel patres. vt Geñ. 49. Confortate sūt benedictionibus patrum eius.

הַרְהַר Harhar. in lingua chaldaica significat cogitationē & solum inuenitur in nūero plurali. scilicet הַרְהֹרִין Harhorin. Dan. 4. Et cogitationes mee in strato meo.

הָרַס Haras. destruere. dissipare. conterere. deponere. ter minos transcendere. Exo. 23. Sed destrues eos. Iudi. 6. Et destrues arani baal. Iob. 12. Si destruxerit: nemo est qui edificet. Ps. 10. Quoniam quem perfecisti destruxerūt Prouer. 14. Insipiens structam quoq; manibus destruet. & in eo. 24. & maceria lapidum eius destructa erat. Esa. 49 Destruētes te & dissipantes a te exibunt. Thren. 2. Destru

xit in furore suo munitiones virginis iuda. Ponitur etiam pro dissipare. Hiere. 1. Et dissipes & edifices & plantes. Et in eodem. 31. Et dissiparem & disperderem & āffligerem. Ezech. 36. Quia ego dominus edificaui dissipata. Et su pra in eodem ponitur pro suffosis: vbi dicitur Et destitute atq; suffose munite sederunt. Ioel. 1. Dissipate sunt apothe ce quoniam confusum est triticum. Item ponitur pro de ponere vel conterere. Exo. 15. Deposuisti aduersarios tuos Ps. 67. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. signi ficat etiam transcendere terminum. Exo. 19. Ne forte velit transcendere terminos ad videndum dominum. Et in eo dem. Sacerdotes autem & populus non transeant termi nos. Inde. הֶרֶס Héres. idest destructio vel dissipatio. Esa. 19 Ciuitas solis vocabitur vna. Pro quo hebrei legunt. Ciui tas destructionis vel dissipationis vocabitur vna. Sed si p̄ dicta dictio. הֶרֶס Heres scribatur cum cheth: que est quasi e iusdem figure cum littera he: tunc significat solem vel te stam aut testeum. Et fortasse in bibliis hebraicis antiquis e rat scriptum חֶרֶס chéres cum littera cheth: sicut beat⁹ hie ronymus transtulit. Nam in suis explanationibus sup hoc loco sic ait. חֶרֶס chéres enim verbum ambiguum est: & te sta dicitur & sol: eo ꝙ vtrunq; areat & siccum sit. Hec hiero nymus. in translatione autem chaldaica sic habetur. Ciui tas solis que destruenda est vocabitur vna. Et inde הֲרִיסוּת Harisuth. idest destructio siue ea que corruerant: aut ruina. vt Esa. 49. Et terra ruine tue. Amos. 9. Et ea que corrue rant restaurabo.

הָתַת Hathath. insidiari. irruere. Ps. 61. Quousq; irruitis in hominem. Et solum inuenitur in predicto loco. Et di cunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur a supradicta dictione הוּה ha ua. De quo vide in predicta dictione.

הָתַל Hathal. circumuenire. fallere. mentiri. illudere. Geñ. 31. Sed & pater vester circumuenit me. Exo. 8. Verū tamen noli vltra fallere. Iudi. 16. Per tres vices mentitus es mihi. 3. Reg. 18. Illudebat eis helias. Iob. 13. Aut decipietur vt homo vestris fraudulentiis. pro quo hebrei legunt. Aut sicut illuditur homini illudetis ei. vel sic: aut sicut mentimi ni homini mentiti estis ei. Hiere. 9. Et vir in fratrem suum deridebit. idest illudet. Et inde הוּתַל Huthal. idest dece ptum siue illusum. pro quo beatus hieronymus transtulit. insipientem. vt Esa. 44. cor insipiens adorabit illud. Et in de הֲתֻלִים Hathulim. idest mendaces: siue illudentes aut il lusores. Iob. 17: Non peccaui. pro quo hebrei legunt. Si nō mendaces mecum. Et idem dicit Burgeñ. in suis additioni bus super predicto loco. Et inde מַהֲתַלּוֹת Mahathaloth. pro quo beatus hieronymus transtulit errores. vt Esa. 30. Vide te nobis errores.

De incipientibus a littera. ו Vau.

Vau littera nunquam reperitur sola per se: sicut nec vlla a lia littera hebraica: vt dictum est in precedentibus. Sed ap ponitur nomini & verbo & aliis partibus orationis: et tunc communiter ponitur pro coniunctione scilicet. &. q;. quo q;. autem. at. atq;. vero. ac. igitur. sed. cumq;. aut. vt Geñ. 1. In principio creauit deus celum & terram. & in eodē. Ter ra autem erat inanis & vacua. & in eodem. Et tenebre erāt super faciē abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas. Et in eodem. Et fecit deus firmamentum. Et in eodem. 4. Fuit autem Abel pastor ouium & cain agricola. Et in eo dem. Iratusq; est cain vehementer. Et in eodem. Dixitq; dominus ad eum. Et in eodem. 5. Vixit quoq; seth. Et in eodem. 6. Ostium autem arce pones in latere. Et in eodem 9. Vixit autem noe. Et in eodem. 15. Turturem quoq; & co lumbam. Et in eodem. 24. At illa cito tollens pallium. E xo. 2. At ille vbi est inquit. Et in eodem. 14. In curribus atq; equitibus. Et in eodem. 16. Atq; computruit. Iob. 1. Simplex & rectus ac recedens a malo. Ps. 1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Ponitur etiā in nostra translatio ne aliis modis quāplurimis. Nam aliquando ponitur pro vero. vt Prouer. 2. Impii vero de terra pdentur. Et in eodē. 10. filius vero stultus mestitia est matri sue. Eccls. 1. terra ve ro in eternū stat. Ponitur etiā pro igitur: siue pro ergo. vt Geñ. 2. formauit igitur dominus hominem. Et in eodē. Tu lit ergo dominus deus hominē. Et in eodē. Igitur perfecti sunt celi & terra. Et in eodem. 3. Vidit igitur mulier. Et in eodem. 12. Nunc igitur ecce coniūx tua. Et in eodem. 16. I gitur sarai vxor abraam nō genuerat. Exo. 1. Bene ergo fe cit deus obstetricibus. Et in eodem. Precepit ergo pharao omni populo. Item ponitur pro sed. vt Geñ. 2. Sed fons a scendebat de terra. & in eodem. 31. Sed deus patris tui dixit mihi. Exo. 3. Sed postulabit mulier a vicina sua. Ps. 6. Sed tu domine vsquequo. Canti. 1. Nigra sum sed formosa. Itē ponitur pro cumq;. vt Geñ. 3. cumq; agnouissent se esse nu dos. Et in eodem. 4. cumq; essent in agro. Exo. 2. cumq; iā celare non posset. Deut. 4. cumq; quesieris ibi dominum deum tuum. Iob. 2. cumq; eleuassent procul oculos. Et in eodem. 29. cumq; sederem quasi rex circūdante exercitu. Item ponitur pro aut. siue pro vel. vt Geñ. 31. Aut si tu pre terieris malum mihi cogitans. Et in eodem. 41. Absq; tuo imperio non mouebit quisq; manum aut pedem. Exo. 21. Qui percusserit patrem suum aut matrem. Et in eodem. Qui maledixerit patri suo aut matri. Leuit. 17. Quod si nō lauerit vestimenta sua vel corpus. Et in eodem. 22. Sin autē vidua vel repudiata. Et in eodē. 25. vel qui ex his nati fue rint. Iob. 38. Aut thesauros grandinis aspexisti. Ps. 8. Aut filius hominis quoniam visitas eū. Ps. 14. Aut quis requi escet in monte sancto tuo. Item ponitur pro etiam. Geñ. 1. Dixit etiam deus producant aque. Et in eodē. 2. Lignum etiam vite in medio paradisi. Et in eodem. 28. Vouit etiam votum dicens. Hiere. 5. Si etiam viuit dominus dixerint. Item ponitur pro enim: vel nam: aut nanq;. vt. Geñ. 20. Habet enim virum. Et in eodē. 24. Habitabat enim in ter ra australi. Exo. 19. Nam profecti de raphidim. 1. Reg. 4. Egressus est nāq; israel. Canti. 2. Nam vinea nostra floruit. Abach. 1. Equites nāq; eius de longe venient. Ponitur etiā pro itaq;. Geñ. 11. Tulit itaq; thare abrā filium suum. Exo. 1. Posuit itaq; eis magistros operum. Et in eodem. 14. Ti muit itaq; populus dominum. Deut. 11. Ama itaq; domi num deum tuum. Item ponitur pro siquidē. vt. 1. Reg. 28. Siquidem philistiim pugnant aduersum me. 4. Reg. 7. Si quidem dominus audiri fecerat. Item ponitur pro interea aut interim vel preterea. vt. Geñ. 35. Interea locutus est do minus ad iacob. Et in eodem. 43. Interim fames omnem terrā premebat. Exo. 1. Surrexit interea rex nouus super Egyptum. Et in eodem. 38. Fuerūt pretera centum talenta argenti. 2. Paralip. 34. Ossa preterea sacerdotum combu sit. Ponitur etiam pro quādo vel pro vnde. vt. Geñ. 11. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxath. Et in eo dem. 13. Vnde facta rixa inter pastores gregum. Et in eodē. 26. Vnde appellauit eum abundantiam. Et cum preceden ti negatione ponitur pro Neq;. vt. Exo. 20. Non facies ti bi sculptile neq; omnem similitudinem. Et in eodem. Nec eorum que sunt in aquis sub terra. Deut. 18. Neq; in cantor: neq; phythones consulat. Nume. 23. Neq; filius

hominis vt mutetur. Esa. 28. Neq̧ vexabit eum rota plaustri. Thren. 3. Non eni humiliauit ex corde suo & abiecit filios hominum. idest neq̧ abiecit filios hominum. Ezech. 13. Neq̧ opposuistis murum pro domo israel. Habet fortasse in nostra translatione alios modos significandi qui possunt reduci ad supradicta. Hebrei tamen in omnibus locis supradictis dicunt quod ponitur pro coniunctione. Et aliquando ponitur vau littera vbi nihil videtur copulare vel coniungere. vt Gen̄. 22. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul. Pro quo in hebreo habetur. In die tertio & leuauit abraam oculos suos & vidit locum procul. Et in eodem. 36. Et hi filii sebeon Aya & anna. Pro quo in hebreo habetur. Et hi filii sebeon & aya & anna. Et similiter ponitur in principio librorum: vbi nihil videtur copulare vel coniungere. vt Exo. 1. Hec sunt nomina filiorum israel. Pro quo in hebreo habetur. Et hec sunt nomina filiorum israel. Iudi. 1. post mortem iosue consuluerunt filii israel dominum. Pro quo hebrei legunt. Et factum est post mortem iosue & consuluerunt filii israel dominum. Ruth. 1. In diebus vnius iudicis quando iudices preerant. pro q̄ hebrei legunt. Et factum est in diebus quando iudicabant iudices. 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de ramathaim. pro quo hebrei legunt. Et fuit vir vnus de ramathaim. Esdre. 1. In anno primo cyri regis persarum. Pro quo hebrei legunt. Et in anno primo cyri regis persarum. Ester. 1. In diebus asueri. Pro quo in hebreo habetur. Et factum est in diebus asueri. Et aliquando ponitur in nostra translatione in principiis librorum. vt Leuit. 1. Vocauit autem moysen. Nu. 1. Locutusq̧ est dominus ad Moysen. Ezech. 1. Et factum est in tricessimo anno. Item littera vau preposita verbo preteriti temporis facit ipsum temporis futuri: & econuerso. vt Gen̄. 27. Tempusq̧ veniet cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Et in eodem. Eritq̧ semen tuum q̄si puluis terre & dilataberis ad orientem & occidentem. Et in eodem. Et benedicentur in te & in semine tuo. Item facit de preterito futurum. vt in eodem. Cumq̧ venisset ad quendam locum. Et in eodem. Tulitq̧ de lapidibus que iacebant. Pro quo hebrei legunt. Et tulit de lapidibus loci. Et in eo. Viditq̧ in somnis scalam. Et de hoc plenius in arte grām̄atica dictum est.

Sequuntur dictiones quarum prima littera substantialis est vau. & sunt due tantum & aliqua nomina propria: sunt autem que sequuntur.

וָו וָו Vau. Paxillus. siue clauus: cuius caput est curuum instar littere vau. Et solum inuenitur in numero plurali. Pro q̄ beatus hieronymus transtulit capita. Exo. 26. Quarum capita aurea & bases enee. Et in eodem. 27. Et capita earum cum celaturis suis argentea. Et dicunt hebrei q̧ erant quidam paxilli vel claui affixi in capitibus colūnarum ex quibus pendebant cortine et velamina. *capita.*

וָהֵב וָהֵב Vaheb. facere. vt Nu. 21. Sicut fecit in mari rubro sic faciet in torrentibus Arnon. Vbi pro eo quod in littera nostra est fecit: in hebreo ponitur supradicta dictio. scilicet וָהֵב Vaheb. Et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt hebrei q̧ est nomen proprium loci sic dicti propter aliquā causam ignotam apud illos. Vnde in hebreo de verbo ad verbum sic legitur. scilicet: ad vaheb in rubrum et ad torrē tes Arnon. idest venerunt ad locum qui dicitur vaheb. et inde in mare rubrum et ad torrentes Arnon. scilicet venerunt. vnde in sequentibus dicitur profectiq̧ sunt de solitudine in mathana: de mathana in nahaliel: de nahaliel in bamoth. scilicet venerunt. Et in hebreo non habetur illud profectiq̧ sunt. Sed subintelligitur. Et licet in aliis locis *facere.*

sacre scripture vbi ponuntur mansiones filiorum israel nō inueniatur locus dictus וָהֵב Vaheb. non repugnat supradictis: sicut nec inuenitur locus dictus mathana neq̧ nahaliel nisi tantum in predicto loco: vbi dicitur quod profecti sunt de solitudine in mathana: et de mathana in nahaliel. Aliive ro dicunt q̧ predicta dictio וָהֵב Vaheb deriuatur a dictione יְהָב Iehab. Que significat molem vel onus. vt. p̄s. 54. Iacta super dominum curam tuam. Pro quo ipsi legunt. Iacta super dominum onus tuum siue mollem tuam. Vnde in predicto loco legunt sic. A mole in mare rubrū vsq̧ ad torrentes arnon. Et secundum beatum Hieronymum supradicta dictio יְהָב Iehab significat charitatem. Nam in supradicto psalmo iuxta he. ve. sic transtulit. scilicet. Proiice super dominum charitatem tuam. Et in lingua chaldaica significat dare vel tradere aut afferre. De quo vide infra in dictione יְהָב Iahab. sunt etiam aliqua nomina propria a littera vau incipientia. Sicut est וָפְסִי vapsi. vt Nu. 13. De tribu nethalim naabi filium vapsi. Et similiter וַשְׁתִּי Vasthi. Ester 1. Vasthi quoq̧ regina fecit conuiuium feminarum.

De incipientibus a littera. ז zain.

זְאֵב זְאֵב Zeeb. Lupus. vt gen̄. 49. Beniamin lupus rapax. Esa. 11. Et habitabit lupus cum agno. Et in plu. זְאֵבִים Zeebim siue זְאֵבֵי Zeebe. idest lupi. Ezech. 22. Quasi lupi capientes predā. Abach. 1. Et velociores lupis vespertinis. *Lupus.* זְאֵבִים *Lupi.*

זֹאת זֹאת Zoth. Ista. vel hec. De quo vide infra in dictione זֶה Ze. *Ista.*

זְבוּב זְבוּב zebub. musca. vt Esa. 7. sybilabit dn̄s musce q̄ ē i extremo flūinū egypti. & i plu. זְבוּבִים zebubi. siue זְבוּבֵי zebube. Eccl's. 10. musce moriētes pdūt suauitatē vnguēti *Musca.* זְבוּבִים *Musce.*

זָבַד זָבַד Zabad. dotare. vt Gen̄. 30. Dotauit me de⁹ dote bona. et ide זֶבֶד Zebed. i. dos. siue dotatio. vt in p̄dicto loco. *Dotare.* זֶבֶד

זָבַח זָבַח zabach. imolare. sacrificare. occidere. mactare vt Gen̄. 31. Immolatisq̧ victimis in mōte. pro quo in hebreo habetur. Et immolauit iacob victimā in mōte. Exo. 5. Et sacrificemus dn̄o deo nr̄o. Et i eo. Ite et sacrificate deo vr̄o in terra hac. Et in eo. 8. et dimittā pplm̄ vt sacrificent dn̄o. Et in eodem. abominationes enim egyptiorū imolabim⁹ Et in eo. Qd̄ si mactauerimus ea q̄ colūt egyptii. Et in eo. 22. Qui immolat diis occidetur. Et in eo. 23. Nō imolabis sup fermēto sanguinē victime mee. Leuit. 17. Et nequaq̄ vltra imolabūt hostias suas demonibus. Nu. 22. Cumq̧ occidisset balac boues & oues misit ad balaā. Deut. 16. Immolabisq̧ phase dn̄o deo tuo. Et in eo. qd̄ imolatū ē vespe. pro quo. he. le. qd̄ imolabis vespe. Et in eo. 33. Ibi imolabunt victimas iustitie. 1. Reg. 1. vt adoraret & sacrificaret dn̄o. Et in eo. Et imolauit elcana. Et i eo. 15. vt imolet dn̄o deo tuo in galgalis. 3. Reg. 8. mactauitq̧ salomon hostias pacificas q̄s imolauit dn̄o. Et in eo. 13. Et imolabit sup te sacerdotes excelsorū. & in eo. 19. Tulit par boū & mactauit illud. 1. Paralip. 29. Immolauerūtq̧ victimas dn̄o. 2. Paralip. 7. Rex aūt & oīs ppl's imolabāt victimas. Et in eo. Mactauit igitur rex salomō hostias boū. Et in eo. 28. quos ego placabo hostiis. pro quo he. le. Eis sacrificabo siue imolabo. & in eo. 33 Cūctis idolis quos manases fuerat fabricatus imolauit. p̄s. 4. Sacrificate sacrificiū iustitie. Ps. 26. Et imolabo in tabernaculo eius hostiā vociferationis. p̄s. 49. Immola deo sacrificiū laudis. Ps. 115. tibi sacrificabo hostiā laudis. Esa. 65. qui imolāt i hortis. & in eo, 66. qui mactat pec⁹ q̄si q excerebret canē. Osee. 4. Sup capita mōtiū sacrificabāt. & ide זֶבַח zebach. i. victima. hostia. sacrificiū. Exo. 12. dicetis eis victima trāsitus dn̄i est. Leuit. 3. Si hostia pacificorū fuerit eius *Immolare Sacrificar Mactare. Occidere.* זֶבַח *Victima. Hostia.*

oblatio. Ps. 39. sacrificiū & oblationē noluisti. & in plurali. זְבָחִים Zebachim. siue זִבְחֵי Zibche. Exo. 24. Immolaueruntq̧ victimas pacificas dn̄o. Deut. 33. Ibi imolabūt victimas iustitie. 1. Reg. 15. Nūquid vult deus holocausta & victimas. Et aliqn̄ scribitur in plu. זְבָחוֹת Zebachoth secūdū formā noim̄ femininorū. vt Osee. 4. Et cōfundētur a sacrificiis suis. & inde מִזְבֵּחַ Mizbeach. siue מִזְבַּח Mizbach. i. Altare vbi sacrificia vel hostia offerūtur. Gen̄. 8. Edificauit aūt noe altare dn̄o. Exo. 20. Altare de terra facietis mihi. & in eo. 21. Ab altari meo euelles eū vt moriatur. Accipitur ēt pro altari incensi. vt Exo. 30. Facies quoq̧ altare ad adolendū thymiama. & in plu. מִזְבְּחוֹת Mizbechoth. vt Ps. 83. Altaria tua dn̄e virtutū. Osee. 10. secūdū multitudinem fructus sui multiplicauit altaria. *Sacrificii* זְבָחִים *Victime.* זְבָחוֹת *Sacrificia* מִזְבֵּחַ *Altare.* מִזְבְּחוֹת *Altaria.*

זָבַל זָבַל Zabal. cohabitare. vt Gen̄. 30. Etiā hac vice mecū erit vir meus. Pro quo hebrei legunt. Hac vice cohabitabit mihi vir meus. Et inde זְבֻל Zebul. i. habitaculum. vt. 3. Reg. 8. Edificans edificaui domū et habitaculū tuū. Abach 3. Sol & luna steterunt in habitaculo suo. *Cohabitar* זְבֻל *Habitaculum.*

זְבַן זְבַן Zabā. in lingua chaldaica significat. Emere. seu vēdere Dan̄. 2. Quod tempus redimitis. idest emitis. *Emere.*

זַג זַג Zag. Folliculus vuarū. Nu. 6. Ab vua passa vsq̧ ad acinū nō comedet. Pro quo he. le. Ab acinis vsq̧ ad folliculum. s. vue nō comedet. Et solum inuenitur in predicto loco. *acinus folliculus*

זֶה זֶה Ze. Pronomen est demonstratiuū vel relatiuū. i. iste. hic ipse. ille. qui vel quod. iā. Et est oīs casus & vtriusq̧ numeri & generis masculini vel neutri. vt Gen̄. 5. Iste consolabitur nos. Et in eo. 11. Ceperuntq̧ hoc facere. Et in eo. 31. Sicq̧ per viginti annos in domo tua seruiui. p quo he. le. Isti mihi viginti anni in domo tua. s. trāsacti sunt. siue iste mihi vigessimus annus in domo tua. s. transactus est. Et in eo. 41. Nun inuenire poterimus talē virū qui spū dei plenus sit. Pro quo he. le. Nun inuenire poterimus sicut hic. s. est: virū qui spiritu dei plenus sit. Exo. 32. Moysi ei huic viro qui nos eduxit de terra egypti ignoramus quid acciderit. Et in eo. Egressusq̧ est hic vitulus. Et in eo. 33. Et verbū istud quod locutus es faciā. Deut. 3. Montem istū egregiū & libanum. Ios. 2. Innoxii erimus a iuramento hoc. 1. Reg. 14. Et occidite super istud. 2. Reg. 11. Et nunc hūc & nunc illū consumit gladius. vbi ponitur etiā pro illo. 3. Reg. 19. Et ecce angelus dn̄i tetigit eū. pro quo he. le. Et ecce angelus dn̄i iste tetigit eū: siue qui tetigit eū. Ps. 23. quis est iste rex glorie. Ps. 47. Qm̄ hic est deus deus noster in eternū. Ps. 55. Ecce cognoui quia deus meus es. p quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Hoc scio quia deus meus es. Ps. 67. Sinai a facie dei israel. pro quo he. le. Iste siue ille sinai a facie dei israel. s. motus est vel distillauit Beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et sinai a facie dei israel. Eccl's. 7. Bonum est te sustētare istū: sed ab illo ne subtrahas manū tuā: vbi ponitur pro isto & pro illo. Et in eo. 8. Oīa hec tractaui in corde meo. Canti. 2 Ecce iste venit saliens in mōtibus. Et i eo. En ipse stat post parietē nr̄m. Esa. 25. Iste dn̄s sustinuimus eū. Zach. 1. Iste iā septuagesimus annus est. ponitur ēt pro iam. 2. Reg. 14. Quasi mulier iam plurimo tp̄e lugens mortuū. zach. 7. Sicut feci iā multis annis. Et aliqn̄ ponitur relatiue. Iob. 19. Et quē maxime diligebā aduersatus est mihi. Ps. 73. mons sion in quo habitasti. Ps. 103. In locū quē fundasti eis. Et in eo. Draco iste quē formasti ad illudendū ei. Vbi ponitur p demōstratiuo & relatiuo simul. Prouer. 23. Audi patrem tuum qui genuit te. Ponitur etiam pro aduerbio hac. vt Nu. 13. Ascendite per meridianam plagam. pro quo hebrei legunt. Ascendite hac in meridiem siue per meridiem. Scribitur ēt cum beth in principio & dicitur בָּזֶה Baze & significat. hic. idest in hoc loco. vt Exo. 24. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Apponitur etiā ei mem in principio et dicitur מִזֶּה Mize. i. ab hoc vel ab isto aut ab ipso. Et aliquādo ponitur aduerbialiter & sign̄at hinc vel istinc. i. ab hac vel ab ista parte vel de isto loco. Gen̄. 42. Non egrediemini hinc. Exo. 17. Sustentabant manus eius ex vtraq̧ parte. Pro quo he. le. Sustentabant manus eius hinc vnus & hinc vnus. i. vnus ex vtraq̧ parte. Exo. 33. Vade ascende de loco isto. Scribitur etiā זֹה zo cum puncto holē & tunc est generis feminini vel neutri. Eccl's. 2. Et gaudio dixi quid frustra deciperis. Pro quo he. le. Et letitie. s. dixi quid ipsa facit. Et in eo. 5. Hoc est donū dei. Et in eo. 7. Cuncta tētaui in sapiētia. Pro quo he. le. Omnia hec tētaui in sapientia. Et aliqn̄ scribitur cum vau loco he & puncto holem & dicitur זוֹ Zo. vt Eccl's. 5. Miserabilis prorsus infirmitas. Pro quo hebrei legunt. Etiam hec mala infirmitas. s. est. Osee. 7. Ista subsannatio eorum in terra egypti. Et aliqn̄ scribitur cum pūcto surech & dicitur זוּ Zu. Ps. 11. Custodies nos a generatiōe hac in eternū. Ps. 61. Duo hec audiui. Esa. 42. nōne dn̄s ipse cui peccauimus. & in eo. 43. Populum istū formaui mihi. Abach. 1. Hec est fortitudo eius deo suo. Et aliquando ponitur relatiue. vt Exo. 15. Populo quem redemisti. Ps. 9. In consiliis quibus cogitant. Ps. 16. A facie impiorum qui me afflixerunt. Et aliquando scribitur pro relatiuo & demonstratiuo simul. Ps. 9. In laqueo isto quem absconderunt. Ps. 31. Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris. Ps. 67. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis. Ps. 131. Et testimonia mea hec que docebo eos. Ps. 141. In via hac qua ambulabam. Scribitur etiam cum littera aleph & tau in fine & dicitur זֹאת Zoth. & communiter est generis feminini. Leuit. 6. Hec est lex holocausti. Deut. 33. Hec est benedictio. 4. Reg. 8. Domine mi rex hec est mulier & hic est filius eius. Ps. 131. Hec est requies mea in seculum seculi. Et aliquando ponitur in nostra translatione in genere neutro: quia hebrei non habēt genus neutrum: sed pro eo aliquādo vtuntur masculino & aliquando feminino. Gen̄. 42. Iam nunc experimentum vestri capiam. Pro quo hebrei legunt. In hoc probabimini. idest experimentum vestri capiam. 4. Reg. 5. Sic & sic locuta est puella. Pro quo hebrei legunt. vt hoc & vt hoc locuta est puella. idest taliter & taliter: vel sic et sic. sicut est i littera nostra. Iob. 22. Hoc scio a principio. Et in eo. 33. Hoc ē ergo in quo nō est iustificatus. Et in eo. 34. Audi quod dicitur. Et in eo. 35. Nunquid equa videtur tibi tua cogitatio Pro quo hebrei legunt. Nunquid hoc cogitasti in iudicio. Ps. 26. In hoc ego sperabo. *Iste. Hoc. Isti. Hic. Istud. Ille. Hec. Ipse Iam. Qui Hac.* בָּזֶה *Hic.* מִזֶּה *Hinc.* זֹה *Ipsa Hoc.* זוֹ *Hec. Ista.* זוּ *hec. Ipse. Iste. Qui. hec que* זֹאת *hec. hoc. Quod.*

זָהָב זָהָב Zahab. aurū. Gen̄. 2. vbi nascitur aurum: & aurum terre illius optimum. Exo. 25. Et deaurabis eā auro mūdissimo. Iob. 23. Probauit me quasi aurum quod per ignē transit. Et in eodem. 37. Ab aquilone aurum venit. Sed in predicto loco dicunt hebrei q̧ accipitur aurū p puritate vl' serenitate aeris ad similitudinem auri purissimi. & etiā dicunt q̧ accipitur translatiue pro oleo mundissimo & purissimo. vt Zach. 4. In quibus sunt suffusoria ex auro. pro q̄ ipsi legunt. Infundentia ex se aurum. idest oleum purum & mundissimum & aurei coloris. *aurum. Oleum.*

זָהַם זָהַם Zahā. Inqnare. abomiabile facere. Iob. 33. abomiabilis ei fit in vita panis. & solū iuenitur in p̄dicto loco. *abomabile fieri.*

זָהַר זָהַר Zahar. ostdere: monere. admōere. p̄uidere. p̄ostēdere anūciare. cauere. obseruare. Exo. 18. ostdasq̧ pplo cerimonias & ritus colendi. 4. Reg. 6. Et preoccupauit eū. Pro q̄ he. le. Et admonuit eū siue obseruauit eū. Eccl's. 4. q nes *Ostendere Admonere*

ſcit preuidere in poſterũ. Et in eo.12. His amplius fili mi ne requiras. pro quo he.le. His amplius fili mi caue: ſiue admonitus ſis: aut preuide. Ezech.3. Et annunciabis eis ex me. ideſt admonebis. Et in eo. Si dicẽte me ad impiũ morte morieris nõ ãnũciaberis. & in eo. Vt auertatur a via ſua mala. Pro quo he.le. vt caueat impius a via ſua mala. Et in eo. qa nõ annũciaſti ei. Et in eo. Si aũt tu ãnunciaberis iuſto. Et i eo. Viuẽs viuet quia annunciaſti ei. Pro quo he.le. Viuẽs viuet qa admonitus eſt: vel quia obſeruauit ſe. & in eo.33. Et cecinerit buccina: & annũciauerit populo. Et in eo. Et non obſeruauerit ſe. Et in eo. Sonũ buccine audiuit & nõ ſe obſeruauit. Et in eo. vt ſe cuſtodiat ĩpius a via ſua mala. ſignat ẽt fulgere. ſ. ſplẽdere. vt Dañ.12. Et qui docti fuerint fulgebunt ſicut ſplẽdor firmamẽti. & inde זֹהַר Zohar. ideſt ſplẽdor. vt in pdicto loco. & Ezech.8. Quaſi aſpect⁹ ſplẽdoris & viſio electi.

זו Zo. ſiue זו Zu. Pronomen eſt demonſtratiuum vel relatiuũ aut vtrũq ſimul. De quo vide ſupra in dictiõe זֶה Ze.

זוב Zob. fluere. Manare. fluxum ſanguinis vel ſeminis pati. vt Leuit.15. Mulier que patitur multis diebus fluxũ ſanguinis. Et in eo. Vel que poſt mẽſtruũ ſanguinẽ fluere non ceſſat. Ps.77. qm̃ percuſſit petrã & fluxerunt aque. Eſa.48. Et ſcidit petrã & fluxerunt aque. Accipitur etiã זוב Zob. pro ipſo fluxu. & aliqñ ſcribitur ſine vau. vt Hiere.49. Fluxit vallis tua. ſ. ſanguine iterfectorũ. ſicut exponũt hebrei. & inde זָב Zab. i. fluẽs vel manãs: ſiue ille qui patitur fluxũ. vt Leui.15. Vir q patitur fluxũ ſeminis. & i ge. fe. זָבָה zaba ſiue זָבַת zabath. vt in eo. & Exo.3. In terrã q̃ fluit lacte & melle. & in eo.13. Vt daret tibi terrã fluẽtem lacte & melle. Nu.16. que lacte & melle manabat. Deut.6. Terrã lacte & melle manãtẽ. Ponitur ẽt זוב zob pro extabeſcere. vt Threñ.4. qm̃ iſti extabuerũt conſumpti a ſterilitate terre. Sed etiam in hoc loco hebrei dicunt ꝙ ſignificat fluere. & legũt ſic. qm̃ ex iſtis fluebant confoſſi vel perfoſſi.

זוד Zud. ſuperbire. ſuperbe agere. temere operari. & ſcribitur ſine vau. Exo.18. Eo quod ſupbe egerint contra eos. Hiere.50. Quia cõtra dñm erecta eſt. pro quo he.le. Quia cõtra dñm ſuperbiuit vel ſupbe egit. & aliqñ ſcribitur cũ iod in medio loco vau. vt Exo.25. Si quis p induſtriã occiderit fratrẽ ſuũ vel p inſidias. pro quo he.le. & cũ ſupbierit vel cũ temere egerit vir cõtra fratrẽ ſuũ vt occidat eũ p inſidias. Nee.9. Cognouiſti eni quia ſupbe egerãt cõtra eos. Et in eo. Ipſi vero & pẽs nr̃i ſupbe egerũt. Et inde זֵד Zed. i. ſupbus. vt Prouer.21. Supbus & arrogãs vocatur indoctus. & in plu. זֵדִים Zedim. Ps.18. Et ab alieẽis parce ſeruo tuo. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trãſtulit. A ſupbis quoq libera ſeruũ tuũ. Ps.118. Increpaſti ſupbos. & in eo. Superbi iniq agebant vſquequaq. Ps.139. Abſcõderũt ſupbi laqueũ mihi. & inde זָדוֹן zadon i. ſupbia ſiue ſupbus. Prouer.11. Vbi fuerit ſupbia: ibi erit contumelia. Et in eo.21. Qui in ira operatur ſuperbiã. Hiere.50. Ecce ego ad te ſuperbe. Et in eo. Et cadet ſupbus & corruet. & in plu. זֵדוֹנִים Zedonim. Ps.123. Forſitã ptrãſiſſet aĩa nr̃a aquã itolerabilẽ. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. forſitan tranſiſſent ſuper animam noſtram aque ſuperbe.

זָוִה Zaua. angulus. & inuenitur tm̃ in numero plu. ſ. זָוִיּוֹת Zauioth. i. anguli. vt Ps.143. Filie noſtre cõpoſite. pro quo btũs hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. filie nr̃e quaſi anguli ornati. Zach.9. Et quaſi cornua altaris. i. quaſi anguli altaris. & ide מְזָוִים Mezauim. pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Promptuaria. Ps.143. Prõptuaria eorũ plena. & etiam in hoc loco he.le. anguli nr̃i pleni.

Margin: Preuidere. Cauere. Annũciare. Admonere. Obſeruare. Fulgere. זֹהַר Splendor. זו זוב Fluxũ pati. Fluere. זוב Fluxus. זָב Qui patitur fluxum. זָבָה Que fluit. Fluens. Manans. זוב Extabeſcere. זוד Supbe agere. Supbire. Temere agere. זֵד Supbus. זֵדִים ſuperbi. זָדוֹן Supbia. Supbus. זֵדוֹנִים Superbe. זָוִה זָוִיּוֹת Anguli. מְזָוִים Promptuaria.

זוז Zuz. limen. poſtis. ſ. porte. & ſcribitur cũ mẽ in principio & he i fine & dicitur מְזוּזָה Mezuza. vt Exo.12. Ac ponẽt ſup vtrũq poſtẽ. Et in eo.21. Et applicabitur ad oſtium & poſtes. Deut.6. Scribeſq ea in limine & oſtiis dom⁹ tue. Ezech.43. Fabricati ſunt limen eorũ iuxta limẽ meũ.

זול Zul. vilipendere. ſpnere. & ſcribitur ſine vau. Eſa.46 qui confertis aurũ de ſacco. pro quo he.le. qui paruipẽditis ſiue vilipenditis aurũ de ſacco. ſ. ad fabricandũ idola producebant aurum de ſacco paruipendentes illud ac ſi eſſet alia res parui valoris. Et aliqñ ſcribitur cũ iod loco vau vt threñ.2. Oẽs qui glorificabant eam ſpreuerunt eam. Et inde זֹלֵל Zolel cũ duplici lamed. i. vile: Hiere.15. Et ſi ſeparaueris pcioſũ a vili. & de hoc vide ĩfra in dictiõe זֹלֵל Zolel

זון zun. in lingua chaldaica ſignat veſci vel nutriri. Dañ.4 Et ex ea veſcebatur oĩs caro. & inde מָזוֹן Mazon. i. eſca ſiue nutrimentũ. Geñ.45. Et totidem aſinas triticũ in itinere paneſq portantes. Pro quo he.le. Et totidem aſinas portantes triticũ & panes & pulmentũ ſiue eſcã. Dañ.4. & eſca vniuerſorum in ea. Et aliqñ ſcribitur ſine vau & dr̃ זָן Zan. Ps.143. Eructantia ex hoc in illud. Pro quo hebrei legunt. Eructãntia de nutrimẽto in nutrimentũ: ſiue de pulmento in pulmentum. & in lingua chaldaica ſignificat genus vel ſpeciem. vt Dañ.3. Et vniuerſi generis muſicorũ. Vnde in ſupradicto loco aliqui hebrei legunt. Eructantia ſiue educentes de genere in genus. et ſimiliter. 2. Paralipo.16. Vbi dicitur poſueruntq eum in lectulum ſuũ plenum aromatibus et vnguentis meretriciis: vbi pro meretriciis ponitur in hebreo. זְנִים Zenim. pro quo aliqui hebrei legunt. Plenum aromatibus et vnguentorum ſpeciebus vel generibus. i. plenum diuerſis generibus vnguentorum. poteſt etiam ſignificare ſicut eſt in lr̃a nr̃a. De quo vide infra in dictione זָנָה zaua. Dicunt etiam hebrei ꝙ a predicta dictione poteſt deriuari זוֹנָה zona: quod ponitur pro meretrice. vt Ioſ.2. Vbi dicitur ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis. et ꝙ poteſt etiam ſignificare hoſpitatricẽ vel cauponã: que ſolet eſcas vendere. Cui cõcordat tranſlatio chaldaica. et ſimil'r Ioel.3. Vbi dicitur. Et poſuerunt puerum in proſtibulo. vbi pro proſtibulo ponitur predicta dictio. ſcilicet זוֹנָה zona. Alii interpretantur ſic. ſ. Et poſuerunt ſiue tradiderunt puerum in cauponam. ideſt vendiderunt eum p nutrimẽto vel eſca vñ ſequitur. et puellã vẽdiderũt p uino ut biberẽt. vide ẽt de hoc infra in dictiõe זָנָה zana. Itẽ זֵן Zen. i. arma ſiue baltheũ. et ſcribitur cũ aleph i pricipio et dr̃ אָזֵן Azen. Deut.23. Gerẽs paxillũ in baltheo. inde זוֹנוֹת zonoth. pro quo beatus hieronymus tranſtulit Habenas. ut.3. Reg.22. Et habenas lauerunt iuxta uerbum domini.

זוע zua. mouere. cõmouere. cõtremiſcere. Eccſ.12. qñ cõmouebũtur cuſtodes dom⁹. Eſter.5. et nõ ſolũ nõ aſſurrexiſſe ſibi ſed neq motũ quidẽ de loco. p q he.le. Et non ſurrexit et nõ mouit ſe p eo. Dañ.6. cõtremiſcãt et paueãt deũ danielis: et aliqñ duplicãtur pria et ultia lr̃a. ut Abach.2. Et ſuſcitabuntur cõmouentes te. i. uexãtes te. et ide זְוָעָה zeuaa. pro quo beatus hieronymus tranſtulit uexationẽ. ut Eſa.28. ſola uexatio intellectum dabit auditui.

זור zur. exprimere. pmere. cõculcare. circũligare. exhorreſcere. alienare. extraneũ fieri. Iudi.6. expſſo uellere cõcham rore ipleuit. Iob.39. Pes cõculcet ea. Eſa.59. Et qd̃ cõfotũ ẽ erũpet i regulũ. p quo he.le. Et qd̃ cõculcatũ uel fractũ fuerit erũpet in regulũ. põitur ẽt p circũligare. Eſa.1. nõ ẽ circũligata nec curata medicamine. Sed ẽt in hoc loco hebrei legũt. nõ ẽ expſſa. ſ. a ſanie ul' putredie q̃ medici ſolẽt exprimere ut multo mũdificetur. et ide מָזוֹר mazor. i. cõculcatio ſiue cõfractio: aut ĩfirmitas ſcd̃m hebos. p q bts

Margin: זוז מְזוּזָה Poſtis. Limen. זול Vilipẽdere. ſpernere. זֹלֵל Vile. זון Veſci. Eſca. זָן Nutrimentum. Genus. זְנִים Genera. זוֹנָה Meretrix. Proſtibulum. Caupona. זֵן אָזֵן Baltheum. זוֹנוֹת Habene. זוע Cõmouere. Mouere. cõtremiſcere. זְוָעָה Vexatio. זור Exprimere. conculcare. circũligare. מָזוֹר

hieronymus tranſtulit vinculum: ſiue alligandũ. Hiere.30 Ad alligandum curationem tuã vtilitas nõ eſt tibi. Oſee.5 Et vidit ephraim languorẽ ſuũ: & iudas vinculũ ſuũ. Et in eo. Nec ſoluere poterit a vobis vinculum. Ponitur etiã in noſtra tranſlatione pro inſidiis. vt Abdie.1. Ponent inſidias ſubter te. Ponitur etiam pro exhorreſcere aut alienare vt Iob.19. Halitum meũ exhorruit vxor mea. Ps.57. alienati ſunt pctõres a vulua. ps.68. Extraneus fact⁹ ſũ fratribus meis. Ps.67. Non ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Pro q he.le. Nõ ſunt alienati. i. nõ receſſerũt a deſiderio ſuo. Eſa.1. Abalienati ſunt retrorſum. Ezech.14. Quia receſſerũt a me in cũctis idolis ſuis. i. quia alienati ſunt a me. Et i eo. Si alienatus fuerit a me. & inde זָרָא Zara cũ aleph in fine. i. alienatio: & ponitur p nauſea. vt Nu.11. Donec exeat per nares vr̃as & vertatur in nauſeã. & inde זָר Zar. i. alien⁹ vl' extraneus. Leuit.10. Offerẽtes corã dño ignẽ alienũ. Nu.3. Quiſquis alienus acceſſerit morietur. Prouer.11. qui fidẽ facit pro extraneo. & in plu. זָרִים Zarim. i. extranei vel alieni. Prouer.5. Ne forte impleantur extranei viribus tuis. Eſa.1. Regionẽ veſtrã corã vobis alieni comedũt. Et in eo. Sicut in vaſtitate hoſtili. pro quo he.le. Sicut ſubuerſio alienorũ. ponitur ẽt זָרִים Zarim pro erũpẽtibus vel p vẽtilatoribus. Hiere.18. Aut euelli poſſunt aque erũpẽtes frigide. Et in eo.51. Et mittã in babylonẽ ventilatores & ventilabũt eũ: & de hoc vide infra in dictione זָרָה Zara. Item זוֹרֵר Zorer cũ duplici res ſignat oſcitare. vt.4. Reg.4. Et oſcitauit puer ſepties. Hebrei tñ legũt. & ſternutauit puer ſepties. quia in lingua chaldaica ſignificat ſternutare.

זחח Zachach. ſeparare. leuare. & ſcribitur cum ſimplici cheth. Exo.28. Et a ſe iuicẽ rõnale & ſuphumerale nequeant ſeparari. & ſolũ inuenitur in predicto loco.

זחל Zachal. incuruari. expaueſcere. ſerpere. reptare. Iob.23. Iccirco demiſſo capite veritus ſum vobis indicare meam ſentẽtiam. Pro quo he.le. Iccirco incuruatus ſum ſiue expaui & timui indicare meam ſcientiam vobis. Signat ẽt reptare vel ſerpere. Deut.32. Cũ furore trahentiũ ſuper terrã atq ſerpẽtiũ. mich.7. velut reptilia terre. & ide זֹחֶלֶת Zocheleth. Nomen propriũ cuiuſdam lapidis.3. Reg.1. Iuxta lapidem zoeleth.

זיו Ziu. Nomẽ mẽſis: qui apud nos dicitur aprilis.3. Reg.6. In anno quarto menſe zio ipſe eſt menſis ſecundus regni ſalomõis. & i ligua chaldaica ſignat ſplẽdorẽ vel amenitatẽ. vnde ſcd̃m hebreos ſic dr̃ ab apparitione florum. Item זיו ziu. in lingua chaldaica ſignat ſtaturã ſiue aſpectũ. Dañ.2. Statura ſublimis. Et in eo.3. Et aſpectus faciei eius mutatus eſt.

זיז Ziz Omnimodũ: ſiue vniuerſitas. Eſa.66. Et delitiis affluatis ab oĩmoda gloria eius. Ps.49. Et pulchritudo agri mecum eſt. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Et vniuerſitas agri mecũ eſt. Ps.79. Et ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Et oẽs beſtie agri depaſte ſunt. & dicũt aliqui hebrei ꝙ predicta dictio זיז Ziz eſt genus ad omnia animalia fera & agreſtia. Alii vero dicunt ꝙ eſt nomen beſtie fere ignote ſic dicte. & ſolum inuenitur in locis pdictis

זיק Zic. flama. & ſolum inuenitur in numero plurali. ſ. זִיקוֹת Zicoth ſcd̃m formã femininorũ. Eſa.50. Ecce oẽs vos accendentes ignem accincti flamis: ambulate in lumine ignis veſtri & in flamis quas ſuccendiſtis. Inuenitur etiam זִיקִים Zicim ſcd̃m formã pluralẽ maſculinorũ & ponitur pro compedibus. Ps.149. Ad alligandos reges eorũ in cõpedibus. Naũ.3. Optimates eius cõfixi ſunt in compedibus. Ponitur ẽt p lanceis. vt Prouer.26. Qui mittit ſa

Margin: Alligãdũ. Vinculus. Inſidie. exhorreſcere. Alienare. Extraneus fieri. Recedere. זָרָא Nauſea. זָר Alienus. Extraneus. זָרִים Extranei. Alieni. זָרִים Erũpẽtes. vẽtilatores. זוֹרֵר Oſcitare. ſternutare. זָחַח Separare. זָחַל Demiſſo capite. Incuruari. expaueſcere. Serpere. Reptile. זֹחֶלֶת Zoeleth. זִיו Zio. זִיו Statura. Aſpectus. זִיז oĩmodum Vniuerſitas. Omnes. זִיק זִיקוֹת Flame. זִיקִים Cõpedes.

gittas & lanceas in mortem.

זית Zaith. ſiue זֵית Zeth: oliua ſiue oliuetum. Geñ.8. Portans ramũ oliue virentibus foliis. Exo.23. Ita facies in vinea & in oliueto tuo. Hiere.11. Oliuam vberẽ pulchrã. & in plu. זֵתִים Zethim. Ps.127. Filii tui ſicut nouelle oliuarũ

חטב Chatab. secare. scindere. succidere. excidere. Deut. 29. Exceptis lignorū scissorib9. Ezech.39. Et nō portabunt ligna de regionibus nec succident de saltibus. Inde חטבות Chatuboth. Pro quo beatus hieronymus trāstulit. Tapetes. vt Prouer.7. Straui tapetibus pictis ex egypto. & inde מחטבות Mechutaboth. i. ornate. vt ps.143. Filie eorū composite circūornate vt similitudo templi. Pro quo btūs hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. filie nostre quasi anguli ornati ad similitudinem templi.

חטה Triticum. Frumētū. חטים Frumētū.

חטה Chita. triticum. frumentū. vt Exo.9. Triticum autem & far nō sunt lesa. Ps.80. Cibauit eos ex adipe frumēti. Esa.28. Et ponet triticū per ordinē. Ioel.1. Vlulauerūt vinitores super frumēto. declinatur ēt plr & dicitur חטים chitim. i. frumentū. siue triticū. Iudi.6. Cumq; gedeō filius eius excuteret atq; purgaret frumētū. Ps.147. Adipe frumenti satiat te. Canti.7. Venter tuus sicut aceruus tritici. Hiere.12. Seminauerunt triticum.

חטם Infrenare. חטם Nasus.

חטם Chatam. obturare. Pro quo beatus hieronymus trāstulit. Infrenare. Esa.48. Et laude mea infrenabo te. & solum inuenitur in pdicto loco. Et dicunt aliqui hebrei q; deriuatur a חטם Chotem. quod in ligua chaldaica significat nasū vel nares. Et quia in hebreo ira & nares vna eadē dictione significantur. s. אף aph: vt supra dictū est. sit̄ in predicto loco dicunt q; significat cōtinere furorē & legūt sic: & laude mea. i. ppter laudē meam cōtinebo siue refrenabo furorem meum tibi.

חטף Rapere.

חטף Chataph. rapere. vt Iudi.21. Et rapite ex eis singuli vxores singulas. Ps.9. Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

חטר Virga.

חטר Choter. virga. vt Prouer.14. In ore stulti virga superbie. Esa.11. Egredietur virga de radice iesse.

חי Viuere.

חי Chai. viuere. vt Gen.5. Et factū est omne tēpus quod vixit adā. Et in eo.11. Porro arphaxath trigita quinq; annos vixit. & de hoc vide infra in dictione חיה Chaia.

חיים Vite.

חיים Chaiim siue חיי chaie. vite. & caret numero singl. De quo vide infra in dictione חיה Chaia.

חיב Cōdēnare.

חיב Chiieb. condēnare. Dan.1. Condēnabitis caput meum regi. De quo vide supra in dictione חוב Chob.

חיה Viuere.

חיה Chaia. viuere. viuificare. suscitare. ad vitā reseruare. vitam concedere. sanare. edificare. extruere. siue instaurare. & aliqñ scribitur sine he in fine vt in aliquibus locis sequentibus. Gen.5. vixit aūt adā centū triginta annis. Et in eo. Vixit quoq; seth. Et in eo.6. Vt possint viuere. Et in eo.12. Et viuet aīa mea ob gratiā tui. Et in eo.17. Vtinā ismael viuat corā te. Et i eo.19. Et viuet anima mea. Et in eo.20. Et orabit pro te & viues. Et in eo.27. Viues in gladio. Et in eo.47. Et vixit in ea decē & septem annis. Exo.1. Si femina fuerit reseruate. Pro quo he.le. Et si femina fuerit & viuat. Leuit.18. Que faciens hō viuet in eis. Nu.14. Iosue autem filius nun & chaleb filius iephōe vixerūt. Deut. 5. vt viuatis & bene sit vobis. Et in eo.8. Non in solo pane viuit homo. Et in eo.30. Et viuas atq; multiplicet te. 1. Re. 10. Viuat rex. 4. Reg.1. vtrū viuere queam de infirmitate mea hac. Et in eo.4. Tu aūt & filii tui viuite de reliquo. i. vitam sustentate. Iob.14. Putas ne mortuus homo rursum viuat. Et in eo.21. Quare impii viuunt. Ps.17. Viuit dñs & benedictus deus meus. Ps.21. Et viuent corda eorū in seculū. Et in eo. Et anima mea illi viuet. Ps.117. Nō moriar sed viuam. Eccls.6. Et vixerit multos annos. Esa.26. Viuent mortui tui. Et in eo.38. Dñe si sic viuitur. Hiere.27. Et seruite ei & populo eius & viuetis. Thren.4. In vmbra sua viuemus in gentibus. Ezech.13. Et viuificarēt aīas que non viuunt.

Viuificare. Ad vitam reseruare. Viuere p mittere. concedere vitam.

& qñ est verbū tertie cōiugatiōis: tūc significat viuificare siue viuere facere. suscitare: siue ad vitā reseruare. aut vitā concedere: vel viuere pmittere. vt Gen.47. Salus nr̄a i manu tua est. Pro quo he.le. viuificasti nos. Exo.2. Maleficos nō patiaris viuere. pro quo he.le. Maleficam non viuificabis. i. nō permittas eā viuere. Nu.22. Et illa viueret. pro quo he.le. Et illā viuificarē. i. viuere permitterē. Et in eodē 31. Cur feminas reseruastis. pro quo he.le. Cur feminas viuificastis. i. ad vitā reseruastis. Iosf.2. Vt saluetis patrē meū ac matrē. Pro quo he.le. vt viuificetis. idest ad vitā reseruetis: siue viuere permittatis. Et in eodem.14. Concessit autem dominus mihi vitam. Iudi.21. Et date sunt eis vxores de filiabus iabes galaad. Pro quo in hebreo habetur. & date sunt eis vxores quas viuificauerant. idest ad vitam reseruauerant. 1. Reg.2. Dominus mortificat & viuificat. 4. Reg. 8. Cumq; ille narrasset regi quomodo mortuū suscitasset. Et in eo. Hic est filius meus quē suscitauit heliseus. Nee.9. Et tu viuificans omnia hec. Ps.40. Dominus conseruet eū & viuificet eum. Ps.84. Deus tu conuersus viuificabis nos Esa.57. Vt viuificet spiritum humilium. Ezech.13. Viuificabant animas earum. Abach.3. In medio annorum viuifica illud.

Suscitare. Viuificare. Saluare. Alere. Sanare. Extruere. Edificare.

Ponitur etiam pro saluare. idest ad vitam reseruare. vt Gen.7. Vt saluetur semen super faciem vniuerse terre. Item ponitur pro alere. vt Ps.32. Et alat eos in fame. itē significat sanare. vt Iosf.5. Donec sanarentur. Esa.38. Et cataplasmaretur super vulnus & sanaretur. Item ponitur pro extruere vel edificare. vt.1. paralipo.11. Ioab autem reliqua vrbis extruxit. Nee.4. Nunquid edificare poterunt lapides de aceruis pulueris.

חי Viuens. Viuus. Crudum. חי Fortissim9. Aduerbiū iurandi.

& inde חי chai. idest viuus siue viuens. Iob.12. In cuius manu anima omnis viuentis. ps.83. Cor meum & caro mea exultauerunt in deo viuo. Esa.38. viuens viuens ipse confitebitur tibi. Leuit.13. Quando vero caro viuens in eo apparuerit. ps.57. Sicut viuentes sic in ira absorbet eos. Et aliqui hebrei dicunt q; in predicto loco significat crudum. vt.1. Reg.2. vbi dicitur. Non accipiā carnem coctam sed crudam. vbi pro cruda ponitur חי chai. ponitur etiam pro forti vel fortissimo. vt.2. Reg.28. Banaias filius ioiade viri fortissimi. 1. Reg.25. Et sic dicetis: sit fratribus meis & tibi pax. pro quo hebrei legunt. Et sic dicetis viuo. idest magno vel forti viro & tibi pax & domui tue pax. & pro viuo in hebreo est לחי Lechai: quod si legatur לאחי Leechai. tunc significat fratribus meis. Sicut est i littera nostra. Est etiam חי Chai aduerbium iurandi. vt Nume.14. viuo ego & implebitur gloria domini vniuersa terra. Ruth.3. Ego te suscipiam viuit dñs. 1. Reg.25. viuit dñs & viuit aīa tua. & aliqñ scribitur cum puncto cere

in prima syllaba & dicitur חֵי Che.vt Geñ.42.Per salutem pharaonis nō egrediemini hic.i.p vitā pharaonis.4.Reg.4.Et viuit anima tua nō dimittā te:& in plu.חַיִּים Chaiim .i.viui siue viuentes.vt Ps.114.Placebo dño in regione viuorū.Ps.123.Forte viuos deglutissent nos.Ps.55.Descendant in infernum viuētes.Prouer.1.Deglutiamus eū sicut infernus viuētē & integrū.Quod in hebreo legitur plr.s. deglutiamus eos sicut infernus viuētes & integros. Canti.4.Puteus aquarū viuentiū.Ezech.32.Qui dederunt formidinē suā in terra viuentiū.& in lingua chaldaica dicitur חַיַּיא Chaiaia.Dañ.2.nō in sapiētia q̄ est in me plusq̄ in cūctis viuētibus.Itē חַיִּים Chaiim:siue חַי Chaie.i.vita.& in hebreo declinatur plr.vt Geñ.2.Lignū ēt vite in medio paradisi.Et in eo.23.Vixit aūt sara centū viginti septem annis.pro quo he.le.Et fuerunt vite sare centū viginti septē anni.Deut.30.ipse enim est vita tua.Iob.10.Vitā & misericordiā tribuisti mihi.p̄s.7.Et cōculcet i terra vitā meā.p̄s.33.Quis est homo qui vult vitā.Eccl's.6.Vt pgat illuc vbi est vita:& in ge.fe.חַיָּה Chaia.i.viua siue viuens.Geñ.1.Et oēm aiam viuentē.Et in eo.2.Et factus ē homo in aiam viuentem.Et in plu.חַיּוֹת Chaioth.idest viue siue viuentes. Ponitur ēt חַיָּה Chaia pro vita.vt Geñ.18.Veniam ad te tēpore isto vita comite.Et.4.Reg.4.Si vita comes fuerit. Sed hebrei in predictis locis legūt.Quasi hora viua.i.sicut in ista hora vel in isto tempore quo viuitis. Sed beatus hieronymus trāstulit sensū.Iob.33.Abominabilis ei fit in vita panis.Hebrei tñ dicunt q̄ in predicto loco accipitur pro anima viuēte.Et legunt sic.Et abominatur anima eius panem.Et in eo.Appropinquauit corruptioni anima eius & vita illius mortiferis.Et in eo.Sed viuens lucem videret. Pro quo he.le.Et vita eius siue anima eius in luce videret. Esa.57.Vitā manus tue inuenisti.Ezech.7.Et adhuc in viuentibus vita eorū.& inde מִחְיָה Michia.i.viuificatio siue id quod ad vitā pertinet:aut id quod ad victū est necessarium.Geñ.45.Pro salute enim vr̄a misit me dñs.p quo he.le.Pro viuificatione.i.pro sustentatione vite misit me dñs. Leuit.13.Ipsa quoq̄ caro viua apparuerit. Pro quo he.le.& viuificatio carnis viue apparuerit.Iudi.6.Nihil oīno ad vitam pertinēs relinquebant.Et in eo.17.Et que ad victū sunt necessaria.Inde nomen propriū חַוָּה Chaua dicitur. eo quod sit mater oīum viuentiū.Geñ.3.Et vocauit Adam nomē vxoris sue euā:eo qđ esset mater cunctorū viuētiū.i qua dictione mutatur iod in vau:sicut in aliis locis.Itē חַיָּה Chaia.i.animal.bestia.siue fera.vt Geñ.1.Et bestias terre secundū species suas.Et in eo.Et fecit deus bestias terre.Et i eo.Vt sint nobis in escam & cunctis animantibus terre.Et in hebreo in predictis locis ponitur singulare pro plurali. Et in eo.7.Ipsi & omne animal secūdū genus suum.Et in eo.37.Fera pessima comedit eū.Leuit.11.Hec sunt animalia que comedere debetis.& in hebreo legitur singlr.s.hoc est aīal.Et in eo.17.Siue venatiōe aut aucupio ceperit ferā vel auē.Deut.14.Hoc est aīal qđ comedere debetis.Ps.73. Ne tradas bestiis aīas confitentes tibi.Quod in hebreo legitur singlr.s.ne tradas bestie.Ezech.10.Ipsum est animal quod viderā iuxta fluuiū Chobar.in lingua chaldaica dicitur חֵיוְתָא Cheua.Dañ.2.Et bestias agri.Et i eo.4.Subter eā habitabant animalia & bestie.& in plu.חַיּוֹת Chaioth.vt p̄s 13.Aīalia pusilla cū magnis.Ezech.1.Et in medio eius similitudo quattuor aīaliū.Et in eo.Et aīalia ibāt & reuertebantur.Accipitur ēt pro obstetricibus.vt Exo.1.Ipse enim obstetricādi habēt scientiā.Pro quo he.le.Obstetrices enī sunt.Alii vero legunt.Quī bestie sunt.i.nō indigēt obstetrice sicut bestie.Itē חַיָּה Chaia.ponitur pro cetu vel cōgre

[Margin: חַיִּים Viui. — Viuentes. — חַיַּיא Viuentes. — חַיִּים Vita. — חַיָּה Viuens. — חַיּוֹת Viuentes. — חַיָּה Vita — מִחְיָה — viuificatio — Ad vitam pertinēs. Ad victus necessarium. — חַוָּה Eua. — חַיָּה Bestia. — Animal. Fera. — חֵיוָה Bestia. Animal. — חַיּוֹת animalia. — obstetrices — חַיָּה]

gatione populi.Pro quo btūs hieronymus trāstulit stationē siue castra.vt.2.Reg.23.Cōgregati sūt philistiim in statione.Et in eo.Castra aūt philistinorū erāt posita in valle gigantū.& scđm hoc significatū.p̄s.67.vbi nos legimus animalia tua habitabūt in ea:aliqui hebrei legūt.Cetus siue castra tua habitabūt in ea.Et in eo.increpa feras arundinis Pro quo ipsi legunt increpa cetum siue castra arundinis.

חֵיל Chel.siue חַיִל chail.exercitus.fortitudo.robur.virtus. substātia.diuitie.ātemurale.3.Re.20.cōgregauit oēm exercitū suū.Et in eo.Et instaura numerū militū qui ceciderūt de tuis.pro quo he.le.& tu cōstitue tibi exercitū sicut exercit9 qui cecidit de te.4.Reg.18.Misit aūt rex assyriorum Tartan cū manu valida.pro q̄ he.le.Cū exercitu graui.& in eo.25.Venit nabuchodonosor rex babylonis ipse & oīs exercitus eius in hierl'm.Et in eo.Et persecutus est exercitus chaldeorū regē.2.Paralip.14.Habuit āt in exercitu suo portantiū scuta.Et in eo.Egressus est cōtra eos zara ethiops cū exercitu suo decies cētena millia.Est.1.Fortissimis persarū & medorū.Pro quo he.le.Exercitui persarū & medorū.Esa.36.cū manu valida.pro quo he.le.cū exercitu graui.Hiere.32.& tūc exercitus regis babylonis obsidebat hierl'm.Et in eo.37.Igitur exercitus pharaonis egressus ē de egypto.Ezech.37.Exercitus grandis nimis valde.& in eo.38.cetus magnus & exercitus vehemens.Significat ēt virtutē siue fortitudinē vel robur.Geñ.37.Qđ si nosti in eis esse viros industrios.pro quo he.le.viros fortitudinis vel virtutis.Exo.18.prouide aūt de oī plebe viros sapiētes & timētes deū.pro quo he.le.prouide aūt de omni plebe viros fortitudinis vel virtutis & timētes deū.Et in eo.Et electis viris strenuis.i.viris fortitudinis vel virtutis.Nu.24. israel vero fortiter aget.Ruth.4.Vt sit exemplū virtutis in ephrata.1.Reg.2.Et infirmi accincti sunt robore.p̄s.17.Et precinxisti me virtute ad bellū.p̄s.32.in abūdantia aūt virtutis sue nō saluabitur.p̄s.47.ponite corda vestra in virtute eius.p̄s.58.Disperge illos i virtute tua.p̄s.59.In deo faciemus virtutē.p̄s.83.ibunt de virtute in virtutē.p̄s.117. Dextera dñi fecit virtutē.p̄s.121.fiat pax in virtute tua.prouer.31.Mulierē fortē quis inueniet.Esa.8.Auferetur fortitudo damasci.Et in eo.60.Fortitudo gentium veniet tibi. Hiere.17.Fortitudinē tuā & thesauros tuos in direptionē dabo.Ioel.2.Ficus & vinea dederunt virtutē suā.Mich.4. Et fortitudinem eorum dño vniuerse terre.Soph.1.Et erit fortitudo eorū in direptionē.& aliqñ scribitur sine iod in medio.vt Abdie.1.Et transmigratio exercitus huius filiorum israel.Ps.9.Et cadet cum dominatus fuerit pauperū. vbi pro eo qđ in lr̄a nr̄a est pauperū:in hebreo est חֵלְכָאִים chelcaim.& secūdum hebreos est dictio composita & significat exercitū oppressorū vel cōgregationē humiliū.De q̄ vide infra in dictione חֵלֶךְ chelech.& i plu.חֲיָלִים chaialim idest exercitus pluralis numeri.vt Eccl's.10.Multo labore exacuetur.pro quo he.le.Et exercitus superabitur.quasi dicat nō.pōt etiā legi sic.& fortitudinibus siue viribus superabit.Hiere.40.Iohannā aūt filius caree.& oēs principes exercitus.Quod in hebreo legitur plr.s.Et oēs principes exercituū.Et in eo.41.Et oēs pricipes bellatorū.s.exercituū.Itē חַיִל chail.i.substātia vel diuitie.vt Geñ.34.Paruulos quoq̄ eorū & vxores duxerūt captiuas.pro quo he.le. Et omnem substantiam eorum & omnes paruulos eorū & vxores eorū captiuauerūt & depredati sunt.Deut.8.Ne dixeris in corde tuo fortitudo mea & robur manus mee hec mihi omnia prestiterunt.Pro quo hebrei legunt:Ne dixeris in corde tuo fortitudo mea & robur manus mee fecerūt mihi substantiam hanc siue diuitias has.Et in eodem.Sed

[Margin: Statio. Castra. Cetus. — חַיִל — Exercitus. — Fortitudo — Robur. Virtus. — Fortis. Fortitudo — חֵלְכָאִים — חֲיָלִים — Exercitus. — חַיִל — Substātia]

recorderis dñi dei tui q̄ ipse tibi vires p̄buerit.& sequitur in hebreo vt faceres.i.vt adquireres substātiā siue diuitias Iob.20.Diuitias quas deuorauit euomet.Et in eo.21.Subleuati sunt confortatiq̄ diuitiis.Ps.48.Et relinquent alienis diuitias suas.Ps.61.Diuitie si affluerint nolite cor apponere.Prouer.31.Ne dederis mulieribus substantiā tuam Et in eo.Multe filie cōgregauerūt diuitias.Esa.30.Portantes sup humeros iumētorū diuitias suas.Signāt ēt חֵיל chel antemurale.Treñ.2.Luxitq̄ antemurale.ponitur etiam חֵיל chel p agro.vt.3.Reg.21.Canes comedent iezabel in agro iezrael.Hebrei tñ dicūt q̄ in predicto loco signāt fossatū quod fit in circuitu muri ciuitatis:siue locū vel spaciū quod est inter murū & antemurale.Ponitur ēt pro obsidione.2.Reg.20.Et obsessa est vrbs.p quo he.le.& stetit in obsidiōe.Itē חִיל Chil.i.dolor.De q̄ vide sup̄ i dictiōe חוֹל chol.

חִין Chin.deprecatio.vt Iob.41.Et ad depcādū cōpositis. & dicūt aliqui hebrei q̄ signāt firmitatē siue validitatē. & legūt sic.& firmitate seu validitate cōpositiōis sue.Alii vero dicūt q̄ deriuatur a dictiōe חָנַן Chanan.per interpositionē iod sicut in aliis locis solet fieri:& q̄ significat gratiam.vt infra dicetur.& legunt sic.& grā compositionis sue.

חַיִץ Chis.paries siue murus.vt Ezech.13.Et ipe edificabat parietē.& solum inuenitur in predicto loco.

חֵיק Chec.Sinus.vt Exo.4.Mitte manū tuā in sinū tuum. Et in eo.Retrahe ait manū tuā in sinū tuū.Nu.11.Porta eos in sinu tuo.Deut.28.Et vxori que cubat in sinu suo. 2.Reg.12.In sinu illius dormiens.Iob.19.Reposita ē spes mea in sinu meo.Ps.34.Et oratio mea in sinu meo conuertebatur.Prouer.5.Et foueris in sinu alterius.Et in eo.16 Sortes mittūtur in sinu.Et in eo.21.Et donū in sinu indignationē maximā.Eccl's.7.Quia ira in sinu stulti requiescit.Esa.40.Et i sinu suo leuabit.Et i eo.65.Et remetiar opus eorū primū in sinu eorū.Mich.7.Ab ea que dormit i sinu tuo.Ponitur ēt pro medietate alicuius rei:sicut sinus ē in medio hoīs.vt.3.Reg.22.Fluebat aūt sanguis plage in sinu currus.Quod hebrei exponūt i mediū currus.Ezech.43.Et de sinu terre vsq̄ ad crepidinē nouissimū.Et in eo. Et sinus eius vnius cubiti per circuitum.vbi secundum hebreos sinus accipitur pro medietate seu concauitate.

חֵיךְ Chech.palatū.guttur.vt Iob.34.Et guttur escas gustu diiudicat.Canti.2.Et fructus eius dulcis gutturi meo. Et in eo.5.Guttur illius suauissimū.& in eo.7.Guttur tuū sicut vinū optimū.Threñ.4.Adhesit lingua lactentis ad palatū suū.& Ezech.3.Et linguā tuā adherere faciā palato tuo.Osee.8.In gutture tuo sit tuba.& inde חַכָּה Chaca.per additionē he in fine.i.hamus.De q̄ vide i dictiōe sequēti.

חִכָּה Chaca.expectare.prestolari.vt Iob.3.Qui expectant mortē & nō venit.& in eo.32.Igitur heliu expectauit iob loquētē.Esa.8.Expectabo dñm qui abscōdit faciē suā a domo iacob.Et in eo.30.Propterea expectat dñs vt misereatur vestri.Et in eo.Beati oēs q expectāt eū.Dañ.12.beatus qui expectat & perueniet vsq̄ ad dies mille trecētos triginta quinq̄.Abach.2.Si morā fecerit expecta eū.Itē חַכָּה Chaca.i.hamus.vt Iob.40.An extrahere poteris leuiatan hamo.Esa.19.Et lugebunt omnes mittentes in flumē hamum.Abach.1.Totum in hamo subleuauit.

חַכְלִיל Chachlil.pulchrum.vt Geñ.49.Pulchriores sunt oculi eius vino.i.colore illustriores vt exponunt aliq. & solum inuenitur in predicto loco.Et dicūt aliqui hebrei q̄ significat rubicundum siue rubeum.Vnde ipsi legunt. Rubuerūt oculi ei9 a vino.siue rubicūdiores oculi ei9 vīo.

חָכַם Chacham.sapere.sapientem esse.Sapiētiam siue prudentiā docere.Sapiētie operā dare.Sapienter agere.

[Margin: Diuitie. — Substātia חֵיל — antemurale. — agger. Obsidio. — חִיל — חִין Depcatio. — חַיִץ Paries. — חֵיק Sinus. — Medietas — חֵיךְ Guttur. Palatum — חַכָּה Expectare — חַכָּה Hamus. — חַכְלִיל Pulchrū. — Rubicūdū — חָכַם]

vt Deut.32.Vtinam saperent & intelligerent.3.Reg.4.Et erat sapientior cunctis hominibus.Ps.104.Et senes eius prudentiam docuit.Prouer.8.Audite disciplinam & estote sapientes.Et in eodem.9.Si sapiens fueris tibimetipsi eris.Pro quo hebrei legunt.Si sapiens fueris tibi met sapiens eris.vel sic.Si sapias sapias tibi ipsi.Et i eo.19.Vt sis sapiens in nouissimis tuis.Et in eo.23.Fili mi si sapiens fuerit animus tuus.Et in eodem.27.Stude sapientie fili mi & letifica cor meum.Pro quo hebrei legunt.Sapuit siue sapiens fuit filius meus & letificatum est cor meum.Eccl's.2. Quid mihi prodest q̄ maiorē sapientie dedi operam.pro quo hebrei legunt.Et ad quid sapui ego amplius.Et in eodem.7.Neq̄ plus sapias quam necesse est.Zach.9.Assumpserunt sibi quippe sapientiam valde.p quo hebrei legūt. Quia sapuit siue sapiens fuit valde.Significat etiam sapiēter vel callide agere.vt Exo.1.Venite sapienter opprimamus eum.Ps.57.Et venefici incantantis sapienter.& inde חָכְמָה Chochma.idest sapientia.vt Exo.31.Et impleui eum spiritu dei sapientia & intelligentia.Deut.4.Hec est enim sapientia vestra & intellectus.3.Reg.2.facies ergo iuxta sapientiam tuam.Et in eo.3.Videntes sapientiam dei esse in eo.Et in eo.4.Dedit quoq̄ deus sapiētiam salomoni.Iob.11.Vt ostenderet tibi secreta sapientie.Prouer.1.Sapientiā atq̄ doctrinam stulti despiciunt.Et in eo.8.Ego sapientia habito in consilio.& in lingua chaldaica dr̄.חָכְמְתָא Chochmetha.Dañ.2.quia sapientia & fortitudo eius sunt.& i plurali חָכְמוֹת Chochmoth.Ps.49.Os meum loquetur sapientiam.Pro quo hebrei legunt.Os meum loquetur sapiētias Et sic transtulit beatus hieronymus in psalterio iuxta hebre.Prouer.24.Excelsa aūt stulto sapientia.Qđ in hebreo legitur pluraliter.s.excelse stulto sapientie.tamē in hebreo aliquando ponitur plurale pro singulari.vt supra in eo.1. Sapientia foris predicat.Et in eo.9.Sapientia edificauit sibi domum.Quod in hebreo legitur sic.Sapientie edificauit sibi domum.Quod exponunt hebrei sic.idest vnaqueq̄ sapientia edificauit sibi domum.& inde חָכָם Chacham. idest sapiens.vt Geñ.41.Prouideat rex virum sapientem & industrium.Iob.15.Nunquid sapiens respondebit quasi inventum loquēs.Ps.106.Quis sapiens & custodiet hec. Prouer.1.Audiens sapiens sapientior erit.Eccl's.2.Sapientis oculi in capite eius.Esa.3.Et sapientem de architectis.& in eo.31.Ipse autem sapiens adduxit malum.& in plurali. חֲכָמִים Chachamim siue חַכְמֵי Chachme.i.sapiētes.vt Deut.1.Date e vobis viros sapientes.Iob.5.Qui apprehendit sapientes in astutia eorum.Ps.48.Cum viderit sapiētes morientes.Prouer.3.Gloriam sapientes possidebunt.Eccl's.7 Cor sapientiū vbi est tristitia.Esa.5.Ve qui sapientes estis in oculis vestris.& i ligua chaldaica dicitur חַכִּים Chachim i.sapiēs.Et i plu.חַכִּימַיָּא Chachimaia siue חַכִּימִין Chachimin.Dañ.2.Sapientes interficiebantur.Et in eo.Dat sapiētiam sapiētibus.& in genere feminino חֲכָמָה Chachama.vt 2.Reg.14.Et tulit inde mulierē sapientē.Et in plu.חַכְמוֹת Chachmoth.vt Iudi.5.Vna sapiētior ceteris vxorib9 eius hec socrui verba rñdit.pro quo he.le.Sapientes dñe vel dominatores eius rñdebāt ei:& ēt ipsa rñdebat sibi.Tñ aliqñ in heb.pōitur plr̄e p singulari.vt Prouer.14.sapiēs mulier edificat domū suā.Pro q̄ in hebreo hr̄.Sapiētes mulieres edificat domū suā.Quod heb.exponūt.i.vnaqueq̄ mulier sapiēs edificat domū suā.īde תַּחְכְּמֹנִי Thachchemōi.i.sapiens.vt.2.Reg.23.Dauid sedens in cathedra sapientissim9.

חַל Chal.placenta.torta.collirida:& scribitur cū he vel tau i fine & dr̄ חַלָּה siue חַלַּת chalath.vt Nu.15.sepabitis primitias dño de cibis vestris.Pro quo he.le.Separabitis pri

[Margin: Sapere. Sapientē esse. — Sapiēter agere. — חָכְמָה Sapiētia. — חָכְמְתָא Sapiētia. — חָכְמוֹת Sapientie — חָכָם Sapiens. — חֲכָמִים sapientes. — חַכִּים חַכִּימַיָּא sapientes. — חֲכָמָה sapiens. — חַכְמוֹת — תַּחְכְּמֹנִי sapientissimus. — חַל חַלָּה]

Placenta. Collirida. חַלּוֹת

mitias domino de pasta vel massa vestra tortam vel placē=
tam separabitis. 2. Reg. 6. Singulis collīridam panis vnam
& in plurali חַלּוֹת Chaloth. Pro quo beatus hieronymus trā
stulit panes siue colliridas. vt Leuit. 7. Si pro gratiarum a
ctione oblatio fuerit offeret panes absꝫ fermento. Et in eo
dem. Et colliridas olei admixtione conspersas.

Panes. collíride. חָלַל

חָלַל Chalal. Vulnerare. Interficere. occidere. infirmari. dis
sipare. irritum facere. Profanare. contaminare. pollue
re. violare. communem facere. incipere. tibia canere. Ps.
108. Et cor meum conturbatum est intra me. Pro quo bea=
tus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Cor me
um vulneratum est intrinsecus. Esa. 14. Et tu vulneratus
es sicut & nos. Et in eodem. 51. Vulnerasti draconem. Et in
eodem. 53. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates
nostras. Ezech. 28. Cum sis homo & non deus in manu oc
cidentium te. vide etiam de hoc supra in dictione חוּל Chul
& inde חָלָל Chalal. idest occisus. vulneratus. Interfectus.
vt Nu. 19. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis.
Et in eodem. 31. Omnis qui occiderit hominem vel occi=
sum tetigerit. Deut. 21. Hominis cadauer occisi. Et in eodē
32. De cruore occisorum & de captiuitate. Quod in hebreo
legitur singulariter. scilicet de cruore occisi. Ps. 88. Tu hu=
miliasti sicut vulneratum superbum. Hiere. 51. Et in omni
terra eius mugiet vulneratus. Threñ. 2. Cum deficeret qua
si vulneratus in plateis ciuitatis. Ezech. 26. A sonitu ruine
tue & gemitu interfectorum tuorum. Quod in hebreo legi
tur singulariter. scilicet a gemitu interfecti. Et in eo. 28. Et
morieris in interitu occisorum. Pro quo hebrei legunt. &
morieris in interitu siue in morte occisi. Et in eodem. Et
corruent interfecti in medio eius. Pro quo hebrei legunt.
& corruet interfectus siue vulneratus in medio eius. Sed in
hebreo aliquando ponitur singulare pro plurali: & econ=
uerso: sicut supra dictum est. & in plurali חֲלָלִים Chalalim
siue חַלְלֵי Chalele. vt. 1. Reg. 17. Cecideruntꝫ vulnerati de
philistiim in via sarim. Et in eodem. 31. Et ceciderunt inter
fecti in monte gelboe. 1. Paralip. 5. Vulnerati multi corrue
runt. Iob. 24. Et anima vulneratorum clamat. Ps. 87. Si=
cut vulnerati dormientes in sepulchro. Prouer. 7. Multos
enim vulneratos eiecit. Hiere. 9. Et plorabo die ac nocte
interfectos filie populi mei. Et in eo. 14. Si egressus fuero
ad agros ecce occisi gladio. Threñ. 4. Meliꝰ fuit occisis gla
dio ꝙ interfectis fame. Ezech. 21. Super colla vulneratorū.
& inde חַלּוֹת Chaloth. idest vulneratio siue infirmitas. vt ps
76. Et dixi nunc cepi. pro quo hebrei legunt. Et dixi infir
mitas mea est. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta
hebraicam veritatem transtulit. Et dixi imbecillitas mea ē
Ponitur etiā חָלַל Chalal pro dissipare. Prouer. 25. Vetus
aquilo dissipat pluuias. Item ponitur pro irritum facere.
vt Nu. 30. Non faciet irritum verbum suum. Significat eti
am profanare siue violare aut contaminare vel polluere. 1.
Paralipo. 5. Sed cum violasset torum patris sui. Nee. 13. Et
profanastis diem sabbati. Ps. 54. Contaminauerunt testa=
mentum eius. Ps. 88. Si iustitias meas profanauerint. Et in
eodem. Profanasti in terra sanctuarium eius. Esa. 23. Vt de
traheret superbiam omnis glorie. Pro quo he. le. vt viola=
ret vel contaminaret superbiam omnis glorie. Et in eo. 43
Et contaminaui pricipes sanctos. & in eo. 48. Propter me
propter me faciam vt nō blasphemer. vbi ponitur pro blas
phemare. Ezech. 7. Et violabūt arcanū meū. Et in eo. Et cō
taminabunt illud. Et in eo. Et possidebūt sanctuaria eorū.
pro quo he. le. & violabūtur sanctuaria eorū. & in eo. 22. Et
possidebo te in cōspectu gētiū. pro quo he. le. & violatꝰ fue
ram in te in cōspectu gentiū. pōt etiā deriuari a dictiōe נָחַל

Vulnerari. Occidere. חָלָל Occisus. Vulneratꝰ. Interfectꝰ. חֲלָלִים Vulnerati. Interfecti. Occisi. חַלּוֹת infirmitas. ībecillitas. חָלַל Dissipare. Irritū facere. Violare. Profanare. cōtaminare. Blasphemare.

Nachal que signat possidere sicut est in lr̄a nr̄a. & in eo. 13.
Et violabāt me ad populū meū. Et in eo. 20. Et feci ꝓꝑ no=
mē meū vt nō violaretur corā gētibus. Et in eo. Ne violare
tur corā gentibus quibus eieci eos. Et in eo. 25. Super san=
ctuariū meū quia pollutū est. & in eo. 28. Et pollūent deco
rem tuū. Et in eo. Et eieci te de mōte sctō dei. Pro quo he.
le. & profanaui siue cōtaminaui te de mōte sancto dei. i. tan
ꝙ profanū & cōtaminatū eieci. Et in eo. Polluisti sanctifica
tionē tuā. Et in eo. 36. Et polluerūt nomē sanctū meū. Et in
eo. Et sanctificabo nomē meū magnū quod pollutū est in=
ter gentes. Et in eo. 39. Et nō polluā nomē sanctū meū am
plius. Amos. 2. Vt violarent nomē sanctū meū. Malach. 1.
Et vos polluistis illud. Et in eo. Quia cōtaminauit iudas
Item significat communem facere. vt Deut. 20. Quis ē ho
mo qui plantauit vineā & necdū fecit eā esse cōem: & quod
sequitur de qua vesci omnibus liceat: non est in hebreo: sed
est expositio translatoris. Et in eo. Et alius homo eius fun=
gatur officio. Pro quo he. le. Et alius hō faciat eā esse cōem.
Et inde חָלָל Chalal. i. profanus vel cōtaminatus. vt Ezech.
21. Tu aūt profane impie dux israel. & in gn̄e feminino
חֲלָלָה Chalala. i. cōtaminata vel polluta. Pro quo beatus hie
ronymus transtulit vile ꝓstibulū. vt Leuit. 21. Scortū & vi
le prostibulū nō ducet vxorē. & in eo. viduā āt & repudiatā
& sordidā. Vbi ponitur pro sordida. & inde חוֹל Chol. i. lai=
cus. cōe. pollutū: vl' ꝓfanū. vt. 1. Reg. 21. Nō habeo laicos pa
nes ad manū sed tm̄ panē sanctū. Et ī eo. Porro via hec pol
luta ē. Ezech. 22. Inter sanctū & ꝓfanū nō habuerūt distāti
am. & in eo. 44. Et populū meū docebūt quid sit inter sā=
ctū & pollutū. & inde חָלִילָה Chalila. i. absit. s. tanꝙ pollutū
& ꝓfanū. Geñ. 18. Absit a te vt rē hāc facias. & in eo. 45. ab
sit a me vt sic agā. Ios. 22. absit a nobis hoc scelus. 1. Reg. 12
Absit aūt a me hoc pctūm in dño. Iob. 27. Absit a me vt iu
stos vos esse iudicē. Itē supradicta dictio חָלַל Chalal poni=
tur pro expectare. vt Iob. 35. Iudicare corā illo: & expecta
eū. De quo vide supra in dictiōe חוּל Chul. significat etiam
incipere. & tūc est verbū tertie cōiugatiōis qđ scribitur cū
he in pricipio & cū simplici lamed. vt in aliquibus locis pre
dictis. vt Geñ. 4. Iste cepit īuocare nomē dñi. ꝓ quo he. le.
Tūc ceptū est siue inceptū est ad inuocādū nomē dñi. Ali=
qui vero hebrei primā signationē sequētes legūt sic. Tunc
profanatū est ad inuocādū nomē dñi. i. attribuere nomen
dei idolis. qa tūc ceperūt idolatrare. & in eo. 9. Cepitꝫ noe
vir agricola exercere terrā. Nu. 16. Et plaga deseuit. Pro ꝗ
he. le. Et plaga incepit. Et in eo. Quā iā vastabat incendiū.
pro quo he. le. Et ecce inceperat plaga in pplo. Deut. 2. In=
cipe possidere. Et in eo. Hodie incipiā mittere terrorē atꝫ
formidinē tuā. Ios. 3. Hodie incipiā exaltare te. Iudi. 20. &
instātius persequebātur cesis de exercitu eorū triginta vi=
ris: vt viderūt quasi colūnā fumi de ciuitate cōscēdere. pro
quo he. le. Et beniamin cepit ꝑcutere vulneratos de viris is
rael quasi triginta viros quia dixerūt vtiꝫ ꝑcussus est ante
nos sicut ī bello prio: & eleuatio. s. ignis vel fumi incepit cō
scēdere de ciuitate colūna fumi. s. ascēdebat. sed btūs hie. trā
stulit sensū. 1. Reg. 3. & oculi eiꝰ caligauerāt. ꝓ ꝗ he. le. & o=
culi eius ceperūt caligare. & in eo. Incipiā & cōplebo. Et in
eo. 22. Nū hodie īcepi ꝓ eo cōsulere dn̄m. Hiere. 25. Ego
īcipio affligere. & īde תְּחִלָּה Thechila. i. pricipiū siue initiū.
vt Geñ. 43. Iā ante descēdimus vt emeremus escas. Pro ꝗ
he. le. Descēdētes descēdimus in pricipio vt emeremꝰ escas
Prou. 9. pricipiū sapiē timor dñi. Itē חָלִיל chalil. signat ꝗd
dā īstrm̄ musicū: vt. 1. Reg. 10. Et añ eos psalteriū & tympa=
nū & tibiā. Esa. 30. Et letitia cordis sicut qui ꝑgit cū tibia. &
in pl'. חֲלִילִים Chalilim. 3. Reg. 1. canētiū tibiis & letātiū. vbi

Pollucre. חָלָל Profanus. חֲלָלָה Vile prostibulum. Sordida. חוֹל Laicus. Pollutus profanus. חָלִילָה Absit. Expectare. Incipere. תְּחִלָּה Pricipiū. חָלִיל Tibia. חֲלִילִים Tibie.

ponitur nomē & verbū ab eo deriuatū. Hiere. 48. Cor me
um ad moab quasi tibia eris resonabit. qđ in hebreo legi=
tur plr̄. s. cor meū ad moab quasi tibie resonabit. Et in eo.
Dabit sonitū tibiarū. Et inde חוֹלְלִים Cholelim. i. canentes
tibiis vel choris. Ps. 86. Sicut letantiū oīum nr̄m habitatio
est in te. Pro quo he. le. Et cantores quasi canentes tibiis vl'
choris oēs fontes mei in te. vñ beatus hieronymus in psal=
terio iuxta he. ve. transtulit. Et cantores quasi in choris om
nes fontes mei in te. Scribitur etiā cū mem in principio &
dr̄ מְחוֹלְלִים Mecholelim. vt. 3. Reg. 1. Canētiū tibiis & letā=
tiū: vt dictū est supra. & in gn̄e feminino מְחוֹלְלוֹת Mecho=
leloth. i. canentes choris vel tibiis siue ducentes choros. vt
Iudi. 21. De iis que ducebāt choros. & inde מָחוֹל Machol. i.
chorus. De quo vide supra in dictiōne חוֹל Chol. & quia ti=
bia est instrumentū cōcauū. Inde dicitur מְחִלּוֹת Mechiloth
quod signat cōcauitates. s. terre. pro quo btūs hieronymus
trāstulit voragines. Esa. 2. Et introibunt in speluncas petra
rum & in voragines terre. Et inde חַלּוֹן Chalon. i. fenestra.
vt Geñ. 8. Aperiens noe fenestram arce quam fecerat. Et
in eo. 26. prospiciēs abimelech rex palestinorū ꝑ fenestrā.
Iudi. 5. Per fenestrā respiciens. Et in pl'i. חַלּוֹנִים Chalonim
siue חַלּוֹנֵי Chalone. secūdū terminationē masculinorū: aut
חַלּוֹנוֹת Chalonoth scđm terminationē femininorū. vt. 3.
Reg. 6. Fecitꝫ in tēplo fenestras obliquas. Canti. 2. Respi=
ciens ꝑ fenestras. Hiere. 9. Quia ascendit mors ꝑ fenestras
nr̄as. Ezech. 40. Et fenestras obliquas in thalamis. Reperi
tur ēt חַלּוֹנַי Chalonai in numero plu. pro חַלּוֹנִים Chalo=
nim. vt Hiere. 22. Et aperit sibi fenestras.

חֶלְאָה Chala. rubigo. Ezech. 24. Olle cuius rubigo in ea ē
& rubigo eius nō exiuit ex ea. Et ī eo. & cōsumatur ru
bigo eius. & in eo. Et nō exiuit ex ea nimia rubigo eius ne
ꝫ per ignem.

חָלָב Chalab. siue חֵלֶב Cheleb. lac. adeps. vt Geñ. 18. Tulit
quoꝫ butyrum & lac. Et in eo. 49. Et dentes eius la=
cte cādidiores. Exo. 13. Vt daret tibi terrā fluentem lacte &
melle. Et in eo. 23. Non coques hedum in lacte matris sue
Deut. 32. & lac de ouibus. Esa. 55. Emite absꝫ argen=
to & absꝫ vlla cōmutatione vinū & lac. Ezech. 25. Ipsi bi=
bēt lac tuū. Itē חֵלֶב cheleb. i. adeps. vt Exo. 29. Sumes & a=
dipem totū. Leuit. 3. Nec sanguinē nec adipem oīno come
detis. Et in eo. 7. Adipē ouis & bouis & capre nō comede=
tis. Et in eo. Adipē cadaueris morticini. ps. 16. Adipē suum
cōcluserūt. Ps. 118. coagulatū est sicut lac cor eorū. pro quo
btūs hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Incras
satū est velut adeps cor eorū. Tamē eisdē lr̄is vtrūꝫ scribi=
tur. s. lac & adeps. & in plu. חֲלָבִים chalabim siue חֶלְבֵי Chel=
be. i. adipes. vt Leuit. 8. Posuit sup adipes. 3. Reg. 8. Et adi=
pem pacificorū. quod in he. legitur plr̄. s. Et adipes pacifi=
corū. ponitur ēt pro pingui vel ꝓ pinguedine. vt Geñ. 4.
Abel quoꝫ obtulit de primogenitis gregis sui & de adipi=
bus eorū. i. de pinguibus. Leuit. 3. Et qdqd pinguedinis est
intrinsecus. Et in eo. Et pinguedinē que operit vētrē. Itē
signat optimū vl' electū siue medullā cuiuscūꝫ rei. vt Geñ.
45. vt comedatis medullā terre. Nu. 18. Oēm medullā olei
& vini & frumēti. Et in eo. Optima & electa erunt cūcta. &
in eo. Si preclata & meliora queꝫ obtuleritis ex decimis.
Deut. 32. Et hircos cū medulla tritici. & inde חֶלְבּוֹן Chelbō
i. pingue. vt Ezech. 27. In vino pingui in lanis coloris op=
timi. Itē חֶלְבְּנָה Chelbena. i. galbanū. vt Exo. 30. Sume tibi
aromata stacten & onychem & galbanum boni odoris.

חֶלֶד Cheled. orbis: siue vita: vel tēpus vite. Ps. 38. Et substā
tia mea tanꝙ nihilū ante te. Pro quo btūs hieronymꝰ
in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Et vita mea quasi non sit

חוֹלְלִים Canentes tibiis. מְחוֹלְלִים מְחוֹלְלוֹת Ducēs choros. מָחוֹל מְחִלּוֹת Voragines. חַלּוֹן Fenestra. חַלּוֹנִים חַלּוֹנוֹת Fenestre. חַלּוֹנַי חַלּוֹנִים fenestre. חֶלְאָה Rubigo. חָלָב Lac. חֵלֶב Adeps. חֲלָבִים Adipes. Piguedo. Medulla. Optimum. חֶלְבּוֹן Pingue. חֶלְבְּנָה Galbanū. חֶלֶד Vita.

in cōspectu tuo. Ps. 48. Auribus ꝑcipite oēs qui habitatis
orbē. In aliis vero locis varie trāstulit btūs hieronymꝰ. nā
aliqñ trāstulit ꝓfundū. vt. Ps. 16. A paucis de terra. pro quo
btūs hieronymus in ꝑdicto psalterio trāstulit. Qui mortui
sunt in ꝓfūdo. Ps. 58. Memorare que mea substātia est. pro
quo in ꝑdicto psalterio traduxit. Memēto mei de profūdo.
Itē traduxit vesperā. vt Iob. 11. Et quasi meridianus fulgor
consurget tibi ad vesperā. Hebrei tm̄ in oībus locis ꝑdictis
dicunt ꝙ signat orbē siue tēpus determinatum vite huma=
ne. Item חֹלֶד Choled. idest mustela. vt Leuit. 11. De iis que
mouentur in terra mustela & mus.

חָלָה Chala. egrotare. languere. infirmari. dolere. orare. ro=
gare. vt Geñ. 48. Nunciatū est ioseph ꝙ egrotaret pa
ter suꝰ. Iudi. 16. Infirmus ero vt ceteri hoīes. 1. Reg. 22. nō
est qui doleat vicē meā. 2. Reg. 13. Ita vt ꝓpter amorē illius
egrotaret. & in eo. cuba super lectū & langorē simula. Pro
quo he. le. Et egrotare. i. langorē simula. sicut est in lr̄a nr̄a.
Et in eo. Et quasi egrotare cepit. 3. Reg. 14. In tpe illo e=
grotauit Abia. Et in eo. Vt cōsulat te pro filio suo qui egro
tat. Et in eo. In tēpore senectutis sue doluit pedes. 4. Reg.
1. cecidítꝫ ochozias per cancellos cenaculi sui quod habe
bat in samaria & egrotauit. 2. Paralip. 16. Egrotauit autem
Asa āno tricessimo nono regni sui. & in ꝑdicto loco scribi
tur cū aleph in fine loco he. Prouer. 23. Verberauerunt me
sed nō dolui. Canti. 2. Quia amore lāgueo. Esa. 14. Et tu
vulneratus es sicut & nos. Pro quo he. le. Et tu infirmatus
es sicut & nos. potest ēt signare sicut est in lr̄a nr̄a. De quo
vide supra in dictione חוּל Chul. & in dictiōe חָלַל Chalal.
& in eo. 39. Audierat eī ꝙ egrotasset & conualuisset. Et in
eo. 53. Et dn̄s voluit conterere eū in infirmitate. vbi poni=
tur הֶחֱלִי Hecheli: qđ est verbū tertie cōiugatiōis. i. īfirma
re fecit. et Hiere. 5. Percussisti eos & nō doluerūt. Et in eo.
12. Hereditatē acceperūt & non eis profuit. pro quo he. le.
Infirmati sunt & nō eis profuit. & ponitur ibi verbū passi=
uū prime cōiugatiōis: qđ scribitur cū littera nun in princi=
pio. & potest etiam significare sicut est in littera nostra. De
quo vide īfra in dictiōe נָחַל Nachal. Dañ. 8. & ego daniel lā
gui & egrotaui ꝑ dies. vbi sīr scribitur cū nun in pricipio
Amos. 6. Et nihil patiebātur sup cōtritionē ioseph. vbi ēt
ponitur ibi verbū passiuū prime cōiugatiōis. i. nō sunt in=
firmati vl' nō doluerūt sup cōtritionē ioseph. Mich. 1. qa in
firmata est in bonū ꝗ hitat in amaritudinibus. & in eo. 6. &
ego ergo cepi ꝑcutere te. pro ꝗ he. le. Et ego quoꝫ feci te ī
firmari ꝑcutiēs te. Potest ēt legi sicut est in lr̄a nr̄a. De quo
vide supra in dictiōe חָלַל Chalal. & inde חֹלֶה Chole. siue
חֹלָה Chola. i. egrotꝰ siue infirmus aut infirma: vel infirmi=
tas. Nee. 2. cū te egrotū nō videam. Eccl's. 5. Est & alia infir
mitas pessima. Ezech. 34. Et qđ egrotū ē nō sanastis. Et in
eo. & qđ īfirmū fuerat cōsolidabo. Et aliqñ scribitur cū nun
in pricipio & dr̄ נַחְלָה nachla. vt Esa. 17. ablata est messis in
die hereditatis. ꝓ ꝗ. he. le. In die īfirmitatis. pōt ēt signare si
cut est in lr̄a nr̄a. Nā eisdē lr̄is vtrūꝫ scribitur in he. Ezech.
34. Quod infirmū est nō cōsolidastis. & ī eo. Et cornibus
vr̄is vētilabatis oīa īfirma. In aliis vero locis ꝓ נַחְלָה nachla
btūs Hie. trāstulit pessimā. vt Hiere. 10. pessima plaga mea.
Et in eo. 14. cōtrita ē virgo filia ppl'i mei plaga pessima ve
hemēter. & inde חֳלִי choli. i. īfirmitas: siue lāgor. vt Deut. 7
Auferet dn̄s a te oēm lāgorē. 3. Reg. 17. Et erat lāgor fortis
simus. 4. Reg. 1. Vtrū viuere queā de infirmitate mea hac.
2. Paralip. 16. Et neꝫ in infirmitate sua ꝗsiuit dn̄m. Esa. 1.
Oē caput lāguidū. & in eo. 53. vere lāgores nr̄os ipse tulit.
Scribitur ēt חֳלָאִים cholaim in pl'i. cū lr̄a aleph loco iod. vt
Deut. 28. infirmitates pessimas & ꝑseuerātes. scribitur etiā

Orbis. Profūdū. Vespera. Tempꝰ vite humane. חֹלֶד Mustela. חָלָה Egrotare. Infirmari. Dolere. Infirmari. חֹלֶה Egrotus. infirmitas. נַחְלָה infirmitas. Pessima. חֳלִי Langor. infirmitas. חֳלָאִים Infirmitates.

cum mem in principio & cũ he in fine. & dr̃ מַחֲלָה Machala. siue מַחֲלֶה machale.i.infirmitas siue langor. vt Exo.15. cunctũ langorẽ quem posui in egypto nõ inducam sup te. 2.Paralip.21. Tu aũt egrotabis pessimo langore vteri. Prouer.18. Spũs viri sustentat imbecillitatẽ suã. Pro quo he.le. Spũs viri sustentat infirmitatẽ suã vel lãgorẽ suũ. & in plu. מַחֲלוּיִם Machaluim. vt.2.Paralip.24. Et abeuntes dimiserunt eũ in langoribus magnis. Scribitur etiã cũ tau in principio & cũ littera aleph loco iod. & dr̃ תַּחֲלֻאִים Thachaluim siue תַּחֲלֻאֵי Thachalue. vt Deut.29. Videntes plagas terre illius & infirmitates quibus eam afflixerit dñs. Et etiã pro eo qđ in lr̃a nr̃a est afflixerit in hebreo ẽ supra dicta dictio. scilicet חִלָּה Chila.i.infirmare fecit. 2.Paralip.21. Mortuusq̃ est in infirmitate pessima. Quod in hebreo legitur pluraliter.s.in infirmitatibus pessimis: vbi ponitur תַּחֲלֻאִים Thachaluim. Ps.102. Qui sanat oẽs infirmitates tuas. Hiere.14. Si itroiero in ciuitatẽ: ecce attenuati fame. Pro quo he.le. Ecce infirmi vel lãguidi fame. Et in eodem.16. Mortibus egrotationum morientur. Itẽ חָלָה Chala.i.orare. rogare. Deprecari. vt Exo.32. Moyses autẽ orabat dñm deum suũ. 1.Reg.13. Et faciẽ dñi nõ placaui.i.nõ oraui siue nõ rogaui. 3.Reg.13. Deprecare faciẽ dñi dei tui. Et in eo. Orauit vir dei faciẽ dñi. Esa.57. Propterea non rogasti. Item. חַלָּה chala.i.torta vel placenta aut collirida. De quo vide supra in dictione חוּל chul. Item חֲלִי choli.i.monile: seu margarita. Prouer.25. Inauris aurea & margarita fulgens. & recipit in fine he vel tau. vt Osee.2. Et ornabatur inaure sua & monili suo. Et in plurali mutat iod in aleph vt canti. 7. Iuncture femorum tuorum sicut monilia.

חלחל Chalchal. Dolere. infirmari. cõtristari. & ĩde חַלְחָלָה Chalchala.i.dolor siue angustia. De quo vide supra in dictione חוּל chul.

חלט Chalat. rapere. vt.3.Reg.20. Rapuerunt verbũ ex ore eius. Et solum inuenitur in predicto loco.

חלך Chélech. Paup. & scribitur cũ he ĩ fine & dr̃ חֶלְכָה chelcha. vt Ps.9. Oculi eius in pauperẽ respiciũt. Et in eo. Tibi derelictus est pauper. & in plu. scribitur cũ aleph loco he & dr̃ חֶלְכָּאִים chelchaim. vt ĩ eo. Et cadet cũ dñatus fuerit pauperũ. Hebrei tñ dicũt q̃ in predicto loco est dictio composita & q̃ significat cetum vel congregationẽ dolentiũ vel oppressorũ. De quo vide supra in dictiõe חֵיל chail.

חלם Chalam. somniare. sanare. confortare. roborare. vt Geñ.28. Viditq̃ in somnis scalam stantem super terra. Pro quo he.le. & somniauit & ecce scala stabat in terra. & sic in sequentibus vbi translatio nr̃a habet vidit somnium siue vidit in somnis: Hebrei legunt. somniauit somniũ. Et in eo. Accidit quoq̃ vt visũ somniũ referret fratribus suis. Pro quo he.le. & sõniauit ioseph somniũ & narrauit eũ fratribus suis. Et in eo. Audite somniũ quod vidi. Et in eo. Aliud quoq̃ vidi somniũ. Et ĩ eo. Quid sibi vult hoc somniũ quod vidisti. Et in eo.40. Videruntq̃ ambo somniũ. Et in eo.41. Post duos annos vidit pharao somnium. Et in eodem. vna nocte vterq̃ vidimus somniũ. Et in eodẽ. vidi somnia: nec est qui edisserat. Et in eodem.42. Recordatusq̃ somniorum que aliquando viderat. Deut.13. Aut qui sõniũ vidisse se dicat. Et in eo. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur. pro quo he.le. Propheta aũt ille aut somnians somniũ illud. Esa.29. Sicut somniat esuriẽs & comedit. Hiere.23. Dicentes somniaui somniaui. Et in eodem.29. Neq̃ attendatis ad somnia vestra que vos sõniatis. Ioel.2. Senes vestri somnia somniabunt. & inde חֲלוֹם Chalom.i.somniũ. vt Geñ.31. Dixitq̃ angelus domini ad me in somnis. Quod in hebreo legitur singulariter.s.in somnio. Et in eo. viditq̃ in somnis dicentem sibi dominũ. Pro quo in hebreo habetur. Et venit deus ad labam syrum in somno noctis. Et in eodem.37. Audite somnium meũ. Nu.10. vel per somnium loquar ad illum. Et in plu. חֲלֹמוֹת Chalomoth. vt Geñ.37. Ecce somniator venit. Pro quo hebrei legunt. Ecce vir somniorum venit. Et in eodẽ. Et tũc apparebit quid illi prosint somnia sua. Eccl's.5. Vbi sunt multa somnia plurime sunt vanitates. Et in lĩgua chaldaica dicitur חֵלֶם Chelem. siue חֶלְמָא Chelma. Dañ.2. Dic sõniũ seruis tuis. Et in eo.4. Somniũ vidi & perterruit me. Et in plu. חֶלְמִין Chelmin. siue חֶלְמַיָּא Chelmaia. Vt in eo.5. Et interp̃tatio somniorum: & ostensio secretorum. Itẽ חָלַם Chalam. idest sanare siue cõfortare aut roborare. augmentare. vt Iob.39. Separantur filii earum & pergunt in pascua. Pro quo hebrei legunt. Roborantur siue confortantur filii earum & pergunt in pascua. idest crescunt & augentur. Et est idem sensus cum littera nostra. Nam postq̃ roborantur & crescunt separantur a matribus & pergunt in pascua. Esa.38. Corripies me & viuificabis me. pro quo hebrei legunt. Sanabis me siue confortabis me & viuificabis me. Item חַלָּמוּת Chalamuth. idest vitellum oui: secundum hebreos. Iob.6. Aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem. Pro quo hebrei legunt. Aut est sapor vel gustus in albugine vitelli. Et solum inuenitur in predicto loco. & si diuidatur predicta dictio potest interpretari sicut ẽ in littera nostra. Nam חָלָה Chala potest significare venire siue afferre. Vt dictum est supra in dictiõe חוּל Chul. & מוּת Muth mortem significat. vt infra dicetur. Item אַחְלָמָה Achlama. Lapis preciosus quem translatio nostra amethistũ vocat. De quo vide supra in littera aleph. Quia secundum aliquos hebreos littera aleph est littera substantialis huiꝰ dictionis. secundum alios vero est addita & ideo deriuatur a supradicta dictione חָלַם Chalam.

חלמש Chalamis. silex. saxum. Petra durissima. vt Deut.8 Qui eduxit riuos de petra durissima. vbi ponitur pro durissima: quasi diceret de petra silice. Siue de petra saxo. idest de petra silicea vel saxosa. Et ĩ eodem.32. Oleumq̃ de saxo durissimo: vbi ponitur pro saxo. Iob.28. Ad silicem extendit manum suam. Esa.50. Ideo posui faciẽ meam vt petram durissimã. vbi ponitur pro petra durissima.

חלון Challon. fenestra. vt Hiere.22. Qui apit sibi fenestras. De quo vide supra in dictione חלל Chalal.

חלף Chalaph. Transire. pertransire. abiicere. mutare. perforare. Secare. conterere. 1.Reg.10. Cumq̃ abieris inde & vltra transieris. Iob.9. Si abierit non intelligam eũ. Et in eo. Pertransierunt quasi naues poma portantes. Ps.89. Mane sicut herba transeat. Et in eo. Mane floreat & trãseat. Canti.2. Imber abiit & recessit. Esa.21. Sicut turbines ab austro veniunt. Pro quo hebrei legũt. Sicut turbines ab austro pertranseunt. siue ad transeundum. Et inde חֲלֹף chaloph. idest transitus. Prouer.31. Et causis omnium filiorum qui pertranseunt. pro quo hebrei legunt. Omnium filiorũ transitus. Et dicunt hebrei q̃ accipitur pro presenti seculo qui transit & est in continua mutatiõe. Item חָלַף Chalaph idest mutare: siue permutare: aut immutare. vt Geñ.31. Et mutauit mercedem meam decem vicibus. Et in eo. Immutasti quoq̃ mercedem meam decem vicibus. Et in eo.35. Ac mutate vestimenta vestra. Et in eodẽ.41. Ac veste mutata obtulerunt ei. pro quo hebrei legunt. Et mutauit vestimenta sua & venit ad pharaonem. Leuit.27. Sanctum erit & mutari nõ poterit. Ps.101. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. Esa.9. Sed cedros immutabimus. Et in eodem.24. Quia transgressi sunt leges mutauerunt ius.

Et in eo.40. Qui sperãt in dño mutabũt fortitudinẽ. Ponitur ẽt pro instaurare vel renouare. vt Iob.14. Si precisũ fuerit & rursum virescet. Pro quo he.le. Si precisũ fuerit rursum innouabitur siue instaurabitur. Et in eo.29. Et arcus meus in manu mea instaurabitur. & inde חֲלִיפָה Chalipha.i.immutatio siue innouatio: aut ĩstauratio. vt Iob.14. Donec veniat ĩmutatio mea. Et in plu. חֲלִיפוֹת Chaliphoth Iob.10. Et pene militant in me. Pro quo he.le. Mutatiões & militia mecũ. p̃s.54. Nõ enim est illis cõmutatio. Quod in hebreo legitur plr̃.s. Nõ enim sunt illis cõmutationes siue immutatiões. ponitur ẽt חֲלִיפוֹת caliphoth pro vestibus mutatoriis vel optimis. vt Iudi.14. Dabo vobis trigĩta sindones & totidẽ tunicas. pro quo he.le. Dabo vobis triginta sindones & totidem mutatorias vestes. Et in eo. vos dabitis mihi triginta sindones & eiusdẽ numeri tunicas. Et ĩ eo. & ablatas vestes dedit iis qui problema soluerant. pro q̃ he.le. Et abstulit vestimenta eorũ & dedit mutatoria.s. vestimenta iis qui problema soluerant. 4.Reg.5. Et decẽ mutatoria vestimẽtorũ. Et in eo. Da eis talentũ argenti & vestes mutatorias duplices. Accipitur ẽt חֲלִיפוֹת chaliphoth pro viris qui vicissim mutabantur per singula tempora. vt.3.Reg.5. Mittebatq̃ eos in libanũ decẽ millia per menses singulos vicissim.i. qui per singulos menses mutabantur. Et inde חֵלֶף cheleph.i.pro. sic dictum a cõmutatione vnius p̃ altero vt Nu.18. Quia preciũ est pro ministerio quo seruitis. signat ẽt predicta dictio חָלַף chalaph. perforare. siue cõterere: aut percutere: vel incidere. vt Iudi.5. Et tempus valide perforans. Iob.20. Et irruet in arcũ ereũ. pro quo he.le. perforabit eum siue cõteret eũ arcus ereus. Esa.2. Et idola penitus conterentur. ponitur etiam pro sustinere. vt Iob 11. Si sustinuerit omnia & in vnũ coaceruauerit. Sed etiam in hoc loco hebrei dicunt q̃ signat conterere vel incidere. Et legunt sic. Si cõtriuerit & concluserit & coaceruauerit. potest etiã legi sic. Si immutauerit. Et ĩde מַחֲלָף Machalaph i.culter: ab incidẽdo vel perforando dictus. & solum ĩnuenitur in numero plu.s. מַחֲלָפוֹת Machalaphoth. vt Esdre.1. cultri viginti nouẽ. & inde מַחְלְפוֹת Machlephoth.i.cincinni siue crines capitis. fortasse a mutatione dicti eo quod mutantur in tempore senectutis. vt Iudi.16. Si septẽ crines capitis mei licio plexueris.

חלץ Chalas. Eruere. extrahere. auferre: tollere. deponere. nudare. eripere. liberare. armare. expedire. vt Leuit. 14. iubebit erui lapides in quibus lepra est. Deut.25. Tollet calciamentũ de pede eius. Osee.5. Ablatus est ab eis. itẽ ponitur pro nudare. Threñ.4. Sed & lamie nudauerũt mãmam. itẽ significat eripere siue liberare. vt p̃s.6. Conuertere dñe eripe animã meã. p̃s.7. Decidam merito ab inimicis meis inanis. pro quo he.le. Et liberaui inimicos meos in vanũ siue in vacuũ. Beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Et dimisi hostes meos vacuos. p̃s.17. saluũ me fecit qm̃ voluit me.i. eripuit vel liberauit me. p̃s.107 vt liberentur dilecti tui. p̃s.139. Eripe me dñe ab homine malo. Prouer.2. Iustus de angustia liberatus est. Esa.58. & ossa tua liberabit. Hebrei tñ dicunt q̃ in predicto loco significat impinguare siue quietum esse. Vnde in p̃dicto loco ipsi legunt. Et ossa tua impinguabit siue quiescere faciet. Itẽ חָלַץ Chalas. Armare siue expedire. vt Nu.31. Armate inquit ex vobis viros ad pugnã. Et in eo.32. Nos autem ipsi armati & accincti p̃gemus ad preliũ. Et in eo. Expediti p̃gite corã dño ad pugnã. & inde חָלוּץ Chalus.i.expeditus siue armatus. vt in eo. Et oĩs vir bellator armatus iordanẽ transeat. Et in eo. oẽs expediti p̃gamus ad bellũ. & ĩ hebreo legitur singl'r.s. oĩs expeditus corã dño ad bellũ.s. p̃get. & in plu. חֲלוּצִים chalusim. siue חֲלוּצֵי chaluse.i.armati siue expediti. Nu.31. Duodecim millia expeditorũ. & in eo. Ipsi armati p̃gemus corã dño ĩ terrã canaã. & ĩde חֲלִיצָה chalisa.i.armatura. vt.2.Reg.2. Et tolle tibi spolia eius. p̃ quo he.le. Et tolle tibi armaturã eius. Potest ẽt significare sicut est in lr̃a nr̃a. Nã supra diximus q̃ predicta dictio significat nudare siue auferre. Potest etiam legi sic. Et tolle tibi vestimẽta eius. Nã in pl'i ponitur pro vestimentis siue p̃ vestibus mutatoriis. vt Iudi.14. Quorũ ablatas vestes dedit his qui problema soluerãt. scribitur etiã cũ mẽ in principio & dr̃ מַחֲלָצוֹת Machalasoth. vt Esa.3. Et mutatoria & palliola & linteamina. Zach.3. Et induite mutatoriis.i. vestibus mutatoriis. Item חֲלָץ Chalas.i.lũbus. & solũ inuenitur in numero plu.s. חֲלָצַיִם Chalasaim. vt Geñ.35. Et reges de lumbis tuis egredientur. Et Iob.38. Accinge sicut vir lumbos tuos. Esa.32. Accingite lumbos vestros.

חלק Chalac. diuidere. distribuere. partiri. mollificare. lenire. dilabi. blandiri. adulari. dolose agere. Geñ.14. Et diuisis sociis irruit super eos nocte. & in eo.49. Diuidã eos in iacob. & in eo. Et vespere diuidet spolia. Exo.15. persequar & cõprehendã: diuidã spolia. Deut.4. Que creauit dñs deus tuus in ministeriũ cũctis gentibus. pro quo he.le. Que diuisit siue distribuit dñs deus tuus cunctis gentibus. Ios.13. Et nũc diuide terrã in possessionẽ nouẽ tribubus. Et in eo.18. Qui needũ acceperãt possessiones suas. Pro quo he.le. Qui needũ diuiserant possessiones suas. & in eo. Diuidite vobis terrã in septem partes. Et in eo.19. Partitiq̃ sunt terram. Et in eo.22. Diuidite hostiũ predã. 2.Reg.6. Et partitus est vniuerse multitudini israel. Et in eo.19. Tu & siba diuidite possessionẽ. 1.Paralip.16. Et diuisit vniuersis per singulos viros. Et in eo.23. Et distribuit eos dauid. Et in eo.24. Et diuisit eos dauid & sadoch. Et in eo. Diuisit aũt eis: hoc est filiis eleazar. Iob.38. Per quam viam spargitur lux. Pro quo hebrei legunt. Per quam viam diuiditur siue distribuitur lux. Ps.59. Partibor sichimam. Prouer.17. Et inter fratres hereditatem diuidet. Esa.33. Tunc diuidentur spolia predarũ multarũ. Hiere.37. vt diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium. Hebrei tamen in predicto loco aliam significationem sequentes legunt sic. Vt dilaberetur inde in medio populi. siue per medium populi. Et in hebreo non habetur hereditatem: sed potest subintelligi: sicut est in littera nostra. Osee.10. Diuisum est cor eorum. Amos.7. Et humus tua funiculo metietur. Pro quo hebrei legunt. Funiculo diuidetur vel distribuetur: scilicet inimicis tuis. & est idem sensus. Nam p̃ mẽsuram funiculi diuidenda erat. Mich.3. Qui regiones nostras diuidat. Item ponitur pro spoliari. eo quod spolia diuidũtur inter bellatores. vt.2.Paralip.28. Igitur achaz spoliata domo domini & domo regum ac principum dedit regi assyriorum. & inde חֵלֶק Chelec. siue חֶלְקָה Chelca. aut חֲלוּקָה Chaluca.i.diuisio. pars. portio. partitio. vt Geñ.14 Et p̃tibus virorũ q̃ venerũt mecũ. Quod in he. legitur singulariter.s. & parte virorũ qui venerũt mecũ. Nu.18. Nec habebitis partẽ ĩter eos: ego pars & hereditas tua. Deut.33 Qđ in parte sua doctor eẽt repositus. Ps.118. Portio mea dñe dixi. Threñ.3. Pars mea dñs. Amos.4. Pars vna compluta est: & pars altera super quã nõ pluit: aruit. Et in eo. Et comedit simul p̃tẽ. Accipitur ẽt חֵלֶק chelec. siue חֶלְקָה chelca p̃ agro vel possessione. eo qđ diuiditur inter heredes. vt Ruth.2. accidit aũt vt ager ille herẽt dñm noĩe booz. 2.Reg.14. Scitis agrũ ioab iuxta agrũ meũ. Et in eo. Succẽderũt ergo serui absalom segetem igni. Pro quo he.le. Succẽderũt ergo serui absalom agrũ siue possessionẽ. & in eo. Qua

re succenderunt serui tui segetem meā igni.i.partē agri in quo erat seges.4.Reg.11.Iezabel quoq; comedēt canes ī agro iezrael.& in plu.חֲלָקִים Chalacim.i.partes siue diuisiōes.vt Ios.18.Lustrātes eā in septē partes diuiserūt. Scribitur ēt cū mem in principio & cū tau in fine & dr̄ מַחֲלֹקֶת Machalóceth.i.diuisio siue pars.& in plu. מַחְלְקוֹת Machlecoth. vt Ios.12.Singulis partes suas tam in mōtanis q̄; i planis atq; campestribus.2.Paralip.26. Diuisiōes aūt ianitorū.& in eo.35.In diuisionibus singulorū sicut p̄cepit dauid. Accipitur ēt pro vice siue pro turma: que erat ps hominū deputatā in ministeriū regis vel tēpli.vt.1.Paralipo.23.Et distribuit eos dauid per vices filiorū leui.Et ī eo.27 Qui ministrabant Regi iuxta turmas suas. Et in eo.Prime turme in primo mense iesboam preerat. Et in eo. Secundi mensis habebat turmā dudi ahoites. 2.Paralip.23. Nō dimiserat abire turmas que sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant.Et in eo.35.Per familias turmasq; leuiticas.Itē חָלַק Chalac.i.Mollificare. lenire. blandiri. adulari.blande vel ficte loqui. dolose agere. p̄s.54. Diuisi sunt ab ira vultus eius.Pro quo he.le. Lenificauerūt magis q̄; butyrū os suū. Vndē btūs hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Nitidius butyro os eius. Prouerb.2.Et ab extranea que mollit sermones suos. Et in eo.5. Et nitidius oleo guttur eius.i.lenius siue blandius oleo guttur eius.s.est.Et in eo.28.Magis q̄; ille qui per lingue blandimēta decipit.Pro quo he.le.Magis q̄; ille qui blanditur siue adulatur lingua.Et in eo.29.Qui blādis fictisq; sermonibus loquitur amico suo.Ps.5. Linguis suis dolose agebant.Ps.35.Q̄m dolose egit in cōspectu eius.Et inde חָלָק Chalac.i.lenis siue blādus.vt Geñ.27.Et ego lenis.Ios.11. Et partē montis que ascēdit seir.Pro quo he.le. A monte leni qui ascendit seir. & scd̄m hebreos dicitur lenis: eo qd̄ in eo nō erāt arbores neq; aliquid asperū.Potest ēt legi sic. A monte diuiso.& sic est in translatione chaldaica.Ezech. 12.Neq; diuinatio ambigua in medio filiorū israel. p̄ quo he.le.Neq; diuinatio lenis siue mollis.i.adulatoria & deceptoria.& inde חֵלֶק Chélec.siue חֶלְקַת Chelcath.i.blāditie siue lenitas.vt Geñ.27.Et colli nuda ptexit.Pro quo he.le. Et super lenitatē colli sui. Et secundū primā sigñationem pōt ēt legi sic.s.& sup partē colli sui.i.sup illā partē que est nuda.& est idem sensus cū lr̄a nostra.Prouer.6.A blanda lingua extranee.Et in eo.7.In blanditiis labiorum protraxit illū.& in plu.חֲלָקוֹת Chalacoth.vt Esa.30. Loquimini nobis placentia.i.blanditias vel adulatiōes.Ponitur ēt חֲלָקוֹת Chalacoth.pro dolosis vel pro dolis vel fraudulēter.vt.p̄s. 11.Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Et in eo.Disperdat dn̄s vniuersa labia dolosa.Ps.72.Verūtn̄ p̄pter dolos posuisti eos.Sed beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Verūtamē in lubrico posuisti eos.Dañ.11. Et impii in testamentū simulabūt fraudulenter .ponitur ēt חָלָק Chalac.pro lubrico.Prouer.26.Et os lubricū operatur ruinas.Et aliqñ duplicatur littera lamed & lr̄a coph.& dicitur.חֲלַקְלַק Chalaclac.Et reperitur tm̄ plr̄.s. חֲלַקְלַקּוֹת chalaclacoth.vt Ps.34.Fiant vie illorū tenebre & lubricū.Hiere.23.Via eorū erit quasi lubricū in tenebris. Itē חָלוּק chaluc.accipitur p̄ lapide leni.Pro quo btūs hieronymus trāstulit limpidissimum: sicut sunt lapides torrentis. vt.1.Re. 17.Et elegit sibi quinq; limpidissimos lapides. & scd̄m hāc significationem.Esa.57.Vbi nos legimus in partibus torrētis pars tua.hebrei legūt.in lapidibus torrētis pars tua.

חָלַשׁ Chalas.debilitare.infirmari.vulnerare.Exo.17. Fugauitq; iosue amalech.pro quo he.le. Et debilitauit siue vulnerauit iosue amalech. Iob.14. Homo vero cum mortuus fuerit & vulneratus.Esa.14. Corruisti in terrā q vulnerabas gentes.& inde חַלָּשׁ Chalas.i. debilis vel infirmus.vt Ioel.3.Infirmus dicet quia ego fortis sum. & inde חֲלוּשָׁה Chalusa.i.debilitas.Pro q̄ btūs hieronym9 trāstulit fugā. vt Exo.32. Neq; vociferatio cōpellētiū ad fugā.

חם Cham.calefieri.De quo vide in dictione sequenti.

חָמַם Chamā.calefieri.calefacere.incalescere.& aliqñ scribitur cū simplici mē.vt Exo.16.Cūq; incaluisset sol liq fiebat.1.Re.11.Cras erit vobis salus cum īcaluerit sol.3. Re. 1.Cumq; operiretur vestibus nō calefiebat. Et in eo .Et calefaciat dn̄m nostrū regē.4.Reg.4.Et calefacta ē caro pueri.Iob.6.Cū incaluerint soluētur de loco suo. Et in eo. 31. Et de velleribus ouiū mearū calefactus est. Et in eo.39. Tu forsitā in puluere calefacies ea.Ps.38.Cōcaluit cor meū intra me.Eccl̄s.4.Si dormierint duo fouebūtur mutuo.i.calefient mutuo.Et in eo. Vnus quō calefiet.Esa.44. Sūpsit ex eis & calefactus est.Et in eo.Et calefactus est & dixit vah: calefactus sum: vidi focū.Et in eo.47.Nō sunt prune quibus calefiant.& p̄ eo qd̄ in littera nostra ē qbus calefiāt in hebreo est לַחְמָם lachmā.i.ad calefaciēdū se.& eadem dictio pōitur Iob.30. Vbi dr̄ & radix iuniperorū erat cibus eorū. vbi p̄ eo qd̄ in littera nr̄a est erat cibus eorū in hebreo ponitur p̄dicta dictio.vnde hebrei legūt.Et radix iuniperorū ad calefaciēdū se.potest ēt deriuari a dictiōe לֶחֶם Léchem. quē sigñat panē vel cibū sicut est in littera nostra.Esa.57. Qui cōsolamini in diis.Pro quo he.le.Qui calefacti estis ī diis siue in idolis.i.in lignis ex qbus idola fiunt.Et ponitur ibi verbū passiuū prime cōiugationis: quod scribitur cū littera nū in principio.Potest etiā deriuari a dictione נִחַם Nacham que sigñat cōsolari sicut est in lr̄a nr̄a. Osee.7. Oēs calefacti sunt quasi clibanū.Aggei.1.operuistis vos & nō estis calefacti. Vide ēt de hoc infra in dictiōe יָחַם Iachā. Et inde חוֹם Chom.idest calor.estus.feruor. vt Geñ.8.Frigus.& estus.Et in eodem.18.In ipso feruore diei. Nee.7. Vsq; ad calorem solis.Iob.24.Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium.Hiere.51.In calore eorum ponam potus eorum.Et inde.חַם Cham.i.calidus.vt Ios.9.Calidos assumpsimus panes.1.Reg.21.Vt ponerentur panes calidi. Iob.37.Nonne vestimenta tua calida sunt.Et inde חַמָּה chāma.idest sol.eo quod calefacit.Canti.6. Electa vt sol. Esa. 24.Et confundetur sol.Et in eodem.30.Et erit lux lune sicut lux solis.Ponitur etiam חַמָּה Chāma pro calore. vt Ps. 18.Nec est qui se abscondat a calore eius. Et dicunt aliqui hebrei q̄ inde deriuatur חוּם Chum:de quo supra diximus significare nigrum siue ruffum.

חֶמְאָ Chema. Butyrum. & scribitur in singulari cum he vel tau in fine & dicitur חֶמְאָה Chema siue חֶמְאַת Chemath.vt Geñ.18.Tulit quoq; butyrum & lac.Deut.32. Butyrum de armento & lac de ouibus.Iudi.5. In phiala fortium obtulit butyrum.Esa.7. Butyrum & mel comedet. Scribitur etiam aliquando sine aleph.vt Iob.29.Quando lauabam pedes meos butyro.vbi ponitur חֵמָה Chema pro חֶמְאָה Chema.& pluraliter declinatur sicut nomina feminina.vt Ps.54.Diuisi sunt ab ira vultus eius.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Nitidius butyro os eius.Hebrei vero legunt pluraliter.scilicet lenificauerunt plusquam butyrū os eius.De quo dictum est supra in dictione חָלָק chalac.

חָמַד Chamad. Concupiscere. Desiderare. vt Exo.20. Non concupisces domum proximi tui. Et in eodem Nec desiderabis vxorem eius. Et in eodem.34. Nullus insidiabitur terre tue. Pro quo hebrei legunt. Nullus concupiscet vel desiderabit terram tuam. Deutero. 7.Nō cōcupisces argentū & aurū de quibus facta sunt.Ios. 7.Et cōcupiscēs abstuli & abscōdi.Prouer.12. Desideriū impii monumentū est pessimorū.Pro quo he.le. Desiderat siue cōcupiscit impius venari pessimos.Potest ēt legi sicut ē in lr̄a nr̄a: sicut infra dicetur in dictiōe מָצַד Masad.Canti.2 In vmbra illius quē desiderauerā sedi. & īde חֶמֶד Chémed siue חֶמְדָּה Chemda.i.cōcupiscētia.cupido. desiderium siue desiderabile.Ps.105.Pro nihilo habuerūt terrā desiderabilem.Esa.32.Plangite super regione desiderabili.Hiere.12 Dederūt portionē meā desiderabilē in desertū. Dañ.11.Et erit in cōcupiscētia feminarū. Ezech.23. Iuuenes cupidinis vniuersos. Osee.13.Ipse deripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.Zach.7.Et posuerūt terrā desiderabilē in desertum.Ponitur ēt pro desiderato.vt Aggei.2.Et veniet desideratus cunctis gentibus.& inde חָמֻד Chamud.i. desiderabile.& in plu.חֲמֻדִים Chamudim: siue חֲמֻדוֹת Chamudoth.i.desiderabiles vel desiderabilia.vt Ps.38. Et tabescere fecisti sicut araneam animā eius.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Et posuisti quasi tineā desiderabilia eius.& in hebreo scribitur in predicto loco singulariter.s.desiderabile eius.Esa.44.Et amantissima eorū nō p̄derūt eis.i.desiderabilia eorū.Dañ.9. Quia vir desideriorū es.Et in eo.10.Et panē desiderabilē nō comedi.Ponitur ēt p̄ optimo vel valde bono.vt Geñ.27.Et vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi. 1. Reg.9.Et cuius erunt optima queq; israel. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַחְמַד Machmad.& in plurali מַחְמַדִּים Machmadim siue מַחֲמַדֵּי Machamade Canti.5. Et totus desiderabilis.et Ezech.24. Ecce ego tollo a te desiderabile oculorū tuorū. & Osee.9. Desiderabile argentū eorū. Threñ.1.Omnium desiderabilium suorum que habuerat.Et in eo.Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia sua.Et in eo.Dederunt preciosa queq; pro cibo. i.desiderabilia queq;.Ioel.3.Et desiderabilia mea pulcherrima intulistis in delubra vestra.scribitur ēt cum nū in principio & dicitur נֶחְמָד Nechmad.i.desiderabile. Geñ.3. Aspectuq; delectabile.Pro quo he.le.Et desiderabile ad intelligendū siue intellectui.Prouer.21. Thesaurus desiderabilis & oleum in tabernaculo iusti.Et in plu. נֶחֱמָדִים Nechemadim.p̄s.18.Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum.

חָמָה Chama.socer.socrus.murus.vt Geñ.38. Nunciatū est thamar q̄ socer illius ascenderet in thānath.Et in eo. Misit ad socerū suū.Reperitur ēt fe.ge.pro socru .vt Ruth. 1.Orpha osculata est socrum suā.Mich.7. Nurus cōtra socrum suam.Item חֹמָה Choma.i.murus.Ios.2.Dom9 enim eius herebat muro.1.Reg.25.Pro muro erant nobis.2.Re. 11.Quare accessistis ad murū.Canti.8.Si murus est edificemus super eum propugnacula argentea. Et in eo.Ego murus.Et in plu.חוֹמוֹת Chomoth.i.muri.vt Deut.28.Et destruantur muri tui firmi atq; sublimes.& Canti.5.tulerūt pallium meū custodes murorū.Esa.49. Muri tui coram oculis meis semper.Et in eo.60.Et edificabūt filii peregrinorum muros tuos.Et in eo.Et occupabit salus muros tuos.Inuenitur ēt חוֹמֹתַיִם Chomothaim p̄ duobus muris: sicut & alia nomina in aim desinētia que cōiter significāt dualē numerū.vt Esa.22.Et lacū fecistis inter duos muros.Itē חַמָּה chama.i.sol siue calor.De quo vide supra in dictione חָמַם Chamam.Item חֵמָה Chema.i.furor.ira.De quo vide infra in dictione יָחַם Iacham.Item חֵמָה chema.i.butyrum.vt Iob.29 Quando lauabam pedes meos butyro. De quo vide supra in dictione חֶמְאָ Chema cum aleph. Quia cōmuniter scribitur cū littera aleph excepto in loco predicto.

חֹמֶט Chómet.Genus serpentis vel animalis īmundi. pro quo beatus hieronymus transtulit lacertam,vt Leuit. 11.Lacerta & talpa omnia hec immunda sunt.

חָמַל Chamal.misereri.parcere.indulgere.Exo.2. Cernēsq; paruulū vagientē miserta eius ait.Deut.13.Vt miserearis & occultes eū.2.Reg.12.parcens ille sumere de ouibus & bobus suis.Et in eo.Eo quod fecerit verbum istud & nō pepercit.Et in eo.21.pepercitq; rex miphiboseth filio saul.Hiere.13.Nō parcā & nō concedā.Et in eo.15.Quis enim miserebitur tui hier̄lm.Et in eo.21.Nō parcet neq; miserebitur.Et in eo.50.Nō parcatis iaculis. Et in eo.51.Nolite parcere iuuenibus eius.Ezech.16. Vt faceret tibi vnum ex his misertus tui.Malach.3.Et parcam eis sicut parcit vir filio suo.Et īde חֶמְלָה Chemla.i.miseratio siue mīa.vt Geñ. 19.Eo qd̄ parceret dn̄s illi.p̄ quo he.le. In miseratiōe dn̄i sup eū.Ponitur ēt p̄ indulgētia.vt Esa.63. In dilectiōe sua & indulgentia sua ipse redemit eos. Scribitur etiā cū mem in principio & dicitur מַחְמָל Machmal.vt Ezech.24.Et super quo pauet aīa vestra.pro quo he.le.Et super miserationem siue indulgentiam anime vestre. idest super illud cui anima vestra miseretur & indulget.

חַמָּן Chaman.Simulachrū.& solū inuenitur ī numero plurali.vt Leuit.26.Et simulachra vestra confringam.2. Paralip.34.Et simulachra que supposita fuerant demoliti sunt.Et dicūt aliqui hebrei q̄ deriuatur a supradicta dictione חַמָּה Chama.que significat solem & q̄ erant simulachra siue imagines solis.Ponitur etiam pro delubris.vt Ezech. 6.Et conterentur delubra vestra.

חָמַס Chamas.Iniq; vel iniuste agere. Iniq; opprimere.ledere. Dissipare.contēnere.polluere.Geñ.16.Iniq; agis cōtra me.Iob.21.Et sententias cōtra me iniquas. p̄ quo he.le.Et cogitationibus contra me iniq; vel iniuste agitis. s.cogitādo de me mala.Ezech.22.Neq; opprimatis iniq;. Itē ponitur pro ledere vel dissipare.vt Iob.15. Ledetur q̄si vinea in primo flore.Prouer.8.Qui aūt in me peccauerit ledet animā suā.Threñ.2.Et dissipauit quasi hortū tētoriū suū.Ponitur ēt p̄ contēnere.vt Ezech.22. Sacerdotes eius cōtempserūt legē meā.Itē ponitur pro polluere.Hiere. 13.Pollute sunt plante tue.Et inde חָמָס Chamas.i. Iniquitas.iniustitia.iniuria.oppressio.Geñ.6. Et repleta est iniquitate.2.Reg.22.De iniquitate liberabis me.Ps.71. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum.Ponitur etiam p̄ mendaci.vt Deut.19.si steterit testis mendax contra hominem.idest testis iniquitatis. & in plurali.חֲמָסִים Chamasim Ps.139.Ab hominibus iniquis eripe me.Et inde תַּחְמָס thachmas.Quod significat quodam genus auis īmunde: quā translatio nostra noctuam vocat.vt Leuit.11. Struthionem & noctuam & larum.

חָמֵץ Chames.fermentare.vt Exo.12.Tulit igitur populus conspersam farinā anteq̄; fermentaretur.Et in eodē. Neq; enim poterat fermentari.Leuit.6.ideo nō fermētabitur.Osee.7.Donec fermentaretur totum.& inde חָמֵץ Chames.i. fermentū.siue fermētatū.vt Exo.12.Quicūq; comederit fermentum peribit anima illa ex israel. Et in eo.23. Non immolabis super fermento sanguinem victime mee. Leuit.2.Omnis oblatio que offertur domino absq; fermento fiet. Leuit.7.Panes quoq; fermentatos. Amos.4. Et sacrificare de fermentato laudem.idest sacrificiū laudis. Scribitur etiā cū littera mem in principio & cū tau in fine & dicitur מַחְמֶצֶת Machméseth.vt Exo.12. Qui comederit fermentatum peribit anima eius.Et in eodem.Omne fermentatū nō comedetis.Et inde חֹמֶץ Chómes.i.acetum. vt Num.6. Acetum ex vino & ex qualibet alia potione.

Ps.68.Et in siti mea potauerũt me aceto.& ide verbũ חָמֵץ Chames.i.exacerbari siue cõtrahi.vt Ps.72. Quia inflammatũ est cor meũ.Pro quò beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trãstulit quia contractũ est cor meũ . Item חָמֵץ Chomes.i.nocens siue iniquus.vt Ps.70. De manu contra legem agentis & iniqui.pro quo btũs hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.De manu iniqui & nocentis.& inde חָמוֹץ Chamos.i.oppressus. Esa.1.Subuenite oppresso.Itẽ חָמִיץ Chamis.i.pabulũ.Pro q̃ btũs hieronymus trãstulit.Migma.vt Esa.30.Cõmixtum migma comedent.hebrei tamen dicunt ꝙ in p̃dicto loco sigñat granũ frumẽti purum & mundũ.Itẽ חָמוּץ Chamus.i.tinctus.Esa.63.quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra.

חָמַק Chamac. Diuertere.declinare.vt Canti.5.At ille declinauerat.Hiere.31. Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga.Pro quo he.le. Vsquequo diuertes siue declinabis .s.a via recta filia vaga:siue filia aduersatrix. & inde חַמּוּקֵי Chamuce . Pro quo beatus hieronymus transtulit iuncturas.vt Canti.7.Iuncture femorum tuorum sicut monilia.

חָמַר Chamar.Turbare.intumescere.vt Ps.45 . Sonuerũt & turbate sunt aque eorũ.pro quo beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Sonantibus & intumescentibus gurgitibus eius.Et aliqñ duplicatur lr̃a mem & lr̃a res & dicitur חֳמַרְמַר Chomarmar.vt Iob.16.Facies mea intumuit a fletu .Threñ.1.Conturbatus est venter meus. Item חֵמָר Chemar.bitumẽ.vt Geñ.11.Habuerunt lateres pro saxis & bitumen pro cemento.Et in eo.14. vallis aũt siluestris habebat puteos multos bituminis. Inde verbum bituminare . Exo.2.Et liniuit eã bitumine ac pice.vbi ponitur nomen & verbũ ab eo deriuatum.s. bituminauit eam bitumine ac pice.Item חֹמֶר Chómer.i. lutum siue cementũ ex calce & arena cõmixtũ:siue aceruus : aut corus.vt Exo.1.Operibus duris luti & lateris.Iob.10.Memẽto queso ꝙ sicut lutũ feceris me.Et in eo.38.Restituetur vt lutũ signaculũ.Esa.64.Nos vero lutũ:& fictor noster tu. Abach.3.In luto aquarũ multarũ.Potest etiam legi . Coaceruationẽ siue cõgregationẽ aquarũ multarũ . Iuxta illud Ps.32.Cõgregans quasi in vtre aquas maris . Ponitur etiã pro cemento.vt Geñ.11.Et bitumen pro cemento . Sigñat ẽt aggerẽ siue aceruũ.vt Exo.8.Congregauerũt eas in immẽsos aggeres.Item חֹמֶר Chómer.corus genus mensure. vt Esa.5.Et triginta modii sementis facient modios tres. Pro quo he.le.Corus sementis faciet ephi. Et est idem sensus.Nam corus cõtinet triginta modios:& ephi est decima pars cori.vt Ezech.45.Vt capiat decimã partẽ cori batus & decimã partẽ cori ephi.Osee.3.Quindecim argenteis & coro hordei.Item חֲמוֹר Chamor.i.asinus.vt Geñ.22.Strauit asinũ suũ.Et in eo.49.Isachar asinus fortis . Deut . 28. Asinus tuus rapiatur coram te.Iudi.15.In maxilla asini in mãdibula pulli asinarũ deleui eos: & percussi mille viros. Pro quo aliqui hebrei legũt sic. in maxilla asini coaceruatio aceruorũ.s.percussa est de philisteis.sequitur. In maxilla asini percussi mille viros.Quia vt dictũ est asinus & aceruus eisdem litteris scribitur in hebreo . De quo vide Burgeñ .in additionibus super predicto loco .1. Reg.16 .Tulit itaq; Isai asinũ plenũ panibus.Et ĩ hebreo nõ habetur plenum sed sic.Tulit itaq; isai asinũ panũ.i.onustũ siue plenũ panibus sicut est in littera nr̃a.4.Reg.6.Caput asini octoginta argenteis venderetur.& in plur: חֲמֹרִים Chamorim . i.asini.vt Geñ.12.Fuerũtq; ei oues & boues & asini .Et inde dicunt hebrei ꝙ deriuatur יַחְמוּר Iachmur.Pro quo beatus hieronymus trãstulit bubalũ.Deut.14. Ceruũ & capream & bubalum.Hebrei dicunt ꝙ significat quoddã genus

חָמֵץ Contrahi. חָמַס Iniquus. Nocens. חָמוֹץ Oppress⁹. חָמִיץ Migma. חָמוּץ Tinctus. חָמַק Declinare חַמּוּקֵי Iuncture. חָמַר Turbare. intumescere. חֳמַרְמַר intumescere. חֵמָר Cõturbare Bitumen. חֹמֶר Lutum Cementũ Agger. חֹמֶר Corus. חֲמוֹר Asinus. חֲמֹרִים Asini. יַחְמוּר Bubalus.

ceruorũ.Item חֶמֶר Chémer.vel חֲמַר Chámar.i.vinum siue merũ.vt Deut.32.Et sanguinem vue biberent meracissimum.Ps.74.Quia calix in manu dñi vini meri.i.optimi plenũ.Esa.27.In die illa vinea meri cantabitur ei.Et in lingua chaldaica scribitur aliqñ cum aleph in fine & dr̃ חַמְרָא Chamra.Dañ.5.precepit ergo iam temulentus.p q̃ he.le. Precepit in gustu vel sapore vini.& in eo . Bibebant vinũ.

חָמֵשׁ Chames.quinq;.vt Esa.43 , Ita vt quinq; partibus excederet.Et in eodẽ.45.Adhuc enim quinq; anni residui sunt.1.Reg.25.Et quiq; arietes coctos.Esa.19.Erũt quinq; ciuitates in terra egypti.Et in genere masculio scribitur cũ he in fine & dicitur חֲמִשָּׁה Chamissa .contra morem aliorũ nominũ.Geñ.14.Quattuor reges contra quinq;.Et in eo.47.Extremos quoq; fratrum suorũ quinq; viros constituit.Et similiter alia nomina numeralia a tribus vsq; ad decem seruant predictũ ordinem: ꝙ in genere masculino assumunt he in fine.vt infra in suis locis dicetur.inde verbum חִמֵּשׁ Chimes.i.quintam partem tulit.Siue quintam partem imposuit.ac si diceremus quintauit :sicut a decem dicitur decimauit.vt Geñ.41.Et quintã partẽ fructuũ cõgreget in horrea.Pro quo he.le.Et quintet terrã egypti. Et est sensus sicut in lr̃a nr̃a.Inde חֲמִישִׁי Chamisi .i.quĩtus. vt Geñ.1.Et factũ est vespere & mane dies quintus . & inde חֹמֶשׁ Chómes siue חֲמִישִׁית Chamisith.i.quinta .s. pars . vt Geñ.47.Quintam partem regi dabitis.Et in eo . In vniuersa terra egypti regibus quinta pars soluitur. Leuit.5.& quintã partẽ ponet.Et in eo.Et quintã desuper partẽ dño cui damnũ intulerat. Nu.5.Quintãq; desuper ei in quem peccauerit . Accipitur etiam חֲמִישִׁית Chamisith p quiquãgulato.i.pro re quinq; angulorũ.3.Reg.6. Postesq; angulorũ quinq;.i.quin quãgulati.Sicut in eo.dicitur quadrangulati.Et inde חֲמִשִּׁים Chamisim.idest quiquaginta. Geñ. 18.Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate . Et inde quinquagenarius dicitur שַׂר חֲמִשִּׁים Sar chamisim . idest princeps quinquaginta.vt Exo.18.Et cõstitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos . Pro quo in hebreo legitur.Principes milliũ & principes cẽtum & principes quinquaginta & principes decem : scilicet virorum. Et inde חֹמֶשׁ Chómes.Pro quo beatus hieronymus transtulit inguen.2.Reg.2.Percussit ergo eum abner auersa hasta in inguine.Et in eo.3.Et percussit eum ibi in inguine & mortuus est.Et in eo.4 . Et percusserunt eum in inguine.Et vt dicit nicolaus de lyra eĩt locus in corpore humano post quintam costam vbi pendent membra vitalia.Et quia arma bellica sunt fabricata cum costis & iuncturis ferreis ad similitudinem humani corporis & protegunt hominẽ vsq; post inguen: inde dicitur חֲמֻשִׁים Chamusim .i .armati.vel quia homines armati procedebant ordinatim quinqueni ad bellum.Exo.13.Et armati ascenderunt filii israel de terra egypti.Et Iof.1.Vos ãt trãsite armati añ fr̃es u r̃os.

חֵמֶת Chemath.siue חֵמֶת Chémeth. Lagena . hydria . vter. Geñ.21.Et tollẽs panem & vtrem aque imposuit scapule eius.& in eo.Cũq; cõsumpta eẽt aqua in vtre. Osee.7 Ceperũt pricipes furere a vino. Pro q̃ he.le.Ceperũt pricipes lagenã siue vtrẽ vini:vel de vino.pòt ẽt sigñare irã siue furorẽ sicut est in lr̃a nr̃a.vt Iob.21.Et de furore oipotẽtis bibet. De quo vide infra in dictiõe יָחַם Iacham . Ponitur ẽt pro felle. Deut.32.fel draconũ vinũ eorũ. Abach . 2. Ve qui potũ dat amico suo mittẽs fel suũ. Sed ẽt in predicto loco hebrei dicũt q̃d sigñat hydriam siue vtrem.

חֵן Chen. Gratia. De quo vide in dictione sequenti.

חָנַן Chanan .misereri.gratificari. donare.s.per gratiã .dep̃cari.orare. Geñ.43.Deus inquit misereatur tui fili mi.

חֶמֶר Vinum. Merum. חַמְרָא Vinum חָמֵשׁ Quinq;. חִמֵּשׁ Quintare. Quintam partem tollere. חֲמִישִׁי Quintus. חֹמֶשׁ quinta ps חֲמִישִׁית Quinquãgulati. חֲמִשִּׁים Quinquaginta. Quinquagenarii. חֹמֶשׁ Inguen. חֲמֻשִׁים Armati. חֵמֶת Vter Lagena. Furor. Fel. חֵן חָנַן Misereri.

Exo.33.Et miserebor cui voluero . Pro quo in hebreo habetur . Et miserebor cui miserebor:siue cui misertus sum. Vnde in epistola beati pauli ad Romanos.cap̃.9. Sic habetur.Moysi enim dicit miserebor cui misertus sum . & scribitur in predictis locis p simplicẽ nun:sicut & in aliqbus aliis sequẽtibus. Iudi.21.Misereminí eorũ. Iob.19.miseremini mei miseremĩ mei saltẽ vos amici mei.Ps.6.Miserere mei de⁹qm̃ infirm⁹ sum.Ps.25.Audiuit dñs & misertus ẽ mei. Ps.30.miserere mei dñe qm̃ tribulor. p̃s.36. Iustus aũt miseretur & tribuit.Ps.66.Deus misereatur nr̃i. Ps.76 . Aut obliuiscetur misereri deus.Ps.101. Quia tempus miserendi eius.Prouer.14.Qui aũt miseretur pauperi beatus . Et in eo.19.Feneratur aũt dño qui miseretur paupis . Esa.26. Misereatur impio & nõ discet iustitiã.Et in eo.30. Propterea expectat dñs vt misereatur tui . Et in eo. Miserans miserebitur tui.Et in eo.33.Dñe miserere mei. Amos.5.Si forte misereatur dñs deus exercituũ.Malach.1.Et nunc deprecamini vultum dei vt misereatur nostri . Sigñat ẽt donare vt Geñ.33.Quos donauit deus seruo tuo.Et in eo. Et quã donauit mihi deus tribuens oĩa.Ps.118.Et de lege tua miserere mei.Pro quo btũs hieronymus ĩ psalterio iuxta he. ve.transtulit.Et legem tuã dona mihi. Et quãdo est verbũ quarte coniugationis tunc sigñat deprecari siue orare.aut quasi per gratiã vel misericordiam petere.vt Geñ.42.Cũ q; deprecaretur nos.Deut.3.Deprecatusq; sum dñm. Iob. 19.Ore proprio deprecabar illũ.Et in eo . Et orabam filios vteri mei.Et qa ille qui orat vl' deprecatur submisse loqtur:ideo ponitur in nr̃a translatione p submisse loqui.Prouer.26.Quãdo submiserit vocem suã nec crederis ei. Itẽ ponitur p ingemiscere.vt Hiere.23. Quomodo cõgemuisti cũ venissent tibi dolores . Sed etiã in predicto loco hebrei legunt.Quõ deprecata es cũ venissent tibi dolores.vl' sic.Quã gratiã siue quã misericordiã habuisti cũ venissent tibi dolores.Inde חֵן Chen.i.gr̃a Geñ.18.Si inueni gratiã in oculis tuis ne transeas seruũ tuum.Et in eo.39 . Et dedit ei gratiã in conspectu principis carceris.Exo.3.Daboq; gratiam populo huic.Et in eo.12.Dñs autem dedit gratiã populo corã egyptiis.Et aliqñ scribitur cũ littera iod ĩ medio & dr̃ חִין Chin. De quo supra dictũ est in suo loco . & inde חֲנִינָה Chanina.i.misericordia siue gratia . Pro quo beatus hieronymus transtulit requiẽ.Hiere.16.Qui nõ dabũt vobis requiẽ.& inde תְּחִנָּה Thechina.i.clementia.mĩa.gratia. deprecatio siue obsecratio.aut preces. vt Iof.11. Et non mererentur vllam clementiam.3.Reg.8. Respice ad orationẽ serui tui et ad preces eius.Et in eodem. Et exaudies in celo orationes eorum & preces eorum. Et in eodem. Sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui & populi tui. Hiere. 38. Prostrabam ego preces meas coram Rege. Declinatur etiam pluraliter תַּחֲנוּנִים Thachanunim siue תַּחֲנוּנֵי Thachanune.secundum formam nominum masculinorum. vt Ps.27. Quoniam exaudiuit vocẽ deprecationis mee. Ps. 129.Fiant aures tue intendentes in vocẽ deprecatiõis mee. Prouer.18.Cum obsecrationibus loquitur pauper . Hiere. 31.Et in misericordia reducam eos.Zach.12 . Spiritum gratie & precum.Reperitur etiam תַּחֲנוּנוֹת Thachanunoth . secundũ formã noĩum femininorũ.vt Ps.85. Et intende uoci deprecationis mee. Inde חִנָּם Chinam.i.gratis siue gratuito aut frustra: supuacue.Geñ.29.Num quia frater meus es gratis seruies mihi.Exo.21.Egredietur gratis absq; pecunia.Nu.11.Recordamur pisciũ quos comedebamus in egypto gratis.Ps.34.Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui.Et in eo. Superuacue exprobrauerũt animam meam.Prouer.1.Frustra ei iacitur rete ante oculos

Donare. Deprecari Orare. Submisse loqui. Ingemiscere. חֵן Gratia. חֲנִינָה Requies. תְּחִנָּה Clemẽtia. Preces. deprecatio תַּחֲנוּנִים deprecatio Obsecrationes. Mia. Preces. תַּחֲנוּנוֹת חִנָּם Gratis. Supuacue Frustra.

pẽnatorũ. Malach.1.Et nõ incẽdat altare meum gratuito.

חָנָה Chana.castrametari.castra ponere. manere. expugnare.obsidere.circũdare.scilicet castris obsidentiũ. Exo. 13.Castrametati sunt in etham.Et in eo.14. Reuersi castrametentur e regione phiairoth. Et in eo.in conspectu eius castra ponetis super mare.Et in eo.15 . Et castrametati sũt iuxta aquas.Et in eo. 9.Castrametati sunt in eodem loco. Et in eo. Ibiq; israel fixit tentoria.Pro quo hebrei legunt. Et mansit ibi israel. Iudi.11.Et castrametatus est trans Arnon.Et in eo.19.Mane apud me etiam hodie.Pro quo he. le.Manete obsecro:ecce dies manendi vel quiescẽdi .s. est. eo quod iam tendebat ad occasum.vt supra in eodem dicitur.1.Reg.4.Et castrametatus est iuxta lapidem adiutorii. Et in eo.Porro philistiim venerũt in aphec.Pro quo he.le. Et philistiim manserũt siue castrametati sunt in aphec. Et in eo.13.Et ascendentes castrametati sunt in machmas.Et in eo.17.Castrametati sunt inter sochoth & azecha. Ponitur etiam pro obsidere vel expugnare aut circũdare . s. castris obsidentium.2.Reg.12.Et obside ciuitatem & cape eã 3.Reg.16.Porro exercitus obsidebat gebbeton.2. Paralip. 32.Et obsedit ciuitates munitas volens eas capere . Ps.26. Si consistant aduersum me castra.idest si obsederint vel castrametati fuerint aduersum me Esa.29. Ve ariel ariel ciuitas quã expugnauit dauid.& potest etiã legi. Ciuitas in qua mansit vel in qua habitauit dauid. Et in eodẽ. Et circundabo te quasi spheram Zach.8 . Et circundabo domum meam ex iis que militant mihi . Et inde תַּחֲנוֹת Thachanoth . idest mansio siue castrametatio.4.Reg.6 . In loco illo & illo ponamus insidias.Pro quo hebrei legunt.In loco illo & illo mansio mea:scilicet erit ad insidiandum . Et inde מַחֲנֶה Machane.idest castrametatio.Siue castra.aut turma.circumuallatio.Et est vtriusq; generis tam in singulari quã in plurali.vt Geñ.32.Castra dei sunt hec.Et in eodem. Si venerit esau ad vnam turmam & percusserit eam:alia turma que reliqua est saluabitur. Et in eodem.Ipse vero mansit nocte illa in castris . Nu.2 . In castris filiorum ruben ad meridianam plagam. Deut.23.Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum . Et in plurali מַחֲנִים Machanim:siue מַחֲנַיִם Machanaim secundum formam masculinorum:aut מַחֲנוֹת Machanoth secundum formam femininorum.idest turme.castra.agmina.vt Geñ.32 . Et appellauit nomen loci illius Mahanaim.idest castra. Et in eodem. Et diuisit populum in duas turmas.Et in eodem.Et nunc cum duabus turmis regredior.Nu.10 . Quando mouenda sunt castra.Et in eodem.13. Vrbes quales:murate an absq; muris.pro quo hebrei legunt. Vrbes quales in quibus habitant:si in castris an in munitionibus . & est sensus sicut in littera nostra.1.Reg.17 . Congregantes autem philistiim agmina sua.Et in eodem.29.Congregata sunt ergo philistiim vniuersa agmina.Canti.6.Quid videbitis in sunamite nisi choros castrorũ.Et inde חֲנִיּוֹת Chanuioth .idest mãsiones parue.siue habitacula ad pernoctandum secundum hebreos.Pro quo beatus Hieronymus transtulit ergastulum.Hiere.37.Itaq; ingressus est Hieremias in domũ laci.& in ergastulum . Et inde חֲנִית Chanith. idest lancea siue hasta.vt.1.Reg.17.Hastile autem haste eius erat quasi liciatorium texentium.Et in eodem . Ipsum autem ferrum haste eius . Et in eodem.18.Tenebat autem saul lanceam . Et in eodem . 19 . Nisusq; est saul configere dauid lancea.1. Reg. 22 . Hastam manu tenens . Et in eodem. 26. Ecce hasta regis . 2 . Reg . 23 . Ipse est qui leuauit hastam suam . Et in plurali . חֲנִיתִים Chanithim secundum formam masculinorum : siue חֲנִיתוֹת Chanithoth

Gratuito. חָנָה castrametari. Castra ponere. Manere. Obsidere. Expugnare circundare. תַּחֲנוֹת castrametatio. מַחֲנֶה castra. Turma. מַחֲנִים מַחֲנוֹת Castra. Turme. Agmina. חֲנִיּוֹת Ergastulũ חֲנִית Hasta. Lancea. חֲנִיתִים חֲנִיתוֹת

secundum formam femininorum.vt.2.Paralipo.23.Dedit q ioiada sacerdos centurionibus lanceas clipeosq. Esa.2. Et lanceas suas in falces.

חנט Chanat. condire.s.aromatibus :sicut in corporibus mortuorũ fieri solet vt seruentur a putrefactione.pro ducere.proferre.vt Gen.50.Precepitq seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem suum. Et in eo. Quibus iussa complentibus.Pro quo hebrei legunt.Et condierunt medici israelem.Et in eodem. Iste quippe mos erat cadauerum conditorum.Et in eo.Et conditus aromatibus repositus est in loculo.Itẽ חנט Chanat.i. producere.proferre.s. quando arbor profert primos fructus: vel qñ ficus profert grossos suos.Canti.2.Ficus protulit grossos suos. Et inde dicunt aliqui q deriuatur חטה Chita.i.triticum vel frumẽtum:eo qđ in lingua chaldaica dicitur חנטין Chintin.vt Esdre.6. Frumentum sal vinum & oleum.Et de hoc vide supra in dictione חטה Chita.

חנך Chanach.Initiare.dedicare.erudire.ibuere. s. primis rudimentis.Deut.20. Quis est homo qui edificauit domum & non dedicauit eam.Et in eo.Et alius dedicet eã. 3.Reg.8.Dedicauerunt templũ dñi rex & filii israel. Inde חנכה Chanucha.i.dedicatio.vt Nu.7. Hec in dedicatione altaris oblata sunt.Et in titulo.ps.30.Psalmus cantici in dedicatione domus.Item חנך Chanach.erudire.siue imbuere.scilicet primis elementis vel a primis moribus. vt Prouer.22.Prouerbium est:adolescens iuxta viã suã: etiam si senuerit nõ recedet ab ea.pro quo hebrei legunt. Erudi siue imbue adolescentem iuxta viam suam: etiam si senuerit non recedet ab ea.Et inde חניכים Chanichim. idest eruditi siue imbuti legibus domus. Pro quo beatus Hieronymus transtulit expeditos.vt Gen.14.Numerauit expeditos vernaculos suos.

חנם Chinam.Gratis siue gratuito.superuacue.frustra. De quo vide supra in dictione חנן Chanan.

חנמל Chanamal.pruina.Ps.77.Et moros eorũ in pruina sed btũs hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trãstulit frigus.Hebrei tamen dicunt q significat speciẽ grãdinis.Et solum inuenitur in predicto loco.

חנף Chanaph.polluere.maculare.simlare.hypocritã esse. seducere. Accipere personam.Nu.35.Ne polluatis terram habitationis vestre.Et in eo. Que insontium cruore maculatur.Ps.105.Et interfecta est terra in sanguinibus.p quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trãstulit. Et polluta est terra in sanguinibus.Et ẽt in trãslatione nr̃a fortasse debet legi infecta p iterfecta.Esa.24.Et terra iterfecta ẽ ab hitatoribus suis.vbi silr p interfecta debet legi infecta.i.polluta siue vitiata aut cõtaminata.Hiere.3. Nunqd nõ polluta & cõtaminata erit terra illa.& in eo. Et polluisti terrã in fornicatiõibus tuis.Et in eo.23. Propheta naq & sacerdos polluti sunt.Dañ.11.& ipii in testm̃ simulabũt fraudulẽter.& inde חנפה Chanupha.i.pollutio vel cõtaminatio Hiere.23.A pphetis hilm egressa est pollutio sup oẽm terrã.Et inde חנף Chaneph.i.hypocrita.simulator. fallax. vt Iob.8.Spes hypocrite peribit.& in eo.15.Non ei veniet in cõspectu eius oĩs hypocrita.Et in eo.15.Cõgregatio ei hypocrite sterilis.Et in eo.20.& gaudiũ hypocrite ad instar pũcti.Et in eo.34.qui regnare facit hoiem hypocritam pp pctã populi.Et in eo.36.Simulatores & callidi puocãt iram dei.Ps.34.tẽtauerũt me subsãnauerũt me.Pro q btũs hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trãstulit.In simulatione verborũ fictorũ.& in he.legitur in pl.i.s.in simulatoribo vl simulatiõibus.Esa.9.Quia oĩs hypocrita est & nequã. Et in eo.10.Ad gentẽ fallacẽ mittã eum.Et in eo.33. Possedit timor hypocritas.Et inde חנף Chóneph.i. hypocrisis vel simulatio.vt Esa.32.Vt perficiat simulationem.

חנק Chanac.strangulare.necare.laqueo suffocare. 2.Reg.17.Disposita domo sua suspẽdio iteriit.i.laqueo se suffocauit.Iob.7. Quam ob rem elegit suspendium anima mea.Naum.2.Et necauit leonibus suis.

חסד Chesed.misericordia.beneficiũ.gratia.Gen. 21. Hãc miam facies mecũ.& in eo. Iuxta miam quã feci tibi facies mihi.Et in eo.47.Et facies mihi miam & veritatẽ. Exo.15.Dux fuisti in misericordia populo quẽ redemisti. Et in eo.34.Faciens misericordiã in millia.Deut.7.Custodiens pactũ & miam.2.Reg.16.Hec est inquit gratia tua ad amicũ tuum.Iob.6.Qui tollit ab amico miam.Ps.25.qm mia tua ante oculos meos est.Ps.88.Misericordias dñi in eternũ cantabo.& in eo.qm dixisti in eternũ mia edificabitur.Prouer.3.Misericordia & veritas non te deserant. Esa.16.Et preparabitur in mia solium.Et in eo. 57. Et viri miẽ colliguntur.Ione.2.Misericordiam suã derelinquũt. i.nõ recordãtur beneficiorum tanq ingrati. Et inde חסיד Chasid.i.misericors.sanctus.benignus.benefaciens.siue q est in statu gratie.Ps.4.Qm mirificauit dñs sanctũ suum. Ps.11.quoniã defecit sanctus.Ps.15. Non dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ.Et inde verbũ חסד Chasad.i.sanctum vel misericordem esse.Ps.17.Cum sancto sanctus eris.vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum.Item חסד chasad.ponitur per antiphrasin pro improperare siue insultare.vt Prouer.25.Neforte insultet te qui audierit. Et inde חסד Chesed.idest improperium siue nefas.vel res nefaria vt.Leuit.20.Nefariam rem operati sunt.Item חסידה Chasida.Nomen auis est immunde. Pro quo beatus hieronymus transtulit porphyrionem.Leuit.11. Onocrotalum & porphyrionem.Hebrei tamen dicunt q signat ciconiam.

חסה Chasa.confidere.fiduciam habere.sperare. protegere.Tutari.Deut.32. Vbi sunt dii eorum: in quibo habebant fiduciam.Ps.5.Et letentur omnes qui sperant in te Ps.16.Qui saluos facis sperantes in te.Ps.30.In te dñe speraui.Ps.35.In tegmine alarum tuarum sperabunt.Ps.56. Quoniam in te confidit anima mea.Et in eodem. Et i vmbra alarum tuarum sperabo.Ps.63.Letabitur iustus in domino:& sperabit in eo.Prouer.14.Sperat autem iustus in morte sua.Esa.14.Et in ipso sperabunt pauperes populi eius.Naum.1.Et sciens sperantes in se. Soph.3. Et sperabunt in nomine domini.Item significat protegere vel tutari.vt Iudi.9.Venite & sub vmbra mea requiescite.i. ptecti & securi estote.Ps.60.Protegar in velamento alarũ tuarũ.ps.90.Et sub pennis eius spabis.i.ptegeris.& ide חסות Chasuth.i.fiducia.Protectio.vt Esa.30. Et fiducia vmbre egypti in ignominiã.Et inde מחסה Machse.i.spes.fiducia. Protectio.ps.45.Deus nr̃ refugiũ & virtus.pro quo beato hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Deus nr̃a spes & fortitudo.Ps.61.Deus adiutor noster in eternũ. pro quo beatus Hieronymus transtulit.Deus spes nostra semper.ps.70.Et tu adiutor fortis.pro quo beatus Hieronymus transtulit.Et tu spes mea fortissime.ps. 90. Dicet domino susceptor meus es tu.pro quo beatus hieronymus trãstulit.Dices dño spes mea.Et in eo.qm tu dñe spes mea.ps 103.Petra refugium herinaciis.i.ptectio siue tutamen herinaciis.Esa.25.Spes a turbie: vmbraculum ab estu.Et in eo.28.quia posuimus mendacium spes nostra.

חסל Chasal.deuorare deuastare.Deu.28.qm locuste deuorabũt oĩa.& ide חסיל Chasil.i.bruchoo.geno locuste.siue rubigo a deuorãdo vl deuastãdo dictũ.vt Esa.33.sicẽ colligitur bruchoo.Iohel.1.residuum bruchi comedet rubigo.

חסם Chasam.claudere siue ligare.s.os.vt Deut.25.Non ligabis os bouis terentis. Ezech.39. Que obstupescere faciet pretereuntes.Pro quo hebrei legunt.Que claudere faciet pretereuntes.s.ora vel nares propter magnitudinem fetoris cadauerum, mortuorum.Sicut exponunt hebrei.& inde מחסום Machsom.i.illud quo aialiũ ora claudũtur.Pro quo translatio nostra habet custodiã.vt.Ps.38.Posui ori meo custodiã.Beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit silentium.

חסן Chósen.fortitudo.potentia.diuitie.opes.vt Prouer.15 Domus iusti plurima est fortitudo.Dañ.4. In robore fortitudinis mee.& aliquando scribitur cum aleph in fine. & dicitur חיסנא Chisna.Dañ.2.Et regnum & fortitudinẽ & imperium & gloriam dedit tibi.Accipitur etiam pro diuitiis vel substantia aut opibus.Esa.33.Diuitie salutis sapiẽtia & scientia.Hiere.20.Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius.Ezech.22.Opes & precium acceperunt.& in de verbũ חסן Chasan.i.thesaurizare.reponere.Esa.23.Nõ condentur nec reponẽtur.& inde חסן Chason.i. fortis siue potẽs.Esa.1.Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppe & opus vim qsi scintilla.pro quo hebrei le.Et erit fortis in stuppã & opus suum qsi scintilla.Amos.2.Et fortis ipse quã quercus.& aliqñ scribitur cum iod in secunda syllaba. & dicitur חסין Chasin.vt.Ps.88.Quis similis tui potens es dñe.Item חסן Chasan in lingua chaldaica significat obtinere vel possidere aut hereditare.Dañ.7.Et obtinebit regnum vsq in seculum.Et in eo.Et regnũ obtinebũt sancti.i. possidebũt.

חסף Chasaph siue חספא Chaspa.in ligua chaldaica significat fictile siue testam.Dañ.2. Quedã aũt fictilis. & in codẽ.Tunc contrita sunt pariter ferrum:testa.

חספס Chasphas. minutum siue contusum.& additur ista mem in pricipio & dicitur מחספס Mechuspas.Pro q btũs Hieronymo transtulit.Quasi pilo cõtusũ.Exo.16 Apparuit in solitudine minutum & quasi pilo cõtusum.& solum inuenitur in predicto loco.& dicunt aliqui hebrei q significat rotundũ.In translatione chaldaica habetur quasi decorticatum.

חסר Chasar.deesse.deficere.indigere.diminui.vt Gen.8. Et ceperunt minui post centum quinquaginta dies. Et in eodem. At vero aque ibant & decrescebant.i. deficiebant vel minuebantur.& in eodem.18.Quod si mino quinquaginta iustis quinq fuerint.Pro quo hebrei legũt.Si forte deficiãt de quinquaginta iustis quinq. Exo.16. Nec qui minus parauerat reperit minus.Pro quo hebrei legũt. Nec qui minus parauerat diminuit.s.mensurã gomor.& est sensus sicut in littera nostra.Deut.2.Et nihil tibi defuit.& in eodem.8.Et rerum omniũ abundantia perfrueris. Pro q he. le.Nihil indigebis in ea.Et in eodem.15.Et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. 1.Reg.21. An desũt nobis furiosi.3.Reg.17. Nec lecythoo olei minuetur. & in codẽ. Et lecythoo olei non est imminutoo. Nee.9.Nihil eis defuit.Ps.8 Et minuisti eum paulomino ab angelis.Ps.22.Et nihil mihi deerit.Prouer.10.Et virga in dorso eius qui indiget corde.& in eodem.12.Quam gloriosus & indigens pane.& in eodem.28.Dux indigens prudentia multos opprimit.& in eodem.31.Et spoliis non indigebit.Eccls.4. Et fraudo animam meam a bonis.i.diminuo bona anime mee.& in eodem.6.Et nihil deest anime sue.Canti.7. Nunq indigens poculis. Esa.23.Et potum sitienti auferat.Pro quo hebrei legunt.Potum sitienti diminuat siue indigere faciat. Hiere. 44.Indiguimus omnibus.& inde חסר Chaser siue Cheser.i.defectus.egestas.indigentia.vt Prouer. 10. Indocti autem in cordis egestate morientur..& in codem.28.Et ignorat q egestas superueniet ei.& inde חסר Chóser.i.penuria.egestas.indigẽtia.defectus.Deut.28.Propter rerũ oĩm penuriã.Iob.30.Egestate & fame steriles.Amos.4.Et indigentiã panis in oĩbus locis vestris.& inde חסרון Chesron idest defectus siue diminutio.aut indigentia. Eccls.1. Stultorum infinitus est numerus.Pro quo hebrei legunt.Et defectus nõ potest numerari.Potest etiam legi sic. Et deficiẽs vel indigens.s.corde & intellectu non potest numerari. Et tunc erit sensus sicut in littera nostra. & ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali.sicut in pluribus aliis locis. Et inde מחסור Machsor.i.defectus siue indigẽtia.aut penuria. Iudi.18.In quo nullius rei est penuria.& in codem.19.Nulla re indigemus nisi hospitio.Pro quo hebrei legunt. Nullius rei est indigentia.& in eodem.Et prebebo omnia que necessaria sunt.Pro quo hebrei legunt.Omnis indigentia tua super me.Et est sensus sicut in littera nostra. Prouer. 28.Qui dat pauperi non indigebit.i.non erit ei indigẽtia vel egestas.

חף Chaph.mundus siue immaculatus. De quo vide in dictione sequenti.Quia inde deriuatur secũdũ hebreos.

חפף Chaphaph.occultare.velare.protegere.btũs Hieronymo trãstulit:qsi in thalamo morari.Deut.33.Quasi in thalamo tota die morabitur.Pro quo he.le.Protegens sup eum tota die.Inde חפה Chupa.i.thalamus.eo quod est coopertus & velatus.Ps.18.Et ipse tanq sponsus procedẽs de thalamo suo.Ioel.2.Egrediatur spõsus de cubiculo suo. & sponsa de thalamo suo.& inde חוף Choph.i.portus vel littus.aut statio nauium:eo quod occultat & protegit naues. Gen.49.Zabulon in littore maris habitabit. & in eodem Et in statione nauium.Hiere.47.Et aduersus maritimas eius regiões.Pro quo he.le.Et aduersus portum maris. Et inde חף Chaph.i.mundus siue immaculatus.vt Iob.33.Immaculatus & non est iniquitas in me.

חפא Chapha.irritare.De quo vide in dictione sequenti.

חפה Chapha.operire.tegere.velare.vt.2.paralip.3.Domũ quoq maiorẽ texit tabulis ligneis abiegnis. & in eodem.Texit domum & trabes eius & postes.& in eodem.Cenacula quoq texit auro.Ester.6.Lugens & operto capite. & in eodem.7.Et statim operuerũt faciem eius.Ps.67. Pẽne columbe deargentate.Pro quo in hebreo legitur.Coop te argento.Hiere.14. Operuerunt capita sua.Itẽ חפא Chapha.cum aleph in fine.i.irritare siue detrahere.s.occulte.vt 4.Reg.17.Et irritauerunt filii israel verbis non rectis dominum deum suum.

חפז Chaphaz.festinare siue festinãter abire.formidare.expauescere.mirari.admirari.stupescere.strigere.2.Reg. 4.Cũq festinaret vt fugeret cecidit.4.Reg.8. Que proiecerant syri dum turbarentur.i.dum festinarent vt fugerẽt. 1.Reg.23.Porro dauid desparabat se posse euadere.pro q he. le.Et dauid festinabat ire a facie saul.Potest etiam legi sic.& dauid formidabat ad eũdum a facie saul.i.formidabat posse abire a facie saul.quod est idẽ sensus cũ littera nostra. Itẽ significat formidare siue expauescere.Deut. 20. Nolite cedere neq formidetis.Ps.103.A voce tonitrui tui formidabunt.Itẽ significat mirari.siue admirari.aut stupescere:vel excessum mentis.vt Iob.40.Ecce absorbebit fluuĩ & nõ mirabitur.Ps.30.Ego dixi in excessu mentis mee.Ps.34. Cõturbati sunt cõmoti sunt.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Cõturbati sunt admirati sunt.Ps.115.Ego dixi in excessu meo.& beatus Hieronymus in predicto psalterio trãstulit.Ego dixi in stupore meo & inde חפזון Chiphazon.i.festinatio aut pauor.vel admiratio siue excessus.s.mentis.vt Exo.12.Et comedetis eum fe

Festinatio. Pauor. Tumultus.

stinanter. Pro quo hebrei legunt. Comedetis eum in festinatione. Deut. 16. In pauore egressus est de egypto. Põitur etiã pro tumultu. vt Esa. 52. Q̃m nõ in tumultu exibitis

חפן Manus. Pugillus.

חפן Chophen. Interior pars manus: que vola dicitur siue pugnus vel pugillus. & solum inuenitur in nũero plurali. Exo. 9. Tollite plenas manus cineris de camino. Leuit. 16. Et hauriens manu cõpositum thymiama. Pro quo hebrei legunt. Et plenis manibus siue pugillis thymiamate. Eccl's. 4. Melior est pugillus cũ requie: q̃ plena vtraq̃ manus cum labore.

חפץ Voluntatẽ habere. Velle. Stringere. חפץ Volũtas.

חפץ Chaphes. velle. placere. voluntatem aut complacẽtiã habere. siue dilectionẽ vel amorem habere. Geñ. 34. Amabat enim puellam valde. pro quo he. le. Quia volebat aut voluntatem siue cõplacentiã habebat in filia iacob. Nu. 14. Si propicius fuerit dñs. pro quo he. le. Si voluntatem habuerit dñs. aut si vult dñs. Deut. 21. Si aũt postea nõ sederit animo tuo. pro quo he. le. Et si non habueris voluntatẽ vel cõplacentiã in ea. & in eo. 25. Sin aũt noluerit accipere vxorem fratris sui. i. si non voluerit. Iudi. 13. Si dñs nos vellet occidere. 1. Reg. 15. Nunquid vult dñs holocausta & victimas. Ps. 146. Non in fortitudine equi volũtatem habebit. Canti. 8. Donec ipsa velit. Ezech. 18. Nunquid voluntatis mee est mors impii. i. nunquid voluntatem habeo in morte impii. & in eo. Quia nolo mortẽ morientis. pro quo he. le. Quia non habeo voluntatẽ in morte morientis: siue quia non volo mortem morientis. & in eodem. 33. Viuo ego dicit dominus nolo mortem impii. i. non volo. Ponitur etiã pro stringere. vt Iob. 40. Strinxit caudam suam quasi cedrus. & inde חפץ Chephes. i. voluntas. cõplacentia. beneplacitum. Ps. 1. Sed in lege domini volũtas eius. Ps. 110. Exquisita in omnes voluntates eius. Esa. 58. In die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra. & in eo. Facere voluntatẽ tuã in die sancto meo. & in eo. Et non inuenitur voluntas tua. Ponitur etiam in nũero plurali. pro rebꝰ preciosis. i. pro iis que desiderantur. vt Prouer. 3. Et omnia que desiderantur huic non valent comparari.

חפר Fodere. Explorare. Cõsiderare. Scrutari. Cõtẽplari. Cõfundere. Erubescere. Pudere.

חפר Chaphar. fodere. explorare. contemplari. considerare. scrutari. confundere siue cõfundi. erubescere. Geñ. 21. Q̃m ego fodi puteũ istum. & in eo. 26. Oẽs puteos q̃s foderant serui patri illius. & in eo. Fodit alios puteos: quos foderant serui patris sui abraã. & in eo. Foderũtq̃ in torrentem. & in eo. Profectus inde fodit alium puteũ. Nu. 21. Puteus quem foderunt principes. Iob. 12. Et defossus securus dormies. Quod sic exponitur ab hebreis. s. dormies securꝰ quasi terra esset defossa in circuitu tuo. Sicut fit in arce vel fortalicio ne inimici possint accedere ad murum. Eccl's. 10 Qui fodit foueam incidet in eam. Hiere. 13. Et fodi & tuli lumbare. Item significat explorare vel considerare aut contemplari seu scrutari. Ios. 2. Vt explorarent terram. & in eodem. Et omnẽ terram considerare venerunt. Iob. 3. Quasi effodientes thesaurum. pro quo he. le. Et scrutantur eam. s. mortem magis q̃ thesauros. & in eodẽ. 39. Inde contẽplatur escam. Significat etiam confundere vel erubescere. Ps. 33. Et facies vestre non confundentur. Prouer. 13. Impius autem confundit & cõfundetur. & in eodẽ. 19. Ignominiosus erit & infelix. pro quo he. le. Confundere faciens & erubescere faciens. Esa. 1. Erubescetis super hortis quos elegeratis. & in eo. 24. Erubescet luna & confundetur sol. & in eodem. 33. Confusus est libanus. & in eo. 54. Non enĩ te pudebit. i. non erubesces. Hiere. 15. Confusa est & erubuit.

חפש Libertate donare. חפשי

יָרַד Iarad. descēdere. hūiliari. deducere. detrahere. defluere. deponere. Geñ.11. Descendit autem dominus vt videret ciuitatem. & in eodem.12. Descenditq; Abrā in egyptum. & in eodem.18. Descendam & videbo. & in eodem.43. Iam ante descendimus vt emeremus escas. & in codē.45. Descende ad me ne moreris. Exo.15. Descenderūt in profundum quasi lapis. & in eodem.19. Eo quod descendisset dominus super eum. Nu.11. Vt descendam & loquar tibi. Iudi.11. Dimitte me vt duobus mensibus circūeā montes. pro quo hebrei legunt. Dimitte me duobus mensibus vt vadam & descendam super montes. & dicunt aliqui hebrei q in predicto loco ponitur per antiphrasim descendā pro ascendam. Alii vero dicunt q ideo dicitur descendam: eo quod domus eius erat in maspha qui est locus eminentior aliis montibus circūiacētib⁹. & in eodem.19. Et dies mutabatur in noctem. pro quo hebrei legunt. Et dies descēderat valde. i. descenderat vel declinauerat ad vesperam. & est sensus sicut in littera nostra. 1. Reg.23. Ephod secum habens descenderat. & in eodem. Descendit ad petram & versabatur in deserto maon. & in eodem.26. Aut in prelium descendens perierit. & in codē.29. Non descendat nobiscū in prelium. Ps.29. Saluasti me a descendentibus in lacum. & in eodem. Dum descendo in corruptionem. & Ps.45. Descendant in infernum viuentes. Prouer.30. Quis ascendit in celum atq; descendit. Esa.30. Qui descenditis in egyptum. & in eodem.50. Descendet in fletum. & in eodem.63 Quasi animal in campo descendens. & in eodem.64. Vtinam dirumperes celos & descenderes. Significat etiam humiliare vel subiicere. vt Deut.20. Donec capias ciuitatem que contra te dimicat. pro quo hebrei legunt. Donec descēdat. i. subiiciatur. s. ciuitas. & in eodem.28. Et destruantur muri tui firmissimi atq; sublimes. i. subiiciantur vel humilientur. Item significat deducere. i. deorsum ducere. vt Hiere.9. Et deducant oculi nostri lachrimas. Threñ.1. Et ocul⁹ meus deducens aquas. & aliquando scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. & quando est verbum tertie coniugationis tunc significat. Deponere vel defluere aut detrahere seu deducere. Descendere facere: siue deorsum ponere aut deorsum fluere: seu deorsum trahere. vt Geñ.24. Que festinans deposuit hydriā de humero. & in codē.43. Sed et aliud attulimus argentum. i. deduxim⁹. & in eodem.45. Et adducite eum ad me. Exo.33. Iam nūc depone ornamētum tuum. Nu.1. Deponent leuite tabernaculum. & in eo.4. Deponent velum quod pendet ante fores. & in eodem.10. Depositumq; est tabernaculum. 1. Reg.21. Defluebant saliue eius in barbam. Ps.54. Deduces eos in puteum interitus. Ps.77. Et deduxit tāq; flumina aquas. Esa.10. Et detraxi quasi potens in sublime residentes. & in eodem.14. Veruntamen ad infernum detraheris. Threñ.2. Deduc quasi torrentem lachrimas. Ezech.32. Et detrahe eam ipsam & filias gentium. Ponitur etiam pro cōtristari. vt. Ps.54. Cōtristatus sum in exercitatione mea. Et aliqui hebrei dicunt q in predicto loco significat cōqueri. Ponitur ēt pro operire. vt. 3. Reg.6. Et operuit tā cherubim q̄ palmas auro. Hebrei tamen dicunt q in predicto loco significat expandere vel extendere. Quia idē significat in lingua chaldaica. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et extendit super cherubim & super palmas aurum. Inde מוֹרָד Morad. i. descensus. vt Ios.10. Et essent in descensu bethoron. Hiere.48. In descēsu horonaim. Item מוֹרָד Morad. i. dependens vel declinās vt. 3. Reg.7. Quasi lora ex ore dependentia.

[margin: יָרַד Descēdere. Subiicere. Deducere. Deponere. Adducere. Defluere. Detrahere. Cōtristari. Operire. Extēdere. מוֹרָד Decensus. מוֹרָד Dependēs.]

יָרָה Iara. iacere. proiicere. iaculari. sagittare. mittere. immittere. docere. ostendere. Exo.15. Currus pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. & in eodem.19. Aut cōfodietur iaculis. Pro quo hebrei legunt. Aut iaculatione iaculabitur. i. proiicientur in eum iacula. & est idem sensus cum littera nostra. Ios.18. Vt coram domino deo vestro mittam vobis sortem. 1. Reg.20. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum. & in eodem. Iecit aliam sagittam trans puerum. & in eodem. Venit itaq; puer ad locum iaculi quod miserat ionathas. & in eodem.21. Et consecuti sunt eum viri sagittarii. i. mittētes sagittas. 2. Reg.11. Ex muro tela mittūtur. 4. Reg.13. Iace sagittam: & iecit. 2. Paralip.35. Ibiq; vulnerat⁹ a sagittariis. pro quo hebrei legunt. Et iecerunt mittentes. s. iacula in regem Iosiam. Ps.63. Et exaltabitur de⁹: sagitte paruulorum facte sunt plage eorum. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Sagittabit ergo eos deus iaculo repentino inferētur plage eorum. Potest etiam legi sicut Lxx. transtulerūt: quia eisdē litteris vtrūq; potest scribi in hebreo: mutatis tamē punctis. Esa.37. Non iaciet ibi sagittam. & aliquando scribitur cum aleph loco he. vt. 2. Reg.11. Et direxerunt iacula sagittarii. idest iecerunt siue miserunt iacula. 2. Paralip.26. Vt mitterent sagittas & saxa grandia. Scribitur etiam aliquādo sine he & sine aleph. vt Nu.21. Iugum ipsorū disperiit ab esebon. Pro quo hebrei legunt. Proiiciem⁹ eos: periit esebon. idest proiiciemus eos & pugnabimus contra esebon. Potest etiam deriuari a dictione נִיר Nir: que in lingua chaldaica significat iugum. sicut est in littera nostra. Item יָרָה Iara. i. ostendere siue docere. vt Exo.15. Qui ostendit ei lignum. & in eodem.35. Dedit in corde eius. Pro quo hebrei legūt. Et ad ostendendum vel ad docendum dedit in corde eius. idest vt possint alios docere. 4. Reg.12. Quibus docuit eū ioiada sacerdos. Iob.6. Docete me & ego tacebo. & in codē 27. Docebo vos per manum dei. Ps.118. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Ostende mihi domine viam preceptorum tuorum. Prouer.4. Et docebat me atq; dicebat. Esa.2. Et docebit nos vias suas. & in eodem.28. Quem docebit scientiam. & in eodem. Deus suus docebit illum. Ponitur etiam pro erigere. vt Geñ.31. En tumulus hic & lapis quem erexi. Item ponitur pro comparare. vt Iob.30. Comparatus sum luto. idest ostēdit me eē lutū: sicut exponūt hebrei. & inde מוֹרֶה More. i. docēs siue ondēs vel legislator. Iob.36. Null⁹ similis ei in legislatorib⁹. Ps.83. Etenī bñdictionē dabit legislator. Pro q btūs hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. trāstulit Bñdictiōe quoq; amicietur doctor. Prouer.5. Neq; audiui vocem docentium me. Esa.30. Et erunt oculi tui videntes

[margin: יָרָה Proiicere. Iaculari. Mittere. Iacere. Sagittare. יָרָה Ostendere. Docere. Erigere. Comparare. מוֹרֶה Legislator. Doctor. Docens.]

preceptorem tuū. Ioel. 2. Qui dedit vobis doctorem iusticie. Ponitur ēt מוֹרֶה More pro illustri. vt Geñ. 11. Vsq; ad cōuallem illustrē. Hebrei tñ dicūt q in predicto loco est nomē ꝓpriū loci. & simil'r. Deut. 11. Vbi dicitur. que est iuxta vallē tēdentē & intrātē ꝓcul. pro q' he. le. Que est iuxta vallem מוֹרֶה More. i. ostendens. Ponitur etiā pro excelso. Iudi. 7. Ad septentrionalē plagam collis excelsi. & inde תּוֹרָה Thora. i. lex. doctrina. vt Exo. 12. Eadem lex erit indigene & colono. & in codē. 24. Daboq; tibi tabulas lapideas & legem atq; mandata. Deut. 27. Et scribes super lapides oīa verba legis. Esa. 2. De sion exibit lex. & qn̄ post se regit genitiuum mutat he vltimū in tau. vt Exo. 13. Vt lex eius semp sit in ore tuo. Leuit. 6. Hec est lex hostie pro peccato. 2. Reg. 7 Ista em̄ est lex Adam dñe deus. Ps. 1. Sed in lege dñi voluntas eius: & in lege eius meditabitur. & in plurali תּוֹרֹת Thoroth. i. leges. vt Geñ. 26. Legesq; seruauerit. Leuit. 26. Hec sunt mandata atq; precepta & leges. Item יוֹרֶה Iore. i. pluuia tēporanea siue matutina. Deut. 11. Dabit pluuiam terre tue temporaneā. Hiere. 5. Metuam9 deū qui dat nobis pluuiam tēporaneam. Ioel. 2. Et descendere faciet ad nos imbrem matutinū & serotinum. Ponitur etiā יוֹרֶה Iore ꝓ inebriare vel irrigare. Prouer. 11. Et qui inebriat ipe quoq; inebriabitur. Vide etiā de hoc infra in dictionē רָוָה Raua. & ēt dictio מוֹרֶה More de qua supra dictum est q significat doctorem vel preceptorem: in aliquib9 locis predictis hebrei interpretantur imbrem vel pluuiam. s. temporaneam.

יָרֵחַ Iareach. Luna. Mensis. Iob. 25. Ecce luna etiam non splēdet. Ps. 8. Lunā & stellas que tu fundasti. Ps. 71. Et ante lunā in generatione & generationem. Ps. 103. Fecit lunam in tempore. Esa. 13. Et luna non splendebit in lumine suo. & in codē. 66. Et luna tua non minuetur. Declinatur ēt pluraliter יְרָחִים Ierachim: quasi sint plures. eo qd' in quolibet mense luna innouatur. Deut. 33. De pomis fructuum solis ac lune. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. lunarum. & in lingua chaldaica scribitur cum nun in fine loco mem. Dan. 4. Post finem mēsium duodecim. Ponitur etiam pro mense tam in singulari q̄ in plurali. eo quod apud hebreos cōputabantur menses lunares. Exo. 2. Abscondit eum tribus mensibus. 3. Reg. 6. Anno quarto fundata est dom9 domini in mense Zio. & in eo. in mēse Bul. Iob. 29. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos.

יָרַט Iarat. peruertere. declinare. Nu. 22. Quia peruersa est via tua: mihiq; cōtraria. Iob. 16. Et manibus impiorū me tradidit. i. me declinauit siue vertit.

יֶרֶךְ Ierech siue יָרֵךְ Iarech. femur. hastile. lat9. Geñ. 24. Pone manū tuā subter femur meū. & in eo. 32. Tetigit neruum femoris eius. & in eodem. Qui emarcuit in femore iacob. Ezech. 24. Et omnē partem bonā & femur & armū. & in plurali יְרֵכַיִם Ierechaim. Exo. 28. A renibus vsq; ad femora. Pōitur etiā pro pede vel hastili cādelabri vnde procedunt calami. vt Exo. 25. Hastile eius & calamos. Item ponitur pro latere vel plaga aut regione. vt Leuit. 1. Ad latus altaris quod respicit ad aquilonem. Scribitur etiā cum tau in fine: quod denotat genus femininū. vt Geñ. 49. Pertingens vsq; ad sidonē. Pro quo hebrei legunt. Et latus eius sicut regio vel plaga eius vsq; ad sidonem. Exo. 26. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas. Esa. 14. Et sedebo in mōte testamenti in laterib9 aquilonis. Ponitur etiam pro angulo. vt Exo. 26. Et rursum alias duas q̄ in angulis erigantur.

יָרַע Iaraa. displicere. dure vel aspere accipere. callidē agere. malignari. affligere. vexare. inuidere. 1. Reg. 8. Displicuitq; sermo in oculis samuelis. & in eo. 18. Et displicuit in oculis ei9 iste sermo. 1. Paralip. 21. Displicuit aūt deo qd' iussum erat. Geñ. 21. Dure accepit hoc Abraā. Pro quo he. le. Et displicuit verbum siue res nimis in oculis Abraam. & in codē. Non tibi videatur asperū. pro quo hebrei legūt. Non displiceat in oculis tuis. & est sensus sicut in littera nostra. & in codē. 38. Eo quod rem detestabilē fecerat. Deut. 15 Neq; ages quippiam callide in eius necessitatibus subleuādis. Pro quo hebrei legunt. Neq; displiceat in oculis tuis cū dederis ei. s. nec durum vel asperum tibi videatur. Ponitur etiam pro affligere siue vexare. 2. Reg. 20. Nunc magis afflicturus est nos siba filius Bocri. Iob. 20. Affligetur qui relictus est in tabernaculo suo. Ps. 105. Et vexatus est moyses propter eos. Item ponitur pro inuidere. Deut. 28. Inuidebit fratri suo. & in codem. Inuidebit viro suo. i. callide vl' maligne aget contra eum. Ponitur etiā pro vlulare. vt Esa. 15. Super hoc expediti Moab vlulabunt: anima eius vlulabit sibi. Vide etiā de hoc infra in dictiōe רוֹעַ Róa. Itē יְרִיעָה Ieriaa. cortina. sagum. Exo. 26. Decem cortinas de bysso retorta. & in codem. Longitudo cortine vnius habebit viginti octo cubitos. & in codem. Facies & saga cilicina vndecim & in codem. Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos. Et quia cortine solebant fieri quandoq; ex pellib9: ideo nostra translatio aliquando traduxit pellem pro cortina. vt 2. Reg. 7. Et arca dei posita sit in medio pelliū. i. in medio cortinarum ex pellibus. Ps. 103. Extendens celum sicut pellem. Canti. 1. Sicut pelles salomonis.

יָרַק Iarac. expuere. cōspuer̄. Leuit. 15. Si saliuā huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est. Nu. 12. Si pater eius expuisset in faciem ei9. Deut. 25. Expuetq; in faciem eius. & aliquando scribitur sine iod. vt Iob. 30. Et faciem meam conspuere non verentur. Esa. 50. Faciem meā non abscondi ab increpantib9 & cōspuentibus in me. & inde רוֹק Roc. i. saliua. sputum. Iob. 7. Nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. Item יֶרֶק Ierec aut יָרָק Iaroc. i. herba fenum. virens. olus. Geñ. 1. Vt habeant ad vescendum. Pro quo hebrei legunt. Oīs viridis herba siue omne olus herbe ad vescendum. s. sit. & in codem. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Deut. 11. Vbi iacto semine in hortorum morē aque ducuntur irrigue. Pro quo hebrei legūt. Vbi seminabis semen tuum & irrigabis pede tuo sicut hortū oleris. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. 4. Reg. 19. Et virens herba tectorum. Iob. 39. Et virentia queq; ꝑquirit. & inde יְרַקְרַק Ieracrac. i. viride siue pallidum. aut viror vel pallor. vt Leuit. 13. Si alba vel ruffa macula fuerit infecta. Pro quo hebrei legunt. Si pallida vel ruffa macula fuerit. & in codem. 14. Quasi valliculas pallorē siue rubore deformes. Ps. 67. Et posteriora dorsi eius in pallore auri. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et posteriora eius in virore auri. & inde יֵרָקוֹן Ieracon. i. pallor. & ponitur pro rubigine vel aurugine. vt Deut. 28. Ardore & estu & aere corrupto ac rubigine Hiere. 30. Et conuerse sunt vniuerse facies in auruginem. Amos. 4. Percussi vos vento vrente & aurugine. & similiter aggei. 2. vbi cadem verba habentur.

יָרַשׁ Iaras. possidere. hereditare. acquirere. heredem esse. exterminare. disperdere. expellere. delere. cōsumere. vastare. depauperare. Geñ. 15. Et ecce vernaculus meus heres me9 erit. ideſt hereditabit me. & in codem. Nō erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo ipsum habebis heredem. Pro quo hebrei legunt. Ipse hereditabit te. & in codē. 21. Non em̄ erit heres filius ancille. Nu. 13. Ascendamus & possideamus terram. & in eo. 14. Et semen ei9 possidebit eā. Deut. 4. Et ingrediēs possideas terrā. & in eo. 12. Gentes ad quas ingredieris possidendas. Et in eo. Et possederis eas atq; habitaueris in terra earū. & in eo. 18. Gentes iste quarū tu possidebis terrā. Et in eo. 19. Et possederis eam habitaueris q; in vrbibus eius. & in eo. Quam dñs deus tuus daturus est tibi in posessionē. Et in eo. 26. Quam dñs deus tuus tibi daturus est possidendam & obtinueris eam. i. possederis. Et in eo. 33. Mare & meridiem possidebit. Ios. 1. Ad possidendam terram quam dñs deus noster daturus est nobis. Et in eo. 13. Que necdum sorte diuisa est. pro quo he. le. Que necdū posessa ē. Iudi. 11. Et tu vis possidere terrā eius. Et ī eo. Nōne ea que possedit chamos deus tuus tibi iure debentur: que aūt dñs deus noster victor obtinuit in nostrā cedēt possessionē. pro quo he. le. nōne quod possidere te fecit chamos deus tuus illud possidebis: & oē quod possidere fecit siue oēs quos eiecit vel expulit dominus deus noster a facie nostra illud possidebimus Esdre. 9. Et heredes habeatis filios vestros. 1. Paralip. 28. Vt possideatis terram bonam. Ps. 36. Iusti autem hereditabūt terrā. Et in eo. Mansueti autem hereditabunt terram. Esa. 65. Et hereditabūt eā electi mei. Hiere. 49. Cur igitur hereditate possedit Melchom gad. Et ī eo. Et possidebit israel possessores suos. Osee. 9. vrtica hereditabit eos. Abdie. 1. Et hereditabunt hi qui ad austrum sunt mōtē Esau. Et in eo. Et possidebit domus iacob eos qui se possederāt. i. possessores suos. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū. Et in codem. Et possidebunt regionem ephraim. Zach. 9. Ecce dñs possidebit eā. Et aliqñ scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. Deut. 2. Incipe possidere. 3. Reg. 21. Surge posside vineā Naboth. Inde יוֹרֵשׁ Iores. i. heres. possessor. vt Hiere. 49. An heres non est ei. Mich. 1 Adhuc heredē adducā tibi. & inde יְרֻשָּׁה Ieresa. siue יְרֻשָּׁה Ierusa. i. hereditas. possessio. Nu. 24. Et erit idumea possessio eius. Et ī eo. Hereditas seir cedet inimicis suis. Deut. 2. Quia in possessionē esau dedi mōtē seir. & in eo. Quia filiis loth tradidi eam in possessionem. Ps. 60. Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. & aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מוֹרָשׁ Moras. ideſt possessio. vt Esa. 14. Ponam eam in possessionem ericii. Et inde מוֹרָשָׁה Morasa. siue מוֹרֶשֶׁת moreseth. i. hereditas. possessio Deut. 33. Hereditatem multitudinis Iacob. Mich. 1. Propterea dabit emissarios super hereditatem geth. significat etiam predicta dictio יָרַשׁ Iaras. exterminare. siue disperdere vel delere. aut expellere. vel consumere. siue vastare. Et tunc communiter est verbum tertie coniugatiōis. Exo. 15. Interficiet eos manus mea. i. dispdet vel exterminabit eos manus mea. & in eo. 34. Cum enim tulero gentes a facie tua. i. cū exterminauero vel expulero gētes a facie tua. Nu. 14. Feriam igitur eos pestilentia atq; consumā. Et in eo. 33. Disperdite cunctos habitatores terre illius. Et in codē. Sin autem nolueritis interficere habitatores terre. i. exterminare vel consumere. Deut. 2. quibus expulsis atq; deletis. & in eo. Et fecit illos habitare pro eis. pro quo hebrei legunt. Et expulerunt eos & habitauerunt pro eis. Et in eo. 7. quomodo potero delere eas. Et in eo. 9. qui cōterat eos & deleat atq; disperdat velociter. Et in eodem. Sed quia ille egerunt impie introeunte te delete sunt. Et in codē. 28. Et fruges terre tue rubigo consumet. Ios. 8. Et vastabitis ciuitatem. Iudi. 1. Nec potuit delere habitatores vallis beniamin. Et in eo. qui deleuit ex ea tres filios enach. Iob. 13. & consumere me vis peccatis adolescentie mee. Ponitur ēt pro extrahere. vt in eo. 20. De vētre eius extrahet eas deus. Ponitur etiam pro torquere. vt in eodem. 17. Torquentes cor meum. Item significat depauperare vel pauperē facere. Geñ. 45. Ne & tu pereas & omnis domus tua. Pro quo he. le. Ne depaupereris tu et omnis dom9 tua. i. ne paupertate vel inopia pereas. 1. Reg. 2. Dominus pauperē facit & ditat. Iudi. 14. An idcirco vocastis nos ad nuptias vt expoliaretis nos. pro quo hebrei legunt. vt depauperaretis nos. ideſt vt faceretis nos pauperes. Alii vero secundū primam significationem legūt sic scilicet vt hereditaretis nos ideſt vt quasi iure hereditario expoliaretis nos. Prouer. 30 Aut paupertate compulsus furer. pro quo hebrei legūt. ne depauperer & furer. Inde רָשׁ Ras. i. pauper. ps. 81. & humilem & pauperem iustificate. De quo vide infra in dictione רוּשׁ Ros. Inde תִּירוֹשׁ Thiros. ideſt vinum. Geñ. 27. Frumēto & vino stabiliui eum. Deut. 7. Frumento tuo atq; vindemie. Pro quo hebrei legunt. frumento tuo & vino tuo. & ī eodem. 11. vt colligatis frumentum & vinum & oleū. Osee. 2. & hec nesciuit quia egó dedi ei frumentum & vinū. Ponitur etiam pro grano vue de quo vinū exprimitur. Esa. 65. Quomodo si inueniatur granum in botro.

יֵשׁ Ies est. verbū substantiuum tertie persone. De quo vide infra in dictione יֵשָׁה Iasa.

יָשֵׁשׁ Iases. siue יָשִׁישׁ Iasis. senex. antiquus. longeuus. decrepitus. 2. Paralip. 36. Non est misertus adolescentis & virginis & senis nec decrepiti quidem. vbi ponitur ꝑ decrepito. Iob. 11. Et senes & antiqui sunt in nobis. Quod in hebreo legitur in numero singulari. Et in plu. יְשִׁישִׁים. vt in eo. 12. In antiquis est sapientia. Et in eo. 32. Iunior sū tempore: vos autem antiquiores. Et potest deriuari a predicta dictione יֵשׁ Ies que significat est. eo quod diu est: & longe durat.

יָשַׁב Iasab. Habitare. sedere. manere. stare. expectare. morari. collocare. ducere. Geñ. 4. Et habitauit profugus in terra. Et in eodem. 13. Et nequibant habitare communiter. Et in eo. Abram habitauit in terra canaam: loth vero moratus est in oppidis que erant circa iordanē. Et in codē 19. Timuerat enim habitare in segor. Et in eo. 25. Iacob aūt vir simplex habitabat in tabernaculis. Et in eo. 35. Et ascende bethel & habita ibi. Et in eo. 45. Et habitabis ī terra gesen. Leuit. 23. Et habitabis in vmbraculis septem diebus. Nu. 13. Amalech habitat in meridie. Et in eo. Cananeus vero moratur iuxta mare. Deut. 12. Et habitabitis in terra. Et in eo. 25. Quando habitauerīt fratres simul. 2. Reg. 5. Reuertere & habita cū rege. ps. 21. Tu autem in sancto habitas. Ps. 83. Beati qui habitant in domo tua domine. Ps. 122. qui habitas in celis. Ps. 131. Hic habitabo quoniam elegi eam. Ps. 139. Habitabunt recti cum vultu tuo. Esa. 5. Nunquid habitabitis vos soli in medio terre. Et in eo. 13. Non habitabitur vsq; in finem. Et in eo. 44. Qui dico ierusalem habitaberis. Hiere. 17. In terra salsuginis & inhabitabili. pro quo he. le. in terra salsuginis que non habitatur. Et in eo. 22. vrbes inhabitabuntur. Et in eo. 42. Non habitabimus in terra ista. Thren. 1. Habitauit inter gētes. Ezech. 26. Quomodo peristi que habitas in mari. Et ī eo. Sicut ciuitates que non habitantur. Et aliquando scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. Significat etiam sedere. vt Geñ. 21. Seditq; e regione procul. Et in eo. 31. Abscondit idola subter stramenta cameli & sedit desuper. Et in codem. 43. Sederunt coram eo. Et in eo. 49. Sedit in forti arcus eius. Exo. 2. Et sedit iuxta puteum. Exo. 16. quādo sedebamus super ollas carnium. Leuit. 15. Et vbicunq; sederit. Nu. 32. Et vos hic sedebitis. Deut. 1. Sedistis ergo in cadesbarne multo tempore. 1. Reg. 4. Heli sedebat super sellam. Et in eo. 20. Et ego ex more sedere soleo iuxta regem. Et in codem. & sedebis iuxta lapidem cui nomen est

Azel. Et in eo. Et sedit rex ad comedendū panem. ps.1. & in cathedra pestilentie nō sedit. ps.28. Et sedebit dñs rex in eternū. ps.109. Sede a dextris meis. ps.131. Sedebunt su per sedem tuā. Esa.14. Et sedebo in mōte testamēti. Itē si gnificat manere. vel quiescere. vt Geñ.19. Et mansit ī mō te. Et in eo. Et mansit in spelunca. Leuit.12. Sed manebit triginta tribus diebus. Et in eo.23. Omnis quide genere est israel manebit in tabernaculis. Nu.20. Et mansit popu lus in cades. Iof.5. Manserunt in eodem castrorū loco. 1. Reg.1. Et maneat ibi iugiter. Ruth.2. Et nec ad momentū quidē domū reuersa est. Pro quo he. le. Modicum quidem manet vel quiescit in domo. vel sic. Hec habitatio eius in domo modica est. Esa.30. Supbia tantū est quiesce. Hiere. 42. Si quiescētes manseritis in terra hac. Itē significat ex pectare vel prestolari aut morari. Exo.24. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Iudi.6. Ego prestolabor aduen tū tuum. 2. Reg.19. Cum moraretur i castris. Ester. 2. mar docheus morabatur ad ianuā regis. Et inde verbū tertie cō iugationis הוֹשִׁיב Hosib: quod significat Habitare facere. sedere facere: aut collocare. Geñ.47. In optimo loco fac eos habitare. Et in eo. Ioseph vero patri & fratribus dedit possessionem in egy pto. pro quo he. le. Et habitare fecit io seph patrē suū & fratres suos & dedit eis possessionem in terra egypti. 3. Reg.21. Et sedere facite nabot inter pri mos populi. Et in eo. Et submittite duos viros filios Belial pro quo he. le. Et sedere facite duos viros filios Belial. Et i eo. Et sedere fecerūt Nabot inter primos populi. Ps.67. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Ps.112. vt collocet eū cū principibus. Et in eo. Qui habitare facit ste rilem in domo. Hiere.32. Et reducam eos ad locum istum & habitare eos faciam confidenter. Ezech.25. Et colloca bunt caulas suas in te. Item ponitur pro ducere. s. vxorem. Esdre.10. Qui duxerunt vxores alienigenas. i. habitare e as fecerunt secum. Et in eodem. Omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas. Nee.13. Sed & in diebus illis vidi iude os ducentes vxores. Ponitur etiam pro reducere. 2. Reg.15 Si reduxerit me dominus. Pro quo hebrei legunt. si redu cens reduxerit me dominus. Inde. יוֹשֵׁב Ioseb. idest habita tor siue habitans. vel sedens. Geñ.25. Iacob autem vir sim plex habitans in tabernaculis. Exo.15. Dolores obtine runt habitatores philistiim. Et in eo. obriguerunt omnes habitatores canaan. Ps.16. Sicut catulus leonis habitans in abditis. ps.106. sedentes in tenebris & in vmbra mortis. E sa.6. Vidi dominū sedentem super soliū. Et in eo.10. Noli timere popule meus habitator sion. & inde שֶׁבֶת sebeth. i. habitatio vel sessio: aut sedes: vel cathedra. vt. 2. Reg.23. da uid sedens in cathedra sapientissimus. Et supra in eo. Com burentur vsq; ad nihilum. pro quo hebrei legunt. Combu rentur in habitatione vel in sessione. idest in loco vbi sunt. Potest etiam deriuari a dictione שַׁבָּת sabath que significat cessare vel desinere. quasi dicat. vsquequo cessent vel desi nant esse. & erit sensus sicut in littera nostra. ps.138. Tu co gnouisti sessionem meam. Hiere.9. Habitatio tua in me dio idoli. Threñ.3. Sessionem eorū & resurrectionē eorū vi de. Amos.6. Et appropiquatis solio iniquitatis. Inde מוֹשָׁב Mosab. i. habitatio. sessio. cathedra. sedes. Leuit.25. Qui vē diderit domum intra vrbis muros. pro quo he. le. Qui vē diderit domum habitationis intra vrbem muratam. 4. Re gū. 2. Ecce habitatio vrbis huius optima est. ps.131. Elegit eā in habitationē sibi. Ponitur et p sede vel cathedra aut sessiōe. 1. Reg.20. Requiretur. eni sessio tua. & in eo. Cumq; sedisset rex sup cathedrā suā. ps.1. Et in cathedra pestilētie nō sedit. ponitur et p cognatiōe. 1. Reg.9. oīs vero cogna tio domꝰ sibe seruiebat mephiboseth. pro quo he. le. oīs ha bitatio domꝰ sibe. i. oēs qui habitabāt in domo eius. Et in plu. מוֹשָׁבוֹת Mosboth. Exo.12. In cūctis habitaculis ve edetis azyma. Et inde תּוֹשֶׁבֶת Nosebeth. i. habitabilis in ge nere feminino. vt Exo.16. Donec venirent in terrā habita bilem. & inde תּוֹשָׁב Thosab. i. inquilinus siue colonus. vt Leuit.22. Inquilinus sacerdotis & mercenarius nō vesce tur ex eis. Et in eo.25. sed quasi mercenarius & colonꝰ erit tecū. Ponitur ēt pro peregrino vel aduena. vt Geñ.23. Ad uena sum & peregrinus apud vos. Exo.12. Aduena & mer cenarius non comedet ex eo. Et in eo.25. Et susceperis eū quasi aduenam & peregrinum.

יֵשׁ Iasa. Est. erat. esset. fuisset. siue illud quod est. est enim verbū substantiuum tertie psone. & scribitur sine he & dicitur יֵשׁ Ies. Exo.17. Est ne deus in nobis an non: Nu. 9. Quotquot diebus fuisset nubes sup tabernaculū. p quo he. le. Et erat. i. eueniebat qd erat diebus numeri sup taber naculū. Et in eo. Et si fuisset nubes a vespere vsq; mane. 4. Reg.10. Nūquid est cor tuū rectū. Et in eo. Et ait Ionadab est. Iob.16. vtinā esset aīa vestra pro aīa mea. ps.7. si est ini quitas in manibus meis. Prouer.11. Alii diuidunt propria & ditiores fiunt. pro quo he. le. Est qui dispersit vel qui di uidit & additur amplius. & est sensus sicut in littera nostra. Et in eo.14. Est viā que videtur hoī recta. & qñ cōponitur cū pronominibus tūc est secūde vel tertie persone: vt Geñ. 24. si direxisti viā meā. pro quo hebrei legunt. si es tu diri gens viam meam. Et in eo. si facitis misericordiam & veri tatem cum domino meo. pro quo he. le. si estis vos facien tes misericordiam & veritatem cū dño meo. Deut. 29. sed cunctis presentibus & absentibus. pro quo he. le. sed cum eo qui est hic nobiscum stāte hodie corā dño deo nostro & cū eo qui non est nobiscum hodie. sed beatus hieronymus trāstulit sensum. significat ēt יֵשׁ Ies illud quod est siue ali quid. vt Prouer.8. Vt ditem diligētes me. pro quo he. le. vt hereditare faciam vel possidere faciam diligentes me est. i. illud quod est siue aliquid. & inde תּוּשִׁיָּה Thusiia. i. illud quod est. Et dicunt hebrei ꝙ significat sapientiam vel legē aut fortitudinē. Eo quod pprie dicitur esse & existere. Bea tus vero hieronymus varie transtulit. Nā aliqñ traduxit sa pientiā vel prudētiā. vt Iob.12. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Et in eo.26. Et prudentiā tuā ostēdisti pluri mam. In alio vero loco traduxit salutem. Prouer.2. Custo diet rectorum salutem. Mich.6. Et salus erit omnibus time tibus nomen eius. item transtulit equitatem vel iustitiam. vt Prouer.8. Meum est consilium & equitas. Esa.28. Et ma gnificaret iustitiam. Item transtulit legem. vt Iob.11. Et qd multiplex sit lex eius. Prouer.3. Custodi legem meam atq; consilium. Item ponitur pro necessariis. idest cognatis vel amicis. vt Iob.6. Necessarii quoq; mei recesserunt a me. Sed in hebreo in predicto loco ponitur verbum singula ris numeri scilicet recessit a me. vnde hebrei legunt. Et sa pientia vel prudentia recessit a me. significat etiam illd qd sapienter vel prudenter excogitatur. Iob.5. Ne possint im plere manus eius quod ceperant. pro quo in hebreo habe tur. Et non facient manus eius תּוּשִׁיָּה Thusiia. idest illud qd excogitauerant. Alii vero legunt. Et non facient manus eiꝰ efficaciam. Item ponitur pro tempore. Prouer.18. In om ni tempore erit exprobrabilis. Item pōitur pro valide. Iob 30. Et quasi super ventum ponēs elisisti me valide.

יָשַׁח Iasach. humiliare. incuruare. Esa.2. Et incuruauit se homo. Et in eodem. Et humiliabitur altitudo virorū. Esa.51. Qui dixerunt anime tue incuruare vt transeamus. Et inde nomen יֶשַׁח iasach. idest incuruatio. humiliatio.

Michee.6. Et humiliatio tua in medio tui. & inde שַׁחַת Sa chath. idest fouea. Ps.93. Donec fodiatur peccatori fouea. Et de hoc vide infra in dictione שׁוּחַ Soach. & in dictione שַׁחַת Sachath.

יָשַׁט Iasat. Extendere. tendere. porrigere. Ester.4. Nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit. Et in eo dem.5. Et extendit contra eam virgam auream.

יָשַׁם Iasam. desolare. In solitudinem redigere. dissipare. de moliri. vt Geñ.47. Ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. Nu.21. Lassi peruenerunt in iophe. Pro quo hebrei legunt. Et dessolauimus eos vsq; nophe Potest etiam legi sic. Et femine siue mulieres vsq; nophe. idest lassi quasi mulieres venerunt vsq; nophe. Et est idem cum littera nostra. Nam dictio hebraica נָשִׁים Nasim que ibi ponitur potest esse verbum prime persone pluralis nu meri a supradicta dictione deriuatum: & potest etiam esse nomen quod communiter significat mulieres. Hiere. 49. Et nisi dissipauerint eum eis habitacula eorum. Ezech.6. Et excelsa demolientur & dissipabuntur. & in eo.12. vt de soletur terra a multitudine sua. & in eo.19. Et desolata est terra & plenitudo eius. & de hoc vide infra in dictione שָׁמֵם samam. Inde יְשִׁימוֹן Iesimon. i. solitudo. desertum. Deut. 32. In loco horroris & vaste solitudinis. ps.67. Cum per transieris in deserto. Ps.106. Errauerunt in solitudine in deserta via.

יָשַׁן Iasan. dormire. dormitare. soporatum esse. quiescere. requiescere. Inueterare. vetus esse. Geñ.41. Rursū dor miuit & vidit alterū somniū. Iudi.16. Dormire eū fecit su per genua sua. Iob.13. Et somno meo requiescerem. ps.3. Ego dormiui & soporatus sum. ps.43. Quare obdormis Ps.77. Et excitatus est tanq; dormiens dñs. Ps.120. Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit israel. Prouer. 4. Non enim dormiunt nisi cum malefecerint. Eccl's. 5. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Canti.5. Ego dor mio & cor meū vigilat. Hiere.51. Et dormiēt somniū sem piternū. Ezech.34. Securi dormient in saltibus. Ponitur et p quiescere vel requiescere. vt. Ps.4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Inde שֵׁנָה Sena. siue שְׁנַת Senath. idest somnus. dormitio. sopor. vt Geñ.28. Cumq; euigilas set iacob de somno. Ps.75. Dormierunt somnum suum. Ps 131. Si dedero somnū oculis meis. Prouer. 20. Noli di ligere somnum. Eccl's.5. Dulcis est somnus operātis. Hie re.51. Et dormiant somnum sempiternum. Dañ.2. Et som nus eius fugit ab eo. Et aliqñ scribitur cū aleph in fine lo co he. vt ps.126. Cum dederit dilectis suis somnum. Item יָשָׁן Iasan. i. vetus siue vetustum. Leuit.25. Et comedetis ve teres fruges. Et in eodem. Donec noua nascantur edetis ve tera. Et in eo.26. Et vetera nouis supuenientibus proiicie tis. Scribitur et cū nū in principio & dicitur נוֹשָׁן Nosan. vt in eo. Comedetis vetustissima veterum. Et in genere femi nino נוֹשֶׁנֶת Noseneth cum tau in fine. vt Leuit.13. Lepra vetustissima iudicabitur. & inde verbum passiuum נוֹשַׁנְתֶּם fan. idest inueterari esse siue antiquū eē. Deut.4. Et mo rati fueritis in terra. pro quo hebrei legunt. Et inueterati fueritis siue antiqui facti fueritis in terra.

יָשַׁע Iasaa. saluare. saluum facere. liberare. eruere. Exo.14. Liberauitq; dominus in die illo israel. Nu.10. Vt erua mini de manibus inimicorum vestrorum. Deut.33. Popu le qui saluabitur in domino. 1. Reg.10. Qui solus saluauit vos de vniuersis malis. Et in eodem.14. Quia non est do mino difficile saluare vel in multis vel in paucis. Et in eo. 25. Et saluauit manū tuā tibi. 4. Re.6. salua me dñe mi rex qui ait nō te saluet dñs: vnde te possū saluare. ps.17. Qñ saluū fecit dñs xpm suū. ps.21. Salua me ex ore leonis. Ps. 27. Saluū fac populū tuū. Ps.32. Non saluatur rex per mul tam virtutem. Ps.67. Deus noster deus saluos faciendi. Ps. 79. Et ostēde faciē tuā & salui erimus. Ps.105. Saluos fac nos dñe deus noster. Ps.117. o dñe saluum me fac. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Ob secro dñe: salua obsecro. & ponitur ibi in hebreo הוֹשִׁיעָה נָּא Hosiaana. Pro quo osana canit Eccl'ia. & sūt in hebreo due dictiones. s. הוֹשִׁיעָה Hosiaa. Quod ē verbū imperatiui mō di. i. salua vel saluū fac. & נָא Na. Quod est dictio deprecati ua. i. obsecro. Ps.137. Et saluū me fecit dextera tua. Esa.45 Israel saluatus est in dño salute eterna. Et in eo.49. Et fili os tuos ego saluabo. Hiere.23. In diebus illis saluabitur Iu da. Et ī eo.31. salua dñe populū tuū. Osee.1. Et saluabo eos in dño deo suo: & non saluabo eos in arcu & gladio. & ide יֶשַׁע Iesaa. i. Salus. saluatio. salutare. 2. Reg.23. Cuncta eñ salus mea & omnis voluntas. ps.17. Et cornu salutis mee. ps.26. Dñs illuminatio mea & salus mea. ps.50. Redde mi hi letitiam salutaris tui. ps.84. Et salutare tuum da nobis. Esa.61. Quia induit me vestimētis salutis. Abach.3. Egres sus es in salutem populi tui: in salutē cū xpo tuo. Scribitur ēt cū vau in medio & he in fine & dicitur יְשׁוּעָה Iesuaa. vt ps.3. Dñi est salus. ps.32. Fallax equus ad salutē. ps.117. Et factus es mihi in salutē. Abach.3. Quadrige tue saluatio. Scribitur ēt cū tau in fine loco he. vt Geñ.49. Salutare tu um expecto dñe. Ps.34. Dic anime mee salus tua ego sū. Esa.52. Et vidēbūt oēs fines terre salutare dei nrī. & in plu rali. יְשׁוּעוֹת Iesuooth. vt. ps.27. Et ꝓtector saluationū xpi sui est. Et aliqñ scribitur cū tau in principio loco iod & di citur תְּשׁוּעָה Thesuaa. vt. 2. Reg.23. Fecitq; dñs salutē ma gnā. ps.36. Salus aūt iustorū a dño. ps.59. Et vana saiꝰ ho minis. ps.143. Qui das salutem regibus. prouer.11. Salus aūt vbi multa cōsilia. & in eo.21. dñs aūt salutē tribuit. Et a liqñ scribitur cum mem in principio. vt Ezech.16. & aqua non es lota in salutem. & inde מוֹשִׁיעַ Mosiaa. idest saluator: vel saluās. vt Iudi.3. Qui suscitauit eis saluatorem. Esa.19. Et mittet eis saluatorē & ꝓpugnatorē. Et in eo.43. & sal uator nō est absq; me. Et in eo.63. & factus est eis saluator. Et in plurali. מוֹשִׁעִים Mosiim. Nee.9. dedisti eis salua tores. Et inde deriuatur sacratissimum nomen iesus. Quod hebraice dicitur יְהוֹשׁוּעַ Iehosuaa. Zach.3. Et o stendit mihi dominus iesum sacerdotem magnum. Et in eodem. Quia ecce lapis quem dedi coram iesu. & inter pretatur saluator. Matthei.1. Et vocabis nomen eius iesu: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

יָשְׁפֵה Iaspe. hyaspis. lapis preciosus secundum hebreos. Vnde ab hebreo habuit originem. Sed Beatus hie ronymus transtulit Beryllus. Exo.28. In quarto chry solithus onychinus beryllus. Ezech.28. Chrysolithus & o nix & beryllus.

יָשַׁר Iasar. placere. Rectum esse. dirigere. in directum ire. Nume.23. Si forte placeat deo: vt inde male dicas eis. Iudi.14. Quia placuit oculis meis. Et in eo dem. Descenditq; & locutus est mulieri que placuerat o culis eius. 1. Regum.18. Placuit sermo in oculis Dauid. 3. Regum.9. Et non placuerunt ei. 1. Paralipo.12. placuerat enim sermo omni populo. 2. Paralipo.32. Et auertit eas subter ad occidentem vrbis Dauid. Pro quo hebrei le gunt. Et direxit eas. Hiere.18. Sicut placuerat in oculis eius vt faceret. & in eodem.27. Et dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Item significat rectum esse vel in directum ire. vt. 1. Regum.6. Ibant autem in directum vacce. Ps. 32. Quia rectum est verbum domini. Item significat

dirigere. Ps. 5. Dirige in conspectu tuo viam meã. ps. 118. Propterea ad oĩa mandata tua dirigebar. Prouer. 3. Et ipse diriget gressus tuos. Et in eo. Et palpebre tue precedãt gressus tuos. pro quo he. le. Et palpebre tue dirigant cõtra te vel ante te aut corã te. Et in eo. 9. Et pergentes in itinere suo: pro quo he. le. Et dirigentes itinera sua. Esa. 40. Rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Ponitur et pro humiliare. vt in eo. 45. Et gloriosos terre humiliabo. Hebrei tamẽ in predicto loco legunt. Et distorta vel aspera rectificabo. i. recta faciam ea. Inde ישר Iasar. i. rectus: siue rectitudo, aut equitas. Iudi. 21. Vnusquisq; quod sibi rectum videbatur hoc faciebat. Iob. 1. erat vir ille simplex & rectus. Et in eo. 23. Proponat equitatem contra me. ps. 10. Equitatem vidit vultus eius. Ps. 24. Dulcis & rectus dñs. Prouer. 29. Abominantur eos qui in via recta sunt. & in plu. ישרים Iesarim. vt. ps. 18. Iustitie dñi recte. Ps. 32. Rectos decet collaudatio. Ps. 48. Et dominabũtur eorum iusti in matutino. i. dñabuntur eorũ recti. Osee. 14. Quia recte vie dñi. Inde ישר Ioser. i. rectitudo siue equitas. Deut. 9. Neq; enim propter iustitias tuas & equitatem cordis tui. Iob. 32. Simplici corde meo sermones mei. pro quo he. le. Rectitudine siue equitate cordis mei sermones mei. Prouer. 2. Qui relinquunt iter rectũ. pro quo he. le. Qui relinquunt itinera rectitudinis. Et in eo. 4. Ducã te per semitam equitatis. Et aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מישור Misor. ps. 44. Virga equitatis virga regni tui. Esa. 40. & erũt praua in directa. Malach. 2. In pace & equitate ambulauit. & in plu. מישרים Mesarim. Ps. 16. Oculi tui videant equitates. Prouer. 1. Iustitiam & iudiciũ & equitates. Ponitur et pro rectis. Canti. 1. Recti diligunt te. Ponitur etiã מישרים Mesarim in nostra translatione pro blando. Prouer. 23. Ingreditur blande. Quod hebrei exponunt suaue vel cõplacens. Et ponitur ibi in hebreo plurale pro singulari. potest et legi sic. vadit siue ingreditur recte vel directe. Canti. 7. Sicut vinũ optimũ dignũ dilecto meo ad potandum. pro quo he. le. Sicut vinũ optimũ vadit siue ingreditur ad dilectũ meum suauitater vel cõplacentiã. vel sic. vadit siue ingreditur dilecto meo recte vel directe. vbi similiter põitur מישרים Mesarim. in plurali pro singulari. Inde ישרון Iesurun. i. rectus vel directus: aut rectissimus. Deut. 32. Incrassatus est dilectus. Debet legi directus. Et in eodem. 33. Erit apud rectissimũ rex. Et in eodem. Non est alius vt deus rectissimi. & inde מישר Meisar. pro quo btũs hieronymus trãstulit opere quadro. 3. Reg. 6. Opere quadro ad regulã. Hebrei dicũt q; signat extensum vel cõplanatũ.

יַת Iath. in lingua chaldaica est articulus accusatiui casus. sicut in hebreo hec dictio את Eth. de qua supra dictum ẽ in littera aleph. Et eodem modo componitur cum pronominibus sicut dictum est in predicta dictione את Eth.

יתב Iatheb. in lingua chaldaica significat sedere vel habitare. Dañ. 7. Et antiquus dierum sedit. Esdre. 4. Et habitare eos fecit in ciuitatibus samarie.

יתד Iathed. paxillus. clauus. Deut. 23. Gerens paxillum in baltheo. Iudi. 4. Tulit itaq; iael vxor Aber clauũ tabernaculi. Et in eo. 5. Manũ suam misit ad clauum. Et in codẽ. 16. Et clauum his circunligatum terre fixeris. Et in eodẽ. Extraxit clauum cum crinibus & licio. Esa. 22. Et figam illum paxillum in loco fideli. Et in eodem. Auferetur paxillus qui fixus fuerat. Zach. 10. Ex ipso angulus & ex ipso paxillus. Et in plurali. יתדות Iethedoth. Exo. 27. Tam paxillos eius quam atrii.

יתם Iathom. Pupillus. orphanus. Exo. 22. Vidue & pupillo non nocebitis. ps. 9. Orphano tu eris adiutor. Et in plu. יתומים Iethomim. ps. 67. Patris orphanorũ & iudicis viduarũ. Threñ. 5. Pupilli facti sumus absq; patribus.

יתר Iathar. remanere. relinquí. relinquere. superesse. excellere. excellens esse. Exuperare. Geñ. 32. Traductis q; omnibus que ad se pertinebant remansit solus. Exo. 10. Et quidquid pomorum in arboribus fuit que grando dimiserat. idest reliquerat. Et in eodem. Nihilq; omnino virens relictum est in lignis. Et in eodem. 16. Nullus relinquat ex eo in mane. Et in eodem. Sed dimiserunt quidam ex eis vsq; mane. Et in eodem. 29. Quod si remanserit de carnibus consecratis. Et in eodem. Combures reliquias igni. idest quod remansit vel relictum est. Leuit. 2. Quod autem reliquum fuerit. Et in eodem. 7. Si quid in crastinum remanserit. Iof. 11. Et non reliquit vllum de stirpe Enachim. 3. Reg. 18. Ego remansi propheta domini solus. ps. 78. Posside filios mortificatorum. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Relinque filios interitus. Prouer. 2. Et simplices permanebunt in ea. idest remanebunt in ea. Esa. 1. Relinquetur filia sion vt vmbraculum in vinea. Et in eodem. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen. significat etiam excellere. vel superare. vt Geñ. 49. Effusus es sicut aqua: non crescas. idest non excelles vel non habebis excellentiam que tibi debebatur vt primogenito super fratres tuos. Prouer. 12. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. Pro quo hebrei legũt. Excellit siue exuperat proximũ suũ siue amicũ suũ iustus. idest excellentior est iustus alio quocũq;. & inde נותר Nothar. siue מותר Mothar. idest illud quod relinquitur vel remanet, vt. 4. Reg. 4. Tu autem & filii tui viuite de reliquo. Inde יתר Iether. siue יותר Iother. Plus. magis. amplius. reliquum. residuum. Geñ. 49. Prior in donis & maior in imperio. idest plus in donis & magis in imperio. Ps. 30. Et retribuet abundanter facientibus superbiam. idest retribuet magis vel amplius. Eccl's. 7. Et magis prodest videntibus solem. Et i eo. 12. His ãplius fili mi ne requiras. Esa. 56. Et erit sicut hodie sic & cras & multo amplius. Ponitur etiam pro reliquo vel reliquiis aut residuo. Leuit. 14. qd autem reliquum est olei. 1. Reg. 15. reliqua vero occidimus Ps. 16. Et dimiserunt reliquias suas paruulis suis. Ioel. 1. Residuum eruce comedit locusta & residuum locuste comedit Bruchus. & inde יתרה Ithra. i. Excellẽtia. plus: siue magnitudo. vt Esa. 15. Secundum magnitudinẽ operis & visitatio eorum. Scribitur etiam cum tau in fine & dicitur יתרת Ithrath. Hiere. 48. Quia plus fecit quam potuit: idcirco perierũt. Et in hebreo nõ est quã potuit. debet tamen subintelligi. & inde יותר Iother. idest amplius. magis. excellentia. Eccl's. 1. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo. Et in eodem. 2. Et nihil permanet sub sole. idest nihil est amplius sub sole. Et in eodem. Et vidi q; tantum precederet sapientia stultitiam quantum differt lux a tenebris. pro quo hebrei legunt. Et vidi quod est excellentia sapientie ab stultitia: sicut est excellentia lucis a tenebris. Et in eodem. 3. Quid habet amplius hõmo. Ponitur etiã pro insuper. Vt in eodem. 5. Et insuper vniuerse terre rex imperat seruienti. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מותר Mothar. vt in eodem. Et nihil habet homo iumento amplius. Item יתר Iether. funiculus. Neruus. idest corda arcus. ps. 11. Parauerunt sagittam suam in pharetra. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Posuerunt sagittã suã sup neruũ. Iob. 4. Qui aũt reliqui fuerint auferẽtur ex eis. pro quo he. le. Vtiq; auferetur siue mouebitur funiculus eorũ in eis vel cũ eis. Et secundum hebreos per funiculũ intelligitur hic ligatura vel firmitas. potest deriuari a primo significato & legi sic. s. Auferentur siue mouebũtur reliquie eorũ in eis vel cum eis. Quod est idem sensus cum littera nostra. vel secundum aliud significatum sic. Auferetur excellentia eorum cum eis. Et in eo. 30. Pharetram enim suam aperuit. Pro quo hebrei legunt. funiculum meum siue cordam meã dissoluit vel aperuit. & in plurali יתרים Ietharim. vt Iudi. 16. Si septem neruiceis funibus. Et in eodem. Attuleruntq; ad eam satrape philistinorum septem funes. Scribitur etiam cum mem in pricipio & dicitur מיתרים Metharim. vt Nu. 3. Funes tabernaculi & omnia vtensilia eius. & in eo. & paxilli cum funibus. Item יתרת Iothereth. idest tela vel reticulum quod pendet ex iecore. Leuit. 3. & reticulum iecoris cum renunculis. & in eodem. & vtrumq; renunculum cũ adipe qui est iuxta ilia reticulumq; iecoris. Ponitur etiam pro aruina. vt in eodem. & aruinam iecoris cum renunculis. Item ponitur pro adipe. vt in eodem. 4. & adipem iecoris cum renunculis.

De incipientibus a littera כ. Caph.

Ista littera כ. Caph nunq; reperitur sola per se sicut neq; vlla alia littera hebraica: sed apponitur nomini vel verbo & aliquibus aliis partibus orationis & tunc significat. quasi. sicut. tanq; quemadmodum. cum. quando. iuxta. secundum. Geñ. 3. ecce adam quasi vnus ex nobis. & i eo. 10. quasi nẽbrod robustus venator coram domino. & in eo. 19. visus est eis quasi ludens loqui. & in eo. 33. Quasi videre vultum dei. & i eodem. 38. Ne ipse moreretur sicut fratres ei?. & in eodem. 48. Sicut ruben & symeon. Exo. 15. Que deuorauit eos sicut stipulam. Deut. 1. Sicut stellas celi. Ps. 1. & erit tanq; lignũ. & in eo. Tanquam puluis quem proiicit ventus. ps. 2. Tanq; vas figuli. Ps. 17. qui pfecit pedes meos tanquam ceruorum. ps. 18. & ipse tanquam sponsus. Ps. 36. quemadmodum fumus deficiant. ps. 41. quemadmodum desiderat ceruus ad fõtes aquarum. ps. 77. quemadmodum patres eorum. Item significat cum vel quando. vt Exo. 9. Cum egressus fuero de vrbe. Deut. 17. Postquã autem sederit in solio regni sui. Pro quo he. le. Et erit qñ sederit in solio regni sui. Ester. 1. Qñ sedit in solio regni sui. Osee. 7. Cum sanare vellem israel. Item ponitur pro iuxta vel secundum. vt Geñ. 21. Iuxta misericordiam quã feci tibi. Et in eo. 43. Primogenitus iuxta primogenita sua: & minimus iuxta etatem suam. Exo. 25. Secundum exẽplar quod tibi in mõte monstratũ est. ps. 7. Iudica me dñe secũ dũ iustitiã meã & secdm innocentiã meã. Ps. 61. Quoniam tu reddes vnicuiq; iuxta opa sua. Habet fortasse & alios modos significandi qui possunt reduci ad supradicta.

Sequuntur dictiones quarum prima littera substantialis est כ. Caph.

כאב Caab. Dolere. Iob. 14. Attamen caro eius dum viuet dolebit. Inde כאב Coeb. idest dolens. Ps. 68. Ego sum pauper & dolens. Et in plurali כאבים Coabim. Geñ. 34. Quando grauissimus vulnerum dolor est. Pro quo hebrei legunt. Cum essent dolentes. Et inde verbum tertie coniugationis quod significat dolere facere vel dolorem inferre. Hiere. 28. Et spina dolorem inferens. Ponitur et pro vulnerare vel contristare. vt Iob. 5. Quia ipse vulnerat & medetur. Ezech. 13. Quem ego non contristaui. Item ponitur translatiue pro lapidare vel lapidibus per cutere. p quo btũs hieronymus trãstulit operire. s. lapidibus. 4. Reg. 3. Et oẽm agrũ egregiũ operietis lapidib?. & inde כאב Ceeb. i. dolor. Iob. 2. Videbant enim dolorem eẽ vehemẽtẽ. Esa. 65. Et vos clamabitis pre dolore cordis. scribitur ẽt cũ mẽ in principio & dr̃ מכאוב Machob. Exo. 3. Et sciẽs dolorem eius. Eccl's. 1. Qui addit scientiam addit dolorem. Et in eo. 2. Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni sunt. Esa. 53. Virum dolorum. Et i eo. Et dolores nostros ipse portauit. Threñ. 1. Si est dolor sicut dolor meus. Ponitur etiam כאב Ceeb. pro compassione vel miseratione. vt Iob. 31. Quoniã ab infantia creuit mecũ miseratio.

כאה Caa. conterere. merere facere. percutere. Ps. 108. Et cõpunctum corde mortificare. idest contritum corde. Prouer. 18. Spiritum vero ad irascendum facile quis poterit sustinere. pro quo hebrei legunt. Et spiritum merentẽ vel tristem aut cõtritũ quis poterit sustinere. Ezech. 13. pro eo quod merere fecistis cor iusti. Dañ. 11. Et venient super eum trieres romane & percutietur. idest conteretur. Et dicunt aliqui hebrei q; a predicta dictione deriuatur חלכאים Chelcaim. & q; est dictio composita & significat exercitũ vel cõgregatiõnẽ oppressorũ vel merentiũ. pro quo translatio nostra pauperes traduxit. ps. 9. Et cadet cum dñatus fuerit pauperũ. De quo vide supra in dictiõe חלך Chélech.

כוכב Cochab. Stella. sidus. Nu. 24. Orietur stella ex iacob Amos. 5. Sidus dei vestri. Et in plu. כוכבים Cochabim. Geñ. 1. & stellas. Et in eo. 15. Et numera stellas si potes. ps. 8. Lunam & stellas que tu fundasti. Esa. 47. Augures celi qui contemplantur sidera. Abdie. 1. Si inter sidera posueris nidum tuum. Et quando post se regit genitiuum scribitur sine mem & dr̃ כוכבי Cochbe. Geñ. 26. sicut stellas celi.

ככה Cacha. sic. ita. Exo. 12. Sic autẽ comedetis illum. De quo vide infra in dictiõe כה Co.

כבד Cabad. Grauare. aggrauare. premere. opprimere. multiplicare. Grauẽ vel ponderosum esse. Honorare. glorificare. honoratũ siue gloriosum esse. Geñ. 18. Et peccatũ eorum aggrauatũ est nimis. Et in eo. 43. Fames omnẽ terram vehementer premebat. Pro quo hebrei legunt. Et fames grauescebat in terra. Et in eodem. 48. Oculi enim israel caligabant pre nimia senectute. Pro quo hebrei legunt. Oculi enim israel grauati erant pre senectute. Exo. 5. Opprimantur operibus. idest aggrauentur. Et in eodem. 7. Ingrauatum est cor pharaonis. Et in eodem. 8. Ingrauauit cor suum: & non audiuit eos. Et in eodem. Et ingrauatum est cor pharaonis. Et in eodem. 10. Ego enim induraui cor eius. idest aggrauaui. 1. Regũ. 5. Aggrauata est autem manus domini super azotios. Et in eodem. Et grauissima valde manus domini dei. pro quo hebrei legunt. Et grauabatur valde manus dei ibi. Et in eodem. 6. Quare aggrauatis corda vestra sicut aggrauauit egyptus & pharao. Et in eodem. 31. Totũ pondus prelii versum est in saul. pro quo hebrei legunt. & ingrauatum est prelium in saul siue contra saul. 2. Reg. 13. Et grauemus te. Et in eodem. 14. quia grauabat eũ cesaries. 3. Reg. 12. Pater tuus aggrauauit iugũ nostrum. 2. Paralip. 25. Et idcirco erigitur cor tuum in superbiam. pro quo hebrei legunt. Et erexit te cor tuum ad aggrauandum: scilicet prelium. Ps. 37. sicut onus graue grauate sunt super me. Esa. 6. Et aures eius aggraua. Ponitur etiam pro multiplicare. vt Naum. 3. Congregare ergo vt bruchus: multiplicare vt locusta. & inde כבד Cabed siue כבד Cobed. aut כבד Cebed. idest grauis ponderosus. multus siue multiplicat?. magn? siue vehemẽs. vel pminẽs Geñ. 12. preualuerat enim fames in terra. pro quo he. le. Grauis eni erat fames in terra. Exo. 4. impeditioris & tardioris lingue sum. pro quo he. le. quia grauis oris & grauis ligue ego sũ. & est sẽsus sicut in lr̃a nostra. & in eo. 9. pestis valde grauis. Et in eodem. 17. Manus autem moysi erant graues. Ps. 37. Sicut onus graue. prouer. 27. Graue est

saxum & onerosa arena.Esa.1.Populo graui iniquitate. & in eodem.21.A facie grauis prelii.Naum.3. Et grauis ruine.Hebrei tamen in predicto loco legunt.Et multitudo cadaueris.Nam ponitur etiam כָּבֵד Cabed.pro multo vel magno aut vehementi vel prominenti.vt Geñ.49.Plãctu magno atq; vehementi.Et in eodem . Planctus magnus est iste egyptiis.Exo.10.Et sederunt in cũctis finibus egyptiorum innumerabiles.idest multe.Et in eodem.18. Vltra vires tuas est negocium.idest multo magis quam vires tue. Nu.20. Statimq; egressus est obuius cum infinita multitudine.3.Reg.3.Populum tuum hunc multum.Esa.32.Et vmbra petre prominenti.Ponitur etiã pro diuite. vt Geñ.13.Erat autem Abraam diues valde.idest auctus & multiplicatus in bonis.Sed beatus hieronymus in hebraicis questionibus super predicto loco sic ait.. Quomodo potuerit exiẽs de egypto esse diues valde.Quod soluitur hebraica veritate in qua scribitur.Abraam grauis vehementer:hoc ẽ כָּבֵד מְאֹד Cabed meod;egypti pondere grauabatur:& licet videantur esse diuitie pecoris auri & argenti : tamen si egyptie sunt viro sancto graues sũt.Hec hieronymus.&inde כְּבֵדוּת Cebeduth.idest grauitas siue ponderositas.Beatus hieronymus transtulit Profundum.Exo.14. Ferebanturq; in profundum.Pro quo hebrei legũt .& deduxit eos in grauitate.i.grauiter & ponderose. Significat etiam supradicta dictio כָּבַד Cabad.honorare siue glorificare.Exo.14.Et glorificabor in pharaonem.Et in eodem.20.Honora patrem tuum & matrem.Leuit.10.Et in conspectu omnis populi glorificabor.Nu.22.Paratum habeo honorare te.Et in eodem. An quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo.Pro quo hebrei legunt. An quia non possum honorare te.Et in eodem.24.Decreueram quidem magnifice honorare te.Iudi.13.Vt si sermo tuus fuerit expletus honoremus te.1.Reg.2.Quicunque honorauerit me glorificabo eum.Et in eodem.15.Honora me coram senioribus. Iob.14.Siue nobiles fuerint filii eius . idest siue honorati vel glorificati fuerint.Ps.14. Timentes autem dominum glorificat.Ps.49.Sacrificiũ laudis honorificabit me. Prouer.12.Quam gloriosus & indigens pane.pro quo hebrei legunt.Quam glorificans vel honorans se & indigens pane.Et in eodem.13.Qui autem aquiescit arguenti glorificabitur.Et in eodem.27.Et custos domini sui glorificabitur.Esa.24.In doctrinis glorificate dominum.Et in codẽ 26.Nunquid glorificatus es.Et in eodem.58 . Et sanctum domini gloriosum & glorificaueris eum. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.Et in eodem.66 .propter nomẽ meum glorificetur dominus.Hiere.30.Et glorificabo eos & non attenuabuntur.Hebrei tamen in predicto loco secundum aliam significationem legunt. Et multiplicabo eos & non minuentur.Ezech.27 . Et glorificata es nimis in corde maris.Inde כָּבוֹד Cabod.idest gloria. honor. Geñ.45.Et nunciate patri meo vniuersam gloriam meã. Exo.16.Et ecce gloria domini apparuit in nube.Nu. 24. Sed dominus priuauit te honore.Ios.7. Et da gloriam domino deo israel.1.Reg.4.Translata est gloria de israel.p̃s. 4.Filii hominum vsquequo graui corde:vt quid diligitis vanitatẽ.pro quo hebrei legunt. Filii viri vsquequo gloria mea pro ignominia diligitis vanitatem.vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam ueritatem sic trãstulit.Filii viri vsquequo inclyti mei ignominiose diligitis vanitatem.p̃s.7.Et gloriam meam in puluerem deducat.p̃s 15.Et exultauit lingua mea:pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit , Et exultauit gloria mea.p̃s.28.Et in templo eius omnes dicent gloriam.p̃s.29.vt cantet tibi gloria mea.p̃s.72.Et cum gloria suscepisti me.Prouer.20.Honor est homini qui separat se a contentionibus.Et in eodem.25.Gloria dei celare verbũ & gloria regum inuestigare sermonem . Esa. 14 . vniuersi dormierunt in gloria.Et in eo.16.Auferetur gloria moab. Et in eodem.40.Et reuelabitur gloria domini. Malach.1. vbi est honor meus.& inde כְּבוּדָּה Cebuda . idest gloriosa vel honorabilis. preciosum.p̃s.44.Omnis gloria eius filie regis.Ezech.23.Et sedisti in lecto pulcherrimo.i. honorabili.Et in hebreo est generis feminini.ponitur etiam pro precioso.Iudi.18.Et omne quod erat preciosum . Et inde נִכְבָּד Nicbad.idest honorabilis. inclyt9.nobilis.gloriosus Geñ.34.Et erat inclytus in omni domo patris sui.2 .Reg. 6.Quam gloriosus fuit hodie rex israel.& in plu. נִכְבָּדִים Nichbadim . Nu.22.plures & nobiliores quã ante miserat p̃s.149.Et nobiles eorum in manicis ferreis.Et in genere feminino נִכְבָּדוֹת Nicbadoth.p̃s.86.Gloriosa dicta sunt de te.Et in hebreo est generis feminini pluralis numeri.idest res gloriose dicte sunt de te.Item כָּבֵד Cabed . idest iecur. Leuit.1.Et omnia que adherent iecori. Et in eodem.3 .Et reticulum iecoris.Prouer.7.Donec transfigat sagitta iecur eius.Ezech.21.Exta consuluit.pro quo hebrei legunt.vidit in iecore.Threñ.2.Effusum est in terra iecur meum.

כָּבָה Caba.extinguere.vt Leuit.6.Ignis autem in altari sẽper ardebit.pro quo hebrei legunt.&ignis in altari ardebit & non extinguetur.& in eodem.Et nunquam deficiet in altari.idest nunquam extinguetur.1.Reg.3.Nec poterat videre lucernam dei antequam extingueretur. 2 . Reg. 14.Et querunt extinguere scintillam meam. Et in eodem 21.Ne extinguas lucernam israel.2.paralip.29. Et extinxerunt lucernas.Canti.8. Aque multe non poterunt extinguere charitatem.Esa.42.Et lignum fumigans non extĩguet.Et in eodem.44 . Contriti sunt sicut linum & extincti sunt.

כֶּבֶל Chébel.compes.vinculum.p̃s.104.Humiliauerũt in compedibus pedem eius.p̃s.149 . Et nobiles eorum in manicis ferreis.idest in vinculis vel compedibus ferreis & inde כָּבוּל Cabul.pro quo translatio nostra posuit ipsũ hebraicum.3.Reg.9.Et appellauit eas terram cabul. idest sterilem & incultam: sicut exponunt hebrei . Alii vero dicunt q; significat arenosam siue lutosam in qua pedes ambulantium comprehendantur & figãtur quasi essent in cõpedibus & uinculis.

כָּבַס Cabas.Lauare.abluere.Geñ.49.Lauit in vino stolã suam.Exo.19.Lauentque vestimenta sua.Leuit.11.lauabitq; vestimenta sua.Et in eodem.13.Lauabitq; hõ vestimenta sua & mundus erit.& in eodem.Et lauabunt id in q̃ lepra est.Et in eodem.postquam vestis est lota.Nu.8. & lauerint vestimenta sua.& in eodem.31.Et lauabitis vestimẽta vestra.p̃s.50.Amplius laua me ab iniquitate mea . Hiere.2.Si laueris te nitro.& in eodem.4 . Laua a malicia cor tuum.& inde כּוֹבֵס Cobes.idest lauans aut fullo.Esa.7 . In via agri fullonis.Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מְכַבֵּס Mechabes.vt Malach.3. Quasi ignis cõflans & quasi herba fullonum.

כֹּבַע Cóbaa.Galea.armatura capitis.1.Regũ.17. Et posuit galeam eream super caput eius.Esa.59.Et galea salutis in capite eius.Ezech.27.Clypeum & galeam suspenderunt in te.& in plurali כּוֹבָעִים Cobaim. Hiere.46.Et state in galeis.

כַּבִּיר Cabir.Multiplex.magnus.multus.grandis.fortis. potens.Iob.8.Et spiritus multiplex sermones oris tui. Et in eodem.15.Multo vetustiores quam patres tui. Et in

Magnus. Multum. multitudo. prominẽs. Diues. Grauis. כְּבֵדוּת Profũdũ. Grauitas. כָּבַד Glorificaſ Honorare. Honorificare. כָּבוֹד Gloria. Honor. כְּבוּדָּה Gloria. Honorabilis. Preciosũ. נִכְבָּד Inclytus. Gloriosus. נִכְבָּדִים Nobiles. נִכְבָּדוֹת Gloriosa. כָּבֵד Iecur. כָּבָה Extiguere. כֶּבֶל Compes. Vinculum. כָּבוּל Sterilis. Inculta. כָּבַס Lauare. כּוֹבֵס Fullo. מְכַבֵּס כֹּבַע Galea. כּוֹבָעִים Galee. כַּבִּיר Multiplex. multus.

eodem. Deus potentes non abiicit:cũ & ipse sit potens.Esa. 16.Paruus & modicus nequaq; multus.Scribitur etiam aliquando cũ aleph in medio.Esa.10.Et detraxi quasi potens in sublime residentes.Pro quo hebrei le.Et detraxi multitudinẽ habitãtiũ.Potest ẽt legi sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione אַבִּיר Abir.& in plurali כַּבִּירִים Cabirim. Iob.34.Cõteret multos & innũerabiles.Esa.17. Sicut sonitus aquarũ multarũ sonabunt· & aliqñ scribitur cum mem.& dicitur מַכְבִּיר Machbir.i.mltitudo siue multi. Iob.30.Et dat escas multis mortaliũ.& inde verbum tertie coniugationis qđ significat magnificare seu multiplicare. vt Iob.36.Et absq; sciẽtia verba multiplicat.Item כָּבִיר Cabir.i.pellis.1.Reg.19.Et pellem pilosam caprarũ posuit ad caput eius.& inde כְּבָרָה Cebara.i.cribrum.eo quod cõmuniter fit ex pelle.Amos. 9.Sicut concutitur triticum in cribro.& inde מִכְבָּר Michbar.Pro quo beat9Hieronym9 trãstulit craticulã.Exo.27.Craticulãq; in modũ retis eneam. & in eo.38.Craticulãq; eius in modũ retis fecit eneam.& inde מַכְבֵּר Machber.i.stragulũ:seu vestis densa:aut tegmẽ 4.Reg.8.Et tulit stragulum & infudit aquã. & inde כִּבְרַת Chibrath.Pro quo beatus Hieronymus transtulit vernum tempus siue electum temp9.Geñ.35.Venitq; verno tpe ad terram que ducit ephratam.4.Reg.5.Abiit ergo ab eo electo tpe.Et de hoc vide supra in dictione בָּרָה Bara. Itẽ כְּבָר Cebar.i.iam.Eccl's.1.Iam precessit in seculis. & in codẽ.2. Vt sequi possit regem factorem suũ.Pro quo hebrei le. Vt sequi possit regem qui iam fecerunt eũ.& in eodẽ. Et futura tpa obliuione cuncta pariter operiẽt.Pro quo hebrei le. Eo quod iam diebus vẽturis siue futuris oĩa obliterabũtur & in eo.3.Quod factũ est ip̃m permanet.Pro quo hebrei legunt.Quod fuit iam est.& in eo.4.Et laudaui magis mortuos quam viuentes.Pro quo hebrei legũt. Et laudaui mortuos qui iam mortui sunt magis q̃ viuentes.& in eodem.6. Iam vocatum est nomen eius.& in eo 9.Simul perierũt.i. iam perierunt.& in codẽ.Quia deo placent opera tua. pro quo hebrei legunt.Quia iam deo placent opera tua.

כָּבַשׁ Cabas . Subiicere. Subigere. in seruitutem redigere. Subiugare.Opprimere. Geñ.1.Et replete terram & subiicite eã.Nu.22.Cũ fuerit terra vobis subiecta.2.Reg. 8.De vniuersis gentib9 quas subegerat.Nee.5. Et ecce nos subiugamus filios nostros & filias in seruitutem.& in eodẽ. Et de filiabus nostris sunt famule.i.sunt subiecte. Ester. 7. Etiam reginam vult opprimere me presente.Hiere.34.Et subiugauerunt in famulos & in famulas.Zach.9. Et subiicient lapidibus funde.Ponitur ẽt pro deponere. vt Mich. 7;Deponet iniquitates nostras.

כֶּבֶשׂ Cébes cũ pũcto cebolet in littera sim.i. agnus.Leuit. 4.Si aũt de pecoribus obtulerit.Pro quo hebrei legunt.Si aũt agnũ obtulerit. Nu.7.Agnum vnũ anniculũ in holocaustũ.Esa.11.Et habitabit lup9 cum agno.& in plurali כְּבָשִׂים Cebasim.i.agni.Exo.29.Agnos anniculos per singulos dies iugiter.Nu.7.Agnos anniculos per singulos quiq;.& in genere feminino כַּבְשָׂה Cabsa.i.agna siue ouis. Nu.6. Et ouem anniculã immaculatã pro peccato.2.Reg. 12.Pauper aũt nihil habebat omnino preter ouẽ vnã paruulã.& in plurali כִּבְשׂוֹת Chibsoth siue כְּבָשׂוֹת Chebasoth. Geñ.21.Et statuit abraã septem agnas gregis.& in eodem Quid sibi volunt septem agne iste.

כַּד Cad.hydria.lagena.Geñ.24.Habens hydriam in scapula sua.3.Reg.17.Hydria farine non deficiet.Eccl's.12.Et conteratur hydria super fontem.& in plurali כַּדִּים Cadim. Iudi.7.Et dedit tubas in manibus eorum lagenasq; vacuas ac lãpades ĩ medio lagenarũ.& ĩ eo.Et hydrias cõfregerũt.

כִּידוֹד Cidod.scintilla.teda.Iob.41.Sicut tede ignis accense. & secundum hebreos inde deriuatur כַּד Cad.i. hydria vel lagena. De quo dictum est supra in dictione precedenti.

כְּדַב Chadab in lingua chaldaica significat mentiri seu fallere.& inde כִּדְבָא Chidba.i.mendaciũ seu mẽdax aut fallax. Dañ.2. Quod interpretationem quoq; fallacem & deceptione plenam composueritis.

כַּדְכֹּד Cadchod lapis precios9.Quẽ trãslatio nr̃a hyaspidẽ vocat.Esa.54.Et ponã hyaspidẽ propugnacula tua. In alio vero loco trãslator posuit ipsum nomen hebraicũ. Ezech.27.Et sericũ & cõdchód p̃posuerũt in mercato tuo.

כַּדּוּר Cadur.pila.sphera.Esa.22.Quasi pilã mittet te in terram.vbi deficit littera caph similitudinis que ponitur pro quasi:propter euphoniam ne littera caph geminetur. & in codẽ.29.Et circũdabo te quasi sphera in circuitu tuo. Ponitur etiam כִּידוֹר Chidor pro prelio·vt Iob.15.Sicut regem qui paratur ad preliũ:eo quod in prelio globus militũ circundabat regem quasi sphera.

כֹּה Co.sic.ita.hic.illic.huc.illuc.hinc.illinc. Geñ.15. Sic erit semen tuũ.& in eo.32.Sic loquimini domino meo esau. & in eodem.Hec dicit frater tuus iacob.Pro quo hebrei legunt.Sic dicit frater tuus iacob.Exo.3.Sic dices filiis israel. Nu.16.Sic benedicetis filiis israel.& in eodẽ.32.Nõne ita fecerunt patres vestri.1.Reg.3.Hec faciat tibi deus & hec addat.pro quo hebrei legũt.Sic faciat tibi deus & sic addat.Et vbicũq; in prophetis legimus:hec dicit dñs. Hebrei legũt. sic dicit dominus.& aliquando duplicatur littera caph.& dicitur כָּכָה Cacha.vt Exo.12. Sic aũt comedetis illũ. & in eo. 29. Omnia que precepi tibi facies super Aarõ & filiis ei9. Pro quo hebrei legũt. Et facies Aaron & filiis eius sic: iuxta omĩa que precepi tibi. Nu.11.Sin aũt aliter tibi videtur. Pro quo.he.le.Et si sic tu facies mihi.Ester.6.Sic honorabitur quẽcũq; rex voluerit honorare.Eccl's.11. Sic nescis opa dei.Canti.5.Quia sic adiurasti nos. Est etiam predicta dictio כֹּה Co.aduerbium loci.i.hic.huc. illuc. hinc. illinc. vel temporis.vt Geñ.22.Ego & puer illuc vsq; properantes.& in eodem.31.Pone hic coram fratribus meis. Exo.2. Cũq; circunspexisset huc atq; illuc.Nu.11.Quantum vno die confici potest ex omni parte castrorũ.pro quo hebrei le.Quasi via vnius diei hinc:& quasi via vnius diei illinc in circuitu castrorũ.& est sensus sicut in littera nostra.3.Reg.18. Cũq; se verteret huc atq; illuc.Significat etiam tempus presens. vt Exo.7.Et vsq; ad presens audire ñoluisti.

כָּהָה Caha.caligare.obscurare.obscurari.corripere. contristare.debilitari:aut infirmari.Geñ.27. Et caligauerũt oculi eius.Deut.34.Non caligauit oculus eius.1.Reg.3.Et oculi eius caligauerant.Iob.17.Caligauit ab indignatione oculus meus.Nañ.3.Non est obscura cõtritio tua. Zach.11. Et oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Significat etiam corripere vel cõtristare aut infirmari.1.Reg.3.Et non corripuerit eos.Esa.42.Non erit tristis nec turbulentus.i.non cõtristabitur.Ezech.21.Et infirmabitur om̃is spiritus.& inde כֵּהָה Cheha.i.obscurum vl' tenebrosum.vt Leuit.13.Si obscurior fuerit lepra & non creuerit.& in codem Et cicatrix subobscura.& in eo.Et ipsa lepre species fuerit subobscura.& in eodẽ.Si deprehenderit subobscurum albo rem lucere in cute.Ponitur ẽt pro fumigante.Esa.42. Et linũ fumigans nõ extinguet. Quod alii obscurũ & tenebrosum trãstulerũt.vt ait btũs Hieronym9 in explanationibus sup predicto loco. Põitur etiam p̃ merore vel tristitia.Esa. 61.Pallium laudis pro spiritu meroris.

כְּהַל Cahel.in lingua chaldaica significat posse siue valere. Dañ.2.Vere potes mihi indicare somnium.& in eo.5

Potens. כַּבִּירִים Multi. Multe. מַכְבִּיר Multi. Multiplicare. כָּבִיר Pellis. כְּבָרָה Cribrum. מִכְבָּר Craticula. מַכְבֵּר Stragulũ. כִּבְרַת Vernũ tp̃s. Electũ tp̃s. כְּבָר Iam. כָּבַשׁ Subiicere. Subigere. Subiugaſ. Opprimeſ. Deponere. כֶּבֶשׂ Agnus. כְּבָשִׂים Agni. כַּבְשָׂה Ouis. כִּבְשׂוֹת כְּבָשׂוֹת Agne. כַּד Hydria. כַּדִּים Lagene. Hydrie. כִּידוֹד Teda. כַּד כְּדַב Mentiri. כִּדְבָא Fallax. כַּדְכֹּד Hyaspis. כַּדּוּר Pila. Sphera. כִּידוֹר Prelium. כֹּה Sic. Ita. כָּכָה Sic. כֹּה Illuc. Hic. Huc. Illuc. Hinc. Presens tempus. כָּהָה Caligare. Obscurari. Corripere. Cõtristare. Infirmari. כֵּהָה Obscurus. Subobscura. Fumigãs. Meror. כְּהַל Posse.

Non poterunt nec scripturam legere.

כהן Cahan: ministrare.s.in sacris. sacerdotio fungi. sacerdote ordinari. Exo. 28. vt sacerdotio fungatur mihi. & in eodē. In quibus sanctificatus ministret mihi. & in eo. Sāctificabisq; illos vt sacerdotio fungantur mihi. & in eo. 35. Vt fungātur officio suo in sacris. Nu. 13. Cōsecratis manib⁹ vt sacerdotio fungerētur. & in eo. Functiq; sunt sacerdotio eleazar & ithamar. Pōitur ēt pro decorare. vt Esa. 61. Tāq̄ sponsum decoratū corona. i. tanq̄ spōsus qui more sacerdotis decoratur corona atq; aliis vestibus p̄ciosis atq; pulcherrimis: sicut exponūt hebrei. & inde כהן Cohen. i. sacerdos. minister. vel ille qui preest sacris. Geñ. 14. Erat autē sacerdos dei altissimi. & in eo. 41. Deditq; ei vxorē Asenez filiā putipharis sacerdotis heliopoleos. Exo. 2. Erāt aūt sacerdoti madian septē filie. Leuit. 4. Si sacerdos peccauerit. Et in eo. 6. Vestietur tunica sacerdos. & in eo. 13. Adducetur ad Aron sacerdotē. Deut. 17. Nolens obedire sacerdotis imperio. Ps. 109. Tu es sacerdos in eternū. Hiere. 52. Saraiam sacerdotē primū & sophoniā sacerdotē secūdū. & in plurali כהנים Cohanim. Geñ. 47. Preter terrā sacerdotum que a rege tradita fuerat eis. Leuit. 21. Loquere ad sacerdotes filios Aaron. 2. Reg. 8. Sadoc & abiathar erant sacerdotes. 4. Reg. 10. Et notos & sacerdotes. Iob. 12. Qui ducit sacerdotes inglorios. Osee. 6. Particeps sacerdotū. Accipitur et pro magno vl' p̄ncipali. vt. 2. Reg. 8. Filii aūt dauid sacerdotes erant. i. primi & principales ad manū regis. vt habetur 1. Paralip. 18. vbi dr̄. Porro filii dauid primi ad manum regis. 2. Reg. 20. Hira aūt hiraites erat sacerdos dauid. i. primus & principalis in domo regia. sicut exponūt hebrei. Quia nō erat de gn̄e sacerdotali. & inde כהנה Cehuna. i. sacerdotiū. Nu. 16. Vt vobis etiā sacerdotiū vendicetis. & in eo. 25. Et erit tā ipi & semini ei⁹ pactū sacerdotii sepiternū.

כוא Chaua. in ligua chaldaica signat fenestrā. & in plali כוין Chauin. Dañ. 6. Et fenestris apertis in cenaculo suo.

כוה Caua. cōburere. exurere. Prouer. 6. Vt nō plāte comburantur eius. Esa. 43. Cū ambulaueris in igne nō cōbureris. & inde כויה Ceuiia. i. cōbustio vel adustio. vt Exo. 21. Pedē pro pede adustionē pro adustione. Scribitur etiam cū mem in pricipio. & dicitur מכוה Michua. i. cōbustio. Leuit. 13. Caro aūt & cutis quā ignis exusserit. Pro quo he. le. Caro aūt in cuius cute fuerit exustio ignis. & in eo. Plaga combustionis est. & in eo. Quia cicatrix est combusture.

כוח Coach. fortitudo. virtus. robur. & cōiter scribitur sine vau. Geñ. 49. Tu fortitudo mea & principium doloris mei. Exo. 15. Dextera tua dñe magnificata est in fortitudie. Deut. 8. Fortitudo mea & robur manus mee. Iob. 3. Ibi requieuerūt fessi robore. & in eo. 9. Sapiēs corde est & fortis robore. & in eo. 26. In fortitudine ei⁹ repēte maria cōgregata sunt. & in eo. 30. Quorū virt⁹ manuū mihi erat p̄ nihilo. Ps. 22. Aruit tāq̄ testa virtus mea. Ps. 28. Vox dñi in virtute. Ps. 37. Dereliquit me virt⁹ mea. Ponitur ēt p̄ fructu: qui dicitur virtus & fortitudo terre. Iob. 31. Si fruct⁹ eius comedi absq; pecunia. Itē כח Coach. i. aial immundum. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. Chameleon. Leuit. 11. Chameleon & stellio & lacerta.

כול Col. capere. cōtinere. posse. ferre. sustiere. sustētare. nutrire. pascere. & cōmuniter scribitur cū iod in medio loco vau. 3. Reg. 7. Duo milia batos capiebat. & in eo. 8. Qm̄ altare eneū qd' erat corā dño min⁹ erat & capere nō poterat holocaustum. 2. Paralip. 4. Capiebatq; tria millia metretas. Hiere. 2. Et foderūt sibi cisternas dissipatas q̄ cōtinere non valēt aquas. Ezech. 21. Vt interficias & fulgeas. Pro quo he. le. Vt capias siue cōtineas. i. vt sis capacissim⁹ interfectiōis & fulgeas: sic enim exponitur ab hebreis. Et similis dictio habetur infra in eodē. 23. vbi dicitur. Que est capacissima ebrietate. Significat ēt sustinere vel sustentare. vt Hiere. 6. Laboraui sustinēs. Ioel. 2. Quis sustinebit eū. Itē ponitur pro appēdere. vt Esa. 40. Quis appēdit trib⁹ digitis molē terre. Pōt ēt legi sustinuit trib⁹ digitis. Alii vero legunt & mēsus est. & scribitur in predicto loco cū caph & lamed tm̄. Et aliqñ duplicātur predicte due lre & dr̄ כלכל Chilchel. i. cape. sustinere. sustētare. dispēsare. pascere. alere. enutrire. 2. Paralip. 6. Si celū & celi celorū te nō capiunt. Prouer. 18. Spūs viri sustentat imbecillitatē suam. Hiere. 20. Ferre nō sustinēs. Malach. 3. Et quis poterit cogitare diē aduēt⁹ ei⁹. Pro quo he. le. Et quis sustinebit diem aduentus ei⁹. Significat etiā pascere vel alere aut enutrire. Geñ. 45. Ibiq; te pascā. & in eo. 47. Et alebat eos omneq; domū patris sui. 2. Reg. 19. Prebuit alimenta regi cū moraretur in castris. 3. Reg. 18. Et pauit eos pane & aqua. & in eo. 20. Et filii israel recensiti sunt & acceptis cibariis p̄fecti. Zach. 11. Et qd' stat nō enutriet. Significat etiā disponere vel dispensare. Ps. 111. Disponet sermones suos in iudicio. Et btūs Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Dispensabit verba sua in iudicio. & secūdū aliquos hebreos inde deriuatur כילי Chilai. Pro quo beatus Hieronymus transtulit fraudulentum. De quo vide infra in dictione כיל Chil.

כון Chun. parare. preparare. dirigere. formare. firmare. cōfirmare. stabilire. Geñ. 43. Et instrue conuiuiū. i. para vel prepara cōuiuiū. & in eo. Illi vero parabāt munera. Exo. 23. In locū quem preparaui tibi. Nu. 23. Et para totidē vitulos. 1. Reg. 7. Preparate corda vestra dño. & in eo. 13. Iam nūc preparasset dñs regnū tuū. 2. Paralip. 12. Nō preparauit cor suū. & in eo. 27. Eo quod direxisset vias suas. & in eo. 29. Et ecce exposita sunt oīa corā altari dñi. pro quo he. le. Et preparauimus: & ecce oīa corā altari dñi. & in eo. 31. Vt prepararent oīa horrea in domo dñi. & in eo. 35. Et preparate vos p̄ domos & cognatiōes vestras. & in eo. Preparatiq; est ministeriū. & in eo. Sibi aūt & sacerdotibus postea parauerūt. Esdre. 7. Parauit cor suū vt inuestigaret legem. Iob. 39. Quis preparauit coruo escā. Ps. 7. Et in eo parauit vasa mortis. Ps. 67. Parasti in dulcedie tua paupi deus. Ps. 101. Et semen eorū in seculū dirigetur. Ps. 102. Dñs in celo parauit sedē suā. Ps. 118. Vtinā dirigantur vie mee. & in eo. Gress⁹ meos dirige secūdū eloquiū tuū. Ps. 140. Dirigatur oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo. Ps. 146. Et parat terre pluuiā. Prouer. 19. Parata sunt derisoribus iudicia. Esa. 14. Preparate filios eius occisiōi. & in eo. 16. Et preparabitur in mia soliū. & in eo. 30. A rege preparata. pro q̄ he. le. Etiā regi preparatur. Hiere. 24. Positi ante templum dñi. i. parati vel preparati. Ezech. 28. In die qua cōditus es preparata sunt. & in eo. 38. Prepara & instrue te & oēm multitudinē tuā. vbi ponitur ēt pro instruere. Itē pōitur pro valere. vt Iudi. 12. Eādem lram spicā exprimere nō valēs. pro quo he. le. Et nō valebat loqui sic. i. nō poterat dicere sebolet. vel sic. Et nō dirigebatur vel nō instruebatur ad loquendum. i. nō recte loquebatur sicut ei dicebatur. Significat ēt formare. vt Iob. 31. Et formauit me in vulua vnus. Sed etiā in predicto loco hebrei legūt. Et parauit nos in vulua vn⁹. Significat etiā firmare vel cōfirmare. aut stabilire vel roborare. vt. 1. Reg. 20. Nō stabilieris tu neq; regnū tuū. 2. Reg. 5. Qm̄ confirmasset eū dñs regem. & in eo. 7. Et firmabo regnū eius. 3. Reg. 2. Et firmatū est regnum eius nimis. Et in eo. 3. Cōfirmatū est igitur regnū in manu salomōis. Prouer. 4. Et oēs vie tue stabilientur. Ezech. 4. Et obfirmabis faciē tuā ad eā. Scribitur etiā aliqñ cū duplici nun. s. quādo

est verbum quarte cōiugationis. vt Exo. 15. Sanctuariū tuū dñe firmauerūt manus tue. Iob. 8. Et diligenter inuestiga patrū memoriā. Pro quo he. le. Et prepara siue dirige. s. te ad inuestigationē patrū. Ps. 7. Et dirigens iustum. Ps. 9. Parauit in iudicio thronū suū. Ps. 10. Parauerunt sagittas suas in pharetra. Ps. 23. Et sup flumina preparauit eū. Ps. 36. A domino gressus hominis dirigentur. Ps. 89. Et opa manuum nostrarum dirige. Prouer. 24. Et prudētia roborabitur. i. stabilietur vel cōfirmabitur. Esa. 51. Et parauerat ad perdendum. & in eodem. 62. Donec stabiliat & donec ponat ierusalē laudem in terra. & inde נכון Nachō. i. rectū siue certum aut preparatum vel firmum. Geñ. 41. Firmitatis indicium est. Pro quo he. le. Quia firmū vel certū est verbum. Exo. 8. Non potest ita fieri. Pro quo hebrei legunt. Non est rectū ita fieri. Et in eodem. 34. Esto paratus mane. Deut. 17. Et verum esse reperies. Pro quo hebrei legūt. Et ecce veritas: paratum vel certum verbū. s. est. i. Reg. 23. Et reuertimini ad me ad rem certam. Et in eodem. 26. Et didicit quod illuc venisset certissime. Nee. 8. Mittite partes eis qui non preparauerant. i. qui non habēt paratum vel preparatū. Ps. 50. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ps. 56. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Ps. 92. Parata sedes tua ex tūc. Osee. 6. Quasi diluculū preparatus est egressus ei⁹. Scribitur etiā cū he in fine & dicitur נכונה Nechona. Ps. 5. Quoniam non est in ore eorum veritas. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Nō est eni in ore eorū rectū. Inde כן Cen aduerbium. i. recte. Sic. Ita. similiter. pariter. Nu. 27. Iustam rem postulant filie Salphaad. Pro quo he. le. Recte siue rectum filie Salphaad loquuntur. & in eo. 36. Recte trib⁹ filiorū Ioseph locuta est. 4. Reg. 7. Non recte facimus. Eccl's. 8. Et laudantur in ciuitate quasi iustorū operū. pro quo he. le. Et laudantur in ciuitate quasi recte operentur. Hiere. 8. Nemo quod bonum est loquitur. i. quod rectū est. & in plurali כנים Cenim. i. recti. Beatus hieronymus transtulit. Pacifici. Geñ. 42. Pacifici venimus. & in eo. Si pacifici estis. Et etiā כן Chen aduerbium similitudinis. i. ita. sic. similiter. sicut. Geñ. 1. Et factum est ita. & in eo. 25. Si sic mihi futurū erat. & in eodem. 43. Si sic necesse est. Exo. 1. Tanto magis multiplicabantur & crescebant. Pro quo he. le. Sic multiplicabantur & sic crescebant. & in eo. 7. Feceruntq; moyses & Aaron sicut preceperat dñs. & in eo. Feceruntq; similiter malefici. & in eo. 10. Sic dñs sit vobiscum. Iudi. 21. Alias aūt non repererunt quas simili modo traderent. pro quo he. le. Et non inuenerunt eis sic vel similiter. i. non inuenerūt certum numerum mulierū secūdū numerū virorū. 2. Reg. 18. Non sicut tu vis. 3. Reg. 7. Et in sculturis similiter desuper. & in eo. Pariterq; habebat vnū cubitū & dimidiū. Ester. 7. Vt hec auderet facere. i. vt sic auderet facere. Ps. 1. Nō sic impii. Esa. 33. Sic erit malus tuus. vt dilatare signū non queas. & in eo. 51. Et habitatores eius sicut hec interibūt. pro quo he. le. Sic interibūt vel similiter interibunt. Hiere. 23. Et fortitudo eorum dissimilis. Pro quo he. le. Et fortitudo eorū nō sic: vel nō similiter. Osee. 11. Sic abierunt a facie eorū. Et aliqñ preponitur ei littera lamed & dicitur לכן Lachē. i. Propterea siue ideo. Idcirco. vt Geñ. 4. Nequaq̄ ita fiet sed omis qui occiderit cain septuplū punietur. Pro quo he. le. Ideo siue propterea omnis qui occiderit cain. Et in eo. 30. Dormiat tecum hac nocte. Pro quo he. le. Propterea siue ideo dormiat tecū hac nocte. Iob. 20. Idcirco cogitationes mee varie succedunt sibi. & in eodem. 32. Ideo dicam audite me. & in eodem. 37. Ideo timebunt eum viri. Esa. 5. Propterea captiuus duct⁹ est populus meus. & in eodem. Propterea dilatauit infern⁹ animam suam. & in eodem. 29. Propterea hec dicit dominus ad domum iacob. Soph. 2. Propterea viuo ego dicit dominus. Preponitur etiam ei littera Beth & dicitur בכן Bechen. Pro quo beatus Hieronym⁹ transtulit Tunc. vt Ester. 4. Et tunc ingrediar ad regem. Eccl's. 8. Vidi impios sepultos. pro quo hebrei legunt. Et tūc siue & interdum vidi impios sepultos. Et aliqñ prepōitur ei dictio על Al. & dr̄ עלכן Al cen. i. propterea. ideo. idcirco. quā ob rem. Geñ. 2. Quā obrē relinquat homo patrē suū & matrē. & in eo. 11. Idcirco vocatum est nomen loci illius babel. & in eodem. 16. Propterea appellauit puteum illum puteum viuentis. & in eodem. 18. Idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. & in eodem. 29. Et idcirco appellauit nomen eius leui. & in eodē. 38. Quia nō tradidi eam sela filio meo. Pro quo he. le. Quia propterea nō tradidi eā sela filio meo. i. propterea fecit hoc scel⁹ quia nō tradidi eā sella filio meo. Ps. 1. Ideo nō resurgūt ipii in iudicio. Ps. 41. Propterea memor ero tui de terra iordanis. Eccl's. 8. Absq; timore vllo filii hoim perpetrant mala. Pro quo hebrei legunt Propterea cor filiorum hominum impletur in eis ad faciendum mala. i. impletur malicia & nequitia. Cāti. 1. Ideo adolescētule dilexerūt te. Abach. 1. Propter hoc lacerata ē lex. & i eo. Propterea egreditur iudiciū peruersū. Et a p̄dicta dictiōe deriuatur מכון Machon. i. firmitas. basis. habitatio. sedes. Exo. 15. Firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מכונה Mechona. 3. Reg. 7. Et fecit decem bases eneas quattuor cubitorum longitudinis bases singulas. & in eodem. Et ipsum opus basiū interrasile erat & in eodem. In summitate autem basis erat quedam rotunditas. Zach. 5. Et ponatur ibi super basim suam. Dicitur ēt כן Can. i. basis. Exo. 30. Facies & labium eneum cū basi sua. & in eodem. 31. Et omnia vasa eorum labium cum basi sua. Ponitur etiam pro sede vel gradu. vt Geñ. 40. Et restituet te in gradum pristinum. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur כנה Cana. Ps. 79. Et perfice eam quā plantauit dextera tua. Pro quo hebrei legunt. Et basim vel sedem quam plantauit dextera tua. Vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et radicem quam plātauit dextera tua. & inde תכונה Thechuna. i. sedes siue habitatio. Pro quo beatus Hieronymus transtulit solium. Iob. 23. Et veniam vsq; ad soliū eius. Item כון Cauan. i. torta siue placenta. & solum inuenitur in numero plurali. s. כונים Cauanim. Hiere. 7. Vt faciant placentas regine celi. & in eodem. 44. Nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas. Item כיון Chiun. i. imago. Amos. 5. Et imaginem idolorum vestrorum. Et aliqui hebrei dicunt q̄ significat idolum saturni. Eo quod saturnus in lingua arabica sic nominatur.

כוס Cos. calix. scyph⁹. Geñ. 40. Tuli ergo vuas & expressi in calicem. & in eodem. Et tradidi poculum pharaoni. Pro quo hebrei legunt. Et tradidi calicem in manu pharaonis. Ps. 10. Pars calicis eorū. Ps. 22. Et calix meus inebrias. Ps. 74. Quia calix in manu domini. Ps. 115. Calicem salutaris accipiā. Hiere. 25. Sume calicē vini furoris. Threñ. 4. Ad te quoq; perueniet calix. & in plurali כסות Cosoth. Hiere. 35. Scyphos plenos vino & calices. Item כוס Cos. nomen est auis. Pro quo beatus Hieronymus transtulit bubonem. Leuit. 11. Et accipitrem iuxta genus suum: bubonem & mergulum. Ps. 101. Factus sum sicut nycticorax in domicilio. Pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Factus sum quasi bubo solitudinum.

כור Cur. fornax. caminus. Deut. 4. Vos autem tulit dominus & eduxit de fornace ferrea egypti: vt hrēt ppl'm. Prouer. 27. Quomodo probatur in conflatorio argentū.

& in fornace aurum.Esa.48.Elegi te in camino paupertatis.Ezech.22.Et ferrum & plumbū in medio fornacis. Et in eo.Vt cōflatur argentū in medio fornacis.Item כֹּר Cor idest Corus.Genus mēsure.3.Reg.5.Viginti millia coros tritici in cibum domui ei9.Inde מְכוּרָה Mechora.Pro quo beatus Hieronymus transtulit Radicem vel natiuitatem. Ezech.16.Radix tua & generatio tua de terra canaā.& in eodem.21.In terra natiuitatis tue iudicabo te.Hebrei vero dicunt ꝙ significat habitationē siue coloniam.

כּוּשׁ Cus.propriū nomē est filii Cham.Geñ.10. Filii autem cham cus & mesraim. Et ab eo dicta est ethiopia que hebraice dicitur.Cus.vt Geñ.2.Circuit oēm terram ethiopie.Ps.67.Ethiopia preueniet manus ei9 deo.& inde כּוּשִׁי Cusi.i.ethiops.vt.2.Paralip.14.Et egressus est contra eos zara ethiops.& in titulo.Ps.7.vbi dicitur.Sup verba ethiopis filii gemini.& secūdū hebreos vocatur ibi saul ethiops: eo quod nō potuit mutare cor suum ne odiret dauid : sicut nec ethiops potest mutare pellē suā.Hiere.13.Si mutare potest ethiops pellē suam.& in plurali כּוּשִׁים Cusim.2.Paralip.14.Exterruitq; dñs ethiopes.& in eo.Fugeruntq; ethiopes.Scribitur etiā cū duplici iod.& dicitur כּוּשִׁיִּים Cusiim. vt Amos.9.Nunqd non vt filii ethiopū vos estis mihi.& in genere feminino כּוּשִׁית Chusith.i.ethiopissa. Nu.12. Propter vxorem eius ethiopissam.Et dicūt hebrei ꝙ ethiopes & madianite & ismaelite idē sunt.& ideo vxor moysi dicitur in predicto loco ethiopissa quāuis esset madianitis.

כָּזָב Cazab.mentiri.frustrari.fallere.deficere. Nu.23. Non est deus quasi homo vt mētiatur. 4.Reg.4.Noli mentiri ancille tue. Iob.24.Quis me pōt arguere esse mētitū. & in eo.40.Ecce spes eius frustrabitur eū.Ps.77.Et in lingua sua mētiti sunt ei.Ps.88. Si dauid mētiar. Ps.115. Oīs homo mendax.Prouer.14.Testis fidelis nō mentietur. Et in eo.30.Et arguat te & inueniaris mendax.Significat etiā deficere vel cessare.Esa.58.Et sicut fons aquarū cuius non deficiūt aque.Geñ.38.Quo nato parere vltra cessauit.Hebrei tñ dicunt ꝙ in predicto loco est nomē proprium loci. & legunt sic.Et erat in chezib qñ peperit eū.Beat9 Hieronymus in libro de hebraicis questiōib9 super predicto loco sic ait.Verbū hebraicū hic ꝑ loci vocabulo positū est:qđ aquila pro re transtulit dicēs.Et vocauit nomē eius sela: & factū est vt mentiretur in partu postq̄ genuit eū. Postq̄ eñ genuit sela stetit partus eius:chezib ergo non nomen loci sed mendaciū dicitur.vñ & in alio loco scriptum est.mentietur opus oliue.i.fructū oliua nō faciet.hec Hieronym9.& inde כָּזָב Cazab.i.mendaciū.Ps.4. Et queritis mendaciū. Prouer.30.Vanitatem & verbū mendacii longe fac a me. & in plurali כְּזָבִים Cezabim. Iudi.16.Et falsum locutus es.pro q̄ hebrei legunt.Et locutus es mihi mendacia.Prouer.14.Et profert mendacia versipellis.Osee.7.Et ipsi locuti sunt cōtra me mēdacia. Scribitur ēt aliqñ cū aleph in pricipio. & dicitur אַכְזָב Achzab siue אַכְזִיב Achzib.Hiere.15.Facta es mihi quasi mendaciū aquarū infideliū.Mich.1.Dom9 mēdacii in deceptionē regibus israel.Hebrei tamen in predicto loco legūt.Domos Achzib in deceptionē siue in mēdaciū regib9 israel.Est eñ achzib nomē proprium loci.De q̄ habetur.Ios.15.vbi dicitur & ceila & achzib & marela.Sed translatio nostra posuit interpretationem pro nomine.

כָּזָר Chazar. crudelis.Et additur ei littera aleph ī pricipio. & dicitur אַכְזָר Achzar. Iob.30.Mutat9 est mihi in crudelē.& in eo.41.Non quasi crudelis suscitabo eū. Et aliqñ scribitur cum iod in fine & dicitur אַכְזָרִי Achzari. Prouer.12.Viscera aūt impiorum crudelia. Hiere.6. Crudelis est & non miserebitur.& in eodem.30.Percussi te castigatione crudeli.& in eodem.50.Crudeles sūt & immisericordes & ide אַכְזְרִיּוּת Achzariiuth.i.crudelitas.vt Prouer.17.Ira non habet misericordiam.Pro quo hebrei legunt.Crudelitas ire.Potest etiam legi sic.Crudelitatem ira.s. habet.& est sensus sicut in littera nostra.

כֹּחַ Coach.fortitudo.virt9.robur.potētia.potestas.De q̄ vide supra in dictiōe כֹּחַ Choaa cū vau in medio dictiōis.

כָּחַד Cachad.celare.abscondere.occultare.latere.negare.delere.destruere.desolare.percutere.Geñ.47.Non celamus domino nostro.1.Reg.3. Oro te ne celaueris ī me. Et in eo.Hec faciat tibi deus:& hec addat si absconderis a me. & in eo. Et nō abscōdit ab eo.2. Reg.18.Nequaq̄ hoc regē latere potuisset.Iob.15.Sapiētes cōfitentur & nō abscōdūt a prib9 eorū.& in eo.20.Abscōdit illud sub lingua sua. Ps.138.Nō ē occultatū os meū a te.Signat ēt negare.Iob.6 Nec cōtradicā sermonib9 sancti.i.nō negabo sermōes sācti. Significat ēt destruere vl' delere. aut desolare seu succidere vel percutere.Exo.23.Quos ego cōteram.i. destruam vel disperdam.Iob.4.Aut quādo recti deleti sunt.& in eo.15. Habitabit in ciuitatib9 desolatis.& in eo.22.Nōne succisa est erectio eorū.2.Paralip.32. Et percussit omnem virum robustum & bellatorem.

כָּחַל Cachal.Linire. Circunlinire. Ezech.23. Circunlinisti stibio oculos tuos.

כָּחַשׁ Cachas.negare.mentiri. deficere. Geñ.18. Negauit sara.Leuit.6.Negauerit ꝓximo suo depositū. Deut. 33.Negabunt te inimici tui.Ios.24.Ne forte negare velitis & mentiri domino deo vestro.2.Reg.22.Filii alieni resistent mihi.Pro quo hebrei legunt. Filii alieni mentientur mihi siue negabunt mihi.Ps.17.Filii alieni mētiti sunt mihi.Ps.65.Mentiētur tibi inimici tui.Esa.59.Peccare & mētiri contra dominū.Osee.4.Maledictū & mendaciū & homicidium.Pro quo hebrei legunt.Maledicere & mentiri siue negare : & interficere.& in eodem.9. Et vinū mentietur eis.i.deficiet.Abach.3.Mentietur opus oliue. Zach.13. Et nec operientur pallio saccino vt metiantur.Ponitur etiam pro immutari.Ps.108.Et caro mea mutata est propter oleū Hebrei tñ dicūt ꝙ in ꝑdicto loco significat marcescere vel extenuari.Vnde ipsi legūt.Et caro mea marcescit siue extenuatur a pinguedine siue ab oleo.Iob.16.Vbi nos legim9. Et suscitatur falsiloquus aduersus faciē meā cōtradicēs mihi. Ipsi legūt.Et suscitatur in me macies meas siue tenuitas mea in faciē meā testificatur. Vnde premittitur. ruge mee testimonium dicūt contra me. Potest etiā intelligi sicut est in littera nostra.Inde כַּחַשׁ Cachas.i.negatio mendaciū siue mendax.Ps.58.Et de execratione & mendacio annūciabūtur.Esa.30.Filii mēdaces filii nolētes audire legem dei. Osee.7.In malicia sua letificauerunt regē & mēdaciis suis principes.& in eo.10.Comedistis fructū mendacii.& in eodem.11.Circūdedit me ephraim in negociatione. Debet legi in negatione vel in mendacio.

כִּי Chi.Quia.qm̄.ꝙ.enim.quidē.cū.qñ.si.Geñ.2.Quia in ipso cessauerat ab omi opere suo.& in eo.4.Qm̄ occidi virū in vuln9 meū.& in eo.5.Quia tulit eū dñs. & in eo.11. Quia ibi cōfusū est labiū vniuerse terre. & in eo.20. Quia propheta est. & in eo.21.Quia in isaac vocabitur tibi semē. & in eo.26.Qm̄ potētior nobis fact9 es.& in eo.32. Qm̄ si cōtra deū fortis fuisti.Exo.8.Qm̄ nō est sicut dñs de9 nr̄.& in eo.23.Quia nō dimittet cū peccaueris.Ps.1. Qm̄ nouit dñs viā iustorū.ps.17.Quia custodiui vias dñi.ps.23.Quia ipse sup maria fundauit eū.Dañ.9. Quia recessimus a te. & aliqñ signat qđ vl' quidē.Geñ.1.Et vidit de9 lucē ꝙ eēt ꝙ bona.& in eo.12.Quare nō indicasti mihi ꝙ vox tua esset.

Et in eo.15.Qđ possessurus sum eā. Exo.23. Quod si audieris vocē eius.& in eo. Quod tibi certe erit in scādalum. Iob.9.Vere scio ꝙ ita sit.& in eo.40. Quod influat iordanis in os eius. Itē ponitur pro enim vel quidē.Geñ.2. Non enim pluerat dñs deus.& in eo.8.Aque enim erāt sup vniuersam terrā.& in eo.16.Dixit eñ ꝓfecto hic vidi. Exo.10. Est eñ solēnitas dñi dei nostri.& in eo.14.Dñs eñ pugnat pro eis.Et in eo.16. Ignorabāt enim quid eēt.& in eo.34. Populus eñ dure ceruicis est.Nu.15.Verbū eñ dñi cōtempsit.1.Reg.21.Et quidem si de mulieribus agitur.Iob.14. Tu quidē gressus meos dinumerasti.Threñ.3. Nō eñ humiliauit ex corde suo.Itē significat cū vel qñ. Geñ.4. Cū operatus fueris eam.& in eo.30.Qñ placiti tp̄s aduenerit. Exo.7.Cū dixerit vobis pharao oñdite signa.Deut.6. Cū interrogauerit te filius tuus.& in eo.7.Cū vero introduxerit te dñs deus tuus in terrā. & in eo.12. Qñ dilatauerit dñs deus tuus terminos tuos.& in eodē.13.Qñ audieris vocem dñi dei tui.Ios.17.Cū subuerteris cananeū.Prouer.23 Qñ sederis vt comedas cū principe.& in eo.26. Qñ submiserit vocem suā.Ponitur ēt pro si.Exo.1.Si ingruerit cōtra nos bellū.& in eo.23.Si seruieris diis eorū. Deut.4. Si genueris filios ac nepotes.Ps.12.Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero.Ps.22.Nā & si ambulauero in medio vmbre mortis.Prouer.23.Si eñ percusseris eū virga non morietur.Item ponitur pro vt.Geñ.38.Quid dabis mihi vt fruaris cōcubitu meo. Iudi.8. Vt dem9 exercitui tuo panes.Ponitur ēt aliqñ relatiue.vt.Geñ.48.Qui maior natu erat.Iob.41.Nō quasi crudelis suscitabo eū.pro quo hebrei le.Nō ē crudelis qui suscitet eū.Pōitur ēt pro sed. Ios. 17.Sed transibis ad mōtē.Ponitur ēt pro quāuis. vt in eo. Quē dicis ferreos habere curr9 & esse fortissimū.Pro quo he.le.Quāuis curr9 ferreos habeat & quāuis sit fortissim9. Et qñ ꝑponitur dictiōi אִם Im. & dicitur כִּי אִם Ci im. tūc ambe dictiones significāt nisi. Sed.quia si. Qđ si. Geñ.32. Nisi benedixeris mihi.Deut.16.Sed in loco quem elegerit domin9.Ps.1.Sed tanq̄ ventus quē proiicit vētus .Esa.59. Sed iniquitates vestre diuiserunt inter vos & deū vestrum. Hiere.37.Sed & si percusseritis omnē exercitū chaldeorū. 1.Reg.14.Quia si super ionathā filium meū factū est.Hiere.Si laueris te nitro.pro quo he.le.Quia si laueris te nitro.i.quāuis laueris te nitro.Threñ.3.Quia si abiecit:& miserebitur.& aliquādo preponitur ei lr̄a he.& dicitur הֲכִי Hachi.& est dictio dubitatiua.i.num quia.nūquid.vt Geñ.29 Num quia frater meus es gratis seruies mihi. 2. Reg.9. Putas ne est aliquis q remāserit de domo saul.i.nūquid est aliquis.Iob.6.Nunquid dixi afferte mihi.Reperitur ēt affirmatiue pro iuste siue vtiq;.Geñ.27.Iuste vocatū est nomē eius iacob.2.Reg.23.Et inter tres nobilior.Pro quo he.le. Et de tribus vtiq; nobilior.

כִּיד Chid.interitus.interfectio.Iob.21.Videbunt oculi ei9 interfectionē suā.& inde כִּידוֹן Chidō.i.clype9.scutū.hasta siue lancea:1.Reg.7.Et clypeus ereus tegebat humeros eius.Iob.39.Vibrabit hasta & clypeus. Hiere. 50. Arcū & scutū apprehēdāt.Significat ēt lāceā siue hastā. vt Iob.41. Et deridebit vibrātē hastā. Ios.8.Leua clypeū qui in manu tua est.Pro quo he.le.Extende lanceā siue hastā que in manu tua est.Et sic est in translatione chaldaica.s.hastam. Potest etiam legi sicut est in littera nostra.

כִּיל Chil.fraudulentus.& additur in fine lr̄a iod. & dr̄ כִּילַי Chilai.Esa.32. Nec fraudulētus vocabitur maior.& in eodem.Fraudulenti vasa pessima.Hebrei vero dicunt ꝙ significat auarum siue parcum.

כִּים Cim.nomē stelle vel cōstellationis stellarum. & additur he in fine: & dicitur כִּימָה Cima:pro quo beat9 Hieronymus trāstulit Hyadas: siue pliadas.Iob.9.Qui fecit arcturū & oriona & hyadas & interiora austri. & in eo.38. Nūquid cōiungere valebis micātes stellas pliadas.In alio vero loco traduxit arcturū.Amos.5.Facientē arcturū & orionē & cōuertētem in mane tenebras.& aliqui hebrei dicunt ꝙ sunt septem stelle in fine signi arietis.

כִּיס Cis.marsupiū.saccul9.Deut.25.Nō habebis in sacculo tuo diuersa pondera.Et pro pōdere ponitur in hebreo lapis.Prouer.1.Marsupiū vnū sit oīum nostrū. & in eo.16. Et opera eius lapides sacculi.Debet legi sacculi.i.oīa pōdera sacculi.Nā vt supra dictū est in hebreo aliqñ ponitur lapis pro pondere.Esa.46.Qui confertis aurum de sacculo.

כֵּיף Ceph.petra.saxū.rupes.Iob.30. In cauernis terre. vel sup glareā.pro quo he.le.In cauernis terre & petrarū. Hiere.4.Et ascenderunt rupes.& inde in euāgelio cephas interpretatur petra.Iohānis.1.Tu vocaberis cephas qđ interpretatur petrus.vnde petrus dicitur a petra.

כִּיּוֹר Ciior.cōcha.siue labrū.i.vas in quo erat aqua ad lauādum.Exo.30.Facies & labrū eneū cum basi sua. Et in eo.38. Fecit & labrū eneū cum basi sua.2.Paralip.4. Fecit quoq; cōchas decem.Pōitur ēt pro lebete.1.Reg.2.Et mittebat eam in lebetem.Significat ēt כִּיּוֹר Ciior fornacē vel caminū.Zach.12.Sicut caminū ignis in lignis.& ide כִּירַיִם Ciraim.i.instrumētū in quo sustentātur olle ad ignem posite.Pro quo beat9 Hieronym9 trāstulit.Chytropodes. Leuit.11.Siue clibani siue Chytropodes destruentur.

כָּכָה Cacha.Sic.Ita.De quo vide supra in dictiōe כֹּה Co.

כִּכָּר Cicar.torta.massa.talentū.De q̄ vide infra post dictionem כַּר Char.

כֹּל Col.omnis.totus.vniuersus.& est communis generis & vtriusq; numeri.De quo vide in dictione sequenti.

כָּלַל Calal.cōplere.cōsumare.perficere.Ezech.27.Ipsi cōpleuerūt pulchritudinē tuam.& inde כָּלִיל Celil.siue כָּלִיל Calil.i.totū.cōsumatū.pfectū. itegrū.Exo.28. Facies & tunicā superhumeralis totā hyacīthinā.1. Reg.7. Holocaustū integrū dño.Threñ.2.Heccine est vrbs quā dicūt pfecti decoris. Ezech.15.Quia perfecta erat in decore meo. & in eo.18.Perfectus decore.Ponitur ēt pro totali combustiōe aut pro holocausto.Leuit.6.Et tota cremabitur in altari.& in eo. Oīe eñ sacrificiū sacerdotum igne consumetur.Deut.13.Et cum ipsa ciuitate succēdes:ita vt vniuersa cōsumas.Iudi.20.Et flāmas in sublime ferri. Pro quo he. le. Et ecce ascēdit totalis exustio ciuitatis vsq; ad celū. Pōitur etiā pro holocausto.Ps.50. Tūc acceptabis sacrificiū iustitie oblationē & holocaustū.Itē כָּלִיל Calil.i.penitus.totaliter.Esa.2.Et idola penitus cōterentur.& inde מִכְלֹל Michlol.i.vestis varia seu multifariā.Ezech.23.Indutis veste varia.& in eo.27.Ipsi negociatores tui multifariā.& ide מִכְלָל Michlal.i.species pulchritudo oīmoda. Ps.49.Ex sion species decoris ei9.Sed beatus Hieronym9 in psalterio iuxta he.ve.trāstulit.De siō pfecto decore.& inde כְּלוּל Chelul.pro quo btūs Hieronymus trāstulit.Desponsationem. Hiere.2.Et charitatē despōsationis tue. & inde כַּלָּה Cala.i. sponsa siue nurus.Cāti.4.Quā pulchre sunt māme tue soror mea spōsa.Esa.49.Et circūdabis tibi eos sicut spōsa.Significat ēt nurū. vt Geñ.38.Nesciebat eñ ꝙ nurus sua eēt. 1.Reg.4.Nur9 aūt ei9 vxor phinees. Ezech.22.Socer nurū suā polluit.Mich.7.Nurus cōtra socrū suā.& ide כֹּל Col.i. oīs.totus.cūctus.vniuersus.& est cōmunis gñis & vtriusq; nūeri.Geñ.1. Viditq; deus cūcta que fecerat. & in eo.2. Ex omni ligno paradisi comede.& in eodem.3.Et terram comedes cunctis diebus vite tue.& in eodem.4. Omnis qui

occiderit cain. & in eodem.24.Ex omnibus bonis ei9portans secum. & in eodem.41.Omnesq; prouincie veniebāt in egyptum. Exo.24.Omnia que locutus est dominus faciemus. & in eodem.33.Ego ostendam tibi omne bonum meum. Leuit.2.Ac totum thus. Deut.6.Diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo.4.Reg.8. Et omnia bona damasci.i.ex oībus bonis damasci. Ester.5. Cum hec oīa habeam. Ps.1,Et oīa quecūq; faciet prosperabūtur. Ps.13. Oēs declinauerūt. Ps.118.Quoniā oīa seruiūt tibi. & in eo. Clamaui in toto corde meo. Ps.150. Oīs spūs laudet dñm. prouer.4.Et vniuerse carnis sanitas. & i eo.10.Et vniuersa delicta operit charitas. & in eo. Vniuersa propter semetipm operatus est dñs. Hiere.1.Et vniuersa que mandauero tibi loqueris. Itē pōitur pro quicquam vel pro aliquid. Leuit. 3.Nec sāguinem nec adipem oīno comedetis.i.nec quicq̄ sanguinis vel adipis comedetis.4.Reg.4.Non habeo ancilla tua quicq̄ in domo. Et aliquando significat nullum siue nihil.s.cum precedenti negatione vel sequenti. Exo.20 Non facies omne opus in eo.i.nullū opus facies in eo. Nu. 10.Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man.2.Reg.12. Pauper autem nihil habebat omnino. & in lingua chaldaica scribitur cū aleph in fine & dicitur כֹּלָּא Cholla. Dañ.2. Quomodo ferrum cōminuit & domat omnia. & componitur cum pronominibus hoc modo כֻּלִּי Culli.i.totus ego כֻּלְּךָ Cullech.i.totus tu. כֻּלּוֹ Cullo.i.totus ille siue omnis ille. כֻּלָּנוּ Cullanu.i.omēs nos. כֻּלְּכֶם Culleche.i.omnes vos כֻּלָּם Cullam.i.omnes illi siue vniuersi illi. Et aliquādo scribitur cum he & dicitur כֻּלָּהֶם Culaham.i.omēs ipsi aut vniuersi illi.2.Reg.23.Quasi spine euellentur vniuersi.i.vniuersi illi. & in genere feminino mutat mem in nun. & dicitur כֻּלָּן Cullan.i.omnes ille. Scribitur etiam aliquādo cum he in fine. & dr̄ כֻּלָּנָה Cullana. Geñ.42. In me hec omīa mala reciderunt. & aliquando scribitur cum duplici he. Et dicitur כֻּלָּהֵנָה Cullahana.3.Reg.7.Fusura vna & mensura sculpturaq; consimili. pro quo hebrei legunt. Fusura vna & mensura vna & sculptura vna omnibus illis. & Inde מִכְלוֹת Mechloth. Pro quo beatus Hieronym9 transtulit omia.2. Paralip.4. Omnia de auro purissimo facta sunt. & aliqui hebrei dicunt ꝙ significat vasa. De quo vide infra in dictione כָּלָה Cala.

כָּלָא Cala. prohibere. vetare. cessare. claudere. Geñ.8. Et ꝓhibite sunt pluuie de celo. Exo.36. Sicq; cessatum est a muneribus offerendis. Pro quo hebrei legunt. Et prohibit9 est popul9 ab oblatione.i.a muneribus offerendis. Nu. 11.Domine mi moyses prohibe eos. Ps.39.Ecce labia mea non prohibebo. & in eodem. Tu autem domine ne lōge facias miserationes tuas a me. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Tu domine non prohibebis misericordias tuas a me. ps.87.Traditus sum & nō egrediebar. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit. Clausum & non prodeuntem. Ps.118.Ab omni via mala prohibui pedes meos. Hiere.32.Et hieremias propheta erat clausus in atrio carceris qui erat in domo regis iuda. Et sequitur in hebreo. Clauserat enim eum sedechias rex iuda. Aggei.1. propter hoc super vos prohibiti sunt celi ne darēt rorem: & terra prohibita est ne daret germen suū. & inde כֶּלֶא Cele siue כְּלוּא Calu.i.clausura siue carcer. Esa.42. De domo carceris sedentes in tenebris. & in eodem. Et in domibus carcerum absconditi sunt. Hiere.37.Ipse enim prepositus erat sup carcerē. & in eo. Quia misistis me in domū carceris. & in eo.52.Et eduxit eū de domo carceris. & in eo. Et mutauit vestimēta carceris eius. & inde מִכְלָא Michla.i.ouile siue caula vbi pecora clauduntur. Ps.77. Et sustulit eum de gregibus ouiū. Pro quo hebrei le. Et tulit eū de caulis siue de ouilibus ouium. Scribitur ēt cū he in fine loco aleph. vt Abach.3. Abscindetur de ouili pecus. & inde כִּלְאַיִם Cilaim.i.mixtim: siue mixtio duarū specierū vel diuersarum rerū. Leuit.19. Iumenta tua nō facies coire cū alterius generis animantib9: agrum tuū non seres diuerso semine: veste q̄ ex duob9 texta est non indueris. Pro quo he.le. Iumētum tuū nō facies coire mixtione: agrū tuū non seres mixtione. & vestis mixtim.s.de lana & lino contexta nō ascendat sup te. Vbi in hebreo ter ponitur predicta dictio. Et beatus Hieronymus transtulit sensum.

כֶּלֶב Cheleb. canis. Exo.11. Apud oēs aūt filios israel non mutiet canis. Deut.23. Nec precium canis.1. Reg.17. Nunquid ego canis sum. & in plurali כְּלָבִים Chelabim. Ps. 21.Quoniā circūdederūt me canes. Esa.56. Et canes muti nō valētes latrare. Item כְּלוּב Chelub.i.canistrū. Beatus Hieronymus trāstulit vncinū. Amos.8. Et ecce vncinus pomorū. Significat etiā locū ex virgultis cōtextū in quo aues seruantur vel capiuntur. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit decipulā. Hiere.5. Sicut decipula plena auib9. Est ēt כָּלֵב Caleb nomē propriū viri. Nu.13. De tribu iuda caleb filiū Iephone. & inde כָּלִבִּי Calibi.i.vir de gñe caleb.1. Reg. 25. Erat aūt de gñe caleb.

כָּלָה Cala. perficere. cōplere. cōsumare. finire. cessare. cōsumere. delere. disperdere. deficere. expectare: seu desiderare. prohibere. Geñ.2. Igitur perfecti sunt celi & terra. & in eo. Cōpleuitq; deus die septimo opus suū. & in eo.28 Vtrū clamorē qui venit ad me ope cōpleuerint. & in eo.24 Cūq; ille bibisset. pro quo he.le. Et cōpleuit dare ei potum & in eo. Donec cūcti bibant. Pro quo he.le. Donec cōpleāt vel perficiāt bibere. & in eo.41. Igitur trāsactis septē vbertatis annis. Pro quo he.le. Et cōpleti siue finiti sunt septem vbertatis anni. Exo.5. Cōplete opus vestrū. & in eo.39. Perfectū est igitur omne op9 tabernaculi. Nu.7. In die quo cōpleuit moyses tabernaculū. Deut.26. Qñ cōpleueris decimā cūctarū frugū.1. Reg.20. Scito quia cōpleta est malitia eius.3. Reg.8. Cūq; cōplesset salomō orās.2. Paralip.7. Cōpleuitq; salomon domū dñi. Iob.36. Cōplebunt dies suos in bono. Ps.71. Defecerūt hymni dauid filii iese. pro q̄ beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Cōplete sunt orationes dauid filii iese. Hiere.8. Finita est estas. & in eo.43. Factū est aūt cū cōplesset hieremias loquens ad populū. & in eo:44. Donec penit9 cōsūmātur. Ezech.43 Eo ꝙ cōsumpsi eos in ira mea. Itē significat cessare. Nu.27 Vt qescāt q̄rele eorū a me.i.vt cesset vl̄ finiātur.2. Reg.14. Cessauitq; rex dauid ꝑsequi absalō. Itē significat disꝑdere aut delere vel cōsumere. Exo.33. Ne forte disꝑdā te in via. Nu.16. Vt eos repēte disꝑdā. & in eo.25. Vt nō ipe delerem filios isrl̄. Iob.7. Et cōsūpti sūt absq; vlla spe. Ps.73. De medio sinu tuo in finē. Pro q̄ btūs Hieronym9 in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. Ad mediū sinū tuū cōsumēs. Ps.118. Paulomin9 cōsumauerūt me in terra. Esa.10. Et consumabitur indignatio. & in eo.49. Fortitudinē meā cōsumpsi. Hiere. 14. Et ego cōsumā eos. & in eo.16. Et gladio & fame consumētur. & in eo.49. Donec cōsumā eos. Malach.3. Et vos filii iacob nō estis cōsumpti. & aliqñ scribitur cū aleph in fine loco he. Dañ.9. Vt cōsumatur preuaricatio. Itē significat deficere. Deut.28. Et deficientib9 ad cōspectū eorum tota die.3. Reg.17. Hydria farine nō deficiet. Ps.68. Defecerunt oculi mei dum spero in deum meū. Ps.70. Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Ps.118. Defecit in salutari tuo anima mea. & in eodem. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. Hiere.14. Defecerūt oculi eorū. Threñ.3. Quia non defecerunt miserationes eius. Item significat expectare vel desiderare. Iob.31. Et oculos vidue expectare feci. Ps.83. Concupiscit & deficit aīa mea in atria dñi. ꝓ quo he.le. Concupiscit & desiderat anima mea ad atria domini siue in atria dñi.2. Reg.14. Cessauitq; rex dauid persequi absalom. pro quo he.le. Et desiderauit dauid egredi ad Absalom. Potest ēt intelligi sicut est in littera nostra. vt supra dictū est. Item significat prohibere siue claudere. vt Geñ.23. Nullusq; te ꝓhibere poterit.1. Reg.6. Vitulosq; earum concluserunt domi.i.ꝓhibuerunt exire. Et in eo.25. Que ꝓhibuisti me hodie ne irē ad sanguinē. Et aliqñ scribitur cū aleph loco he. vt. ps.118. Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos. & de hoc vide supra in dictione כָּלָא cala. cum aleph in fine. & inde כָּלָה cala.i.consumatio. Esa.10. Cōsumationem enim & abbreuiationē dñs deus exercituum faciet. Ezech.11. Consumationē tu facis. Soph.1. Quia cōsumationē cū abbreuiatione faciet. Ponitur ēt aduerbialiter.i.cōsumate siue perfecte. vt Exo.11. Post hec dimittet vos & exire compellet. pro quo he.le. Post hec dimittet vos & cū dimiserit cōsumate siue perfecte eiiciet vos hinc. & ē sensus sicut in lr̄a nostra. & aliqñ scribitur cum tau in principio & dicitur תִּכְלָה Thichla.i.cōsumatio. ps.118. Omnis cōsumatiōis vidi finem. scribitur ēt cū tau i fine & dicitur. תַּכְלִית Thachlith.i.finis siue cōsumatio. vt Iob.28. Et vniuersorū finē ipe cōsiderat. Ps.138. ꝑfecto odio oderā illos i.fine vel cōsumatiōe odii oderam illos. & inde כִּלָּיוֹן Cilaion.i.consumatio. Esa.10. Consumatio abbreuiata inundabit iustitiā. & inde כְּלִי Cheli.i.vas siue instrumētū. Arma. ornamentū. vestis. Geñ.24. Prolatisq; vasis argenteis & aureis: ac vestibus dedit ea rebece. Exo.22. Si quis comēdauerit alicui pecuniā aut vasa. Et in eo.25. Omne pōdus candelabri cū vniuersis vasis suis habebit talentum auri. Leuit.6. Vas fictile in quo cocta est confringetur: ꝙ si vas eneū fuerit. Et in eo.15. Et vbicūq; sederit. pro quo he.le. Et oē vas in quo sederit.i.oīs sedis vel sella aut instrumentum in quo sederit. & in eo. vas fictile cōfringetur. & i eo. Vas aūt ligneū lauabitur aqua. Nu.19. Et mittet aquas viuas sup eos in vas. & in eo.35. Si quis ferro percusserit. ꝓ q̄ he.le. Si quis vase ferreo.i.instrumento ferreo percusserit. Et in eo. Si ligno percusserit. Pro quo hebrei legunt. aut si vase ligneo.i.instrumento ligneo percusserit. Deut.23. Foras autem ne feras tecum. pro quo hebrei legunt. Et in vase tuo ne reponas. sed beatus hieronymus transtulit sensū. Estér.1. Et aliis atq; aliis vasis cibi inferebantur. Ps.2. Et tanq̄ vas figuli confringes eos. Esa.22. Omne vas paruulum a vasis craterarum vsq; ad omne vas musicorū.i.istrumentum musicum. Et in eo.32. Fraudulenti vasa pessima sunt. & in eodem.54. Omne vas quod fictum est cōtra te. Significat etiam arma. Geñ.27. sume arma tua. & i eodē. 49. Vasa iniquitatis bellantia.i.arma iniquitatis. Pōitur etiam pro veste. vt Deut.22. Non inductur mulier veste virili. Esa.61. Et quasi sponsam ornatam monilibus suis. pro quo hebrei legunt. Et quasi sponsam ornatam vasis suis.i. vestimentis vel ornamentis suis. Et etiam instrumenta cuiuscūq; rei dicūtur in hebreo vasa eius. vt Ps.70. confitebor tibi in vasis psalterii. Esa.13. Dominus & vasa furoris eius. Zach.11. sume tibi vasa pastoris stulti. & inde מִכְלוֹת Michloth.i.vasa secundum hebreos.2. Paralip.4. Omnia de auro purissimo facta sunt. pro quo he.le. vasa de auro. potest etiam signare oīa sicut est in littera nostra. de quo vide supra in dictione כָּלַל Calal. & inde כְּלָיוֹת Celaioth.i.renes siue renūculi. Leuit.3. Et duos renes. & in eo. Et reticulū iecoris cū renūculis. Iob.10. reposita ē hec spes mea in sinu meo. pro quo he.le. Cōsumati siue ꝑfecti sunt renes mei i sinu meo. De quo vide Burgeñ. in additiōibus sup ꝑdicto loco. ps.15. Increpuerūt me renes mei. Ps.25. Vre renes meos & cor meū. ps.138. Quia tu possedisti renes meos. Hiere.11. Qui ꝓbas renes & corda. & solū inuenitur in nu. plu. Ponitur ēt ꝓ medulla. Deut.32. Cum medulla tritici. Et dicūt hebrei ꝙ ponitur ibi pro granis tritici: eo quod in figura assimilantur renibus. Item כַּלָּה Calla.i.spōsa. siue nurus. De quo vide supra in dictione כָּלַל Calal.

כֶּלַח Calach. Seniū vel senecta. beatus hieronymus transtulit. abūdātiā.s.dierū: qđ est idem qđ senecta. Iob.5. Ingredieris i abūdātia sepulcrū. & i eo.30. Et vita ipa putabātur idigni.i.lōgiori vita. ꝓ quo he.le. sup ipos ꝑiit senecta.

כִּלְכֵּל Cilcal. sustinere. sustentare. Enutrire. De quo vide supra in dictione כּוּל Chol.

כָּלַם Calā. erubescere. revereri. cōfundi. siue cōfūdere. molestare. Nu.12. Nōne debuerat saltē septē diebus rubore suffundi.1. Reg.20. Eo qđ confudisset eū pater suus.2. Reg.10. Erāt enī viri cōfusi turpiter. Iob.11. A nullo cōfutaberis.i.cōfūderis. ps.39. Et reuereātur qui volūt mihi mala. ps.73. Ne auertatur humilis factus confusus. Hiere.3 noluisti erubescere. Et in eo.6. Et erubescere nescierunt. & in eo.14. Cōfusi sunt & afflicti. pro quo he.le. Cōfusi sunt & erubuerūt. & in eo.31. Cōfusus sū & erubui. Ezech.36. Confundemini & erubescite. Itē significat molestare.1. Reg.25 Nunquā eis molesti fuimus. & in eo. boni satis fuerunt nobis & nō molesti. Iudi.18. Et nullo eis penitus resistente.i. nullo molestante. & īde כְּלִמָּה Celimma.i.verecūdia. cōfusio. opprobriū. ps.68. Operuit cōfusio faciē meā. Prouer. 18. Stultū se esse demōstrat & cōfusione dignū. Hiere.20. Opprobrium sempiternū. quod nulla obliuiōe delebitur. Esa.50. Faciem meā non abscondi ab increpantibus. pro quo he.le. Faciem meā nō abscondi ab opprobriis vel cōfusiōibus. vbi ponitur כְּלִמּוֹת Celimmoth in nūero plurali.

כֵּלָף Celaph. Instrumentum dolatorium. Et solum inuenitur in numero plurali.s. כֵּלַפּוֹת Celaphoth. Ps.73. In securi & ascia deiecerūt eā. Pro quo beatus hieronym9 in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. bipenni et dolatoriis deraserunt.

כַּמָּה Cama. Desiderare. Cōcupiscere. quādo. quod. siue quātum. Ps.62. Quā multipliciter tibi caro mea. Pro quo beatus hieronym9 in psalterio iuxta hebraicā veritatem transtulit. Desiderauit ad te caro mea. Significat ēt quādo. aut quot. Ps.34. Dñe quādo respicies. Ps.118. Quot sunt dies serui tui. Iob.13. Respōde mihi quātas habeo iniquitates. Zach.2. Et videam quanta sit longitudo eius & quanta latitudo eius.

כְּמוֹ Cemo. sicut. tanq̄. Iob.19. Quare ꝑsequimini me sicut deus. ps.28. Et comminuet eas tanq̄ vitulū libani. ps.57. sicut cera que fluit auferentur. Et in eo. Sicut viuentes sic in ira. ps.62. Sicut adipe & pinguedine repleatur aīa mea. & cōponitur cū ꝓnominibus hoc modo כָּמוֹנִי Camóni.i.sicut ego. כָּמוֹךָ camócha.i.sicut tu.3. Reg.22. sicut ego sum ita & tu. pro quo he.le. sicut ego sicut tu. Esa.38. sicut ego hodie. כָּמוֹהוּ Camóhu. sicut ille. Exo.9. qualis nō fuit in egypto. ꝓ quo he.le. Sicut ille nō fuit in egypto. כָּמוֹנוּ Camonu.i.sicut nos. Geñ.34. Si volueritis esse similes nostri.i.sicut nos. כְּמוֹכֶם Cemochem. sicut vos. Iob.12. Et mihi est cor sicut & vobis. כְּמוֹהֶם Cimohem sicut illi.

כּוּמָז Cumaz. Ornamentū muliebre. Beatus hieronymus transtulit Murenulas. Nu.31. Dextralia ac murenulas.

כַּמֹּן Camon. cyminū. Esa.28. Seret git & cyminū sparget Et i eo. Nec rota plaustri super cyminū circuibit. Item

מִכְמָן Michmā.i.thesaurus absconditus. Dañ.11. Et dominabitur thesaurorum auri & argenti.

כָּמַס Camus.reconditum siue absconditũ. Deut. 32. Nõne hec cõdita sũt apud me.& solũ iuenitur ĩ pdicto loco.

כָּמַר Camar.incalescere.exurere.cõmotum siue cõturbatũ esse. Geñ. 43. quia cõmota sunt viscera eius. Pro quo he.le. Quia incaluerũt miseratiões eius: siue commote sunt miserationes eius. Threñ.5. Pellis nr̃a quasi clibanus exusta est. Osee.11. Pariter cõturbata est penitudo mea.i.cõmota ẽ penitudo mea. Item כֹּמֶר Camar.i.edituus siue minister templi vel altariũ. Et solũ inuenitur in nu. plu. s. כְּמָרִים Gemarim. Osee.10. Et editui eius super eũ exultauerũt. Soph. 1. Et noĩa edituorũ cũ sacerdotibus. Põitur ẽt pro aruspicibus. vt. 4. Reg. 23. Et deleuit aruspices quos posuerunt reges iuda. Item מִכְמָר Michmar.i.rete aut retiaculũ. siue illaqueatũ. p̃s.140. Cadent in retiaculo eius peccatores. Esa. 51. Sicut orix illaqueatus. Abach.1. Et congregauit in rete suũ. Scribitur ẽt cũ tau ĩ fine & dicitur מִכְמֹרֶת Michmóreth Esa.19.& expandentes rete super faciem aquarum.

כֵּן Cen.sic.ita. De quo vide supra in dictione כון Cun. Item כִּנִּים Cinim.i.cinifes. Exo.8. Et sint cinifes in vniuersa terra egypti. Et solũ iuenitur ĩ nu.plu.& in p̃dicto loco. Scribitur ẽt sine iod & dr̃ כִּנָּם Cinam. vt in eo. Et facti sunt cinifes in hominibus & in iumentis.

כָּנָה Chana. Equare.assimilare. Iob.32. Et deũ homini nõ equabo. Esa. 44. Et ĩ noĩe israel assimilabitur. hebrei tñ dicũt ꝙ sigñat cognominare. vnde in p̃dicto loco ĩpi legunt. Et in noĩe israel cognominabitur. Et in eo. 45. Assimilaui te & nõ cognouisti me. pro quo he.le. Cognominaui te.& nõ cognouisti me. Ponitur ẽt p̃ subsistere. Iob.32. Nescio enĩ quãdiu subsistã.& ẽt in predicto loco he.le. quia nescio cognominare. potest ẽt deriuari a dictiõe כון Cun: que sigñat firmare vel subsistere sicut est in littera nostra. vel a dictiõe כַּנָּה Cana que sigñat sedẽ vel basim aut radicẽ

כְּנָוָת Cenauath. in lingua chaldaica sigñat cõsiliũ siue cõsiliatorẽ. Esdre. 4. Et reliqui qui erant in consilio eorum. Et in eodem. Et reliqui cõsiliatores eorũ.& dicũt hebrei ꝙ significat cetum seu congregationem hominum.

כְּנֵמָא Cenema. in lingua chaldaica significat huiuscemodi. siue taliter. aut hoc modo. Esdre. 4. Scripserunt epistolam vnã de ierusalem huiuscemodi. Et in eodem. 5. Et ita diximus eis.i.taliter.& in eo. Huiuscemodi autẽ sermonem responderunt nobis.

כָּנַס Canas. congregare. colligere. coaceruare. 2. Paralip. 22. Et precepit vt cõgregarentur omnes proselyti. Ester. 4. Vade & congrega omnes iudeos. Ps. 32. Cõgregãs sicut in vtre aquas maris. p̃s. 146. Dispersiones israel congregabit. Eccl's. 2. Coaceruaui mihi argẽtũ & aurũ. Et in eo. 3. Et tempus colligendi lapides. Esa. 28. Et palliũ breue vtrũq; operire non potest. pro quo hebrei legunt. Et pallium breue cum colligitur. idest cum colligitur ad operiendum vnum non potest alium operire. Vnde beatus hieronymus transtulit sensum. Inde מִכְנְסֵי Michnese. idest femoralia seu feminalia. Exo. 28. Facies & feminalia linea. Leuit. 16. Feminalibus lineis verenda celauit. Ezech. 44. Et feminalia linea erunt in lumbis eorum. Et solum inuenitur in numero plurali.

כָּנַע Canaa. Humiliare. conterere. erubescere. reuereri. vt Iudi. 3. Humiliatusq; est moab in die illo sub manu israel.& in eo. 4. Humiliauit ergo deus in die illo iabin regẽ Canaã. Iudi. 8. Humiliatus est aũt madiã corã filiis israel. 3. Reg. 21. Nõne vidisti humiliatũ Achab corã me: quia igitur humiliatus est. 2. Paralip. 33. Et quia humiliati sunt auersa est ab eis ira dñi. Et in eo. Et egit penitentiã valde corã deo.i.humiliatus est corã deo valde. Nee. 9. Et humiliasti corã eis habitatores terre. p̃s. 106. Et humiliatum est in laboribus cor eorũ. Itẽ significat cõterere. Deut. 9. Qui cõterat eos. sigñat ẽt erubescere vel reuereri. Leuit. 26. Donec erubescat incircũcisa mens eorũ. 2. Paralip. 33. Et non est reueritus faciẽ dñi sicut reueritus est Manases pater ei9 Itẽ כְּנַעַן Cenáan. nomẽ propriũ viri. s. filii Cham. Geñ. 10. Filii aũt cham chus & Mesraim & phut & canaã.& ab eo dicta est terra canaã. Geñ. 11. Vt irent in terrã canaã. p̃s. 104. Tibi dabo terrã canaã. Et inde כְּנַעֲנִי Cenaani.i. cananeus. vt Geñ. 13. cananeus & pherezeus habitabant in terra illa. Et in eo. 38. Filiam hominis cananei. sigñat ẽt mercatorẽ vel negociatorẽ aut institorem. vt Iob. 40. Et diuident illũ negociatores. Esa. 23. Institores eius ĩclyti terre. Zach. 14. Et nõ erit mercator vltra in domo dñi. Vnde illud qđ habetur Prouer. 31. cingulum tradidit cananeo. hebrei legũt. Et cĩgulũ tradidit mercatori vł negociatori. & Ezech. 17. Et trãsportauit eã in terrã canaã. Quod hebrei exponunt in terra negociationis vel mercationis. vnde subditur in vrbe negociatorũ posuit eũ. Osee. 12. Canaã in manu eius statera dolosa. pro quo he.le. Mercator seu negociator in manu eius statera dolosa. Vnde beatus hieronymus in suis explanatiõibus super p̃uerbia. capitulo vltimo sic ait. Bene etenim nomine canaã qui gentiliũ populũ p̃ceauit & interpretatur cõmutator cõuersa ad fidem gentilitas designatur: que felicissima comutatiõe a vitiis ad virtutes: a diabolo transmigrauit ad xp̃m. Hec hieronymus. Inde כִּנְעָה Cinaa.i.mercatio seu negociatio. Hiere. 10. congrega de terra confusionem tuam. pro quo he.le. congrega de terra negociationẽ tuã.i.substantiã tuã. Vnde beatus hieronymus super p̃dicto loco sic ait. precipitur ierusalem vt qđ quid habet foris substantie in vrbẽ munitissimã cõgreget: & lõge obsidioni paret alimẽta: cõgrega inquit & de foris & de terra hoc est de agris substantiã tuã siue confusionem. Quidquid enim habes cõfusione dignũ est. Hec hieronymus. Potest ẽt significare cõfusionẽ vel erubescentiam: sicut supra dictum est.

כָּנָף Canaph. Ala. penna. Angulus. ora. s. vestimenti. vt Exo. 19. Quomodo portauerim vos super alas aquilarum. Et in eo. 25. Expandẽtes alas & operientes oraculũ. Deut. 4. vel auiũ sub celo volantiũ. pro quo he.le. Omnis auis alate.i.habentis alas. Ruth. 2. Sub cuius confugisti alas. Iob. 39. Penna struthiõis similis est pennis erodii. Esa. 10.& non fuit qui moueret pennã.& in plu. כְּנָפַיִם chenaphaim. siue כַּנְפֵי chanphe. vt in aliquibus locis predictis: & Iob. 39. Expandet alas suas ad austrũ. Ps. 77. Penne colũbe deargẽtate. p̃s. 138. Si sumpsero pennas meas diluculo. Prouer. 1. Frustra aũt iacitur rete ante oculos pennatorũ. Zach. 5. Et sp̃us in alis earũ: & habebãt alas milui. Malach. 4. Et sanitas in pennis eius. Et est in hebreo cõis generis. vt patet in locis predictis. Inde verbum כָּנַף Canaph.i. auolare. Esa. 30. Et nõ faciet auolare a te vltra doctorem tuum. Item כָּנָף canaph.i.angulus. aut ora vestimẽti. Nu. 15. vt faciant sibi fimbrias per angulos quattuor palliorũ. Deut. 22 Per quattuor angulos pallii tui. Aggei. 2. In ora vestimenti sui. Põitur ẽt pro angulo vel fine aut extremo terre. Iob 38. Et tenuisti concutiens extrema terre. Esa. 11. A quattuor plagis terre. idest a quattuor angulis terre. Et in eodem 24. A finibus terre laudes audiuimus. Ponitur etiam pro templo. Dañ. 9. Et erit in templo abominatio desolatiõis.

כִּנּוֹר Cinor. cithara. Geñ. 4. Ipse fuit pater canentium in cithara & organo. Iob. 30. Versa est in luctum cithara

nostra. p̃s. 32. Confitemini dño in cithara. Ps. 56. Exsurge in psalterio & cithara.& in plu. כִּנֹּרִים Chinorim secundũ terminationẽ masculinorũ. siue כִּנֹּרוֹת Chinoroth. scđm terminationem femininorũ. 3. Reg. 10. Et citharas lyrasq; cantoribus. p̃s. 136. Suspendimus organa nostra. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. suspendimus citharas nostras. Ezech. 26. Et sonitus cithararũ tuarũ non audietur amplius. Ponitur etiam pro lyris. 1. Paralip. 15. Cantores in organis musicorum nablis videlicet & lyris & cymbalis.

כְּנַשׁ Canas. in lĩgua chaldaica significat cõgregare. Dañ. 3. misit ad congregandos satrapas.

כֵּס Ces. solium. sedes. De quo vide infra in dictione כִּסֵּא Cise.

כָּסַס Casas. numerare. supputare. Et scribitur cũ simplici samech. Exo. 12. Iuxta numerũ aĩarum que sufficere possunt ad esum agni. pro quo he.le. Iuxta numerum vel supputationẽ aĩarũ vniuscuiusq; iuxta esum suum numerabitis sup agnũ.& inde מֶכֶס Méches.i.supputatio. vel numeratio. pro quo btũs hieronymus transtulit partem. s. numeratã vel supputatã. Nu. 31. Et separabis partẽ dño. Et in eo. E quibus in partẽ dñi supputate sunt oues sexcente. scribitur etiam cũ tau ĩ fine & dicitur. מִכְסַת Michsath. vt Exo. 12. Iuxta numerũ aĩarũ q̃ sufficere possint. Leuit. 27. supputabit sacerdos iuxta annorũ numerũ vsq; ad iubileum.

כִּסֵּא Cise. Soliũ. sedes. thronus. Geñ. 41. vno tãtũ regni solio p̃cedã te. Exo. 11. A primogenito pharaonis qui sedet in solio eius. 2. Reg. 3. Et eleuetur thronus dauid. 1. Paralip. 29. Seditq; salomõ in solio dñi. Iob. 26. Qui tenet vultum solii sui. Esa. 66. Celum sedes mea est. Hiere. 17. Soliũ glorie altitudinis a principio. Et aliqñ scribitur sine aleph & dr̃ כֵּס Ces. vt Exo. 17. Quia manus solius dñi. debet legi solii dñi. pro quo he.le. Quia manus sup soliũ dñi vel sup thronũ dñi. suple est. Et secundũ aliquos hebreos ĩ duobus locis scribitur cũ he in fine loco aleph: 3. Reg. 10. Qui habebat sex gradus. pro quo he.le. Sex gradus erat throno. Et in eo. Et sũmitas throni rotũda erat. Sed in libris hebraicis reperitur ẽt in predictis locis cũ aleph in fine. sicut in supradictis. Et in plu. כִּסְאוֹת Chisoth. Ps. 121. Quia illic sederũt sedes in iudicio: sedes sup domũ dauid. Item כֶּסֶא Cése.i.terminus siue dies constitutus vel insignis. p̃s. 80. In isigni die solẽnitatis nostre. Scribitur ẽt cũ he in fine loco aleph. pro quo btũs hieronymus diẽ plene lune trãstulit Prouer. 7. In die plene lune reuersurus est.& est idem. Nã apud hebreos dies insignis phase & tabernaculorũ erat in plenilunio.

כָּסָה Cisa. operire. coopire. celare. abscõdere. tegere. Geñ. 7. Opertiq; sunt oẽs montes excelsi. Et in eo. 25. At illa tollens cito palliũ suũ operuit se. Et in eo. 38. Operuerat enim vultũ ne agnosceretur. Exo. 15. Abyssi operuerũt eos. Et in eo. 40. Operuit nubes tabernaculũ testimonii. Nu. 4. Inuoluentq; eo arcam testimonii.i. operient. Et in eo. Cumq; inuoluerint Aaron et filii eius sanctuarium.i. operuerint. Et in eo. 9. Operuit illud nubes. p̃s. 31. Et iniustitiã meã nõ abscondi. Ps. 43. Cooperuit nos vmbra mortis. Ps. 71. Operuit mõtes vmbra eius. p̃s. 142. Ad te confugi. pro quo hebrei legunt. A te coopertus sum. vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem. transtulit. A te protectus sum. Prouer. 10. Et vniuersa delicta operit charitas. Et in eo. 12. Qui aũt dissimulat iniuriã callidus est. Pro quo hebrei legunt. Qui autem celat iniuriam callidus est. Et est sensus sicut in littera nostra. Et ĩ eo. Homo versutus celat scientiã. Et in eo. 26. Qui operit odium fraudulenter. Eccl's. 6. Et obliuione delebitur nomen eius. Pro quo hebrei legunt. Et in tenebris nomen eius operietur. Esa. 23. Et vestiantur vsq; ad vetustatem.i. cooperiantur. Et in eo. 58. Cum videris nudũ opi eum. Hiere. 51 In multitudine fluctuũ eius operta est. Ezech. 16. Et opuisti illas. Et in eo. 18. Et nudũ opuit vestimẽto. Et in eo. 24. Vt possit operiri puluere. Et in eo. 30. Et ipsam nubes operiet. Et in eo. 31. Et operui eũ abysso. Et in eo. 32. Et operiam cum extinctus fueris celos. Et in eo. solem nube tegam. Et inde כְּסוּי Cesui.i.operimentum. velamẽ. Nu. 4.& operient rursum velamine hyacĩthinarũ pelliũ. Et in eo. Et extendet desuper operimentũ hyacĩthinarũ pelliũ. scribitur etiam cum tau in fine & dicitur כְּסוּת Cesuth. Geñ. 20. Hoc erit tibi in velamen oculorum. Exo. 22. Ipsum est enim solum quo operitur. Pro quo he.le. Ipsum est enim operimẽtum eius solum. Deut. 22. Per quattuor angulos pallii tui quo operiris. idest operimenti tui quo operiris. Iob. 24. Quibus non est operimentum in frigore. Et in eo. 26. Et nullũ est operimẽtũ p̃ditioni. Esa. 50. Et saccum ponã operimentum eorum. scribitur ẽt cum mem in principio & dicitur מִכְסֶה Michse. Exo. 26. Facies & operimẽtum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis.& super hoc rursus aliud operimentum.

כָּסַח Casach. scindere. succidere. dirumpere. Ps. 79. succensa igni & suffosa. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. succensa igni & dirupta. Esa. 5. Et facta sunt morticinia eorum quasi stercora. pro quo he.le. Et facta sunt morticina eorum succisa vel dirupta. Et in eo. 33. spine congregate igni cõburẽtur. Pro quo he.le. spine succisse vel scisse igne comburentur

כָּסַל Casal. insanire. stultum vel insipientem esse. stulte agere. Hiere. 10. Pariter insipientes & fatui probabuntur. Et inde כְּסִיל Cesil. idest stultus. insipiens. p̃s. 48. Simul insipiens & stultus peribunt. Ps. 91. Et stultus non intelligit hec. p̃s. 93. Et stulti aliquando sapite. Prouer. 18. nõ recipit stultus verba prudentie. Et in eo. Os stulti cõtritio eius. Eccl's. 2. stultus in tenebris ambulat. Et in eo. 4. Stultus complicat manus suas. Et inde כֶּסֶל Cesel.i. stultitia. insipientia. vecordia. fiducia. spes. robur. fortitudo. Latus siue ilia. Iob. 8. Nõ ei placebit vecordia sua. p̃s. 48. Hec via illorum scandalum ipsis. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Hec via insipientie eorũ. scribitur etiam cũ he in fine & dicitur כִּסְלָה Chisla. p̃s. 84. Et in eos qui conuertuntur ad cor. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ trãstulit. Vt nõ conuertãtur ad stultitiã. scribitur ẽt cum tau in fine & dicitur. כְּסִילוּת Cesiluth. Prouer. 29. Mulier stulta & clamosa. Item כֶּסֶל Césel.i.fiducia. spes. p̃s. 77. Et ponant in deo spem suam. Ponitur etiam pro robore vel fortitudine. vt Iob. 4. Vbi est timor tuus fortitudo & patientia tua. Et in eodem. 31. si putaui aurum robur meum. sed ẽt in predictis locis hebrei legunt spem vel fiduciam. Item כֶּסֶל Césel. idest latus. Iob. 15. Et de lateribus eius aruina dependet. Prouer. 3. Dñs enim erit in latere tuo. & in plurali כְּסָלִים Cesalim. idest latera siue ilia. vt Leuit. 3. cum adipe quo teguntur ilia. Et in eo. Cum adipe qui est iuxta ilia. Item כְּסִיל Cesil.i. sydus celeste. pro quo beatus hieronim9 transtulit oriona. vt Iob. 9. Qui facit arcturum & oriona. Amos. 5. Facientem arcturum & oriona. In alio vero loco pro כְּסִיל Cesil posuit arcturum. Iob. 38. Aut gyrum arcturi poteris dissipare. significat. ẽt splendorem. Esa. 13. Stelle celi & splendor earum.

כָּסַם Casam. tondere. Ezech. 44. sed tondentes attondẽt

capita sua. Item כֻּסֶּמֶת Cusémeth.i.far.genus frumēti.Exo 9.Triticū aūt & far nō sunt lesa.Declinatur etiā pl'r. כֻּסְּמִים Cusemim.pro quo beatus hieronymus transtulit viciam. Ezech.4.Milium & viciam.

כָּסַף Casaph.cōcupiscere.desiderare.Geñ.31. Et desiderio erat tibi domus patris tui.pro quo he.le.Quia desiderio desiderasti ad domū patris tui.ps.16.Susceperunt me sicut leō paratus ad predā.ꝑ quo beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta he.ve.transtulit.similitudo eius quasi leonis desiderantis pdā.Ps.83.Cōcupiscit & deficit anima mea in atria dñi.Iob.14.operi manuū tuarū porriges dexteram. pro quo he.le.opi siue ad opus manuū tuarū concupisces vel desiderabis.Et ide נִכְסָף Nichsaph.i.desiderabilis siue amabilis.Soph.2.Conuenite congregamini gens nō amabilis.i.nō desiderabilis.& ide כֶּסֶף Cesepħ.i.argētū.pecūia. Geñ.13.Erat aūt abram diues valde in possessiōe auri & argēti.Iob.3.Qui replent domos suas argēto.ps.11.Argētū igne examinatū.ponitur ēt ꝑ nomine adiectiuo.s.pro argēteo.vt Geñ.44.Gyphum meū argēteum.Exo.3. Vasa argentea & aurea.Itē ponitur pro pecunia seu moneta:vt Geñ.23.Pecunia digna tradat eā mihi.Exo.22.Si quis commēdauerit alicui pecuniā.Leuit.25. Pecuniā tuā nō dabis ei ad vsurā.Eccl's.10.pecunie obediūt oīa.Inuenitur ēt ī numero plurali.Geñ.42.Et reponerēt pecunias singulorum in sacculis.& in lingua chaldaica dicitur כְּסַף Cesaph. siue כַּסְפָּא Caspa.i.argentū.Dañ.2.pectus & brachia de argento.Et in eo.Et argentum & aurum.

כֶּסֶת Cesath.puluillus.Ezech.13. Ve qui consuunt puluillos sub omni cubitu manus.Et in eodem.Ecce ego ad puluillos vestros.

כְּעַן Cean in lingua chaldaica sigñat nunc siue mō. Dañ. 2.Et nunc ostende mihi que rogaui te.Item כְּעֶנֶת Ceeneth: aduerbiū est salutandi quod in epistolis ponebatur apud chaldeos sicut apud latinos dicitur salutē aut pacē dicere.Esdre.4.Et reliquis regionibus trans flumē in pace.Et in eo.Serui tui qui sunt trās flumē salutē dicunt.& in eo.7. Esdre sacerdoti & scribe legis dei celi doctissimo salutē. Et aliqñ scribitur siñe nun & dicitur כְּעֶת Ceeth.vt in eo.4.salutem dicens & pacem.

כָּעַס Caas.irasci.indignari.irritare.prouocare.s.ad iram. 2.Paralipo.16.Iratusq; est Assa aduersus videntem. Ps.111.Peccator videbit & irascetur.Et inde verbum secunde vel tertie cōiugatiōis.qđ sigñat iratū facere.siue irritare vel prouocare.s.ad irā.Deut.31.Vt irritetis eū inopa manuum vestrarū.& in eo.32.Et in abominatiōibus ad iracundiā cōcitauerūt.& in eo.Et irritauerūt in vanitatibus suis. Et in eo.Et in gēte stulta irritabo eos.1. Reg.1. Affligebat quoq; eā emula eius.pro quo he.le.Et ꝑuocabat siue irritabat eā emula eius.Et in eo.Et sic ꝑuocabat eā.i.ad iracūdiam cōcitabat.3.Reg.16.Vt me irritares. Et in eo. prouocātes dñm deū israel in peccatis eorū.4.Reg.16.Feceruntq; verba pessima irritātes dñm.Et in eo.21.Et irritaret eū. & in eo.23.Ad irritādū dñm.Ezech.32.Et irritabo cor populorū multorū.ponitur ēt pro irridere.vt Nee.4. quia irriserūt edificātes.i.ad irā prouocauerūt. & inde כַּעַס Caas.i. ira.furor.indignatio.irritatio.meror.Deut.31.sed propter irā inimicorū distuli.Iob.5.vtre stultū interficit iracūdia Et in eo.17.Caligauit ad indignationē oculus meus.ps.6. Turbatus est a furore oculus meus.prouer.17. Ira pris filius stultus.ponitur ēt ꝑ merore vel tristitia.vt.1.Reg.1. Ex multitudine doloris & meroris mei locuta sū vsq; in p̄sēs. scribitur ēt cū sin & pūcto ceboleth in fine.vt Iob.6. Vtinā appēderētur pctā mea qb⁹ irā merui.& ī eo.10.& multiplicas irā tuā aduersū me.pōitur ēt ꝑ cura.Eccl's.5.& in curis multis.& ī erūna atq; tristitia.& ī plu.כְּעָסִים ceasim.4.Re. 23.propter irritatiōes quibus ꝑuocauerat eū manasses.

כַּף Caph.pugillus.palma.idest vola manus. vel planta pedis.aut phiala.De quo vide in dictione sequenti.

כָּפַף Caphaph.curuare.incuruare.p̄s.56.īcuruauerūt aīam meā.p̄s.144.Et erigit oēs elisos.i.oēs curuos vel incuruatos.Beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve.trāstulit.& erigit oēs iacētes. scribitur ēt cū simplici pe. Esa. 58.Nūquid cōtorquere vt circulū caput suū.i. incuruare q̄si circulū caput suū.Mich.6.Curuabo genu deo excelso.ꝑ quo he.le.Curuabor deo excelso.pōt ēt subintelligi genu: sicut est in lr̄a nr̄a.Et inde כִּפָּה Cipa.pro quo btūs hieronymus transtulit incuruantē.Esa.9.Incuruātē & deprauantē. Hebrei tñ dicūt ꝙ sigñat ramū vel virgultū. eo qđ rami incuruantur versus terrā.vnde in p̄dicto loco ipi legūt. ramū & iuncū.& dicūt ꝙ per ramū & iūcū significātur fortes & imbecilles.Iob.15.& manus eius arescet.pro quo he.le. Et ramus eius nō virescēs.pōt ēt sigñare manū sicut est in lr̄a nostra.vt infra dicetur.Et in plu.כַּפּוֹת Capoth.pro quo beat⁹ hieronymus trāstulit spatulas.Leuit.23.spatulasq; palmarū & ramos ligni.& inde כַּף Caph.i.pugillus. palma. interior pars manus seu pedis.eo qđ est recurua a parte interiori:aut phiala.Exo.9.Extēdā palmas meas ad dñm:Leuit. 9.Addēs in sacrificiū libamēta que pariter offeruntur. pro quo he.le.Et obtulit munus seu oblationem & impleuit pugillū ex ea.Iudi.8. Forsitan palme manuū zebee & salmana in manu tua sunt.3.Reg.7.quātum pugillus cape potest farine.2.Paralipo.6.Palmis in celum leuatis. Prouerb.31. Palmas suas extendit ad pauperem.Ecclesiastes. 4. Melior est pugillus cum requie quam plena vtraq; manu. Ponitur etiam pro manu.vt Exo.33.Et protegam dextera mea donec transeam.Pro quo hebrei legunt. Et protegam super te manu mea seu palma mea donec transeam. Et in eodem.Tollamq; manum meam.Leuit.8. Tradensq; omnia Aaron & filiis eius.pro quo hebrei legunt. Et posuit omnia super manus Aaron & super manus filiorum eius. Et in eodem.Rursumq; suscepta de manibus eorum.3.Reg.8 Et manus expanderat ad celum. Iob.16.Absq; iniquitate manus mee.Et in eo.29.Et digitum supponebant ori suo. Pro quo hebrei legunt.Et manum seu palmam supponebant ori suo.Prouerb.10.Egestatem operata est manus remissa.Esa.28.Statim vt manu tenuerit deuorabit illud. & in eodem.69.ecce in manibus meis descripsi te.& in plurali כַּפַּיִם Capáim.siue כַּפּוֹת Capoth.vt in aliquibus locis p̄dictis & ēt in sequentibus.ponitur etiā pro planta pedis seu pro vestigio.Deut.28.A planta pedis vsq; ad verticem tuum.& in eodem.Non valebat nec pedis vestigium figere. Esa.1.A planta pedis vsq; ad verticem.Et in eo.60. Et adorabunt vestigia pedū tuorū.3.Reg.18.Ecce nubecula parua quasi vestigiū hominis.Et ab eius similitudine ponitur ēt ꝑ nube scđm he.Iob.36.In manibus abscōdit lucē.pro quo he.le.nubib⁹ abscōdit lucē.Threñ.3.leuem⁹ corda nr̄a cum manibus.pro quo he.le.leuemus corda nostra ad nubes.idest sursum.Significat etiam os concauum in quo femur voluitur.Pro quo translatio nostra neruum transtulit.Geñ.32.Tetigit neruum femoris eius.Et in eodem. Eo qđ tetigerit neruū femoris eius.Itē sigñat phialā siue vas cōcauū.pro q̄ btūs hiero.trāstulit mortariolū.Nu.7. mortariolū aureū appēdēs decē siclos.& in plu.כַּפּוֹת.capoth. Exo.25.parabis & acetabula ac phialas. Nu. 7. Mortariola aurea duodecim.2.paralip.24.Phiale quoq; & cetera vasa.ponitur etiam כַּפּוֹת Capoth pro pesulo ostii.vt Canti.5.

Pesulum ostii mei aperui dilecto meo.

כָּפָה Capha.cōprimere.extinguere.Prouer.21. Mun⁹ absconditum extinguit iram.

כָּפַל Caphal.duplicare.Exo.26.vt sextū saxū in fronte tecti duplices.Ezech.21.Et duplicetur gladius ac triplicetur.Et ide כָּפוּל Caphul.i.duplicatum siue duplex. Exo. 28.Quadrangulum erit & duplex. Et inde כֶּפֶל Cephel.i. duplicatio.Iob.41.Et in mediū oris eius quis intrabit. ꝑ quo he.le.In duplicatiōe freni ei⁹ quis ītrabit.& ide מַכְפֵּלָה Machpela.i.duplex siue duplicata.Geñ.23.Vt det mihi speluncam duplicē.Et in eo.Sepeliuit Abraā vxorē suā ī spelunca duplici.& inde כִּפְלַיִם Ciphláim.i.duplicia.Esa.40 Suscepit de manu dñi duplicia pro oībus pecatis suis.

כָּפַן Caphā.colligere.recolligere.Ezech.17. Et ecce vinea ista quasi mittēs radices ad eā.pro q̄ he.le. Et ecce vitis ista collegit radices suas ad eā siue super eā.i. recollegit ab aliis locis & misit eas ad eam. Item כָּפָן Chapham.i.fames Sterilitas.Iob.5.In vastitate & fame ridebis.

כָּפִיס Caphis.lignū qđ est inter iūcturas edificiorū. Abach. 2.Et lignū quod inter iūcturas edificiorū ē rūdebit.

כָּפַר Caphar.placare.Expiare.propiciare.orare.rogare deprecari.auferre.delere.linire.bituminare.Geñ.32.Dixit enim placabo illū muneribus.Exo.29.Per singulos dies ad expiādū.Et in eo.Et sit placabile sacrificiū.pro quo he.le.Quibus expiabitur siue placabitur.& in eo.Septem diebus expiabis altare.& Leuit.14. Vt placet ꝑ eo dñm.& in eo.23.Et propicietur vobis dñs deus vester.Et in eo.30 Et placabit super eo in generationibus vestris. & in eo.Et ꝑpicietur aīabus eorum.Nu.35. Nec aliter expiari potest. Deut.21.Propicius esto populo tuo israel.1.Reg.3. Idcirco iuraui domui heli ꝙ non expietur iniquitas domus eius. Prouer.16.Vir sapiens placabit eam.Esa.47.Quā nō poteris expiare.Itē sigñat orare aut rogare vel deprecari. vt Exo.30.Et deprecabitur Aaron sup cornua eius.Et in eo. 32.Si quomodo quiuero eū deprecari pro peccato vestro. Leuit.4.Rogabitq; pro eo & dimittetur ei. & in eo. 5.qui rogabit pro eo offerens arietem. Et in eo. qui orabit ꝑ eo quia nesciēs fecerit.Et in eo.12. Orabitq; pro ea sacerdos. Item sigñat auferre vel delere.Deut.21.Et auferetur ab eis reat⁹ sanguinis.Esa.28.Et delebitur fedus vestrū cū morte.i.auferetur. Itē sigñat linire vel bituminare.Geñ.6. & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Vbi pōitur verbum & nomen ab eo deriuatū.Et inde כַּפֹּרֶת Caporeth.i. ꝑpiciatoriū vel cooptoriū.Exo.25.facies & ꝑpiciatorium de auro purissimo.& ide כֹּפֶר Cópher.i.illud qđ datur in ꝑpiciatione vel p̄ciū.Exo.21.Quod si preciū fuerit ei impositū.Et in eo.30. Dabūt singuli preciū pro aīabus suis.Nu. 35.Non accipietis p̄ciū ab eo qui reus est sanguinis.Iob.33 Inueni in quo ei propicier. Esa.43.Dedi ꝑpiciationē tuā Et inde כִּפֻּרִים Chipyrim.i. propiciatiōes vel expiatiōes. Exo.30.Susceptamq; pecuniā que collata est a filiis israel. Pro quo he.le. Et suscipies pecuniā ꝑpiciationū a filiis israel.Leuit.23.Decimo die mēsis huius septimi dies expiationū erit.Et in eo.Quia dies propiciatiōis est:quod in hebreo legitur in nu.plu.s.propiciationū. Item כָּפָר Cephar. i.villa.1.Reg.6.Ab vrbe murata vsq; ad villā. Et in plurali כְּפָרִים Chepharim.Canti.7.Cōmoremur ī villis. Item כֹּפֶר Chephor.i.species aromatica.Beatus hieronymus transtulit cyprum:quasi ab hebreo deriuatum.Canti.1. Botrus cypri dilectus meus mihi.& in plu.כְּפָרִים Chepharim.vt ī eodem.4.Cypri cum nardo.Et aliqui hebrei dicunt ꝙ significat camphoram.Item כְּפוֹר Chephor.i.pruina.Exo.16.In similitudinem pruine super terram.p̄s.146. Nebulam sicut cinerem spargit.pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Pruinā sicut cinerē spargit. Itē כְּפוֹר Chephor idest peluis siue crater.Esdre.8.Et crateras aureas viginti.Item כְּפִיר Chephir.i.catulus leonis.Ps.16. Et sicut catulus leonis habitans in abditis.Esa.31.Quomodo si rugiat leo & catulus leonis. Amos.3.Nunquid dabit catulus leōis vocem suam. Et in plu. כְּפִירִים Chephirim.Ps. 103.Catuli leonum rugientes vt rapiant. ponitur etiam ꝑ leone. p̄s.33. Diuites eguerunt & esurierunt.pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Leones indiguerunt & esurierūt.Ps.34.A leonibus vnicā meam. Ps.90.Et cōculcabis leonē & draconē.Prouer.28.Et iustus quasi leo cōfidēs.Ezech.19. Et eduxit vnum de leunculis suis:leo factus est.Et in eo.32.Leoni gentiū assimilatus es. Et in eo.38.Negociatores tharsis & oēs leones eius. quod hebrei exponunt: omnes fortes vel principes eius. dicti a similitudine leōis.Ponitur ēt כְּפִירִים Chephirim pro vitulis.Nee.6.Veni & percutiamus fedus pariter in vitulis. nā antiquitus quando inibant fedus vel pactū diuidebant vitulum aut vitulos seu aliud quodcunq; animal & transibāt inter diuisiones eius.vt infra dicetur in dictione כָּרַת Carath.Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco כְּפִירִים Chephirim est nomen proprium loci.

כָּפַשׁ Chapas.cibare.Threñ.3.Cibauit me ciere. Et solū inuenitur in p̄dicto loco.Hebrei tñ dicūt ꝙ sigñat inuoluere.vnde in p̄dicto loco ipi legunt. Inuoluit me cinere.

כְּפַת Capheth.in lingua chaldaica significat ligare.vel vincire.Dañ.3.vt ligatis pedibus sidrach misach & abdenago.Et in eo. Et statim viri isti vincti cū brachis suis. & in eodem.Ceciderunt in medio ignis ardentis colligati.

כַּפְתֹּר Caphthor.Pomum. spherula.[illegible]do scilicet ianue. aut limen.Exo.25.Et spherulas ac lilia ex ipso ꝑcedentia.Et in eodem.Spheruleq; simul & lilia. Et in eodem.Et spherule igitur & calami ex ipso erunt. Accipitur etiam pro cardine: eo quod est rotundus.Amos.9. Percute cardinem.Item ponitur pro limine.Soph.2.In liminibus eius morabuntur.

כַּר Car.agnus.aries.miles.stramentum. Esa.16. Emitte agnum domine dominatorem terre.Et in eodem.30. pascetur in possessione tua in die illo agnus spaciose. Et in plurali. כָּרִים Carim.Deut.32.Cum adipe agnorum. Ps. 36.Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati deficient.Pro quo hebrei legunt.Et inimici domini quasi gloria arietum deficient.idest quasi adeps vel pinguedo arietum deficient: sicut ipsi exponunt.p̄s.64. Induti sunt arietes ouium.Hiere.5.Deducā eos quasi agnos ad victimam. Ponitur etiam pro arietibus ferreis quibus destruebantur muri ciuitatis. Ezech. 4.Et dabis contra eam castra & pones arietes in gyro.Et in eodem. 21. Vt ponat arietes contra portas.Ponitur etiam pro militibus vel pro legione militum.vt.4.Regum.11.Et assumens centuriones & milites.vbi pro militibus ponitur כָּרִי cari. cum iod in fine.& infra in eodem. Tulitq; centuriones & ceretī & pheleti legiones.Pro quo hebrei legunt. Tulitq; centuriones & milites & cursores. Item כַּר Car.idest stramentū. Geñ.31. Abscondit idola subter stramenta cameli.

כִּכָּר chicar.torta.massa.talētū.planicies.Exo.29. tortāq; panis vni⁹.1.Reg.2.& offerat nūmū argēteū & tortā pāis.Hiere.37.& vt daretur ei torta cottidie pāis.sigñat ēt talētū.vt Exo.25.habebit talētam auri purissimi.4. Reg. 5.Melius est vt accipias duo talenta.2.Paralip.36.Et condēnabit terrā cētū talētis argēti & talēti auri. Zach.5. Et ecce talētū plūbi portabatur.sigñat ēt regionem campes-

trem vel planiciem. Gen̄.13. Vidit omnem regionem ior=danis.i.omnem planiciem iordanis. Et in eo. Elegitq; sibi loth regionem circa iordanem. Et in eo.19. Nec stes in om ni circa regione.3. Reg.7. In campestri regione iorda=nis fudit ea rex.

Regio. Capestris.

כרר כרר Carar. stramentū. seu reclinatoriū iumentorū. & scri bitur cum simplici res. De quo vide supra in dictio=ne כר Car.

Stramentū

כרב כרב Cherub. Exo.25. Cherub vnus sit in latere vno & al ter in altero. ps.17. Et ascendit super Cherubim & vo lauit. Quod in hebreo legitur singulariter. s. Et ascendit sū per cherub. Ezech.10. Rota vna iuxta cherub vnum. Et in codē. Facies vna facies cherub. & in plu. כרבים Cherubim Gen̄.3. Collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim. Exo.25. Duos cherubim aureos & pductiles facies. & i eo. Et erūt cherubim expandentes alas. & in eodem.26. ope re plumario & pulchra varietate cōtextū. pro quo hebrei legunt. opere plumario siue polymitario facies cum cheru bim.i. figuris cherubim. Et i eo.36. Coccoq; bis tincto ope re vario. Pro quo hebrei legunt. Coccoq; bis tincto cheru=bim.2. Reg.6. Super quam inuocatum est nomen domini exercituum sedentis in cherubim.3. Reg.6. Et fecit in ora=culo duos cherubim de lignis oliuarum. & in eo.7. Leões & boues & cherubim.2. Paralipo.3. Et celauit cherubim in parietibus. Ezech.10. & intellexi quia cherubim essent. Et scdm aliquos hebreos est genus ad oēm formam vel figu=ram. & dicunt q; cherubim qui erant in propiciatorio e=rant in figura humana: & qui ponūtur in Ezechiele erant in figura quattuor aīalium que in eodem continentur. Po=nitur etiam pro principe vel magno. Ezech.28. Tu che=rub extensus & protegens.

Cherub. Cherubim

כרבל כרבל Carbal. Inuoluere. induere. vt.1. Paralipo.15. Porro dauid erat indut⁹ stola byssina. Item כרבל Carbal in lingua chaldaica significat calciamentum. Dan̄.3. Vincti cum brachis suis & thiaris & calciamētis & vestibus missi sūt in fornacē ignis. he. vero dicūt q; significat quoddam genus vestimenti.

Induere. Calciamē tum.

כרה כרה Cara. fodere. perfodere. scindere. incidere. emere. pa rare. seu preparare. Gen̄.50. In sepulchro meo quod fodi mihi. Exo.21. Si quis aperuerit cisternam & foderit. ps.7. Lacum aperuit & effodit eum. ps.39. Aures autem perfecisti mihi. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Aures fodisti mihi. Ps.93. Donec fodiatur peccatori fouea. Prouerb.16. Vir in sipiens fodit malum. Et in eodem.26. Qui fodit foueam incidet in eam. Signat ēt cōcidere. Iob.4. Concident eū amici. & inde כרת Ceroth. idest loca que exciduntur vel cir cunfodiuntur pro ouibus vel pro pastoribus ad quiescen dū. Soph.2. & erit funiculus maris requies pastorum. & in de מכרה Michre. idest fossio. excisio. vt supra in eo. & aceru̇ salis. pro quo hebrei legunt. & excisio vel fosio salis. idest a cernus vnde sal exciditur vel effoditur. significat etiā pre=dicta dictio parare. siue preparare.4. Reg.6. Apposita est eis ciborum magna preparatio. pro quo hebrei legunt. & preparare fecit eis apparatū magnū. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Ponitur etiam pro subuertere. Iob.6. Et subuertere nitimini amicum vestrum. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. & preparatis contra amicū vestrum. idest paratis vosmetipsos contra amicum vestrū. Significat etiam emere siue conducere. Deut.2. Aquā em=ptam haurietis & bibetis. pro quo hebrei legunt. Et etiam aquas emetis ab eis & bibetis. Osee.3. Et fodi eā mihi quin decim argēteis. pro quo he. le. & emi siue cōduxi eā mihi quindecim argenteis. potest etiā legi sicut est in littera no=stra. Vnde beatus hieronymus in suis explanationibus sic ait. fodit itaq; eam sibi. idest adulteram siue conduxit quin decim argenteis. quando dicit fodi ostendit vineam que a domino plantata est: & in multis locis scripturarū ponitur significans populum iudeorum. Sin autem legerimus con duxi. adultere precium non vt cum propheta dormiat sed vt contenta mercede sua adulterare desistat. Hec hierony=mus. vnde illud quod habetur. Gen̄.50. In sepulchro meo quod fodi mihi. Potest etiam legi. In sepulchro meo quod emi mihi. & inde מכר Mecher. i. emptio siue precium emp tionis. Nu.20. Dabimus quod iustum est. pro quo hebrei legunt. Dabo precium earum. Prouer.31. procul & de vlti=mis finibus precium eius.

Fodere. concidere. Requies. מכרה Excisio. Preparar. subuertere. Emere. Cōducere. מכר Precium. כרז Predicar. כרוזא Preco.

כרז Caraz in lingua chaldaica significat preconizare siue predicare. Dan̄.5. Et predicatum est de eo q; haberet potestatem tertius in regno. & inde כרוזא Caroza. i. preco. vt in eodem.3. & preco clamabat valenter.

כרך Carach. inuoluere. induere. & ide תכריך Thacrich. per additionem tau in principio. idest pallium quo inuo=luitur. Ester.8. & amictus serico pallio atq; purpureo.

Inuolue. תכריך Pallium.

כרכב Carcob. arula. Exo.27. Quos pones subter arulā al taris Et in eodem.38. Et subter eam in altaris me=dio arulam. & dicunt hebrei q; significat circuitum siue ambitum.

כרכב Arula.

כרכם Carcom. crocus. Canti.4. Nardus & crocus. & solū inuenitur in predicto loco.

כרכם Crocus.

כרכר Charcar saltare.2. Reg.6. Dauid saltabat totis viribus ante dn̄m. inde כרכרות Chircaroth. pro quo beatus Hieronymus transtulit carrucas. Esa.66. & in mulis & in carrucis.

כרכר Saltare. כרכרות Carruce.

כרם Cherem. vinea. Gen̄.9. Et plātauit vineam. Exo.22. Si leserit quispiam agrum vel vineam. Iob.24. Et vi neam eius quem vi oppresserunt vindemiant. Canti.1. Vi neam meam non custodiui. Et in eo.2. Nam vinea nostra floruit. Esa.1. Vt vmbraculum in vinea. Et in eo.5. Vos eni depasti estis vineam meam. & in plurali כרמים Cheramim. Nu.22. Quibus vinee cingebantur.1. Reg.8. Et vineas & oliueta optima tollet. Canti.1. Posuerunt me custodem in vineis. Ponitur etiam singulare pro plurali. Iudi.15. Vt vi neas quoq; & olineta flamma cōsumeret. & inde כרמים Cor mim. i. vinitores. Et solū inuenitur in numero plurali.4. Reg.25. Et de pauperibus terre relinquit vinitores & agri colas. Esa.4. Agricole & vinitores vestri erunt.

כרם Vinea. כרמים Vinee. כרמים Vinitores.

כרמל Carmel. frumentum nouum. seu spice adhuc virescē tes.4. Reg.4. Et frumētum nouum in pera sua. In alio vero loco btūs hieronymus transtulit pultes ex segete. Leuit.24. Et pultes nō comedetis ex segete. est etiā כרמל Carmel nomē montis in quo erant vinee & segetes & alie arbores fructuose.1. Reg.25. Et possessio eius in carmelo. 3. Reg.18. Et congregauit prophetas in monte carmeli. Esa.10. & gloria saltus eius & carmeli eius. Et in eo.16. Et auferetur letitia & exultatio de carmelo. Et in eodem.29. Conuertetur libanus in carmel & carmel in saltum reputa bitur. Et in eodem.35. Decor carmeli & saron. Hiere.46. Et sicut carmelus in mare veniet. Item כרמיל Carmil signi ficat colorem coccineum.2. Paralip.2. Purpura coccino & hyacintho. Et i eo. In hyacintho & bysso & coccino. Et i eo dem.3. Fecit quoq; velū ex hyacitho purpura cocco & bys so. Et secundum hunc significatum exponunt hebrei illud Canti.7. Caput tuū vt carmelū. i. vt coccinū. Nā sequitur i eodem. Et come capitis tui sicut purpura regis.

כרמל Frumētū nouum. כרמל Pultes. Carmelus. כרמיל Coccinus.

כרסא Cursa. in lingua chaldaica significat soliū siue thro num. Dan̄.5. Depositus est de solio regni sui. & in eodē.7. Thronus eius flāme ignis. & in plurali כרסון Carsauan. vt in eodem. Donec throni positi sunt.

כרסא folium. Thronus כרסון Throni

כרסם Carsam. exterminare. Ps.79. Exterminauit eā aper de silua. & solum inuenitur in predicto loco.

כרסם Exterminar

כרע Caraa. accubare. incuruari. curuare genua. genufle=ctere. Gen̄.49. Accubuisti vt leo & quasi leena. Nu. 24. Accubās dormiuit vt leo. Iudi.7. Qui autē curuatis ge nibus biberint. & in eodem. Reliqua multitudo flexo po plite biberat. pro quo he. le. Et reliquus populus curuaue=runt genua ad bibendū. Iudi.11. Decepisti me. Pro quo he. le. Incuruans incuruasti me. i. humilians humiliasti me.2. Reg.22. Incuruasti resistentes mihi subtus me.3. Reg.8. Vtrūq; enim genu in terrā fixerat. i. incuruauerat. & in eo. 19. Quorum genua non sunt incuruata ante baal.4. Reg. 1. Curuauit genua cōtra heliam. Iob.4. Et genua tremen=tia cōfortasti. Pro quo he. le. Genua incuruātia siue curuata cōfortasti. & in eo.31. Et super eam incuruentur alii. Ps.17. Et supplantasti insurgentes in me subtus me. Pro quo bea tus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Incurua sti resistentes mihi sub me. Ps.77. Et electos israel impedi=uit. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et electos israel incuruauit. Esa.10. Ne incurue=mini sub vinculo. & in eodē.45. Quia mihi curuabitur om̄e genu. & in eodem.65. Et oēs vos in cede corruetis. i. incur uabimini. & ide כרעים Cerāim. i. genua vl' crura. Leuit.1. Intestinis & pedib⁹ lotis aqua. & in eo. Intestina vero & pe des lauabit aqua. pro quo he. le. Intestina & genua siue cru ra. & in eodem.11. Sed habet longiora retro crura. Amos.2 Duo crura aut extremum auricule.

כרע Accubare Curuare Incuruare כרעים Crura.

כרפס Carpas. color carbasinus. Ester.1. Tentoria aerei colo ris & carbasini. & solum inuenitur in predicto loco.

כרפס Color car basinus

כרש Ceres. venter. Hiere.51. Repleuit ventrem suum tene ritudine mea. & solum inuenitur in predicto loco.

כרש Venter.

כרת כרת Carath. scindere. abscindere. eradicare. dispdere. pe rire. occidere. pacisci. siue inire pactū. pcutere siue fe rire fedus. Leuit.20. Succidāq; eū de medio populi sui. Et in codē. Succidāq; ipm & omnes qui consenserint ei. Nu. 13. Absciderunt palmitē cū vua sua. Deut.19. Et in succissio ne lignorū securis effugerit manū. & in eo.20. Succide & extrue machinas. & in codē.23. Amputatis testiculis & ab=scisso veretro. Iudi.6. Et nemq;quod circa arā est succide. Et in eo. Super strue lignorū que de nemore succideris. & in codē. Lucūq; succisum. & in eo. Et succidit nemus.1. Reg. 20. Nō auferes misericordiam tuam. pro quo hebrei legūt. Nō abscindes misericordiā tuā. & in eo. Qū eradicauerit dn̄s inimicos dauid. i. qū succiderit.4. Reg.19. Et succidi su blimes cedros eius.2. Paralip.2. Operariis qui cesuri sunt ligna. Esa.14. Non ascēdat qui succidat nos. Hiere.46. Suc ciderunt saltum ei⁹. Ezech.16. Non est precissus vmbilicus tuus. Itē significat disperdere siue delere vel perire. aut in=terire. Gen̄.17. Delebitur anima illa de populo suo. Sed etiā in predicto loco hebrei legunt. Abscidetur siue succidetur aīa illa. Exo.8. Vt abigantur rane a tē & a domo tua. i. vt in=tereant vel succidantur. & in eo.12. Quicūq; comederit fer mentatū peribit aīa illa de israel. & in eo.31. Peribit anima illius de populo suo. Leuit.17. Et sic peribit de medio po=puli sui. & in eo. Interibit de populo suo. & in eodē. Et disp dam eum de populo suo. Nu.15. Peribit de populo suo. Et in codem. Idcirco delebitur & portabit iniquitatem suam. Deut.19. Cū disperderit dominus deus tuus gentes.3. Reg. 14. Et percutiam de ieroboam mingentem ad parietem. i. dispdā vel interficiam. & in eo.18. Et non penitus iumenta pereant. Ps.36. Reliquie impiorum peribūt. Hiere.51. Dn̄e tu locutus es contra locum istum vt disperderes eū. Ioel.1. Periit sacrificium & libamen de domo dn̄i. & in codē. Ali menta perierunt. Amos.1. Et disperdā homines a facie ter=re. & in eo. Et disperdā habitatores de campo idoli. Soph.3 Disperdidi gentes. Ponitur etiā pro interficere vel occide=re. Leuit.20. Et interficiā ipsum de medio populi sui. & in eodem. Occidentur in cōspectu populi sui. & in eodem. In terficientur ambo de medio populi sui.4. Reg.9. Et percu tiā de domo Achab mingentē ad parietem. i. interficiā vel occidā. Ezech.25. Et interficiā iterfectores. Dan̄.9. Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur xp̄us. & inde כריתת Cerithuth. i. abscisio vel separatio. & accipitur pro libello repudii quo vir ab vxore separabatur. Deut.24. Scribet li=bellum repudii. Esa.50. Quis est hic libell⁹ repudii matris vestre. Hiere.3. Et dedissem ei libellū repudii. & ide כרתים Cerethim. pro quo beatus Hieronymus transtulit interfe=ctores siue perditos. Ezech.25. Et interficiam interfectores. Amos.2. Gens perditorum. & inde כרתי Cerethi nomen le gionis militum: eo quod occidebant & trucidabant homi=nes in bello.2. Reg.8. Banaias aūt filius Ioiade super cere=thi & phelethi. & in codem.15. Et legiones cerethi & phele thi. Significat etiam supradicta dictio כרת Carath pangere vel inire aut percutere fedus vel pactum: eo quod antiquit⁹ qū inibant fedus vel pactum occidebant vitulum siue aliud quodcunq; animal: & diuidebant illud & transibant inter diuisiones eius: vt habetur Hiere.34. vbi dicitur. Et nō ob seruauerunt verba federis quibus assensi sunt in conspe=ctu meo: vitulum quem conciderunt in duas partes: & transierunt inter diuisiones eius. Gen̄.15. In illo die pepi git dominus fedus cum Abraam. & in codem.22. Percusse runtq; ambo fedus. & in eodem. Et inierunt fedus in puteo iuramenti. Exo.23. Non inibis cum eis fedus. & in codem. 34. Ecce ego inibo pactū videntibus cunctis. Deut.5. De⁹ noster pepigit nobiscum fedus.1. Reg.11. Habeto nos fede ratos. Pro quo hebrei legunt. Percute nobiscum fedus seu ini nobiscum pactum. & in eodem. In hoc feriam vobiscū fedus. & in eodem.20. Pepigit ergo ionathas fedus cum do mo dauid. Et in hebreo in predicto loco non habetur fe=dus: sed subintelligitur. & in codem.22. Maxime cum fili⁹ meus iunxerit fedus cum filio isai. Pro quo hebrei legunt. Cum percusserit vel inierit filius meus cum filio isai. s. fed⁹ vel pactum. Esdre.10. Percutiamus fedus cum deo nostro. Esa.55. Feriam vobiscum pactum sempiternum. Osee.10. Et ferietis fedus cum mendacio. & in lingua chaldaica po=nitur pro horrere. Dan̄.7. Horruit spiritus meus.

Succidere Abscindere Precidere. Delere. Perire Interire. Disperdere Interficere Occidere. כריתת Repudiū. כרתים Interfecto res. Perditi. כרתי Cerethi כרת Pangere s. fedus Percutere Inire. s. fe dus. Ferire. s. fe dus. Horrere.

כשב Chesch. agnus. Leuit.3. Si agnum obtulerit corā do=mino. & in codem.22. Bos ouis & capra cum genita fuerit. Pro quo hebrei legunt. Bos vel agnus & capra. & in plurali כשבים Cesabim. vt Gen̄.30. Diuisitq; gregē iacob. Pro quo he. le. Diuisitq; agnos iacob. Leuit.1. Quod si de pecoribus oblatio fuerit & de ouibus. Pro quo he. le. Quod si de ouibus oblatio eius fuerit de agnis. & in genere femi=nino כשבה Chisba. idest agna. Leuit.5. Offerat de gregib⁹ agnam siue capram.

כשב Agnus כשבים Agni. כשבה Agna

כשה Casa. dilatare. Deut.32. Incrassatus impinguatus di=latatus. Hebrei vero dicunt q; significat cooperire: si cut כסה cū littera samech. Vnde in predicto loco ipsi legūt. Incrassatus es: impinguatus es: cooperuisti. s. cor tuum pin guedine: ne possis intelligere.

כשה Dilatare

כשל Casal. ruere. corruere. impigere. offendere. scandali=zare. Labi. debilitari. ifirmari. Prouer.4. Nesciūt vbi corruat. & in codem. Et currens non habebis offendiculū.

כשל Corruere Offendere

Et in eodem.24.Et in ruina eius ne exultet cor tuū.i.cum ruerit ne exultet cor tuū.Eſa.3.Ruit em̄ ieruſalem & iudas concidit.& in eodem.8.Et offendent ex eis plurimi.& in eodē.31.Et corruet auxiliator.& in eodē.59.Impegimus meridie quaſi in tenebris.Et in eodem.Quia corruit in platea veritas.Hiere.18.Impingentes in viis ſuis & in ſemitis ſeculi.& in eodem.20.Qui perſequuntur me cadent.& in eodem.31.In via recta & non impingent in ea.& in eodem.46.Quia fortis impegit in fortem:& in eodem.Multiplicauit ruētes.Ezech.33.Et impietas impii non nocebit ei.Pro quo he.le.Non impinget ſiue non offendet in eam.Oſee.4.Et corrues hodie & corruet etiam propheta tecum.& in eodem.5.Et iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua:ruet etiam iudas cū eis.& in eodem.14.Quoniā corruiſti in iniquitate tua.Naū.3.Et corruēt in corporibꝰſuis.Zach.12.Et erit qui offenderit in die illa ſicut dauid.Malach.2.Et ſcandalizaſtis plurimos in lege.Item ſignificat infirmari:vel ruere aut cadere in infirmitate.vt.1.Reg.2.Et infirmi accincti ſunt robore.Nee.4.Debilitata eſt fortitudo portantiū.Ps.30.Infirmata eſt in paupertate virtus mea.Ps.104.Et non erat in tribubus eorum infirmus.Ps.106.Infirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret.Eſa.40.Et iuuenes in infirmitate cadent.Threñ.1.Infirmata eſt virtꝰ mea Ponitur etiam pro vacillare.Iob.4.Vacillantem confirmauerunt ſermōes tui.Inde מִכְשׁוֹל Michſol.i.offendiculum.ruina.ſcādalum.Leuit.19.Nec corā ceco pones offēdiculū.1.Reg.25.Et in ſcrupulum cordis.ideſt in offendiculū cordis.Eſa.8.Et in petra ſcādali.& in eodem.57.Auferte offēdiculum de via populi mei.Ezech.3.Ponam offendiculum coram eo.Scribitur etiam cum he in fine in genere feminino & dr̄ מַכְשֵׁלָה Machſela.Eſa.3.Et ruina autem hec ſub manu tua.& in p̄lāli מכשולים Michſoli ſiue מַכְשֵׁלוֹת Machſeloth.Ezech.21.Et multiplicat ruinas.Soph.1.Et ruine impiorum erunt.& inde כִּשָּׁלוֹן Chiſalon.i.ruina.vt Prouer.16.Et ante ruinam exaltabitur ſpiritus.Item כַּשִּׁיל Chaſil.ideſt ſecuris.Ps.73.In ſecuri & aſcia deiecerunt eam.

כָּשַׁף Caſaph.incantare.maleficiis vti.maleficū eſſe.2.Paralip.33.Maleficis artibus inſeruiebat.& inde nomē כֶּשֶׁף Ciſeph.i.veneficꝰſeu maleficus.Hiere.27.Nolite audire prophetas veſtros & diuinos & ſomniatores & augures & maleficos.Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מְכַשֵּׁף Mechaſeph.i.maleficus.Deut.18.Ne ſit maleficus.& ī plurali מְכַשְּׁפִים Mechaſephim.Dañ.2.Vt cōuocarētur harioli & magi & malefici.& in gñe feminino מְכַשֵּׁפָה Mechaſepha.Exo.22.Maleficos nō patiaris viuere.Quod in hebreo ponitur in genere feminino & in numero ſingulari.ſ.maleficam.Et dicunt hebrei ꝙ ideo ponitur in predicto loco in genere feminino quia illud genus maleficii crebrius reperitur in femina ꝗ̄ in viro.& inde כְּשָׁפִים Cheſapim.i.maleficia ſeu veneficia.vt.4.Reg.9.Adhuc fornicationes iezabel matris tue & veneficia eius multa adhuc vigent.Naū.3.Propter multitudinē fornicationū meretricis & ſpecioſe & grate & habētis maleficia.& in eo.Que vēdidit gētes in fornicatiōibꝰ ſuis:& familias in maleficiis ſuis.

כָּשֵׁר Caſer.rectum.conueniens.cōgruum eſſe.Eſter.8.Et deprecatio mea non ei videtur eē cōtraria.Pro ꝙ he.le.Et cōueniēs ſeu cōgruēs res erit corā rege:aut ſi rectū erit corā rege.Sed btūs Hieronymꝰtrāſtulit ſenſum.Eccſ.11.Neſcis quid magis oriatur.i.neſcis quid magis conueniat vel congruens ſit.& inde כִּשְׁרוֹן Chiſron.i.rectitudo.ſeu cōuenientia.Beatus hieronymus tranſtulit ſolicitudinem ſeu induſtriam.Eccſ.2.Nam cum alius laboret ſapientia & doctrina & ſolicitudine.& in eodem.4.Rurſum contemplatꝰ

ſum omnes labores hominum & induſtriam.& in eodē.5.Et quid p̄deſt poſſeſſori.vbi pro eo quod in littera noſtra eſt prodeſt:in hebreo eſt predicta dictio.i.que conuenientia vel congruentia eſt poſſeſſori.Scribitur ēt cum he in principio & dicitur הַכְשֵׁר Hechſer.Pro quo beatus Hieronymꝰ tranſtulit induſtriam.Eccſ.10.Poſt induſtriam ſequetur ſapientia.Sed etiam in predicto loco hebrei legunt.Et abundans congruētia eſt ſapiētie.& inde כּוֹשָׁרוֹת Coſaroth.Pro quo tranſlatio noſtra traduxit fortitudinē.Ps.67.Qui eduxit vinctos in fortitudine.Pro quo aliqui hebrei legunt.In rectitudinibus ſeu in cōgruentiis.Alii vero dicunt ꝙ in predicto loco ſignificat cathenas ſeu compedes.& inde כִּישׁוֹר Chiſor.Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit fortia.Prouer.31.Manum ſuam miſit ad fortia.

כָּתַת Cathath.cōtūdere.cōterere.cōfringere.cōcidere.Leuit.22.Cōtritis vel tunſis vel ſectis.4.Re.18.Et cōfregit ſerpentem eneū.Eſa.2.Et conflabūt gladios ſuos in vomeres.i.concident gladios ſuos.& in eodem.30.Sicut conteritur lagena contritione perualida.Zach.11.Et concident terram.& aliquando ſcribitur cum ſimplici tau.vt.Nu.14.Concidens eos vſq; horma.Deut.9.Et in fruſtra cōminuēs ideſt conterēns vel confringens.Ps.88.Et cōcidam a facie ipſius inimicos eius.Eſa.24.Et calamitas opprimet portas.i.conteret vel confringet.Hiere.46.Et fortes eorū ceſſos.pro quo hebrei legunt.Et fortes eorum cōcidentur ſeu conterentur.Ioel.3.Concidite aratra vr̄a in gladios.Mich.1.Et omnia ſculptilia eius concidentur.& inde מְכִתָּה Michthath.i.contritio ſeu cōfractio.Pro quo beatus Hieronymꝰ tranſtulit fragmenta.Eſa.30.Et non inuenietur de fragmētis eiꝰ teſta.& inde כָּתִית Cathith.i.cōtuſſū.Exo.27.Vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum piloq; contuſſum.Ponitur etiam pro lucido vel puriſſimo.vt Leuit.24.Vt offerant tibi oleum de oliuis puriſſimum ac lucidum.Nu.28.Que conſperſa ſit oleo puriſſimo.Inde מַכֹּת Macoth.Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit cibaria.2.Paralip.2.Dabo in cibaria tritici choros viginti millia.

כָּתַב Cethab.ſcribere.deſcribere.Exo.32.De libro tuo quē ſcripſiſti.& in eo.Et ſcribā ſuper eas verba que habuerunt tabule que fregiſti.Deut.24.Scribet libellum repudii.Ioſ.8.Et ſcripſit ſuper lapides Deuteronomium legis moyſi.& in eodem.24.Scripſit quoq; oīa verba hec in volumine legis.Eſter.3.Et ſcriptum eſt vt iuſſerat Aman.& in eodem.8.Scribite ergo iudeis ſicut vobis placet.Iob.13.Scribis enim contra me amaritudines.Ps.86.Dominus narrabit in ſcripturis populorum.Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Dominꝰ narrabit ſcribens populos.Ps.138.Et in libro tuo oēs ſcribentur.Eſa.4.Omnis qui ſcriptus eſt in vita.& in eodē.10 Et ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt.& in eodem.Et puer ſcribet eos.Hiere.17.Et recedentes a te in terra ſcribentur.& in eodem.31.Et in corde eorum ſcribam eam.& in eodē.32.Et ſcripſi in libro & ſignaui.& in eodem.36.Tolle volumen libri & ſcribes in eo.Ezech.2.Et erat ſcriptus intus & foris.& idē כְּתָב Chethab.i.ſcriptura.Eſdre.1.Et etiam per ſcripturam dicens.& in eodem.2.Hi queſierunt ſcripturā genealogie ſue & non inuenerunt.Eſter.8.Iuxta linguas & litteras ſuas.ideſt iuxta linguam & ſcripturā ſuā.Ezech.13.Et in ſcriptura domus iſrael nō ſcribentur.Ponitur etiā pro epiſtola.Eſter.3.Sūma epiſtolarum hec fuit.& in eodē Vt epiſtolis que regis nomine mittebantur.Scribitur etiā cū mem in principio & dicitur מִכְתָּב Michthab.vt Exo.32 Scriptura quoq; dei erat.Pro quo hebrei legūt.Et ſcriptura:ſcriptura dei erat.2.Paralip.21.Allate ſūt autem ei lr̄e ab

helia propheta.i.allata eſt ei ſcriptura ſeu epiſtola.& inde כְּתֹבֶת Chethóbeth.i.deſcriptio.Pro quo beatꝰ Hieronymus trāſtulit figuras.Leuit.19.Nec figuras aliquas aut ſtigmata facietis vobis.

כֹּתֶל Cóthel.paries.Canti.2.En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum.& in lingua chaldaica dr̄ כְּתַל Chethal.Dañ.5.In ſuperficie parietis aule regis.& in p̄lāli כֻּתְלַיָּא Cuthlaia Eſdre.5.Ligna ponantur in parietibus.

כֶּתֶם Chéthem.aurum.obrizū.corōna.diadema.color.macula.Iob.31.Et obrizo dixi fiducia mea.Prouer.35.Inauris aurea & margarita fulgens.Pro quo hebrei legūt.Inauris aurea & monile auri ſiue obrizi.Cāti.5.Caput eiꝰ aurum optimū.Ponitur etiā pro corona vl̄ diademate.Ps.44.Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.Pro quo beatus Hieronymꝰ in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Stetit cōiūx in dextera tua in diademate aureo.Ponitur etiam pro macula vel colore.Threñ.4.Mutatus eſt color optimus.Inde verbum paſſiuum נִכְתָּם Nichtham.i.ſignatum ſeu maculatum.Hiere.2.Maculata es in iniquitate tua corā me.& inde מִכְתָּם Michtham.i.inſignis ſeu notatus.Pro quo tranſlatio noſtra tituli inſcriptionem traduxit.vt in titulo.Ps.15.vbi dicitur.Tituli iſcriptio pſalmus dauid.Poteſt etiā legi.coronatio ſeu deauratio ipſi dauid.Sed beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.trāſtulit.Humilis & ſimplicis dauid.q.ſi diuidatur p̄dicta dictio poteſt ſignificare humilem & ſimplicem ſicut beatus Hieronymus tranſtulit.Et ſimiliter in titulis quinq; pſalmorū.ſcilicet a quinquageſimo quinto incluſiue vſq; ad ſexageſimum excluſiue.

כֻּתֹּן Chethon.tunica.& ſcribitur cum tau in fine:eo qd' eſt generis feminini & dicitur כְּתֹנֶת Chethóneth.Geñ.37 Fecitq; ei tunicā polymitam.& in eodem.Nudauerūt eum tunica talari.& in eodem.Tulerunt aūt tunicam eius & in ſanguinem hedi quem occiderant intinxerūt.Exo.39.Fecerunt & tunicas byſſinas.quod in hebreo legitur ſingulariter.ſ.tunicam byſſinā.2.Reg.13.Que induta erat tunica talari.Cāti.5.Spoliaui me tunica mea.& in p̄lāli כָּתְנוֹת Cothnoth ſiue כֻּתֳּנוֹת Cuthonoth.Geñ.3.Fecit dominus Ade & vxori eius tunicas pelliceas.Exo.28.Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis.& in eodē.29.Et indues tunicis lineis.Leuit.10.Sicut iacebant veſtitos lineis tunicis.

כָּתֵף Catheph:ſiue כָּתֵף Chétheph.humerus.ſcapula.ora.ſ.veſtimēti.latus ſeu pars.Nu.7.Et onera propriis portant humeris.Deut.33.Et inter humeros illius requieſcet.Iob.31.Humerus meus a iunctura ſua cadat.Eſa.11.Et volabunt in humeros philiſtiim.Ezech.12.In humeris portaberis.& in eodem.29.Omnis humerus depilatus.Zach.7 Auerterunt ſcapulam recedētes.Ponitur etiam pro humerulis alicuius baſis.3.Reg.7.Et per quattuor partes quaſi humeruli.& in eodem.Nā & humeruli illi quattuor.Item ponitur pro ora veſtimentorum circa humeros.Exo.28.Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere ſummitatum.& in eodem.Et in oris que e regione ſunt ſuperhumeralis.Ponitur etiam pro latere vel parte.Exo.27.Lateri vno deputabuntur.& in eodem.Et in latere altero erunt tentoria.et.3.Reg.7.Quinq; ad dexteram partem templi & quinq; ad ſiniſtram.& in eodē.Mare aūt poſuit in dexterā partem.Ezech.40.Et pauimentum in fronte portarum.i.in latere portarum.& in eodem.Et ad latꝰ exterius qd' aſcēdit ad oſtium porte.& in eodem.Per latera porte octo menſe erant.& in eodem.41.Et latera porte quiq; cubitis.& in eodem.Et ſimilitudo palmarum hinc atq; inde in humerulis veſtibuli.i.in lateribus veſtibuli.

כָּתַר Cathar.circundare.vallare.expectare.ſuſtinere.Iudi.19.Atq; ita factū eſt vt ex vtraq; parte ab hoſtibus cederentur.Pro quo hebrei legunt.Circundederunt ſeu vallauerunt Beniamin.Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.Ps.21.Tauri pingues obſederunt me.Pro quo beatus Hieronymꝰ in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Vallauerūt me.Abach.1.Quia impius preualet aduerſus iuſtum.Pro quo hebrei le.Quia impius circundat ſeu circūuenit iuſtū.ſcilicet vt preualeat aduerſus eū.Significat etiam ſuſtinere vel expectare.vt Iob.36.Suſtine me paululum.Prouer.14 Et expectabunt aſtuti ſcientiam.& inde כֶּתֶר Céther.i.corona ſeu diadema.eo quod eſt rotunda.vt Eſter.2.Et poſuit diadema regni in capite eius.& inde כֹּתֶרֶת Cothéreth.i.coronula ſeu capitellū.vt.3.Reg.7.Duo quoq; capitella fecit que ponerentur ſuper capita colūnarū.& in eodē.Quinq; cubitorū altitudinis capitellū vnū:& quinq; cubitorum altitudinis capitellum alterū.& in eodem.Septena verſuum retiacula in capitello vno.

כָּתַשׁ Cathas.contūdere.conterere.Prouer.27.Si contūderis ſtultū in pila.& inde מַכְתֵּשׁ Machthes.i.pila in qua contūditur:vt in loco p̄dicto.et Soph.1.Vlulate habitatores pile.Et aliqui hebrei dicunt ꝙ in predicto loco eſt nomen proprium loci.Accipitur etiam pro dente molari.Iudi.16 Aperuit itaq; dominus molarem dentem.

De incipientibus a littera ל lamed

Hec littera lamed quando preponitur nomini vel pronomini cōmuniter preponitur ad denotandū datiuū caſū.Geñ.3.Deditq; viro ſuo.& in eo.Ade quoq; dixit.& in eo.4.Dixitq; lamech vxoribꝰſuis.& ſic לְדָוִד Ledauid.i.ipſi dauid.לִשְׁלֹמֹה Liſlomo.i.ſalomoni.& de hoc plena eſt ſcriptura.Et cōponitur cum pronominibus hoc modo לִי.i.mihi לְךָ Lecha.i.tibi.& in genere feminino לָךְ Lach.i.tibi.ſ.femine לוֹ Lo.i.ei.illi.ipſi.& ī gñe feminino לָהּ.i.ei.illi.ipſi.ſcilicet femine לָנוּ Lánu.i.nobis לָכֶם Lachem.i.vobis & in feminino לָכֶן Lachen.i.vobis.ſ.femīs לָהֶם Lahem ſiue לָמוֹ Lámo.i.illis.eis.ipſis:vel ipſi datiui caſus:ſingularis nūeri.Et in gñe feminino לָהֶן Lahen.i.eis.illis.ipſis.ſ.feminis.Ponitur etiam לָמוֹ Lamo.in ſingulari.Eſa.44.Et curuatꝰ eſt ante illud.Pro quo hebrei legunt.Et adorauit illū.& in eo.53.Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.Et aliquādo littera lamed denotat genitiuum.vt Geñ.9.Sanguinem em̄ animarū veſtrarum requiram.& in eo.32.Cuius es:aut quo vadis:aut cuius ſunt iſta que ſequeris.& in eo.Serui tui iacob.Vbi pro omnibus genitiuis predictis preponitur littera lamed.& in titulo.Ps.9.vbi dicitur.In finem pro occultis filii pſalmus dauid.Ps.67.Et dn̄i dei exitꝰ mortis.Cāti.1.Cāticū canticorū ſalomonis.& in eo.8.Mille tui pacifici.Abach.2.Et loquelā enigmatū eius.Et aliqn̄ denotat accuſatiuū.vt Geñ.1.Appellauitq; lucē diem & tenebras noctē.2.Reg.3.Igitur Ioab & Abiſai frater eius interfecerūt Abner.vbi huic nomini Abner preponitur littera lamed.Et aliquando ponitur pro noīatiuo.Ioſ.10.Nullus cōtra filios iſrael mutire auſus eſt.Pro quo hebrei legunt.Non mutiuit contra filios iſrael vir lingua ſua.vbi huic dictioni vir preponitur littera lamed.1.Paralip.3.Tertium Abſalom filiū Maacha.Pro quo he.le.Tertius abſalom.ſ.fuit.Vbi huic dictiōi abſalom preponitur littera lamed.Eſa.63.Quare ergo rubrum eſt indumentum tuū.vbi preponitur ēt huic nomini indumentum.Ponitur etiam aliquando pro in vel ad.vt Geñ.1.Et ſint in ſigna & tēpora & dies & annos.& in eodem.2.Et factus eſt homo in animam viuentē.& in eo.5

Et dixit dñs deus ad mulierē. Ps.16. Sicut leo paratꝰ ad predam. & in eo.17. Qui docet manus meas ad preliū. Hiere. 3. Ecce nos venimꝰ ad te. Osee.3. Et ipsi respiciūt ad deos alienos. & similiter qñ preponitur verbis gerundiis uel infinitiuis. vt. Ps.118. Media nocte surgebā ad cōfitendū tibi. Ps.148. Ad faciendā vindictā in nationibus. & in eo. Ad alligandos reges eorū in cōpedibus. Itē ponitur pro aduersus. 2. Reg.13. Fecerunt ergo pueri absalom aduersus amnō sicut preceperat eis. Ponitur etiam pro de. vel ex. vt. 2. Reg. 15. Et egressus de loco tuo. Esa. 33. Quis poterit habitare de nobis cū igne deuorāte: quis poterit habitare de nobis cum ardoribus sempiternis. Ponitur etiā pro vt. Geñ.1. Luminare maius vt preesset diei: & luminare minus vt preesset nocti: & in eo. Vt lucerent super terrā. Pōitur etiā pro iuxta vel secūdū. vt in eo. Faciens fructū iuxta genus suū. & in eo. Et faciētē semē iuxta genꝰ suū. & in eo. Et hīs vnūquodqȝ semētē secūdū speciē suā. & ī eo. Et bestias terre secūdū species suas. Nu.1. Per cognatiōes & domos suas. i. secȝm cognationes & domos suas. Habet fortasse & alios modos significandi qui possunt reduci ad supradicta.

Sequuntur dictiones quarum prima littera substantialis est ל Lamed.

לא Lo. non. nec. neqȝ. nequaqȝ. nihil. De quo vide infra in dictione לוא Lo: cum vau in medio dictionis.

לאב Laab. solitudo. siccitas. & reperitur tantum in numero plurali & p additionem tau in principio dr̄ תלאבות Thaluboth. pro quo beatus Hieronymus solitudinē trāstulit. Osee.13. Ego cognoui te in deserto in terra solitudīs. & solum inuenitur in predicto loco. Et dicūt hebrei q̄ significat siccitatem vel sitim. Quia in lingua arabica vel punica terra sicca & arida hoc nomine appellatur.

לאה Laa. laborare. fatigari siue fessum esse: affligi vel deficere. moleste accipe. molestare. opprimere. Geñ.19. Ita vt ostiū inuenire non possint. Pro quo he.le. Et laborauerunt siue fatigati vel fessi sunt ad inueniendū ostiū. Exo. 7. Et affligentur egyptii bibentes aquā fluminis. Iob.4. Forsitā moleste accipies. i. fatigaberis vel deficies. & in eo. Nūc aūt venit ad te plaga & defecisti. & in eo.16. Nunc aūt oppressit me dolor meus. i. fatigauit me: siue deficere me fecit. Esa.1. Laboraui sustinens. & in eo.7. Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis & deo meo. & in eo.47. Defecisti in multitudine cōsiliorum tuorum. Ezech.24. Mlto labore sudatū est. Mich.6. Aut quid molestus fui tibi. Quod beatus Hieronymus in explanationibus expōit. Et quo labore te pressi. & inde תְּלָאָה Thelaa. idest labor. fatigatio. Exo.18. Vniuersūqȝ laborē qui accidisset eis in itinere. Nu.20. Nosti oēm laborē qui apprehendit nos. Scribitur ēt cū mem in principio & dr̄ מַתְּלָאָה. Pro quo beatus Hieronymus transtulit de labore. ac si diceret מַתְּלָאָה Mithelaa. Malach.1. Ecce de labore.

לאט Laat. operire. velare. 2. Reg.19. Porro rex operuit caput suū. & inde בַּלָּאט Balat. cū prepositione Beth in principio. i. occulte. Abscōdite: siue in abscondito. Iudi.4. Et ingressa abscondite. Scribitur ēt sine aleph. De quo vide infra in dictione לוט Lot. Item לְאַט. i. paulatim. leniter. De quo vide supra in dictione אט At.

לאך Laach. Angelus. nūcius. & semp additur ei mem in principio & dr̄ מַלְאָךְ Malach. vt Geñ.16. Cumqȝ inuenisset eā angelꝰ dñi. & in eo.22. Et ecce angelꝰ dñi de celo clamauit. & in eo.24. Ipse mittet angelū suū corā te. & in eo.32. Fuerūtqȝ ei obuiā angeli dñi. & in eo. Misit aūt & nūcios ante se. & in eo. Reuersiqȝ sunt nūcii ad iacob. Exo.32. Angelus meus p̄cedet te. Nu.20. Misit interea nūcios moyses. & in eo. Miseritqȝ angelū qui eduxerit nos de egypto. & in eo.21. Misit aūt israel nūcios. & ī eo.22. Misit ergo nūcios ad Balaam. & in eo. Stetitqȝ angelus dñi in via. Iudi.2. Ascendit angelus dñi de galgalis. & in eo. Cūqȝ loqueretur angelus dñi. & in eo.13. Angelus dñi pariter in flāma altaris ascendit. Iob.1. Nūcius venit ad iob qui diceret. & in eo. 33. Si fuerit pro eo angelus loquēs. 2. Paralip.26. At illi subsannabāt nuncios dei. Ps.34. Et angelus dñi coarctās eos. Prouer.13. Nuncius impii cadet in malū. Naū.2. Et non audietur vltra vox nunciorū tuorū: vbi ponitur מַלְאָכֵכֵה Malachecha p מַלְאָכֵךְ Malachecha. & ide מַלְאֲכוּת Malachuth nunciatio siue legatio: Aggei.1. Et dixit aggeus nunciꝰ domini de nūciis dñi. Pro quo he.le. Et dixit aggeus nūciꝰ domini in nunciatione siue in legatiōe dñi. & in p̄lali מַלְאֲכוֹת Malachoth. i. nūciationes siue legationes. Trāslatio nostra traduxit predicationes. Ps.73. Vt annūciē oēs predicatiōes tuas. & beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. vt enarrem oēs annūciationes tuas. Inde מְלָאכָה Melacha. i. opus. res. substātia. seu diuitie. Geñ.2. Cōpleuitqȝ deꝰ die septimo opus suū. & in eo. Ab vniuerso opere qd' patrauerat. & in eo.39. Et operis quippiā absqȝ arbitris faceret. Exo.20. Oīe opus nō facietis in eo. & in eo.36. Et qui spōte sua obtulerant se ad faciendū opus. & in eo. Nec vir nec mulier quicqȝ offerat vltra in opere sāctuarii. 2. Paralip.13 Et leuite sint in ordine suo. pro quo he.le. in opere suo. Ponitur etiā pro re vel opulētia aut substātia. Exo.22. Quod nō extenderit manū suā in rem proximi sui. & in eo.36. Eo quod oblata sufficerent & superabūdarēt. Pro quo hebrei legunt. Et opus siue opulentia erat sufficiens ad omne opꝰ vt fieret illud: & superabundans. Et secundum hebreos in predicto loco ponitur מְלָאכָה Melacha pro auro vel argento & reliquis que obtulerunt. 1. Reg.16. Quidquid ergo vile fuit & reprobum demoliti sunt. Vbi ponitur pro eo qd' in littera nostra est quidquid. Significat etiā iumenta ac pecudes. Geñ.33. Et ego sequar paulatim vestigia eius sicut videro paruulos meos posse. Pro quo hebrei legunt. Et ego sequar paulatim vestigia operis. idest armenti ac pecudis & vestigia paruulorū. Et in p̄lali מְלָאכוֹת Melachoth. i. opera. vt. 1. Paralip.28. vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Scribitur etiam מְלֶכֶת Melecheth sine aleph. Pro quo beatus hieronymus trāstulit reginam. quasi מַלְכַּת Malcath. a nomine מֶלֶךְ Melech. i. a rege deriuatum. Hiere.7. Vt faciant placētas regine celi. & in eodem.44. Qd' si nos sacrificamus regine celi. Pro quo hebrei legūt. operi celi. idest stellis seu sideribus militie celi. Beatus Hieronymus in suis explanationibus super predicto loco sic ait. Regine celi quam lunam debemus accipere: vel certe militie celi vt omnes stellas intelligamus.

לאם Leom. populus. gēs. vt Geñ.25. Populusqȝ populum superauit. Esa.51. Et tribus mea me audite. & in pluralī לְאֻמִּים Leumim. vt Geñ.25. Et duo populi de ventre tuo diuidentur. Ps.149. Increpationes in populi. Esa.34 Et populi attendite. & in eodem.41. Et gentes mutent fortitudinem. & in eo.49. Et attendite populi de longe.

לב Leb. cor. mens. De quo vide in dictione sequenti.

לבב Lebab. cor. mens. intellectus. Exo.14. Immutatumqȝ est cor pharaonis & seruorū eius super populū. Deut. 1. Nuncii terruerunt cor nostrum. & in eodem.4. Et ne excidat de corde tuo. & in codē.6. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo & ex tota anima tua. Et in codē. Eruntqȝ verba hec que ego precipio tibi hodie in corde tuo. Iob.9. Sapiens corde est. Et in eodem.12. Et mihi est cor sicut & vobis. Ps.77. Et pauit eos in innocentia cordis sui. Esa.30.

Et letitia cordis sicut qui pergit in tibia. & in pluralī לְבָבוֹת Lebaboth. secūdū terminationē femininorū. 1. Paralip.28 Oīa eñi corda scrutatur dñs. Repitur etiā in gñe masculino Naū.2. Murmurantes in cordibꝰ suis. Scribitur ēt cum simplici Beth tam in singulari qȝ in plurali. Exo.7. Et ego indurabo cor eiꝰ. Deut.28. Dabit tibi dñs cor pauidū. Iob.7. Aut quid appones erga eū cor tuū. Ps.11. In corde & corde locuti sunt. i. duplici corde locuti sunt. cuius oppositum habetur. 1. Paralip.12. vbi dicitur. Venerūt in auxiliū non corde duplici. Pro q' in hebreo hētur nō corde & corde. Ps.16. Probasti cor meum. Eccl's.10. Cor sapientis in dextera eiꝰ & cor stulti in sinistra illius. Reperitur etiā in genere feminino cū he vel tau in fine. Ezech.16. In quo mundabo cor tuū. & in plurali לִבּוֹת Liboth. i. corda. Prouer.21. Appendit aūt corda dñs. Ps.124. Bene fac dñe bonis & rectis corde. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. & rectis in cordibꝰ suis. Ponitur etiam pro mente. Leuit.26. Donec erubescat incircūcisa mens eorum. Deut.5. Quis det talem eos habere mentem. 3. Reg.8. Hoc ipsum mēte tractans. Prouer.19. Qui possessor est mentis diligit animā suā. & in eo.23. Et mens eius non est tecum. Eccl's.2. Nec per noctem mēte requiescit. Et quia cor est in medio corporis: ideo ponitur aliquando pro medio alicuius rei. Deut.4. Qui ardebat vsqȝ ad celum. pro quo in hebreo habetur. Et mōs ardebat igni vsqȝ ad cor celi. Quod hebrei exponūt vsqȝ ad mediū celi. 2. Reg.18. Cūqȝ adhuc palpitaret herens in quercu. Pro q' hebrei legūt. Cūqȝ adhuc viueret in corde quercus. i. in medio quercus. Ps.48. Et transferentur montes in cor maris. vnde in euāgelio. Matthei.12. Sic erit filius hominis in corde terre tribꝰ diebus. Inde verbū לִבֵּב Libeb. i. cordificare. si liceret latine dici. Iob.12. Vir vanus in superbia erigitur. pro quo he.le. Vir vanus cordificatur. i. cor seu mentem recipit & Pōt esse sensus sicut in littera nostra. Significat etiā vulnerare cor. Canti.4. Vulnerasti cor meū. pro quo he.le. Cordificasti me. Item לְבִיב Lebib. i. sorbiciūcula. quod est cibus liquidus ex aqua & farina confectus. & solum inuenitur in numero plurali. s. לְבִיבוֹת Lebiboth. 2. Reg.13. Et faciat in oculis meis duas sorbiciunculas. & in eo. Coxit sorbiciunculas. & inde verbū לִבֵּב Libeb. i. sorbiciunculas facere siue liquefacere. vt in predicto loco vbi dicitur. Vt faciat in oculis meis sorbiciunculas. & in codē. Et liquefaciēs in oculis eiꝰ. Vnde illud. Canti.4. Vbi dicitur vulnerasti cor meū potest etiam legi liquefieri fecisti cor meū. Inde לַבַּת Labath. i. flāma. Exo.3. Apparuitqȝ ei dominꝰ in flāma ignis.

לבא Labi. Leo. Deut.33. Quasi leo requieuit. & scribitur cū littera iod ante aleph. & in gñe feminino לְבִיָּא Lebiia. Ezech.19. Quare mater tua leena. Ponitur etiā לָבִיא Labi pro leena. Geñ.49. Accubuisti vt leo & quasi leena. Nu.24. Et quasi leena quā suscitare nullus audebit. & in plurali masculino לְבָאִים Lebaim. Ps.56. Anima mēa in medio catulorū leonum. & in gñe fe. לְבָאוֹת Lebaoth. Naū. 2. Et necauit leenis suis.

לבט Labat. verberare. cedere. seu cedi. vapulare. Prouer. 10. Stultus ceditur labiis. & in codē. Stultus labiis verberabitur. Osee.4. Et populus non intelligens vapulabit.

לבן Laban. dealbare. cādidare. albū siue cādidū esse. Ps.50. Et super niuem dealbabor. Esa.1. Quasi nix dealbabūtur. Dañ.11. Vt conflentur & eligantur & dealbētur vsqȝ ad tempus prefinitum. & in eo.12. Eligentur & dealbabuntur & quasi igni probabuntur. Ioel.1. Albi facti sunt rami eiꝰ. Inde לָבָן Laban. i. albus vel cādidus aut candor. vt Geñ.30. In his que spoliata fuerant candor apparuit. & in codē.49 Et dentes lacte eius candidiores. Exo.16. Quasi semen coriandri album. Leuit.13. Et pilos in album mutatos colorē. & in eodem. Eo quod omnis in candore verba sit. & in pluralī לְבָנִים Lebem. i. albi. Zach.6. Et in quadriga tertia equi albi. & in genere fe. לְבָנָה Lebana. idest alba. vt Leuit.13. Et in loco vlceris cicatrix alba apparuerit. & in eodem. Albā siue ruffam habuerit cicatricē. & in plurali feminino לְבָנוֹת Lebanoth. vt in eodem. Vir siue mulier in cuius cute cādor apparuerit. Pro quo hebrei legunt. Vir siue mulier quādo fuerint in cute carnis sue macule albe. & inde לְבֵנָה Lebena. idest later. eo quod dealbatur vel candidatur dum coquitur igni. Geñ.11. Habueruntqȝ lateres pro saxis. Quod in hebreo legitur singulariter scilicet habuerunt laterem pro lapide. Ezech.4. Sume tibi laterē. & in plurali לְבֵנִים Lebenim. Exo.5. Et lateres similiter imperantur. & in eodem. Et reddetis cōsuetum numerum laterum. & inde deriuatur verbum לָבֵן Liben. i. lateres facere vel cōficere. vt Geñ.11. Venite faciamus lateres. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum: quasi diceret laterificemus lateres. Exo.5. Nequaqȝ dabitis vltra paleas populo ad conficiendos lateres. & inde מַלְבֵּן Malben. idest typus seu forma qua lateres formantur. 2. Reg.12. Et traduxit in typo laterum. Naū.3. Tene laterem. vbi ponitur pro latere. Ponitur etiam pro muro latericio. Hiere.43. Et abscondes eos in crypta que est in muro latericio. & inde לִבְנָה Libna. idest genus lapidis candidissimi. Exo.24. Sub pedibꝰ eius quasi opus lapidis saphyrini. & inde לְבָנָה Lebana. idest luna. eo quod est lucida & candida. Esa.24. Et erubescet luna & confundetur sol. & inde לִבְנֶה Libne. idest genus arboris que detractis corticibus est multum alba. Pro quo beatus Hieronymus transtulit Populum. Geñ.30. Tollēs ergo iacob virgas populeas. Osee.4. Subtus quercū populum & therebintum. & inde לְבוֹנָה Lebona. idest thus. eo quod est candidum. Exo.30. Et thus lucidissimum. Leuit.24. Et pones super eos thus lucidissimum. Canti.4. Vadam ad montem myrrhe & collem thuris. & in codē. Cū vniuersis lignis libani. Pro quo hebrei legunt. Cum vniuersis lignis thuris. i. thuriferis. & inde לְבָנוֹן Lebanon. idest libanus. eo qd' sunt in eo ligna thurifera. Ps.91. Sicut cedrus libani multiplicabitur. Canti.5. De lignis libani. Esa.10. Et libanus cum excelsis cadet. & in eodem.29. Et erit libanus in chermel. Et in eo.35. Gloria libani data est ei. Item לְבֵן Laben Secūdū aliquos hebreos est nomen proprium hominis. Sed secūdum translationem nostram & beatum Hieronymum illud lamed quod ponitur in principio dictionis non est de substantia dictionis sed denotat datiuū casum vel genitiuū. vnde לַבֵּן Laben idem est qd' filio datiui casus: vel filii genitiui casus. vt in titulo. Ps.9. In finem pro occultis filii psalmus dauid. Et beatus Hieronymꝰ in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Victori super mortem filii psalmus dauid.

לבש Labas. induere. vestire. Geñ.3. Et induit eos. & in eodem.27. Vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi induit eum. & in eodem. Pelliculas hedorum circumdedit manibus. Pro quo hebrei legūt. Pelliculasqȝ hedorum induit siue vestiuit super manus eius. & in codē. 28. Et dederit mihi panem ad vescendum & vestimentum ad induendum. Exo.29. Indues aaron vestimentis suis. Et in eodem. Et indues tunicis lineis. & in eodem. Septem diebus vtetur illa. qui pontifex pro eo fuerit. idest septem diebus induetur siue vestietur illa. Leuit.16. Tunica linea vestietur. Nu.20. Induit eis eleazarum filium eius. 2. Reg.22 Vestiti cultu regio. & in eodem. Et induere vestibus tuis. Ester.6. Debet indui vestibꝰ regiis. Iob.29. Iustitia indutus sum & vestiui me. Ps.92. Indutus est dominus forti-

tudinẽ.Prouer.31.Oẽs domestici eius vestiti sunt duplicibus.Esa.61.Quia induit me vestimento salutis. Ezech.9. Vestitus erat lineis.& in eo.23.Vestitos hyacītho. & in eo. Indutis veste varia.Soph.1.Et super omnes qui induti sũt veste peregrina. Aggei.1.Operuistis vos & non estis calefacti.Zach.3.Erat indutus vestibus sordidis.& in eo.Et indui te mutatoriis & inde לְבוּשׁ Lebus.i. indumentum. vestis.vestimẽtum.stola.Ester.6.Debet indui vestib⁹ regiis. & in eodem.Et sumpta stola & equo fac vt locutus es. Iob. 24. Nudos dimittũt homines indumẽta tollentes.& in eodem.41.Quis reuelabit faciem indumenti eius. Scribitur etiam cũ mem in principio & dicitur מַלְבּוּשׁ Malbus. Esa. 63.Et oĩa indumenta mea inquinaui.Soph.1. Qui induti sunt veste peregrina.Et aliqñ scribitur cum tau in principio & dicitur תִּלְבֹּשֶׁת Thilbóseth.Esa.59.Indutus est vestimentis vltionis.Et sequitur in hebreo indumento siue vestimento.

לְגֹם Legom.preposito aleph in principio dicitur אַלְגֻּם Algum & significat gen⁹ ligni preciosi & solum inuenitur in numero plurali.s.אַלְגּוּמִּים Algumim.Pro quo beat⁹ Hieronymus transtulit ligna thina.2.Paralip.9. Serui hiram & serui salomonis attulerunt aurum de ophir & ligna thina. Reperitur etiam אַלְמֻגִּים Almugim per interpositionem mem.De quo vide infra in dictione לְמֻג Lemog.

לָהּ La.ei.ipsi.illi.datiui casus.Et aliqñ genitiui:singularis numeri:gñis feminini.Et qñ refertur ad masculum scribitur cum uau loco he vt infra dicetur.& in lingua chaldaica dicitur לַהּ Le siue לֵיהּ Le.Dañ.2.Quia sapientia & fortitudo eius sunt.& in eo. Vt tempus daret sibi.& in eodem. Vt sacrificarent ei.

לָהָה Laha.deficere.opprimere seu opprimi vel fatigari. Geñ.47.Et oppresserat fames terram maxime egypti.Pro quo he.le.Et deficiebat vel fatigabatur terra egypti & canaã.s.fame. & ĩde מִתְלַהְלֵהַּ Mithlalcha per duplicationem lameth & he.pro quo beatus Hieronymus transtulit Noxius est.Prouer.26.Sicut noxi⁹ est qui mittit sagittas & lãceas in mortẽ.Et dicunt aliq hebrei ꝙ significat insanũ siue stultũ.vnde in predicto loco ipsi legunt sicut insaniẽs qui mittit sagittas & lanceas in mortẽ.

לַהַב Lahab.flãma.fulgur.s.gladii:seu ferrum lãcee vel gladii micantis.Iudi.13.Cũq; ascenderet flãma. Esa.29. Et flãma ignis deuorantis.Reperitur etiã in genere feminino cum he vel tau in fine & dicitur לֶהָבָה Lehaba siue לַהֶבֶת Lahebeth.Nu.21.Flamma de oppido esebon.Ps.105. Flãma combussit impios.Esa.43.Et flãma non ardebit in te Ezech.20.Et non extinguetur flamma succensionis eius. & in plurali לַהֲבוֹת Lahaboth.Ps.28.Vox domini intercidentis flãmã ignis.quod in hebreo legitur pluraliter.s.flammas ignis.&.Ps.104.Ignem cõburentem in terra ipsorũ. Pro quo hebrei legunt.Ignem flãmarum in terra ipsorũ. Vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit.Ignem flãmantem in terra ipsorum.Reperitur ẽt לְהָבִים Lehabim secundum terminationem pluralem masculinorum.Esa.13.Facies cõbuste vultus eorũ.Significat etiã לַהַב Láhab.fulgorem gladii seu ferrum gladii vel lancee micantis ad modũ flãmee pyramidis. Iudi.3. Vt capulus sequeretur ferrum in vulnere.1.Reg.17.Ipsum autem ferrũ haste eius.Naũ.3.Et micantis gladii.

לַהַג Láhag.meditatio.Eccl's.12. Frequẽsq; meditatio carnis afflictio est.& solum inuenitur in predicto loco.

לָהַט Lahat.vrere.exurere.comburere.succendere.inflammare.Deut.32.Et montium fundamenta comburet. Ps.56.In medio catulorum leonum dormiui cõturbatus. Pro quo he.le.In medio catulorũ leonũ dormiui inflãmantium.vñ beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trãstulit. In medio leonũ dormiui ferocientiũ. Ps. 82. Et sicut flãma cõburens mõtes.Ps.103.Et ministros suos ignẽ vrẽtem.Ps.105.Flãma cõbussit impios.Esa.42.Et cõbussit eũ in circuitu.Ioel.1.Et flãma succendit omnia ligna regióis. & in eo.2.Et post eũ exurens flãma.Malach.4.Et inflãmabit eos ignis veniens.Inde לַהַט Láhat.i.flãma seu acies gladii resplendentis.Geñ.3.Et flãmeũ gladiũ atq; versatilem. vbi ponitur pro flãmeo.Significat etiam incãtationes seu veneficia.Exo.7.Et fecerunt etiã ipsi per incãtationes egyptiacas & arcana quedã similiter.Scribitur etiã sine he.vt in eo.Feceruntq; similiter malefici egyptiorũ incantatióibus suis.& in eo.8.Fecerũt aũt & malefici per incãtationes suas similiter.& secũdũ aliquos hebreos deriuatur a supradicta dictione לָאַט Laat cũ aleph in medio:que significat operire aut velare vel abscondere.

לָהַם Laham.leniter loqui:aut simpliciter loqui.Prouer.18 Verba biliguis quasi simplicia.pro quo he.le. Quasi leniter vel simpliciter loquentia.& solũ inuenitur in predicto loco.Itẽ לָהֶם Lahem.i.eis.illis.ipsis.& est gñis masculini.& qñ refertur ad feminas scribitur cum nun in fine. De quo vide supra in dictione hem.

לָהֵן Lahen.in lingua chaldaica significat.ideo. itaq;. excepto.sed.Dañ.2.Igitur somniũ & interpretationem ei⁹ nũciate mihi.i.ideo somniũ nũciate.& in eo.Somniũ itaq; nũciate mihi.& in eo.Exceptis diis.& in eodem.Sed vt interpretatio regi manifesta fieret.

לַהַק Lahac.cetus.Cuneus.cõgregatio.& scribitur cum tau in fine eo quod est generis feminini:& dicitur לַהֲקַת Lahacath.1.Reg.19. Qui cũ vidisset cuneum prophetarũ. idest cetũ vel congregationẽ prophetarũ.quasi קְהִלַּת Gehilath.per transpositionem litterarum.

לוּ Lu.vtinã.si.forte.ne forte.fortasse.Geñ.17. Vtinã ismael viuat corã te.& in eo.30.Gratũ habeo qd' petis. Pro q̃ hebrei legũt. Vtinã eẽt iuxta verbũ tuũ.& in eo.50. Ne forte memor sit iniurie.Iudi.8.Si seruassetis eos nõ vos occiderẽ.Ezech.14.Et si bestias pessimas induxero sup terrã. Et aliqñ scribitur cũ aleph in fine.De quo vide in dictione sequẽti.Itẽ לוֹ Lo.i.ei.illi.ipsi.datiui casus singularis nũeri vt dictum est in grãmatica in capitulo de pronomine.

לוֹא Lo.dictio ẽ negatiua.i.nõ.ne.neq;.nequaq;.vt Ezech. 16.Nõ fuit aũt sodoma soror tua audita in ore tuo.& in eo.24.Nec fluẽt lachrime tue. In aliis vero locis scribitur לֹא Lo.sine vau. vt Geñ.2.Nõ eñ pluerat dñs deus.& in eodem. De ligno aũt sciẽtie boni & mali ne comedas.& in eo. 3.Nequaq; morte moriemini.Exo.4.Neq; audiẽt vocem meã.& in eo.Nec audiuit eos.& in eo.16.Neq; vermis inuẽtus est in eo.Exo.23.Nõ suscipies vocẽ mẽdacii. Deut.26. Nõ preteriui mãdata tua nec sum oblitus.2.Reg.13.Si non vis venire.4.Reg.5.Dixitq; Naamã vt vis. pro quo he.le. Dixitq; Naamã & nõ.i.si nõ vis accipere nõ accipias.& est sensus sicut in lr̃a nostra.Iob.7. Nequaq; vltra iã viuã. Ps. 1.Beatus vir qui nõ abiit in cõsilio impiorũ & in via peccatorũ nõ stetit:& in cathedra pestilentie nõ sedit.& in lingua chaldaica dicitur לָא La.Hiere.10.Dii qui celos & terram nõ fecerunt.Dañ.2.Si ergo somnium non indicaueritis mihi Et quando preponitur ei littera vau que est coniunctio: tũc significat & non siue nec. aut neq;:vt in locis predictis. Et aliquando preponitur ei littera beth & dicitur בְּלֹא Belo. idest in non:siue absq;:aut sine. Deut.32. Ipsi prouocauerunt me in eo qui non est deus.& in eodem. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus. Iob.8. Nunquid vire-

re potest scirpus absq; humore.Ps.43. Vendidisti populum tuum sine precio.Ponitur etiam lo.pro nihilo. Iob. 27.Nihil secum affert. Ps.75.Et nihil inuenerunt viri diuitiarum.ponitur etiam in lingua chaldaica לָא La pro nihil. Dañ.4.In nihilum reputati sunt. Et cõiter quãdo iungitur cũ dictione דָּבָר Dabar que significat rem aut verbum tunc ambe dictiones ponuntur pro nihilo. idest non res aut non verbum.vt Deut.2.Et nihil eis defuit.Amos.6 Qui letamini in nihilum.Et aliquando scribitur cum he ĩ principio & dicitur הֲלוֹא Halo.idest nonne. siue nũquid nun.nunquid non.vtiq;.ecce.De quo vide supra in littera he.in dictione הֲלֹא Halo.Item לוּא Lu. idest vtinam. fortasse.si forte.Esa.48.Vtinam attendisses mandata mea.& in eo.64.Vtinam disrumperes celos.Et communiter scribitur sine aleph.De quo vide in dictione precedenti.

לֹג Log.Genus mensure.pro quo beatus hieronymus trãstulit sextarium. Leuit.14.Et olei sextarium: duosq; turtures.

לָוָה Laua.commodare.mutuare.mutuo accipere. feneraria.copulare.adherere.adiungere.comitari. Deut. 28. Et fenerabis gentibus multis:& ipse a nullo fenus accipies idest mutuabis.Et in eodem. Ipse fenerabit tibi & tu nõ fenerabis ei.idest mutuabit.Neẽ.5.Mutuo sumamus pecunias in tributa regis.p̃s.36.Mutuabitur peccator & nõ soluet. Prouer.19.Feneratur domino qui miseretur pauperis Esa.24.Sicut fenerator sic is qui mutuũ accipit.significat etiam copulare vel adiungere.vt Geñ.29.Nunc quoq; copulabitur mihi maritus meus.Eccl's.8. Et hoc solum secũ afferet de labore suo.pro quo hebrei legunt:hoc solũ copulabitur ei siue comitabitur eũ.Esa.14 Adiungetur aduena ad eos.Et in eodem.56.Qui adheret domino. Hiere.50. Venient & apponentur ad dominum.Dañ.11. Et applicabuntur eis plurimi fraudulenter.Zach.2. Et applicabuntur gentes multe domino.& inde לִוְיַת Liuiath.idest copulatio vel augmentum. Prouer.1. Vt addatur gratia capiti tuo.pro quo hebrei legunt.Quia copulatio vel augmentum gratie sũt capiti tuo.Et in eo.4.Dabit capiti tuo augmenta gratiarum.Et inde לוֹיֹת Loioth.idest lora quibus animalia iunguntur.Et solum inuenitur in numero plurali.3.Reg.7.Et subter leones & boues quasi lora ex ere dependentia.Et in eodem.vt non celata sed apposita per circuitum viderentur.pro quo hebrei legunt.Et lora per circuitum.idest quasi loris adiuncta.& inde לִוְיָתָן Liuiathan. Nomen draconis sic nominati propter eius magnitudinẽ Ps.73.Tu confregisti capita draconis.pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Tu confregisti capita leuiathan.Ps.103.Draco iste quem formasti. pro quo beatus hiero. trãstulit Leuiathan istũ plasmasti. Iob. 3.Qui parati sunt suscitare Leuiathan.Et ĩ eo. 40.An extrahere poteris leuiathan hamo.Esa.27. Super leuiathan serpentem vectem:& super leuiathan serpẽtẽ tortuosum.

לוּז Luz.recedere.discedere.Prouer.3. Fili mi ne effluant hec ab oculis tuis.Et in eodem.4.Ne recedant ab oculis tuis.Et scribitur in predictis locis cum iod in medio:loco vau:quia est verbum tertie coniugationis.Inde לְזוּת Lezuth. idest dicessio vel detractio.Prouer.4. Et detrahẽtia labia sint procul a te.pro quo hebrei legunt. Et detractio vel dicessio labiorum sit procul a te. siue peruersitatem labiorum longe fac a te.Et inde נָלוֹז Naloz. pro quo beatus hieronymus transtulit infamem siue illusorem.Prouerb. 2.Et infames gressus eorum.Et in eodem.3.Quia abominatio est domini omnis illusor.ponitur etiam pro tumultu.Esa.30.Et sperastis in calumnia & in tumultu. Hebrei vero dicunt ꝙ significat recedentem.scilicet a via recta. Item לוּז Luz.Genus arboris.pro quo beatus hieronymus transtulit amygdalinum.Geñ.30. Virgas populeas virides & amygdalinas. Et aliqui hebrei dicũt ꝙ signãt auelanũ.

לוּחַ Lúach.Tabula.Exo:32.Duas tabulas testimonii lapideas.Et in eodem.34.Precide ait tibi duas tabulas lapideas.Prouer.3.Et describe in tabulis cordis tui. Canti.8 Compingamus illud tabulis cedrinis.Quod in hebreo legitur singulariter.s.tabula cedri.Esa.30.Scribe ei super buxum. Pro quo hebrei legunt. Scribe ei super tabulam. Et potest intelligi super tabulam buxeam.Hiere.17. Exaratum super latitudinem cordis eorum. pro quo hebrei legunt super tabulam cordis eorum. & ponitur ibi tabula p latitudine.& in plurali לֻחֹת Luchoth.vt in aliquibus locis predictis.& Abach.2.Et explana eũ super tabulas.reperitur etiam לֻחֹתַיִם Luchothaim:secundum terminationem dualem.Pro quo beatus hieronymus transtulit Tabulata maris.quasi diceret לֻחֹת יָם Luchóth iam.Ezech.27. Abietibus de sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris.Inde לַח Lach.idest viride siue humidum.Geñ.30.virgas populeas virides.Nu.6.vuas recentes siccasq; non comedet.i.vuas virides seu humidas.Ezech.17.Et siccaui lignum viride.& inde לֵחָה Lecha:quod secundum hebreos significat virorem seu reflorentiam.vt Deut.34.Nec dentes illius moti sunt.pro quo ipsi legunt.Nec fugerat. idest nec defecerat viror seu reflorentia eius.idest color viuidus vultus eius:seu humidum radicale illius. potest etiam deriuari a dictione לְחִי Lecha. que significat mandibulam seu maxillam:vt infra dicetur.& tunc erit sensus sicut beatus hieronymus transtulit.

לוּט Lot.Inuoluere.operire.colligare.1.Reg.21. Est inuolutus pallio post Ephod.Esa.25.Et precipitabit dominus in monte isto faciem vinculi colligati. vbi pro vinculi colligati hebrei legunt inuoluentis inuoluentis.nam ĩ hebreo dictio lot bis replicatur in hoc loco.quasi diceret colligantis colligantis.Et aliquãdo scribitur sine vau.3. Reg. 19.Operuit vultum suum pallio.Scribitur etiam cũ aleph in medio loco vau.De quo vide supra in dictione לָאט laat Et inde בַּלָּט Balat cum prepositione beth.idest in occulto siue clam aut abscondite vel oculte.vt Ruth.3.venit abscondite & discooperto a pedibus eius pallio se proiecit.1.Reg. 18.Loquimini ad dauid clam me dicentes.significat etiam incantationes:que nobis sunt abscondite.De quo vide supra in dictione לָאט Laat.Item לוֹט Lot.species aromatica pro quo beatus hieronymus transtulit stactem. Geñ. 37. Camelos eorum portantes aromata & resinam & stacten.

לוּל Lul.Cochlea.idest ascensus graduum columnam amplexantium in modum cochlee.3.Reg.6.Et p cochleam ascendebant in medium cenaculi.Item לוּלֵי lule cum iod in fine.idest si non.nisi.vt Geñ.31.Nisi deus patris mei Abraam & timor isaac affuisset mihi.Deut.32. Sed propter iram inimicorum distuli.pro quo hebrei legunt. Nisi iram inimicorum timuissem.Et est sensus sicut ĩ littera nostra.p̃s.123.Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel:nisi quia dominus erat in nobis.Esa.1. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen.Et aliquãdo scribitur cum aleph in fine loco iod.vt Geñ.43.Si non intercessisset dilatio.Iudi.14.Si non arassetis in vitula mea:non inuenisetis propositionem meam.1.reg.25.Nisi cito venisses in occursum meũ.Et secundum aliquos est dictio composita a לוּ Lu.quod significat si & לֵי le vel לֹא Lo quod significat non.Ponitur etiam aliquando in nostra translatione affirmatiue pro si vel vtiq; vt.2.reg.2.Si locutus fuises mane

recessisset populus. sed et in predicto loco hebrei legunt. Nisi locutus fuisses. idest nisi dixisses mane: surgant pueri. Ps. 26. Credo videre bona domini. vbi premittitur in hebreo predicta dictio לולי Lule. idest vtique credo. Pro quo hebrei legunt. Nisi credidissem.

לין לון Lun. siue לין Lon. Manere. morari. commorari. pernoctare. murmurare. conqueri. Gen. 19. Et manete ibi. Et in eodem. Minime sed in platea manebimus. Et in eodem 24. Est in domo patris tui locus ad manendum. Et in eodem. 32. Ipse vero mansit nocte illa in castris. Nu. 22. Manete hic nocte. Iof. 6. Et reuersa in castra mansit ibi. Iudi. 19. Quesote vt hodie hic maneas. Et in eodem. & apud se fecit manere. Et in eo. ne in platea maneas. Ruth. 1. Et vbi morata fueris & ego pariter morabor. Nee. 13. quare manetis ex aduerso muri. Iob. 17. Et in amaritudinibus eorum moratur oculus meus. Et in eo. 24. nudos dimittunt homines. Pro quo he. le. nudum faciunt manere. s. hoiem. Et est sensus sicut in littera nostra. Et in eo. 41. In collo eius morabitur fortitudo. Ps. 25. Anima eius in bonis demorabitur. Ps. 48. Et homo cum in honore esset non intellexit. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et homo in honore non commorabitur. Sed in fine eiusdem psalmi ponitur non intellexit: nam ibi ponitur יבין Iabin hic autem ילין Ialim. Ps. 9. In protectione dei celi commorabitur. prouerb. 19. Et in plenitudine commorabitur. Esa. 1. Iustitia habitauit in ea. i. mansit vel morata est in ea. Hierc. 4. Vsque quo morabuntur in te cogitationes noxie. Zach. 5. Et commorabitur in medio domus & consumet eam. & inde מלון Malon: siue מלון Melon. idest mansio: seu diuersorium. Gen. 43. Cum venissemus ad diuersorium. Exo. 4. Cumque esset in itinere in diuersorio. Hiere. 9. Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum. debet legi diuersorium viatorum. & inde מלונה Meluna cum he in fine idest tugurium quod custodes agrorum faciunt ad manendum in nocte. Esa. 1. Et tugurium in cucumerario. In alio vero loco Beatus hieronymus transtulit. Tabernaculum vnius noctis. Esa. 24. Et auferetur quasi tabernaculum vnius noctis. Item לון Lon. idest murmurare. Exo. 15. Et murmurauit populus contra moysen. Et in eo. 16. Et murmurauit omnis congregatio filiorum israel. Et in eo. Nos vero quid sumus quia musitastis contra nos. idest quia murmurastis. & in eo. quibus murmurati estis contra eum. nu. 14. Vsque quo multitudo hec pessima murmurat contra me. Et in eo. qui murmurastis contra me. Et in eo. qui reuersi murmurare fecerunt contra eum oem multitudinem. & inde תלונה Theluna. i. murmuratio seu murmur. querela. seu querimonia Exo. 16. Audiuit enim murmur vestrum. Et in eo. Eo quod audierit murmurationes vestras. Et in eo. Nec contra nos est murmur vestrum. Nu. 14. querelas filiorum israel audiui. idest murmurationes. Et in eo. 17. Et cohibebo a me querimonias filiorum israel. idest murmurationes. Et in eo. Et quiescant querele eorum a me.

לוע Loaa. absorbere. deglutire. deuorare. lambere. Abdie. 1. Et bibent & absorbebunt. Prouer. 20. Ruina est homini deuorare sancta. Et licet in aliquibus bibliis nostris legatur deuotare. tamen in bibliis antiquis habetur deuorare. sicut in hebreo. Iob. 6. Vnde & verba mea dolore sunt plena. Pro quo hebrei legunt. Ideoque verba mea absorta sunt. Scribitur etiam cum littera ain in principio. vt Iob. 39. pulli eius lambunt sanguinem. vbi ponitur יעלעו Iaalu. pro ילעו Ielau: propter euphoniam. Inde לועה Loee. i. guttur. vt Prouer. 23. Et statue cultrum in gutture tuo.

לוץ לוץ Lus. illudere. deludere. deridere. irridere. interpretari. Ps. 118. Superbi inique agebant vsquequaque. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Superbi deridebant me nimis. Prouer. 3. Ipse deludit illusores. Et in eo. 14. Stultus illudet peccatum. Et in eo. 19. Testis iniquus deridet iudicium. Et in eo. 29. Si autem illuseris solus portabis. scribitur et cum duplici sade. vt Esa. 28. Et nunc nolite illudere. Inde לץ Les. i. illusor. derisor. irrisor. Prouer. 9. Qui erudit derisorem ipse sibi iniuria facit. Et in eo. Noli arguere derisorem. Et in eo. 13. Qui aut illusor est non audit cum arguitur. Et in eo. 19. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. pro quo hebrei legunt. Illusorem percutiens: & insipiens astutior erit. Et in eodem. 20. Luxuriosa res vinum. pro quo he. le. Derisoria res vinum. idest facit hominem illusorem siue derisorem. Et in eo. 21. Superbus & arrogans vocatur indoctus. Pro quo hebrei legunt. Superbus & arrogans vocatur derisor. Et in eo. 22. Eiice derisorem & exibit cum eo iurgium. & in plu. לצים Lesim. Ps. 1. Et in cathedra pestilentie non sedit. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et in cathedra derisorum non sedit. Prouer. 19. parata sunt derisoribus iudicia. Repe ritur et לוצצים Losesim cum duplici sade. Osee. 7. Extendit manum suam cum illusoribus. Et inde לצון Lason. i. delusio siue irrisio. vt Esa. 28. Audite verbum dni viri illusores. pro viri illusionis vel derisionis. significat etiam supradicta dictio. Interpretari vel exponere verba alterius: aut loqui pro aliquo. Et inde מליץ Melis. i. interpres: vel ille qui loquitur pro alio. vt Gen. 42. Eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Iob. 16. Verbosi amici mei. pro quo hebrei legunt. Interpretes mei amici mei. & vocat eos interpretes: eo qd interpretabantur eius verba in malam partem. Et in eo. 33. Si fuerit pro eo angelus loquens. Esa. 43. Et interpretes tui preuaricati sunt in me. ponitur etiam pro legatis qui exponunt verba coram a quibus mittuntur. 2. paralip. 32. Attamen in legatione principum babylonis qui missi fuerant ad eum. Et inde מליצה Melisa. i. interpretatio. prouer. 1. Animaduertet parabolam & interpretationem eius. vide et de hoc infra in dictione מלץ Malas.

לוש Lus. commiscere. miscere. s. farinam aqua: more pistorum. conspergere. Gen. 18. Tria sata simile commisce. 1. Reg. 28. Tollensque farinam miscuit eam. 2. Reg. 13. Que tollens farinam commiscuit. Hiere. 7. Et mulieres conspergunt adipem. pro quo he. le. Et mulieres conspergunt siue commiscent massam. Osee. 7. A mixtione fermenti donec fermentaretur totum.

לות Leuath. In lingua chaldaica significat. Ad. siue a. Esdre. 4. Iudei qui ascenderunt a te.

לז Laz. ille. iste. Et est communis generis: & recipit in principio litteram he: que ponitur quasi pro articulo: & dicitur הלז Halaz. Iudi. 6. Pone supra petram illam. 1. Reg. 14. Que est trans locum illum. 4. Reg. 4. Ecce sunamitis illa. Zach. 2. Loquere ad puerum istum dicens. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur הלזה Halaze. Gen. 24. quis est iste homo qui venit per agrum. & aliqui scribitur cum vau: & dicitur הלזו Halezu. Ezech. 36. Terra illa inculta facta est velut hortus voluptatis.

לזה Laza. detrahere. discedere. Prou. 4. Et detrahentia labia sint pcul a te. Et aliqui hebrei dicunt qd deriuatur a supradicta dictione לוז Loz. De quo vide supra in eadem dictione.

לחה Lecha. Maxilla. mandibula. genna. & scribitur cum iod in fine loco he. vt Iudi. 15. Inuentamque maxillam idest mandibulam asini. & in eodem. In maxilla asini in mandibula palli asinarum. & in eodem. Proiecit mandibulam de manu. Ps. 3. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Quia percussisti omnium inimicorum meorum maxillam. Threni. 1. & lachryme eius in maxilla eius. Mich. 5. In virga percutient maxillam iudicis israel. & in plu. לחיים Lechaiaim siue לחיי Lechaie. Deut. 18 Dabunt sacerdoti armum & ventriculum. Pro quo hebrei legunt. Dabunt sacerdoti armum & mandibulas seu maxillas & ventriculum. Canti. 1. Pulchre sunt gene tue. Esa. 30. & frenum erroris quod erat in maxillis populorum. Et in eo. 15. Corpus meum dedi percutientibus & genas meas vellentibus. Ponitur et pro dentibus. Deut. 34. Nec dentes illius moti sunt. De quo vide supra in dictione לח Luach.

לחך Lachach. lingere. lambere. rodere. 3. Reg. 18. Et aquam que erat in aqueductu lambens. Ps. 71. Et inimici eius terram lingent. Nu. 22. Ita delebit hic populus oes qui in nostris finibus commorantur: quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. pro quo he. le. Nunc lambet seu rodet hic populus omnia que in circuitu nostro sunt sicut lambit seu rodit bos herbas agri. sed beatus hieronymus transtulit sensum.

לחם Lacham. comedere. manducare. deuorare. debellare. pugnare. Deut. 32. Et deuorabunt eos aues. ps. 140. Et non communicabo cum electis eorum. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Nec comedere in delitiis eorum. Prouer. 4. Comedunt panem impietatis. & in eo. 9. Venite comedite panem meum. Et in eo. 23. Quando federis vt comedas cum principe. & in eo. Nec comedas cum homine inuido. & inde לחם Lechem. i. panis. cibus. esca. pabulum. & est commune ad omnem cibum siue ad omne comestibile. sed magis communiter ponitur in scriptura pro pane. Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et in eo. 14. Proferens panem & vinum. & in eo. 18. Ponam buccellam panis. & i eo. 47. In toto enim orbe panis deerat. Et in eo. 49. Asser pinguis panis eius. Exo. 25. & pones sup mensam panes ppositionis. Leuit. 20. Vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario. & secundum hebreos accipitur ibi pro carnibus que offerebantur in sanctuario. & in eo. 21. Non offerat panem deo suo. Nu. 14. Quia sicut panem ita eos possumus deuorare. Et in eo. 28. Oblationem meam & panes. pro quo he. le. Oblationem meam panem meum. & accipitur ibi pro agnis qui offerebantur mane & vespere. Deut. 8. Non in solo pane viuit homo. ps. 103. Vt educas panem de terra. Prouer. 9. Comedite panem meum. & in eo. 22. In quo est panis mendacii. Eccls. 11. mitte panem tuum sup transeuntes aquas. Esa. 3. & in domo mea non est panis. Et in eo. 58. Frange esurienti panem tuum. Hiere. 11. mittamus lignum in panem eius. Ezech. 18. Panem suum esurienti dederit. Ponitur et panis p manna. Exo. 16. Ecce ego pluam vobis panes de celo. & in eo. Iste est panis quem dedit vobis dns ad vescendum. Nee. 9. Panem quoque de celo dedisti eis. Ps. 77. Panem angelorum manducauit homo. Accipitur et pro quocunque cibo vel esca aut pabulo. Gen. 47. Prebens cibaria singulis. Leuit. 3. in pabulum ignis & oblationis dni. Et in eo. In alimoniam ignis & suauissimi odoris. & in eodem. 22. Aletur cibis patris sui Nu. 21. super cibo isto leuissimo. 1. Reg. 4. maledictus vir qui comederit panem vsque ad vesperam. Et accipitur ibi panis pro quocunque cibo. Nam ionathas preuaricatus est: eo quod comedit modicum mellis. Ps. 135. Qui dat escam omni carni. Ps. 145. Dat escam esurientibus. Ps. 146. Qui dat iumentis escam ipsorum. Item ponitur pro conuiuio. Dan. 5. Fecit grande conuiuium. Ponitur etiam pro carne. Soph. 1. Et corpora eorum sicut stercora. Pro quo hebrei legunt. Et carnes eorum sicut stercora. Iob. 20. vbi nos legimus. pluet super illum bellum suum. hebrei legunt. pluet super illum in carne sua. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Item לחם Lacham. idest pugnare. expugnare. debellare. dimicare. a superiori significato deriuatum. Eo quod bellum est comestio & consumptio gladii ex vtraque parte. Exo. 1. Expugnatisque nobis egrediatur. Et in eodem. 14. Dominus enim pugnabit pro vobis. Et in eodem. Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et in eodem. 17. Venit autem amalech & pugnabat contra israel. Et in eodem. Et egressus pugna contra amalech. Deut. 1. Ascendamus & pugnabimus. Et in eodem. Nolite ascendere nec pugnetis. Iof. 10. Et pugnabat contra eam. Et in eodem. Et exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam Et in eodem. Et circundeditque expugnauit eam. Iudi. 5. Et portas hostium ipse subuertit. Pro quo hebrei legunt. Tunc dimicauit siue expugnauit portas. scilicet inimicorum. Et in eodem. De celo dimicatum est contra eos. Et in eodem. Aduersus sysaram pugnauerunt. Et in eodem. 9. Qui pugnauit pro vobis. Et in eodem. 11. Pugnabant filii Amon contra israel quibus acriter instantibus. Et in eodem. Aut docere potest qd iurgatus sit contra israel: & pugnauerit contra eum. Ps. 34. Expugna impugnantes me. ps 55. Tota die impugnans tribulauit me. Et in eodem. Multi bellantes aduersum me. Ps. 108. Et expugnauerunt me gratis. Esa. 63. Ipse debellauit eos. & inde מלחמה milchama. idest bellum. pugna. Gen. 14. Inirent bellum contra balla regem sodomorum. Exo. 1. Si ingruerit contra nos bellum. Et in eodem. 15. Dominus vir pugnator. pro quo hebrei legunt. Dominus vir pugne. Et in eo. 17. Et bellum dei erit contra Amalech. Deut. 21. Si egressus fueris ad pugnam. Iob. 39. Procul odoratur bellum.

לחנה Lechena. in lingua chaldaica significat concubinam. Dan. 5. vxores & concubine illius. Et in eode vxores tue & concubine tue vinum bibistis in eis.

לחץ Lachas. Arctare. coarctare. opprimere. affligere. atterere. tribulare. Exo. 3. vidique afflictionem eorum qua ab egyptiis opprimuntur. Et in eodem. 22. Neque affliges eum. Nume. 22. Iungit se parieti: & atterit pedem sedentis pede. Pro quo hebrei legunt. Et arctauit se parieti: & arctauit id est attriuit pedem Balaam ad parietem. idest cum pariete. Iudi. 1. Arctauitque Amorreus filios dan in monte. Et in codem. 4. Et per viginti annos vehementer oppresserat eos. 1. Regum. 10. Et de manu omnium regum qui affligebant vos. 4. Regum. 6. Claudite ostium & non sinatis eum introire. Pro quo hebrei legunt. Coarctate eum in ostio. Ps. 105. Et tribulauerunt eos inimici eorum. Esa. 19. Clamabunt enim ad dominum a facie tribulantis: quod in hebreo legitur in plurali: scilicet a facie tribulantium. Hiere. 30. & visitabo super omnes qui tribulant eos. & inde לחץ Lachas idest tribulatio: siue afflictio: aut oppressio: vel coarctatio. Exo. 3. vidique afflictionem eorum qua ab egyptiis opprimuntur. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Esa. 30. & dabit tibi dominus panem arctum & aquam breuem. i. aquam afflictionis vel tribulationis.

לחש Lachas. musitare. susurrare. murmurare. incantare. 2. Reg. 12. Cum ergo dauid vidisset seruos suos musitantes. ps. 55. Aduersum me susurrabant oes inimici mei. & inde לחש Lachas. idest murmur. Esa. 26. In tribulatione murmuris doctrina tua eis. Quod hebrei exponunt sic. Idest. in tribulatione conuertunt se ad secretam orationem. in alio vero loco pro לחש Lachas beatus hieronymus transtulit. eloquium mysticum. Esa. 3. Et prudentem eloquii mystici. significat

etiam incantare. Ps. 57. que nõ audit vocem incantantiũ. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. vocem murmurantium. Eccl's. 10. Si mordeat serpens in silentio. Pro quo hebrei legunt. si mordeat serpens absq; incãtatione. Potest etiam legi sic. si mordeat serpens absq; murmure vel susurratione. Quod est idem sensus cũ littera nostra. Et inde dicũt hebrei ꝙ deriuatur dictio הַלּוֹחֵשׁ Haloches. Nee. 3. Selum filius haloes. idest filius cuiusdam sapientis exorziste siue incantatoris. sicut exponũt hebrei. quia ponitur ibi he articularis in principio que non solet apponi nomini proprio nisi tantũ appellatiuo: vt dictum est supra in principio littere he. Et inde לְחָשִׁים Lechasim: Genus ornamenti muliebris. ꝓ quo beatus hieronymus transtulit inaures. Et solũ inuenitur ĩ nu. plu. Esa. 3. Inaures & annulos.

לַט Lat. clam siue abscondite. De quo vide supra in dictione לָאט Laat.

לְטָאָה Letaa. serpentis vel reptilis genus. Pro quo beatus hieronymus transtulit. stellio. & scribitur cum he in fine. Leuit. 11. Et stellio & lacerta & talpa.

לָטַשׁ Latas. Acuere. polire. scilicet metallum. 1. Reg. 13. vt acueret vnusquisq; vomerẽ suũ. Iob. 16. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. pro quo hebrei legũt Inimicus meus acuit oculos suos contra me. Et ẽ sensus sicut in littera nostra. ps. 51. sicut nouacula acuta fecisti dolum. & inde לוֹטֵשׁ Lotes. pro quo beatus hieronymus trãstulit malcatorem. Geñ. 4. qui fuit malleator & faber in cũcta opera eris & ferri.

לַיִל Lail. siue לֵיל lel. nox. Exo. 12. nox ẽ ista obseruabilis dñi. Esa. 16. Põne quasi noctem vmbram tuam. Et in eo. 21. Custos quid de nocte: custos quid de nocte. & cõiter scribitur cum he in fine & dicitur לַיְלָה laila, vt Geñ. 1. Et tenebras appellauit noctem. Et in eo. Et luminare minus vt preesset nocti. Et in eo. 32. Ipse vero mansit nocte illa in castris. Ester. 6. Noctem illam rex duxit insomnem. Iob. 3. Et nox in qua dictũ est conceptus est homo. ps. 16. Et visitasti nocte, & in plu. לֵילוֹת Leloth. idest noctes. Iob. 7. Et noctes laboriosas enumeraui mihi. Canti. 3. In lectulo meo per noctes. & inde לִילִית Lilith. Nomen animalis clamantis siue vlulantis per noctes: secundum hebreos: pro quo beatus hieronymus transtulit lamiam. Esa. 34. Ibi cubauit lamia.

לַיִשׁ Lais. leo. Iob. 4. Tigris periit eo quod non haberet predam. pro quo he. le. Leo periit. Esa. 30. Leena & leo ex eis vipera.

לָכַד Lachad. capere. apprehendere. cõprehendere. cõstringere. Nu. 27. Cuius ceperunt viculos & possederunt habitatores. Deut. 2. Et spoliis vrbiũ quas cepimus. Ios. 7. Et quãcũq; tribũ sors inuenerit. pro quo he. le. Et quãcũq; tribũ dñs apprehẽderit. Et in eo. Quicũq; ille in hoc facinore fuerit apprehẽsus. Et in eo. Et inuẽta est tribus iuda. Et in eo. Inuẽta est familia zare. i. deprehensa. Et in eo. Inuenit Achan filiũ carmi. pro quo he. le. Et deprehensus est Achan filius carmi. & in eo. 10. macedã quoq; cepit Iosue. Et in eo. Et cepit eam die altero. 1. Reg. 14. Et saul confirmato regno super israel. pro quo he. le. Et saul cepit siue apprehendit regnũ super israel. 2. Reg. 5. Cepit autem dauid arcẽ sion. Et in eo. 12. Et expugnabat vrbem regiam. i. nitebatur eã capere. Et in eo. Et capienda est vrbs aquarũ. Et in eo. Obside ciuitatẽ & cape eã. Et in eo. Ne cũ a me vastata fuerit vrbs. i. cũ a me capta fuerit. Iob. 5. apphẽdit sapiẽtes in astutia eorũ. Prouer. 5. Iniquitates sue capiũt impiũ. & in eo. 6. & captus ꝓpriis sermonibus. Esa. 44. Tenebitur laqueo. i. capietur. Hiere. 5. Laqueos ponẽtes & pedicas ad capiẽdos viros. Et in eo. 6. Vir enĩ cũ muliere capietur. Treñ. 4. Xp̃s dñs captus est in peccatis nr̃is. Abach. 1. Et capiet eã. Zach. 14. & capietur ciuitas. Ponitur ẽt pro stringere vel cõstringere. Iob. 38. Et facies abyssi constringitur. Et in eo. 41. Et tenentes se nequaquã separabũtur. pro quo he. le. Et constringuntur & nõ separãtur. Inde לֶכֶד Lached. i. captio. Prouer. 3. Et custodiet pedẽ tuũ ne capiaris. Pro quo he. le. Et custodiet pedem tuũ a captione. i. ne capiaris. sicut est in lr̃a nr̃a. & inde מַלְכּוֹד Malcud. i. laqueus siue decipula qua aues capiũtur. Iob. 18. Et decipula eius super semitam.

לָכֶם Lachem. vobis. Et in lingua chaldaica dicitur לְכוֹן Lecon. Dañ. 3. vobis dr̃ populis tribubus & linguis.

לְמֻג Lemog. Genus ligni preciosi. & scribitur cũ aleph in principio & dicitur אַלְמֻג Almug. & solũ inuẽitur ĩ numero plu. s. אַלְמֻגִּים almugim. Pro quo beatus hieronym⁹ trãstulit ligna thina. 3. Reg. 10. Attulit ex ophir ligna thina multa nimis. & in eo. Fecitq; rex de lignis thinis fulcra domus dñi & domus regie & citharas lyrasq; cantoribus. Reperitur etiam אַלְגֻּם Algom. per transpositionẽ litterarũ. De quo vide supra in dictione לְגֹם Legom.

לָמַד Lamad. Discere. docere. erudire. Deut. 4. vt discãt timere me oĩ tp̃e. Et in eo. 5. Discite ea & opere cõplete Et in eo. 17. vt discat timere dñm deũ suum. Et in eo. 31. vt audientes discãt & timeãt dñm. Ps. 118. vt discã iustificationes tuas. Esa. 26. Et discet facere iustitiã. Hiere. 12. Si eruditi didicerint vias populi mei. Et in eo. 13. Cũ didiceritis malũ. Ezech. 19. Et didicit predã capere. significat ẽt docere vel erudire. s. quãdo est verbũ secũde coniugationis. Deut. 4. Scitis ꝙ docuerim vos. & in eo. que ego doceo te. Et in eo. 5. Que docebis eos vt faciãt ea in terra. Et ĩ eo. 6. vt docerem vos. Et in eo. 11. Docete filios vr̃os. Et in eo. 20. Ne forte doceãt vos facere cũctas abominationes. 2. Reg. 22. Docens manus meãs ad preliũ. ps. 33. Timorẽ dñi docebo vos. ps. 50. Docebo iniquos vias tuas. Ps. 93. qui docet hominẽ scientiam. Et in eodem. Et de lege tua docueris eũ. Ps. 118. Doce me iustificationes tuas. Et in eodem. sup omnes docentes me intellexi. Eccl's. 12. Docuit populum. Canti. 3. & ad bella doctissimi. Hiere. 12. Sicut docuerunt populum meum iurare in baal. & in eo. 31. Quasi iuuenculus indomitus. pro quo he. le. Quasi vitulus nõ doctus. i. indomitus iugo. Osee. 10. ephraim vitula docta. & inde לִמּוּד limud. i. doctus siue discipulus. Esa. 8. Signa legem in discipulis meis. & in eo. 50. Dñs dedit mihi linguã eruditam Pro quo he. le. Dñs dedit mihi linguã doctorũ. Et in eodẽ. 54. vniuersos filios tuos doctos a dño. significat ẽt assuetum vel consuetũ. Iudi. 3. & haberent consuetudinẽ preliandi. Hiere. 2. Onager assuetus in solitudine. & secũdũ hebreos inde deriuatur כִּלְמַד Chilmad. Ezech. 27. Asur & chelmad venditores tui. pro quo he. le. Asur quasi doctus vel assuetus venditor tuus siue negociator tuus. Potest etiam eẽ nomen propriũ: sicut est in littera nostra. & inde תַּלְמִיד Thalmid per additionem tau in principio. idest discipulus. 1. Paralipo. 25. Doctus pariter & indoctus. pro quo hebrei legunt. Doctor. & discipulus. & inde מַלְמַד Malmad. idest vomer. Iudi. 3. Qui percussit de philistiim sexcentos viros vomere. Hebrei vero dicunt ꝙ significat stimulum bouis. idest virgã longã in cuius sũmitate est aculeus quo punguntur boues vt recte incedant: quasi a docendo dictum eo quod doceat ipsos boues.

לָמָּה Lama. quare. cur. vt quid. quamobrem. De quo vide infra in dictione. מָה Ma.

לָמוֹ Lamo. illis siue ipsis: aut illi datiui casus de quo vide in grammatica in capitulo de pronomine.

לָעַב Laab. subsannare. irridere. 2. Paralip. 36. At illi subsannabant nuncios dei.

לָעַג Laag. subsannare. deridere. irridere. 2. Parali. 30. Illis irridentibus & subsannantibus. Nee. 2. Et subsannauerunt nos & despexerũt. Et in eo. 4. Et motus nimis subsannauit iudeos. Iob. 11. Et cum ceteros irriseris a nullo confutaberis. ps. 2. Dominus subsãnabit eos. ps. 34. Tentauerũt me: subsannauerũt me. & inde nomẽ לַעַג Laag. i. subsannatio vel irrisio. Iob. 34. Qui bibit subsannationem quasi aquam. Ps. 43. subsannationẽ & derisum his qui sunt in circuitu nostro. Osee. 7. Hec est subsannatio eorum in terra egypti. Esa. 28. In loquella enĩ labii. Pro quo hebrei legũt. In subsannatiõe labii. Alii vero legũt sic: in balbutienti eĩ labio: quasi a עִלֵּג Ileg. quod significat balbũ. vt Esa. 32. Et lingua balborũ velociter loquetur. Et in eo. 33. populũ alti sermonis: ita vt non possis intelligere disertitudinem lingue eius: in quo nulla est sapientia. pro quo hebrei legunt. Populum profundi sermonis: ita vt non intelligatur balbutiens lingua eius: sine sapientia. & est sensus sicut in littera nostra.

לֹעֵז Loeez. barbarus. ps. 113. De populo barbaro. & solum inuenitur in predicto loco.

לָעַט Laat. comedere. deuorare. Geñ. 25. Da mihi de coctione hac ruffa. vbi ponitur verbum tertie coniugationis. idest fac me comedere vel deuorare de coctione hac ruffa. Et beatus hieronymus transtulit sensum.

לַעַן Laan. absinthium. amaritudo. Et scribitur cum he in fine & dicitur לַעֲנָה Laana. Deut. 29. Radix germinans fel & amaritudinem. Hiere. 9. Ecce ego cibabo populum istum absinthio. Threñ. 3. Inebriauit me absinthio. Et in eodem. Absinthii & fellis. Amos. 5. Qui conuertitis in absinthium iudicium.

לַפִּד Lapid. lampas. fax. Geñ. 15. Et apparuit clibanus fumans & lampas ignis. Iudi. 15. Et faces ligauit in medio. Iob 12. Lampas contempta apud cogitationes diuitũ Esa. 62. vt lampas accendatur. Zach. 12. Et sicut facẽ ignis in feno. Et in plu. לַפִּידִים Lapidim. Exo. 20. Cunctus autẽ populus videbat voces & lampades. Et inde deriuatur nomen לַפִּידוֹת Lapidoth. Iudi. 4. Erat autem debora ꝓphetes vxor lapidoth.

לָפַת Lapath. apprehẽdere. complecti siue amplecti. cõturbari. Iudi. 16. Et apprehendens ambas colũnas. Ruth. 3. Expauit homo & conturbatus est: sed etiam in predicto loco aliqui hebrei legunt. Expauit homo & amplexatus ẽ: in voce passiua.

לְצַר Lesar. Preposita mem littera cum apice segol significat dispensatorem: secũdum hebreos. Dañ. 1. Et dixit daniel ad malasar. pro quo hebrei legũt. Et dixit daniel ad dispẽsatorem siue ad prepositum. Et in eodem. Porro malasar tollebat cibaria & vinum potus eorum. Potest etiã eẽ nomen proprium. sicut est in littera nostra.

לָקַק Lacac. lingere. lambere. Iudi. 7. Qui manu & lingua lambuerint aquas sicut solent canes lambere. Et in eodem. Qui manu ad os proiiciente aquas lambuerint. Et in eodem. In trecentis viris qui lambuerunt aquas liberabo vos. 3. Reg. 21. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth: lambent quoq; sanguinem tuum.

לָקַח Lacach. accipere. sumere. assumere. tollere. emere. Geñ. 2. Quoniam de viro sumpta est. Et in eodem. 5. Quia tulit eum deus. Et in eodem. 20. Propter mulierem quam tulisti. Et in eodem. 24. qui tulit me de domo pr̃is mei. Et in eodem. 27. Primogenita mea ante tulit & nunc secundo surripuit benedictionẽ meam. idest tulit. Et in eodem. 31. Tulit iacob omnia que fuerunt patris nostri. Et in eodem. Abscondit idola subter stramenta cameli. Pro quo hebrei legunt. Tulit idola & posuit ea in stramenta cameli. Exo. 9. Et grando & ignis mixta pariter ferebantur. pro quo hebrei legunt. Et grãdo & ignis assumpta in medio grandinis. Et est sensus sicut in littera nostra. Nu. 16. Nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis. 1. Reg. 4. Et arca dei capta est. Et in eodem. Eo quod capta esset arca dei. 4. Reg. 2. Si videris me quando tollar a te. ps. 14. & munera super innocentem nõ accepit. ps. 67. Accepisti dona in hoĩbus. Prouer. 24. Erue eos qui ducũtur ad mortẽ. Pro quo hebrei legunt. Erue assumptos ad mortem. Hiere. 23. qui assumunt linguas suas. Ezech. 33. Ille quidẽ in iniquitate sua captus est. & aliquando scribitur sine lamed scilicet in futuris & in imperatiuis & in infinitiuis vel gerũdiis. Geñ. 6. Tolle igitur tecum ex omnibus escis. Et in eodem. 15. sume inquit mihi vaccam triennem. Et in eo. 18. Sed afferam pauxillum aque. Pro quo hebrei legunt. Accipiatur obsecro pauxillum aque. Et in eodem. Ponãq; buccellam panis. idest accipiam bucellam panis. Et in eo. 22. Tolle filium tuum. Et in eodem. 30. Parum ne tibi videtur ꝙ prerripueris maritũ mihi: nisi etiam mandragoras filii mei tuleris. Et in eodem. 38. Habeat sibi. idest accipiat sibi pignus. Nu. 16. Tollat vnusquisq; thuribula sua. Ios. 9. susceperunt igitur de cibariis eorum. Esa. 8. Sume tibi librum grandem. 4. Reg. 12. Nollite ergo amplius accipere pecuniam. Et in eodem. Prohibitiq; sunt amplius sacerdotes accipere pecuniam. Esa. 23. Sume citharam & circuie ciuitatem. Hiere. 5. Renuerunt accipere disciplinam. Ezech. 17. Vt firmaret radicem super aquas multas. Pro quo hebrei legunt. Tulit super aquas multas. Osee. 11. Portabam eos ĩ brachiis meis. Pro quo hebrei legũt. Accipere eos siue ferre eos in brachiis suis. Et etiam in imperatiuis inuenitur aliquando cum lamed. vt Exo. 29. Tolle vitulum de armento. Ezech. 37. Et tolle lignum alterum. significat etiam emere. Prouerb. 31. Considerauit agrum & emit eũ. 2. Reg. 4. Assumentes spicas tritici. Pro quo hebrei legunt. Quasi emẽtes triticum. Esa. 52. Quoniam ablatus est populus meus gratis. pro quo hebrei legunt. Quoniam emptus est populus meus gratis. Item significat quando aliquis conatur ad aliquid agendum. Sicut in nostro vulgari dicitur Accepit petrus & fecit hoc vel illud siue iuit ad illum locũ. idest accepit seipsum vel socios secum. Et per talem modũ loquendi dicitur in hebreo. Exo. 4. Posuit & testimoniũ in arca. Pro quo in hebreo habetur. & accepit & posuit testimonium in arca. Nu. 16. Ecce autem chore. Pro quo hebrei legunt. Et accepit chore. & sequitur. & surrexerũt contra Moysen. Iudi. 14. Dederunt ei sodales triginta. ꝓ quo hebrei legunt. Et acceperunt sodales triginta & fuerunt cũ eo. 2. Reg. 18. Porro Absalom erexerat sibi cum adhuc viueret titulum. Pro quo hebrei legũt. Et absalom accepit & erexit sibi in vita sua titulum. Iob. 15. Quid te eleuat cor tuum. Pro quo hebrei legunt. Quid te accipit cor tuum. & inde מַלְקוֹחַ Malcoach. idest preda. siue illud quod de spoliis capitur. Nu. 31. Predam & vniuersa que acceperant tam ex hominibus quam ex iumentis. Et in eodem. Tollite summam eorum que capta sunt. Et in eodem. Diuidesq; ex eo quo predam. Esa. 49. Nunquid tolletur a robusto preda. Et in eodem. Et quod ablatum fuerit a robusto saluabitur. idest quod captum fuerit a robusto. Accipitur etiam מַלְקוֹחַ Malcoach pro faucibus. vt. Ps. 21. Et ligua mea adhesit fau

cibus meis. & inde מלקחים Melcachaim. i. forcipes quibus accipimus prunas. & reperitur tantũ in hebreo in numero duali: quia ex duabus constat. Esa. 6. Quem forcipe tulerat de altari. Accipitur etiam pro emunctoriis lucernarũ. Exo. 25. Emunctoria quoq; & vbi ea que emuncta sunt extinguantur. Inde מקח Micach. i. cupido: siue acceptio munerũ. 2. paralip. 19. Nec cupido munerũ. & inde מקחה Mecacha. i. merces. siue res venalis. Et solũ inuenitur in nũero plu. f. מקחות Macachoth. Nee. 10. Qui important venalia & omnia ad vsum. & inde לקח Lecach. idest doctrina siue assumptio doctrine vel legis. Deut. 32. Cócrescat vt pluuia doctrina mea. Prouer. 1. Audiens sapiens sapientior erit. pro quo hebrei legunt. Audiet sapiens & addet doctrinam. Et est idem sensus cum littera nostra. Et in eo. 4. Donum bonum tribuã vobis. pro quo hebrei legunt. Doctrinam seu legem bonam tribui vobis. Esa. 29. Et mussitatores discent legem. Põitur etiam pro sermonibus. Prouer. 7. Irretiuit eum multis sermonibus.

לקט Lacat. colligere. congregare. Geñ. 47. E quibus omne pecuniã cógregauit. Exo. 16. Colligat vnusquisq; ex eo quantũ sufficit. & in eo. Et collegerũt alius plus: alius minus. Et in eo. Iuxta id quod edere poterant congregaverunt. & in eo. In die aũt sexta collegerũt cibos duplices. Et in eo. & egressi sunt de populo vt colligerent. Ruth. 2. Vadam in agrũ & colligã spicas. & in eo. & que colligerat virga cedens. 4. Reg. 4. Vt colligeret herbas agrestes. & in eodẽ. & collegit ex ea coloquintidas agri. Iudi. 11. Congregatiq; sunt ad eum viri inopes. Esa. 27. Et vos congregabimini vnus & vnus filii israel. & inde לקט Lechet. i. collectio vl congregatio. siue remanẽtes spice que a pauperibus colliguntur. Leuit. 9. Nec remanẽtes spicas colliges. & ide ילקוט Ialcut. i. pera pastoris in qua vasa pastoris colliguntur. 1. Reg. 17. Et misit eos in perã pastoralẽ.

לקש Leches. Pluuia vel imber serotinus. Amos. 7. In principio germinantiũ serotini imbris. Et in eo. Et ecce serotinus post tonsionẽ regis. & aliqñ scribitur cũ mem in principio & dicitur מלקש malcos Deut. 11. Dabit pluuiam terre vestre temporaneã & serotinã. Osee. 6. Et veniet qua si imber nobis tẽporaneus & serotinus. Zach. 10. Petite a dño pluuiã i tempore serotino. & inde verbũ לקש Laches. i. retardare. Beatus hieronymus transtulit videmiare. Iob. 24. Et vineã eius quem vi oppresserunt vindemiant. Pro quo he. le. Et vineã impii retardãt. quasi dicat. primo depdantur bonos & iustos: & postea ẽt iniustos & impios: quia nemini parcũt. Potest ẽt intelligi sicut est in littera nostra.

לשד Lesad. humidũ. seu recens: secũdũ hebreos: btũs hieronymus trãstulit panẽ. s. recẽte vel humidũ. Nu. 11. Saporis quasi panis oleati. Ps. 31. Conuersus sum in erũna mea dũ confringitur spina. Pro quo he. le. Conuersa est humiditas mea. i siccitate efsiata. sed si illud lamed qd ponitur in principio dictionis nõ est de substãtia dictionis: sed est prepositio sicut & in aliis locis: tunc potest legi sicut est in littera nostra. s. in erũna mea.

לשכה Lesach. cenaculũ. Gazophylaciũ. camera. tricliniũ. 1. Reg. 9. Introduxit eos in tricliniũ. Nee. 10. Gazophylaciũ domus dei nostri. Ezechiel. 40. Et per singula gazophylacia ostiũ. Et in eo. Porro gazophylaciũ qd respicit viam aquilonis. & i plu. לשכות Lesachoth. vt in eo. & ecce gazophylacia & pauimẽtũ. & in eo. triginta gazophylacia in circuitu pauimẽti. Et in eo. Gazophylacia cantorum in atrio interiori.

לשם Lesem. lapis preciosus. quem translatio nostra ligurium appellat. Exo. 28. In tertio scilicet versu ligurius achates & amethistus.

לשון Lason. lingua. loquella. Exo. 4. Impeditioris & tardioris lingue sum. Iudi. 7. Qui manu & lingua lambuerint aquas. Iob. 27. Nec lingua mea meditabitur mendaciũ. ps. 11. Et linguã magniloquã. Ps. 44. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Ponitur ẽt pro loqlla. vt Geñ. 10. vnusquisq; scdm linguã suã. Deut. 28. Gentẽ cuius linguã intelligere nõ possis. Ester. 1. Diuersis linguis & litteris. signat etiã lapidẽ terminalẽ vel sinũ maris vel fluminis. eo qd est ad similitudinẽ lingue. vt Iob. 15. A lingua eius que respicit meridiẽ. Et in eo. A lingua maris. Esa. 11. Et desolabit dñs linguã maris egypti. & in plu. לשנות Lesonoth. i. lingue. vt Zach. 8. Ex omnibus linguis gentium: & in lingua chaldaica dr̃ לישן Lisan. Dañ. 3. Vt omnis populus & tribus & lingua. & in plu. לישניא lisanaia. vt in eo. vobis dr̃ populis & tribubus & linguis. & inde verbũ לשן Lasen Quod signat detrahere. seu murmurare. vl accusare vt Ps. 100. Detrahẽtem secreto proximo suo hunc persequebar. Prouer. 30. Ne accuses seruum ad dñum suum.

לתח Lethach. preposito mem & addito he in fine vt dicatur מלתחה Melthacha: significat vestẽ seu vestimẽtũ. 4. Reg. 10. Dixitq; his qui preerãt super vestes. Et aliq hebrei dicunt q̃ significat locũ quo vestes reponũtur. & solũ inuenitur in pdicto loco.

לתך Lethech. Dimidia pars mensure cori. vt Osee. 3. Et dimidio coro ordei. Et solũ inuenitur in pdicto loco.

לתע Lethaa. ppõsito mem & addito he in fine vt dicatur מלתעה Maltheaa: significat molã dentiũ. & solũ inuenitur in numero plu. Ps. 57. Molas leonũ cõfriget dñs. Et inde verbũ נתע Nithau. quasi נלתע Nilthau per defectum lamed. i. cõtriti seu cõquassati sunt. s. dentes. vt Iob. 4. Et dentes catulorum leonum contriti sunt.

De incipientibus a littera מ Mem.

Ista littera mem qñ preponitur alicui dictiõi signat. de. ex. e. a. vel ab. & aliqñ significat comparatiuum precedentis dictionis. De quo vide infra in dictione מן Min.

מאד Meod. nimis. valde. vehemẽter. Geñ. 1. Et erãt valde bona. Et in eo. 15. Merces tua multa nimis. Et in eo. 17. Et multiplicabo te vehementer nimis. vbi ponitur bis pdicta dictio. Exo. 1. Ac roborati nimis ipleuerũt terrã. ps. 118. Nõ me derelinquas vsquequaq;. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trãtulit. vsq; nimis. Et i eo. Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsquequaq;. i. vsq; nimis. Esa. 16. superbus est valde. & in eo. 64. Ne irascaris dñe satis. i. valde. ponitur ẽt p validitate seu fortitudine Deut. 6. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex tota fortitudine tua. vbi ponitur pro fortitudine. & põt poni pro mẽte q̃ est pars preciosa valde in homine. vnde in euãgelio põitur p mẽte. Mathei. 22. Ait illi iesus: diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo & in tota anima tua & in tota mẽte tua. & silr Marci. 12. ponitur pro mẽte & virtute. & Luce. 10. ponitur pro anima & viribus.

מאה Mea. Centum. Geñ. 33. Centum agnis. 2. Paralip. 36. Et condemnauit terram centum talentis argenti. & aliquãdo mutat he vltimum in thau & dicitur מאת Meath Geñ. 21. Cum esset annorum centum. Ponitur etiam aduerbialiter pro cẽties siue centuplum. vt Eccls. 8. Peccator eo quod centies facit malum. & in plurali מאות Meoth. Geñ. 5. Et facti sunt dies Adam postquam genuit seth octingenti anni. Quod in hebreo legitur octocenti anni. idest octocentena annorum. & in eo. Anni nongenti triginta.

מאום Meum. aliquid. quicq;. quantũcũq;. Et cõmũiter scribitur cum he in fine & dicitur מאומה Meúma. vt Nu. 22. Nunquid loqui potero aliquid. Deut. 13. Et non adherebit de illo anathemate quicq; i manu tua. & in eodẽ. 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquã. 4. Reg. 5. Et accipiam ab eo aliquid. Hiere. 39. Nihilq; ei mali facies. i. non facies ei aliquid mali. Reperitur etiam מאום Mum monosyllabum & sine he. Iob. 31. Et si in manibus meis adhesit macula. Pro quo hebrei legũt. Et in manibus meis nõ adhesit aliquid. s. mali. Potest etiã deriuari a dictiõe מום Mum sine aleph: que signat maculam. vt infra in suo loco dicetur.

מאן Maen. nolle. renuere. Geñ. 37. Noluit consolationem accipere. Exo. 10. Sin aũt resistis & non vis dimittere eum. & in eodẽ. 22. Si pater virginis dare noluerit. Nu. 22 Noluit Balaã venire nobiscũ. Ps. 76. Renuit consolari anima mea. Hiere. 5. Renuerunt accipere disciplinam. & in eodem. Et noluerunt reuerti. Item מאן Man. in lingua chaldaica significat vas. & in plurali מאניא Manaia siue מאני Mane. Dañ. 5. Vt afferrent vasa aurea & argentea. & in eo. Tunc allata sunt vasa aurea.

מאס Maas. reprobare. abiicere. proiicere. repellere. sperne re. odire. aborrere. dissoluere. Iob. 10. Et opprimas me opus manuum tuarum. Pro quo hebrei legũt. Et reprobes siue abiicias õpus manuum tuarum. Ps. 52. Quoniam deus spreuit eos. Ps. 88. Tu vero repulisti & detraxisti. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Tu aũt repulisti & proiecisti. Ps. 117. Lapidem quem reprobauerunt edificantes. Esa. 7. Vt sciat reprobare malum & eligere bonum. & in eodem. 30. Pro eo quod reprobastis verbum hoc. & in eodem. 54. Et vxorem ab adolescentia abiectam. Hiere. 2. Quoniam obtriuit dñs confidentiã tuã. Pro quo hebrei legunt. Quoniam abiecit siue odiuit dominus confidentiam tuam. & in eodem 6. Argentum reprobum vocate eos. & in eodem. 14. Nunquid proiiciens abiecisti iudam. Threñ. 5. Sed proiiciens repulisti nos. Osee. 4. Quia tu scientiam repulisti: repellam te. Amos. 2. Eo quod abiecerunt legem domini. & in eodem. 5. Odiui: proieci festiuitates vestras. Ponitur etiã pro dissoluere. vt. Ps. 57. Ad nihilum deuenient tanq; aqua decurrens. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Dissoluantur sicut aque que fluunt. & de hoc vide infra in dictiõe מסס Masas. Itẽ ponitur pro contrahere. Iob. 7. Cutis mea aruit & contracta est. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et abominabilis facta est.

מאר Maar. inficere. dolorem vel amaritudinem inferre. Leuit. 13. Infecta lepra reputabitur. Ezech. 28. Et non erit vltra domui israel offendiculum amaritudinis. idest amaritudinem vel dolorem inferens.

מאת Meath. centum. siue centies. De quo vide supra in dictione מאה Mea.

מגד Meged. fruct9 seu põa. s. optima & electa fruges. Deut. 33. De pomis celi & rore. & in eodẽ. De pomis fructuũ solis ac lune. & in eo. De pomis colliũ eternorum. & in eo. Et de frugibus terre. Canti. 4. Cũ pomorũ fructibus. & secundũ hebreos significat optimũ vel electũ cuiuscunq; rei. Scribitur etiam cum nun in vltima syllaba & dicitur מגדן Migdan. & solum inuenitur in numero plu. s. מגדנות Migdanoth. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. Dona seu munera aut pensationes. vt Geñ. 24. Fratribus quoq; eius & matri dona obtulit. 2. Paralip. 21. Et pensationes cum ciuitatibus munitissimis. & in eodem. 32. Et munera ezechie regi iuda.

מגל Magal. falx. Hiere. 50. Et tenẽtem falcem in tempore messis. Ioel. 3. Mittite falcem qm maturauit messis.

מגן Migen. protegere. claudere. tradere. Geñ. 14. Quo protegente: hostes in manibus tuis sunt. Pro quo hebrei legunt. Qui tradidit hostes tuos in manibus tuis. Potest etiam intelligi sicut est in littera nostra. Prouer. 4. Corona inclyta proteget te. Osee. 11. Protegam te israel. Pro quo aliqui hebrei legunt. Tradam te israel. s. in manus inimicorũ. Inde מגן Magen. i. scutum. protectio. De quo vide supra in dictione גנן Ganan.

מגר Magar. deiicere. dissipare. collidere. tradere. detrahere Esdre. 6. Dissipet oĩa regna & populũ. Ps. 88. Et thronum eius in terra detraxisti. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trãstulit. Et sedẽ ei9 in terrã collisisti. Ezech. 21. Gladio traditi sũt cũ pplo meo.

מד Mad. tunica. vestis. seu vestimentum. & scribitur cũ vau in fine. Leuit. 6. Vestietur tunica sacerdos. 2. Reg. 20. Porro ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habit9 sui. Ps. 108. Et induit maledictionem sicut vestimẽtum. Et pluraliter declinatur in gñe masculino & feminino. 1. Reg. 4. Scissa veste & cõspersus puluere caput. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. scissis vestibus. Ps. 133. Quod descẽdit in orã vestimẽti ei9. Pro quo hebrei legũt. In orã vestimẽtorũ eius. Et aliqui hebrei dicunt q̃ deriuatur a dictione sequenti.

מדד Madad. mẽsurare. metiri. expandere. Deut. 21. Et metietur a loco cadaueris. 2. Reg. 8. Et mensus est eos funiculo. & in eodem. Mensus est autẽ duos funiculos. 3. Reg. 17. Et expãdit se atq; mensus est super puerum. Ps. 59. Et conuallẽ tabernaculorũ metibor. Ezech. 42. Et mensus est contra ventum aquilonis. & in eodem. 43. Et metiantur fabricam. & aliquando scribitur cum simplici daleth. Exo. 16 Et mensi sunt ad mensuram gomor. Nu. 35. Contra orientem duo millia erunt cubiti. Pro quo hebrei legunt. Et mẽsurabis extra ciuitatem plagam orientalem duo millia cubitorum. Esa. 65. Et remetiar opus eorum. Hiere. 31. Si mensurari poterunt celi sursum. & in eodem. 33. Sicut numerari non possunt stelle celi & metiri arene maris. Ezech. 40 Et mensus est limen porte. & in eodem. 47. Et mensus est mille cubitos. Osee. 1. Sicut arena maris que sine mensura est. Pro quo hebrei legunt. Que non mensurabitur. Zach. 2. Vt metiar ierusalem. & ide מדה Midda. i. mẽsura. vt Iob. 11. Longior terra mẽsura eius. & in eodem. 28. Et aquas appendit in mensura. Zach. 2. Et ecce funicul9 mensure in manu eius. Scribitur etiam cum duplici mem. Iob. 38. Quis posuit mensuram eius. & in plurali מדות Middoth. vt Ezech. 43. Iste autem mensure altaris in cubito verissimo. Reperitur etiam מדי Midde secundum terminationem masculinorum. vt Hiere. 13. Hec est sors tua parsq; mensure tue. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. mẽsurarum tuarum. Dicitur etiam de homie procere statuere. Nu. 13. Populus quẽ aspeximus procere stature est. Pro quo hebrei legunt. Et omnis populus quem aspeximus in ea homines mensurarum sunt. s. magnarum. 1. Paralip. 11. Et ipse percussit virũ egyptium cuius statura erat quinq; cubitorum. Pro quo hebrei legunt. Et ipse percussit virum egyptium virum mensure Dicitur etiã de reb9 inanimatis. vt. Hiere. 22. Et edificabo mihi domũ latã. p q̃ he. le. Edificabo domũ mẽsurarũ. Ponitur etiã מדה Midda. p spatio vel dimẽsione. vt Ios. 3. Spacium cubitorum duo millia. Itẽ ponitur pro tributo. Esdre. 4. Tributum quoq; & vectigal & reditus accipiebãt. Nee. 5. Mutuam accepimus pecuniam in tributa regis. & in lingua chaldaica scribitur aliquando cum nun in medio & dr̃ מנדה Minda. vt in eodem. Tributũ & vectigal & ãnuos red

ditus non dabant. Ponitur etiam מִדָּה Midda pro vestimento. De quo vide in dictione precedenti. Ponitur etiam predicta dictio מָדַד Madad pro expectare. vt Iob. 7. Rursū expectabo vesperam. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ in predicto loco significat motum vel cōmotionem. De quo vide infra in dictione נָדַד Nadad.

מדן Medin. prouincia. regio. Et scribitur cum he in fine & dicitur מְדִינָה Medina. Ester. 1. Super centum viginti septem prouincias. & in eodem. Et misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui. & in eodem. 3. Vt omnes prouincie sciret. Threñ. 1. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Dañ. 8. Cum essem in sussis castro quod est in elam regione. Item מִדִּין Middin. nomen proprium loci secundum hebreos. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. In iudicio Iudi. 5. Et sedetis supra in iudicio. Pro quo aliqui hebrei legunt. Et sedetis supra medin. Et dicunt ꝙ est nomen ꝓpriū loci. De quo habetur. Ios. 15. vbi dicitur. Betharaba medin & sacha. Potest etiam significare iudicium sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione דִּין Dun.

מדע Madūa. quare. cur. & cōmuniter scribitur cum vau in secunda syllaba. Geñ. 26. Quid venistis ad me. i. quare venistis ad me. Et in eodem. 40. Cur tristior est hodie solito facies vestra. Exo. 2. Cur velocius venistis solito. Et in eodē. 3. Quare nō comburatur rubus. Nu. 16. Cur eleuamini super populum domini. Esa. 5. An quod expectaui vt faceret vuas. Pro quo hebrei legunt. Cur expectaui vt faceret vuas.

מדרגה Madrega. maceria. sepes. De quo vide supra in dictione דָּרַג Darag.

מה Ma. dictio est īterrogatiua vel dubitatiua. i. quid. quod. qualis. quam. quantum. quando. quomodo. quare. cur. Geñ. 2. vt videret quid vocaret ea. Et in eodem. 20. Quid fecisti nobis & quid peccauimus in te. Et in eodem. 37. Et īterrogauit quid quereret. Et ī eodem. 38. Quid dabis mihi. Exo. 3. Quod est nomen eius: quid dicam eis. Et in eo. 16. Nos vero quid sumus. Nu. 16. quid est enim Aarom. Iudi. 18. Et qd egissent ciscitātibus respōderūt. 2. Reg. 18. Quid impedit si etiā ego currero. Esa. 40. Aut quam imaginem ponitis ei. Zach. 9. Quid enim bonū eius & quid pulchrū eius. Ps. 58. Memorare que mea sustantia est. Item significat. qualis. vt Nu. 13. Considerate terram qualis sit. 1. Reg. 28. Qualis est forma eius. Canti. 5. qualis est dilectus tuus ex dilecto. Item significat. Quam siue quantum. vt Nu. 24. Quam pulchra tabernacula tua Iacob. Ps. 8. Quam admirabile est nomē tuum. Ps. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tue. Ps. 35. Quemadmodum multiplicasti misericordiā tuā deus. Pro quo hebrei legūt. Quam preciosa misericordia tua deus. Ps. 83. Quam dilecta tabernacula tua. Ps. 103. Quam magnificata sunt opera tua domine. Ps. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Ps. 132. Ecce quam bonum & quam iocundum. Canti. 4. Quam pulchre sunt māme tue. Item significat. quādo siue quo. vt Iob. 16. Si tacuero non recedet a me. Pro quo hebrei legūt. quādo recedet a me: quasi dicat nūquam. Ps. 4. Vsquequo graui corde. Ps. 78. Vsquequo domine irasceris in finem. Item significat. quare siue quomodo. vt Geñ. 27. quomō inquit tam cito inuenire potuisti. Et in eodem. 38. quare diuisa est propter te maceria. Iob. 7. Cur non tollis peccatum meum. Significat etiam aliquod incertum vel indeterminatum: siue quodcunqꝫ. Iob. 13. Quodcunqꝫ mihi mēs suggerit. Pro quo hebrei legunt. Et transeat super me aliquid siue quodcunqꝫ. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. & preponitur ei littera lamed: & dicitur לָמָּה Lama. idest ad quid vel vt quid aut propter quid. quare. cur. Geñ. 4. Quare iratus es & cur concidit facies tua. & in eo 12. Quare nō īdicasti mihi ꝙ vxor tua esset. Et ī eo. 2. Quā ob causam dixisti esse sororem tuā. & in eo. 27. Cur vtroqꝫ orbabor filio. & in eodem. 47. Cur ergo morimur te vidēte. Exo. 5. Quare misisti me. Ios. 7. Cur iaces pron⁹ in terra. 1. Reg. 1. Cur fles & quare non comedis & qnāobrem affligitur cor tuū. Ps. 10. Vt quid domine recessisti lōge. Ps. 21. Quare me dereliquisti. Recipit etiā sin in principio. Cāti. 1. Ne vagari incipiam. i. propter quid vagari incipiā. Et qñ scribitur cū caph in principio & dicitur כַּמָּה Cama. tunc est interrogatiuū quātitatis. Geñ. 47. Quot sunt dies annorū vite tue. Iob. 13. Respōde mihi: quātas habeo iniquitates. Ps. 118. Quot sunt dies serui tui. Ponitur etiam pro multitudine. Zach. 7. Sicut feci iam multis annis. Significat etiā quotiēs. vt Iob. 21. Quotiēs lucerna impiorū extinguetur.

מהל Mahal. miscere. permiscere. Esa. 1. Vinū tuū mixtū est aqua. Et solum inuenitur in predicto loco.

מהמה Mahmah. tardare. morā facere. negligere. turbari obstupescere. Geñ. 43. Si non intercessisset dilatio. Pro quo hebrei legunt. Nisi tardassemus. Exo. 12. Et nullā facere sinentibus moram. Pro quo hebrei legunt. Et nō potuerunt moram facere. 2. Reg. 15. Ego abscondar in campestribus deserti. Pro quo hebrei legunt. Ego moram faciam in campestribus deserti. Ps. 118. Paratus sum & nō sum turbatus. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Festinaui & nō neglexi. i. nō tardaui. Abach. 2. Si moram fecerit expecta illum. Significat etiam turbari vel obstupescere. vt Iudi. 3. Dum illi turbarentur effugit. Esa. 29. Obstupescite & admiramini.

מהר Mahar. festinare. accelerare. cito facere. velociter operari. dotare. Geñ. 18. Et festinauit Abraam in tabernaculum. & in eodem. Accelera tria sata farine. & in eo. Qui festinauit & coxit illum. & in eodem. 19. Festina & saluare ibi. & in eodem. 27. Quomodo inquit tā cito inuenire potuisti. & in eodem. 45. Festinate & adducite eum ad me. Exo. 12. Vrgebantqꝫ egyptii populum israel de terra exire velociter. 1. Reg. 13. Festina & veni. 2. Paralip. 28. Voca cito micheam. Pro quo hebrei legunt. Festina micheam. i. cito voca eum. Ester. 5. Vocate inquit Amā cito. & in eodem. 6. Festina: & sumpta stola & equo fac vt locutus es. Ps. 15. Postea accelerauerunt. Esa. 8. Velociter expolia. & in eodem. 51. Cito veniet gradiens ad aperiendū. & inde מַהֵר Maher. idest cito. velociter. vt Exo. 32. Recesserūt cito de via. Deut. 9. Qui conterat eos & deleat atqꝫ disperdat velociter. & aliquando scribitur cū he in fine & dicitur מְהֵרָה Mehera. Nu. 16. Pergens cito ad populum. Esa. 5. Et ecce festinus velociter veniet. & inde מָהִיר Mahir. idest festinus. velox. Ps. 44. Lingua mea calamus scribe velociter scribētis. Pro quo hebrei legunt. Scribe velocis. Prouer. 22. Vidisti virum velocem in opere. Esa. 16. Et velociter reddens quod iustum est idest velox. Soph. 1. Iuxta est & velox nimis. Scribitur etiā cū nun in principio & dicitur נִמְהָר Nimhar. Abach. 1. Gētem amaram & velocem. Ponitur etiam pro insipiente. vel stulto, eo quod omnia precipitat. Iob. 7. Et consilium prauorum dissipat. Pro quo hebrei legunt. Et consilium prauorum stultum siue insipiens factum est. Esa. 32. Et cor stultorum intelliget scientiam. & in eodem. 35. Dicite pusillanimis cōfortamini. Pro quo hebrei legūt. Dicite insipiētibus corde cōfortamini. Itē מָהַר Mahar. i. dotare. Exo. 22. dotabit eam. & inde מֹהַר Mohar. i. dos. siue dotatio. Geñ. 34. Augete dotem & munera postulate. Exo. 22. Iuxta modum dotis quem virgines accipere consueuerant.

מוג Mog. fluere. defluere. tabescere. liquefieri. 1. Reg. 14. Et ecce multitudo prostrata. Pro quo hebrei legūt. Et ecce multitudo liquefacta vel tabefacta est siue defluxerat. Ps. 64. In stillicidiis eius letabitur germinās. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Pluuiis irrigabis eā. i. liquefacies vl' mollificabis eā pluuiis. Ps. 74. Liquefacta est terra & oēs qui habitant in ea. Ps. 106. Anima eorum in malis tabescit. Ezech. 21. Et corde tabescere. Amos. 9. Qui tāgit terram & tabescit. & in eodem. Et oēs colles culti erunt. Pro quo hebrei legunt. Et omnes colles liquescent seu defluent. s. abundantia. Ponitur etiam pro allidere. Iob. 30. Et quasi super ventum ponēs allisisti me valide. Esa. 64. Et allisisti nos in manu iniquitatis nostre.

מוח Moach. medula. Iob. 21. Et medulis ossa illius irrigantur. Scribitur etiam sine uau. vt. Ps. 65. Holocausta medulata offeram tibi. Esa. 25. Pinguium medulatorum. Ponitur etiam pro pinguedine uel vbertate. Esa. 5. Et deserta in vbertatem versa aduene comedent.

מוט Mot. moueri. cōmoueri. labi. seu nutare. infirmari. cadere. Leuit. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu. Pro quo he. le. Et cum depauperatus fuerit frater tuus & nutauerit seu deflexa fuerit manus eius tecum. Deut. 32. Vt labatur pes eorum. Ps. 16. Vt nō cōmoueantur vestigia mea. Ps. 54. Et non dabit in eternum fluctuationē iusto. i. cōmotionem seu lapsum. Ps. 65. Et non dedit in cōmotionem pedes meos. Ps. 93. Si dicebā mot⁹ est pes me⁹. Ps. 120. Nō det in cōmotionem pedem tuum. Ps. 139. Cadent super eos carbones. Prouer. 24. Et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Pro quo hebrei legūt. Et labētes seu cadentes ad occisionem liberare ne cesses. & in eodē 25. Iustus cadens coram impio. Esa. 24. Cōmotione commouebitur terra. & in eodem. 40. Quomodo statuat simulachrum quod non moueatur. & in eodem. 41. Et confortauit eum clauis ꝙ non moueatur. & in eodem. 54. Et colles contremiscent. Pro quo hebrei legunt. Et colles commouebuntur. & in eodem. Et fedus pacis mee non mouebitur. Ponitur etiam pro declinare. vt. Ps. 54. Quoniam declinauerunt in me iniquitatem. & de hoc vide infra in dictione נָטָה Nata. Item מוֹט Mot. bacul⁹ seu vectis aut pertica qua res suspense vehuntur aut mouentur, seu virga. Nu. 4. Et inducent vectes. & in eodem. Inducentqꝫ vectes. Pro quo hebrei legunt. Et ponant in vecte seu in pertica. s. ad portādum. & in eodem. 13. Quem portauerunt in vecte duo viri. Naū. 1. Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מוֹטָה Mota. i. iugū. Pro quo beatus Hieronymus transtulit catenam. Hiere. 28. Et tulit Ananias propheta catenā de collo hieremie prophete. Esa. 58. Si abstuleris de medio tui catenam. Ponitur etiā pro deprimente. vt in eodem. Soluere fasciculos deprimentes. & in plurali מוֹטוֹת Mototh. 1. Paralip. 15. Nūeris suis in vectibus. Hiere. 27. Fac tibi vincula & catenas. & in eo. Catenas ligneas cōtriuisti & facies ꝓ eis catēas ferreas. Ezech. 34. Cum contriuero catenas iugi eorum. Ponitur etiā pro extensione. vt Esa. 8. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terre tue.

מוך Much. depauperari. oppressum vl' attenuatum esse. Leuit. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus. & in eodem. Si paupertate compulsus. Vide etiam de hoc infra in dictione מָכַךְ Macach.

מול Mol. circūcidere. secare. scidere. cōcidere. Geñ. 17. Circuncidetur ex vobis omē masculinū: & circūcidetis carnem preputii vestri. & in eo. 21. Et circūcidit eū octauo die & in eodē. 34. Si aūt circūcidi nolueritis. Leuit. 12. Et die octauo circuncidetur infantulus. Deut. 10. Circuncidite igitur preputiū cordis vestri. & in eo. 30. Circūcidet dñs deus tuus cor tuū. Ios. 5. Et circūcide secūdo filios israel. & in eo. Qui oēs circūcisi erāt. Hiere. 9. Et visitabo sup oēm qui in circūcisum habet preputiū. Pro quo he. le. Et visitabo sup oēm circūcisum in preputio. Et aliqñ duplicatur lr̄a lamed scilicet qñ est verbū quarte cōiugationis. Ps. 57. Intēdit arcum suū donec infirmētur. i. donec cōcidātur. Ps. 89. Vespe decidat & arescat. Pro quo beat⁹ Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Vespe cōteretur. i. cōcidetur. Et qñ est verbū tertie cōiugatiōis scribitur cū iod in medio loco vau. Ps. 117. Et in noīe dñi quia vlt⁹ sum in eos. Pro quo he. le. Quia concidā siue excidā eos. Itē מוּל Mul. i. cōtra. e regiōe. ante. versus. Exo. 18. Esto tu populo in his que ad deū ptinent. Pro quo he. le. Esto tu populo ante deū. Nu. 8. Cōtra eam partē quā cādelabrū rēspicit. Deut. 1. Contra mare rubrū. 1. Reg. 18. Et decliauit paululū ad aliū. i. versus aliū. 2. Reg. 5. Et venies ad eos ex aduerso pirorū. vbi ponitur ꝓ aduerso. Et aliqñ scribitur cū aleph post vau. Nee. 12. Et chorus secundus gratias referentiū ibat ex aduerso. i. e regione & secūdū aliquos hebreos a predicta dictione deriuatur dictio הֲמוּלָה Hamula. i. loqlla. vociferatio. sonitus. De quo vide supra in littera he.

מום Mum. macula. sordes. Leuit. 21. Qui habuerit maculam de semine Aaron. Nu. 19. In qua nulla sit macula. Deut. 32. Et non filii eius in sordib⁹. Cāti. 4. Et macula nō est in te. & aliqñ scribitur cū aleph in medio & dicitur מְאוּם Mum. vt Iob. 31. Et in manibus meis adhesit macula. Dañ. 1. In quibus nulla esset macula.

מין Mum. similitudo. imago. figura. Et recipit tau in principio & he ī fine & dr̄ תְּמוּנָה Themuna. vt Exo. 20. Neqꝫ oēm similitudinē que est in celo desup & que in terra deorsum. Nu. 12. Palā & nō p enigmata & figuras deū videt. Pro quo he. le. In visiōe & nō per enigmata. s. loquor ei. Sequitur & figurā vel similitudidē dñi cōtēplatur seu videt. Potest etiā legi sic. In visiōe & nō p enigmata & figurā dominū videt. quod est idē sensus cū lr̄a nr̄a. Deut. 4. Nō vidistis aliquā similitudinē in die qua locutus est vobis dñs. Ps. 16. Saciabor cū apparuerit glr̄ia tua. Pro quo he. le. Saciabor cū euigilauerit similitudo tua siue figura tua. vnde beat⁹ Hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Implebor cū vigilauero similitudine tua. Quod etiam pōt legi secundum litteram hebraicam.

מוץ Mos. palea. seu stipula: vel sūmitas spice. & scribitur sine vau. Pro quo beat⁹ Hieronym⁹ trāstulit puluerem. Ps. 1. Sed tanqꝫ puluis quē proiicit vēt⁹. Osee. 13. Sicut puluis turbine raptus. Soph. 2. Quasi puluerē trāseūtē diē. Ponitur ēt ꝓ fauilla. Iob. 21. Et sicut fauillā quā turbo dispgit.

מור Mor. myrrha. Exo. 20. Sume tibi aromata prime myrrhe & electe. Ester. 2. Vt sex mēsibus oleo vngerentur myrthino. pro q̄ he. le. Oleo myrrhe. vñ in nr̄a trāslatione debet legi. Oleo vngerentur myrrhino. Ps. 44. Myrrha & gutta & casia. Cāti. 1. Fascicul⁹ myrrhe dilect⁹ me⁹ mihi.

מוש Mus. recedere. deesse. auferre. cōmouere. palpare. tāgere. Exo. 15. Nūqꝫ defuit colūna nubis p diē. & ī eo. 33. Minister ei⁹ iosue fili⁹ nun puer nō recedebat de tabernaculo. Nu. 14. Nō recesserūt de castris. Iob. 23. A mādatis labiorū ei⁹ nō recessi. Prouer. 17. Nō recedet malū de domo ei⁹. Esa. 54. Mōtes eñi cōmouebūtur. & in eo. Mīa aūt mea nō recedet a te. Mich. 2. Vñ nō auferetis colla vr̄a. Zach. 3. Et auferā iniqtatē terre illi⁹. Signat ēt palpare: siue tāgere vel

attrectare. Gen. 27. Si atrectauerit me pater me⁹. & in eo. Accede huc vt tangã te. Exo. 1. Tam dense vt palpari queat. Iudi. 16. Dimitte me vt tangam colũnas. Ps. 114. Manꝰ habent & non palpabunt. Vide etiam de hoc infra in dictione מַשָּׁשׁ Masas.

מוּת Muth. mori. & aliquando scribitur sine vau: vt in aliquibus locis sequentibus. Gen. 2. In quacunq; enim die comederis ex eo morte morieris. & in eodẽ. 3. Ne forte moriamur. & in eodem. Nequaq; morte moriemini. & in eodẽ 11. Et mortuus est in aran. & in eodem. 19. Ne forte apprehendat me malum & moriar. & in eodem. 47. Cur ergo morimur. Leuit. 11. Si mortuũ fuerit animal. 1. Reg. 17. Videntes aũt philistiim q mortuus esset. & in eodem. 25. Et emortuum est cor eius intrinsecus. 2. Reg. 6. Vsq; in diem mortis sue. i. vsq; in diem qua mortua est. & in eodẽ. 12. Vt moreretur infans. & in eodem. Quod mortuus est paruulꝰ. Esa. 6. In anno quo mortuus est rex ozias. Ezech. 28. Et morieris in interitu occisorum. & inde verbum transitiuũ tertie vel quarte cõiugatiõis. Quod signat facere mori. i. interficere vel occidere. vt Exo. 22. Occideritq; virum aut mulierem. Deut. 21. Et adiudicatus morti appensus fuerit. Pro quo hebrei legunt. Et interfectus fuerit & appenderis eum in ligno. & in eodem. 24. Non occidentur patres pro filiis. 1. Reg. 14. Alios armiger eius interficiebat. & in eo. 17. Et suffocabã interficiebãq; eos. 2. Reg. 1. Ego interfeci xpm dñi. Ps. 33. Mors peccatorum pessima. Pro quo beatꝰ Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Interficiet impium malicia. Prouer. 19. Ad interfectionem aũt anime eius ne ponas animam tuam. Hiere. 20. Qui non me interfecit a vulua. & inde מֵת Meth. i. mortuus. Exo. 12. Nec erat domus in qua non iaceret mortuꝰ. Leuit. 21. Et ad omnem mortuũ nõ ingredietur omnino. Ps. 30. Obliuiõi datus sum tanq; mortuus a corde. Eccl's. 9. Melior est canis viuus leone mortuo. & in plurali מֵתִים Methim siue מְתֵי Methe. i. mortui vel mortales. Exo. 12. Omnes moriemur. pro quo hebrei legunt. Omẽs nos mortui. s. erimus. Ps. 87. Inter mortuos liber. & in eodem. Nunquid mortuis facies mirabilia. Ps. 113. Non mortui laudabũt te dñe. Ps. 142. Sicut mortuos seculi. Esa. 5. Et nobiles eius interierunt fame. Pro quo hebrei legunt. Et nobiles eius mortui fame. Et in eodem. 22. Nec mortui in bello. & quando scribitur cũ puncto seua in prima syllaba. Tunc significat viros siue homines mortales. Iob. 11. Tibi soli tacebũt homines. De quo vide infra in dictiõe מְתָה Matha. & inde מָוֶת Maueth. i. mors. Exo. 10. Et auferat a me mortẽ istã. Prouer. 18. Mors & vita in manibus lingue. Esa. 38. Nec mors laudabit te. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מָוְתָה Mautha. Ps. 115. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Scribitur etiam cum tau in principio & dicitur תְּמוּתָה Themutha. Ps 78. Posside filios mortificatorum. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trãstulit. Relinque filios interitus. & declinatur pluraliter מוֹתֵי Mothe. Esa. 53. Et diuites pro morte sua. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. pro mortibꝰ suis. Et põitur ibi plurale p singulari. Ezech. 28. Morte incircunciforum morieris. Pro quo hebrei legunt. Mortibus incircuncisorum morieris. Scribitur etiam cũ duplici mem & dicitur מְמוֹתֵי Memothe. Hiere. 16. Mortibus egrotationũ morientur. Eccl's. 28. Et morieris in interitu occisorum. Pro quo hebrei legunt. Et morieris mortibus occisorum.

מֶזֶג Mazeg. poculum: seu commixtum poculum. Canti. 7 Nunq; indigens poculo.

מַזָּה Maza. adustio. s. famis. secundum hebreos. Sed beatus Hieronymus transtulit consumptionem. Deut. 32. Cõsumentur fame. & in lingua chaldaica significat incendere siue succẽdere. Dañ. 3. Et precepit vt succenderetur fornax septuplum quam succendi consueuerat. & in eodem. Fornax autem succensa erat nimis.

מֵזַח Mezach. cigulum. zona. Ps. 108. Et zona qua semper precingitur. Esa. 23. Nõ est cingulum vltra. Scribitur etiam cum iod in secunda syllaba. & dicitur מְזִיחַ Meziach. Iob. 12. Et eos qui oppressi sunt releuat. Pro quo hebrei legunt. Et cingulum fortium dissoluit.

מַזָּל Mazal. sidus. seu signum celeste. De quo vide infra in dictione נָזַל Nazal.

מַמְזֵר Mazer. preposita alia littera mem vt dicatur מַמְזֵר Mamzer: significat natum de adulterio vel de scorto. Deut. 23. Non ingredietur mãzer. hoc est de scorto natus in ecclesiam domini. & in hebreo nõ habetur hoc est de scorto natus: sed est expositio translatoris. In alio vero loco beatus Hieronymus pro mamzer transtulit separatõr. Zach. 9. Et sedebit separator in azotho. & aliqui hebrei dicunt q deriuatur a dictione זָר Zar: que significat alienũ siue extraneũ Itẽ מַזָּרוֹת Mazaroth. i. lucifer siue aliud sidus. Iob. 38. Nũquid producis luciferum in tempore suo. Reperitur etiam מְזָרִים Mezarim secundum terminationem plurale masculinorum. Pro quo beatus Hieronymus transtulit arcturũ. Iob. 37. Ab interioribus egredietur tempestas & ab arcturo frigus. & de hoc vide supra in dictione זָרָה Zara.

מְחָא Macha. plaudere. s. manu. De quo vide in dictione sequenti: & in lingua chaldaica significat percutere seu resistere vel cõfigere. Dañ. 5. Quos volebat interficiebat & quos volebat percutiebat. Et in eodem. 4. Et non est qui resistat manui eius. Esdre. 6. Tollatur lignum de domo eiꝰ & erigatur & configatur in eo.

מָחָה Macha. delere. radere. auferre. tergere. plaudere. pertingere seu peruenire. Gen. 7. Et delebo omnem substantiam. & in eodem. Et deleta sunt de terra. Exo. 17. Delebo memoriã amalec. Nu. 5. Et delebit ea aquis amarissimis. 4. Reg. 21. Et delebo ierusalem sicut deleri solẽt tabule: delens vertam & ducam crebrius stilum super faciem eius. Nee. 4. Et peccatum eorum coram facie tua non deleatur. & in eodem. 13. Et ne deleas miserationes meas. Ps. 68. Deleãtur de libro viuentiũ. Prouer. 31. Et diuitias tuas ad delendos reges. Esa. 25. Et auferet dominus deus lachrimam. & in eodem. 44. Deleui vt nubem iniquitates tuas. Ezech. 6. Et delebuntur opera vestra. Significat etiam tergere. Iob. 30. Que comedit & tergens os suum. & aliquando scribitur cum aleph in fine loco he. & tũc significat plaudere. Ps. 97. Flumina plaudẽt manu. Esa. 55. Omnia ligna regionis plaudent manu. Ezech. 25. Pro eo quod plausisti manu. Item significat pertingere. seu peruenire. Nu. 34. Inde peruenient contra orientem ad mare cenereth. Et in lingua chaldaica significat percutere. Dañ. 2. Et percutiebat statuam in pedibus eius. Et in eodem. Lapis autem qui percusserat statuam. & inde מְחִי Mehi. idest aries. ferreus. seu tormentum quo muri percutiũtur. Ezech. 26. Et arietes temperabit in muros tuos.

מָחַץ Machas. percutere. confringere. coquassare. vulnerare. intingere. Nu. 24. Et perforabunt sagittis. Pro q hebrei legunt. Et sagitte sue percutient seu vulnerabunt Et in eodem. Et percutiet duces moab. Deut. 32. Percutiam & sanabo. & in eodem. 33. Percute dorsa inimicorũ eius. Iudi. 5. Et tempus valide perforans. Pro quo he. le. Et percussit & perforauit tempus eius. Ps. 67. Veruntñ deꝰ cõfringet capita inimicorũ suorũ. Ps. 109. Cõfregit in die ire sue reges. & in eodem. Conquassauit capita in terra multorũ & inde מַחַץ Machas. i. percussura. Esa. 30. Et percussuram plage eius sanabit. Ponitur etiam pro intingere. Ps. 67. Vt intingatur pes tuus in sanguine. Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã ve. transtulit. Vt calcet pes tuus in sanguine.

מָחַק Machac. abscindere. afferre. Iudi. 5. Querens in capite vulneri locum. pro quo hebrei legunt. Et abscidit siue abstulit caput eius. & solũ inuenitur in predicto loco.

מָחָר Machar. cras. Gen. 30. Respondebitq; mihi cras iusticia mea. Exo. 9. Cras faciet dñs verbum istud. & in eodem. 17. Cras ego stabo in vertice collis. & non solum accipitur pro crastina die sed etiã pro tẽpore lõge futuro. Exo. 8. Cumq; interrogauerit filius tuus cras. Iof. 4. Et quando interrogauerint vos filii vestri cras. & in eodem. 22. Et nequaq; dicãt cras filii vestri filiis nostris. Prouer. 27. Ne gloriẽris in crastinũ. & recipit lamed loco prepositionis in principio & dicitur לְמָחָר Lemachar. i. in crastinum. vt Exo. 8. Qui respondit cras. Pro quo hebrei legunt. Qui respõdit in crastinũ. & aliquando scribitur cum tau in fine. & dicitur מָחֳרָת Machorath. Exo. 9. Fecit ergo dñs verbum hoc altera die. i. die crastina. Nu. 11. Toto die illo & nocte ac die altero. & in eodem. 33. Altera die phase. i. die crastino phase. 1. Reg. 30. Et percussit eos dauid a vespera vsq; ad vesperam alterius diei. Item מְחִיר Mechir. i. precium seu cõmutatio. Deut. 23. Nec preciũ canis in domo domini dei tui. 2. Reg. 24. Sed emam precio a te. 4. Reg. 21. Argenti precio quãtum digna est. Ps. 43. Et non fuit multitudo in cõmutationibus eorum.

מָטַט Matat. moueri. nutare. labi. & scribitur cũ simplici tet מוֹט Ps. 16. Vt nõ moueantur vestigia mea. Et secũdũ aliquos hebreos deriuatur a dictione מוֹט Mot. De qua supra dictum est.

מְטָא Mata. in lingua chaldaica significat pertingere seu attingere vel aduenire. Dañ. 4. Proceritas eius contingens celum. & in eodem. Cuius altitudo pertingit ad celũ. & in eodem. 7. Et terminus aduenit. i. attingit.

מִטָּה Mita. lectus. lectulꝰ. Gen. 48. Sedit in lectulo. & in eodem. 49. Et collegit pedes suos super lectulum. Cãti. 3. En lectulum salomõis. & in plurali מִטּוֹת Mitoth. Ester. 1 Lectuli quoq; aurei & argẽtei. & de hoc vide infra in dictione נָטָה Nata. Item מַטֶּה Mate. virga. baculus. tribus. familia vt Exo. 4. Virgam quoq; hanc sume in manu tua. Esa. 10. Et baculus ipe est. Accipitur etiã pro tribu vel familia. Nu. 1. De tribu ruben. & in eodem. 36. De tribu in tribum. Et in plurali מַטּוֹת Matoth. Exo. 7. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Nu. 30. Et locutus est ad principes tribuum filiorum israel. Item מַטָּה Mata. infra. inferius. De quo vide infra in dictione נָטָה Nata.

מְטִיל Metil. fistula. Iob. 40. Ossa eius velut fistule eris. Hebrei vero dicunt q significat baculum. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Ossa eius velut baculus ferreus. & solũ inuenitur in predicto loco.

מָטָר Matar. pluuia. imber. Exo. 9. Nec ultra stillãit pluuia super terram. Deut. 11. Dabit pluuiam terre vestre. Et in eodem. 28. Det dominus imbrem terre tuę. & in eodem 32. Concrescat vt pluuia doctrina mea. Zach. 10. Dñs faciet niuem & pluuia imbris. & declinatur pluraliter מְטָרוֹת Mitroth. Iob. 37. Et hyemis pluuiis & imbri fortitudinis sue. Pro quo he. le. Et pluuia imbris & pluuia imbrium fortitudinis sue. Et inde verbum tertie coniugationis. i. pluere facere. Gen. 2. Non enim pluerat dominus deus super terram. idest non fecerat pluere. Exo. 16. Ecce ego pluam vobis panẽ de celo. Ps. 10. Pluet super peccatores laqueos. Esa. 5. Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Amos. 4 Et plui super vnam ciuitatem & super alteram ciuitatẽ non plui. & in eodem. Pars vna compluta est. vbi ponitur verbũ passiuum prime coniugationis.

מִי Mi. quis. qui. que. quid. quod. & est dictio interrogatiua Gen. 3. Quis indicauit tibi q nudus esses. & in eodẽ. 21. Quis auditurus crederet Abraam. & in eodem. 33. Que nã sunt iste turme quas obuiam habui. Exo. 2. Quis cõstituit te principem. & in eodem. 3. Quis ego sum. & in eodem. 4. Quis fecit os hominis aut quis fabricatus est mutum & surdũ. & in eo. 10. Qui nã sunt qui ituri sunt. Iudi. 9. Quis est iste abimelech & que est sichem. & in eodem. 13. Quod est nomen tuũ. Ruth. 3. Et ait illi que es. 1. Reg. 25. Quis est dauid & quis est filius isai. Mich. 1. Quod scelus iacob: nonne samaria. & que excelsa iude: nõne ierusalem. Ponitur etiam pro aliquo. Iob. 5. Et ad aliquem sanctorum conuertere.

מֵי Me. aque. De quo vide in dictione sequenti

מַיִם Maim. aque. & solum inuenitur in numero plurali: & caret singulari. Gen. 1. Et spiritus domini ferebatur super aquas. & in eodẽ. Congregentur aque. Exo. 15. Et nõ poterãt bibere aquas de marath. Iob. 14. Lapides excauãt aque. Ps. 17. Assũpsit me de aquis multis. & in eo. 28. Dñs super aquas multas. & aliquãdo ponitur in hebreo plurale pro singulari. Ps. 17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. & similiter vbicunq; in nostra translatione legitur aqua in singulari: in hebreo ponitur in plurali. & qñ post se regit genitiuũ: tunc scribitur sine mem vltimo & dicitur מֵי Me. Gen. 7. Quando diluuii aque inundauerunt super terram. Nu. 20. Hec est aqua contradictionis. Et quãdoq; scribitur sine [illegible] nõ regat gtĩ post se. Nu. 5. Ipse aũt tenebit aqs. [illegible]mas. & in eodem. Non te nocebunt aque iste ama[illegible] Ps. 72. Et dies pleni inuenietur in eis. pro quo he. le. Et aque plene decurrent eis siue exprimẽtur eis: quod hebrei exponũt propter multitudinem lachrimarum: que ab oculis eorum decurrent. Tamen si pro מֵי Me legatur מִי mi tunc potest legi. Et quis plenus inuenietur in eis. & sic trãstulit beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem. Vide etiam de hoc infra in dictione מָסָה Masa. Esa. 48. Et de aquis iuda existis. Reperitur quoq; מַיִם Maim: et si post se regat genitiuum. Esa. 30. Et dabit tibi dominꝰ panem arctum & aquam breuem. Pro quo hebrei legũt. Panẽ angustie & aquam tribulatiõis. Ezech. 47. Et traduxit me per aquam vsq; ad genua. Pro quo hebrei legunt. Et traduxit me per aquas genuum. idest vsq; ad genua. sicut est in littera nostra. Et aliquando scribitur cum duplici mem in principio. & dicitur מֵימֵי Meme. vt Iof. 4. Respondebitis eis defecerunt aque iordanis ante arcam federis domini. Et etiã quando componitur cũ pronominibus duplicatur etiam mem in principio: hoc modo. vt מֵימַי Memai. i. aque mee 1. Reg. 25. Tollã ergo panes meos & aquas meas. מֵימֶיךָ Mecha. i. aque tue. vt Nu. 20. Et si biberimꝰ aquas tuas nos & pecora nostra. מֵימָיו Memau. i. aque eius siue aque sue. vt in eodem. Et illa dabit aquas. Pro quo hebrei legunt. Et dabit aquas suas. מֵימֵינוּ Memenu. i. aque nostre. Threñ. 5. Aquam nostrã pecunia bibimꝰ מֵימֵיכֶם Memechem. i. aque vestre מֵימֵיהֶם Memechem. idest aque eorum. siue aque sue. Exo. 7. Et omnes lacus aquarum. Pro quo hebrei legunt. Et super omnem congregationem aquarũ suarum. & quãuis hec dictio מַיִם Maim siue מֵי Me. sit pluralis numeri tamẽ frequenter iũgitur cũ verbo singularis nũeri. Leuit. 11.

Si fusa fuerit super eū aqua. & in codē. Si aūt quispiā aqua sementem perfuderit. Pro quo hebrei legunt. Si data fuerit idest si fusa fuerit aqua super sementem. Nu. 19. Et non est aqua lustrationis aspersus. Pro quo hebrei legūt. Aqua lustrationis non est aspersa super eum. & in eodem. 24. Fluet aqua de situla eius.

מִין מִין Genus. Species

מִין Min. genus. species. Gen̄. 1. Faciens fructū iuxta genus suum. & in eodem. Habens vnūquodq; semētē secūdū speciem suam. & in eo. Producat terra animā viuentem in genere suo. & in eo. Et bestias terre secundum species suas. Reperitur etiam מִנִּים Minim in numero plurali. Pro quo beatus Hieronymus transtulit cordas. Ps. 150. Laudate eū in chordis & organo. Pro quo hebrei legūt. In generibus vel speciebus. s. musicorum vel hymnorum.

מִנִּים Chorde

מִיץ Premere. Emūgere Prouocar

מִיץ Mis. premere. exprimere. emungere. prouocare. Prouer. 30. Qui aūt fortiter premit vbera ad eliciendum lac. & in eodem. Et qui vehementer emungit elicit sanguinem: & qui prouocat iras producit discordias. Vbi ter ponitur predicta dictio. & inde מֵץ Mes. Pro quo beatus Hieronymus transtulit puluerem. Esa. 16. Finitus est puluis. Pro quo hebrei legūt. Defecit pressio siue suxio. & si legatur מוֹץ Mos; tunc significat puluerem sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictione מוֹץ Mos.

מֵץ Puluis Suxio.

מִיק Dissolui.

מִיק Mic. dissolui. corrūpi. interire. Ps. 72. Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam. Pro quo hebrei legunt. Dissoluti sunt seu corrupti sunt & locuti sunt nequitiam. Vide etiam de hoc infra in dictione מָקַק Macac.

מִיר Mutare. תְּמוּרָה Permutatio. Quod mutatum est.

מִיר Mir. mutare. comutare. Leuit. 27. Sanctum erit & mutari non potest. Hiere. 2. Si mutauit gens deos suos. & in codē. Et populus meus mutauit gloriam suam. & inde תְּמוּרָה Themura. i. pmutatio vl' cōmutatio siue illud p quo aliquod mutatur. Leuit. 27. Si quis mutauerit: & quod mutatum est & pro quo mutatum est sanctificabitur. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.

מָכַךְ Humiliare

מָכַךְ Machach. humiliare. deprimere. depauperare. & scribitur cum simplici caph. Iob. 24. Et humiliabuntur sicut oīa. Ps. 105. Et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Eccl's. 10. In pigritiis humiliabitur cōtignatio. Significat etiā depauperare siue pauperē esse. Leuit. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus. i. si pauper fuerit. & in codē. Si paupertate cōpulsus vendiderit se tibi. & inde מָךְ Mach. i. pauper. Leuit. 27. Si pauper fuerit.

Attenuari Paupertate compelli. מָךְ Pauper.

מַכָּה

מַכָּה Maca. percussio seu plaga. De quo vide infra in dictione נָכָה Naca.

מָכַר Vendere.

מָכַר Machar. vendere. venūdare. tradere. Gen̄. 25. Vende mihi primogenita tua. Et in eodem. Et vendidit ei primogenita. Et in eodem. 47. Vendentibus singulis possessiones suas. Exo. 21. Si quis vendiderit filiam suam in famulā. Leuit. 25. Quando vendes quippiam ciui tuo. Et in codē. Quod reliquū est reddet emptori. Pro quo hebrei legūt. Reddet ei cui vendidit. i. emptori. sicut est in lr̄a nr̄a. Deut. 28. Ibi venderis inimicis tuis. & in eodem. 32. Deus suus vendidit eos. Iudi. 3. Tradidit eos in manus cusam resataim. Pro quo he. le. Et vendidit eos in manu cusam resataim. & in eo. 4. Et tradidit illos dn̄s in manu iabin. Pro q̄ he. le. Et vēdidit eos dn̄s in manu iabin. Et idē verbū passiuum prime vel quarte coniugationis. 3. Reg. 21. Eo quod venundatus sis vt faceres malū in conspectu dn̄i. & in codē. Qui venūdatus est vt faceret malum. Ester. 6. Traditi em̄ sumus ego & populus meus. Pro quo hebrei legunt. Venditi em̄ sumus. & in eodem. Atq; vtinam in seruos & famulos venderemur. Esa. 50. Ecce em̄ in iniquitatibus vestris venditi estis. Et inde מֶכֶר Mecher. i. vēditio siue res venalis. vt Nee. 13. Inferentes pisces & omnia venalia. Scribitur etiam cum duplici mem & dicitur מִמְכָּר Mimcar. vt in eodem. Et manserunt negociatores & vendentes vniuersa venalia foris ierusalem. Leuit. 25. Quādo vendes quippiā ciui tuo. i. quando aliquod venale vēdideris. Ezech. 17. Quia qui vēdit ad id quod vendidit nō reuerteretur. Ponitur etiā מִמְכָּר Mimcar. pro eo quod ex paterna successione debetur alicui: quasi ei vēderetur. Nu. 18. Excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successiōe debetur. Inde מְכֵרָה Mechera. i. habitatio secundū hebreos. Gen̄. 49. Symeon & leui fratres vasa iniquitatis bellantia. Pro quo hebrei legūt. Symeon & leui fratres vasa siue arma iniquitatis habitatio eorū. Quod exponens chaldaicus interpres ita transtulit. s. symeon & leui fratres viri fortes: in terra habitationis eorum opati sunt fortitudinem. Potest etiā significare arma vel gladiū. Nam in lingua greca machera idem est quod gladi9. Et vt ait beatus Hieronymus in suis explanationib9 sup Soph. caplo. 3 Ligua hebraica est matrix omniū linguarū. Vnde in predicto loco pōt esse talis littera. Vasa iniquitatis arma eorū siue gladii eorum. Potest etiā significare habitationem: sicut מְכוּרָה Mechora. cum vau. vt dictum est supra in dictione כּוּר Cur.

מֶכֶר Venalia. מִמְכָּר Venale מְכֵרָה Bellantia. Gladius.

מָלַל Dicere. Loqui.

מָלַל Malal. loqui. dicere. Gen̄. 21. Quis auditurus crederet Abraā q̄ sarra lactaret filiū. Pro quo hebrei le. Quis dixisset Abrae q̄ sarra lactaret filiū. Iob. 8. Vsq; quo loqueris talia. & in eodem. 33. Scientiā labia mea puram loquentur. Ps. 105. Quis loquetur potentias domini. Ponitur etiā pro annuere. q̄ est idem quod loqui. Pro quo beatus Hieronymus transtulit terere. Prouer. 6. Annuit oculis: terit pede. pro quo hebrei legunt. Annuit pede. & inde מִלָּה Mila. idest verbum. sermo. dictio. Iob. 21. Audite queso sermōes meos. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet sermonē meū. Ps. 138. Quia non est sermo in lingua mea. & in lingua chaldaica dicitur מִלְּתָא Miletha. vt Dan̄. 2. Sermo recessit a me. & in plurali מִלִּים Milim. idest verba. sermones. eloquia. Iob. 6. Ad increpandum tantum eloquia concinatis. Et in eodem. 15. Arguis uerbis eum qui non est equalis tibi. & in eodem. 16. Consolarer & ego vos sermonibus. Reperitur etiam מִלִּין Milin cum nun in fine loco mem. vt in eodem. 18. Vsq; ad quem finem verba iactabis. & in eodem. 19. Et atteritis me sermonibus. & in eodem. 32. Plen9 sum sermonibus. Et aliqui hebrei dicunt q̄ inde deriuatur dictio הֲמֻלָּה Hamula. Pro quo beatus Hieronymus transtulit loquellam. Hiere. 11. Ad vocem loquelle grandis exarsit ignis in ea. De quo vide supra in littera he. Inde מְלִילָה Melila. idest spica manibus fricata vel trita. Deut. 23. Franges spicas & manu conteres.

Annuere. מִלָּה Sermo מִלְּתָא מִלִּים Sermões. Eloquia. מִלִּין Verba. Sermões. הֲמֻלָּה Loquella מְלִילָה Spica

מָלֵא Replere Implere

מָלֵא Male. implere. replere. adimplere. complere. plenum esse. initiare. consecrare. Gen̄. 6. Repleta est terra iniquitate. Et in eodem. 23. Pecunia dignissima tradat eam mihi. Pro quo hebrei legunt. Pecunia plena siue plenissima aut completa tradat eam mihi. Et in eodem. 24. Et impleuerat hydriam aqua. Et in eodem. 29. Quia iam tempus impletum est. Pro quo hebrei legūt. Quia impleti sunt dies mei. & est sensus sicut in littera nostra. Et in codē. Imple hebdomadam dierum. Exo. 1. Ac roborati nimis impleuerunt terram. Et in codē. 15. Implebitur anima mea. Pro quo hebrei legunt. Implebitur ex eis anima mea. & in eodem. 31. Et impleui eum spiritu dei. Et in eodem. 40. Et gloria domini impleuit tabernaculum. Leuit. 8. Vsq; ad diem quo implebitur tempus consecrationis vestre. Nu. 14. Qui plenus alio spiritu secutus est me. Pro quo hebrei legunt. Eo quod fuit alius spiritus in eo & impleuit siue compleuit post me. idest impleuit voluntatem meam. & est idem sensus cū littera nostra. Et similis modus loquēdi habetur in eo. 32. vbi dr̄. Isti impleuerūt volūtatē meā. pro quo he. le. Quia impleuerunt post me. Deut. 1. Quia secut9 est dominum. pro quo he. le. Quia impleuit post dominū. & in eo. 33. Et plenus erit benedictionibus dn̄i. Iudi. 6. concham rore impleuit. 1. Reg. 19. Et ānumerauit ea regi. pro quo hebrei legūnt. & compleuit ea regi. idest compleuit numerū eorū. 3. Reg. 1. Complebo sermones tuos. & in eo. 7. Et plenū sapientia & intelligētia. 4. Reg. 9. porro hieu tetēdit arcū manu. pro quo he. le. Et hieu impleuit manū suā arcu. Et est sensus sicut in lr̄a nostra. Ester. 1. Cūq; implerentur dies cōuiuii. Iob. 15. Anteq̄ dies eius impleatur pibit. Vbi vnū verbū hebraicū ponitur in nr̄a trāslatione p duobus verbis. s. p implere & perire. & in eo. 16. Saciati sūt penis meis. i. impleti sunt. & in eo. 40. Nūquid implebis sagenas pelle eius. Hebrei vero in p̄dicto loco dicūt q̄ signat cōcidere. vnde ipsi legūt. Nūquid cōcides cultris pellē eius. & sir. Naum. 1. vbi dicitur. cōsumētur quasi stipula ariditate plena. pro quo hebrei legunt. Consumentur quasi stipula arida concisa. p̄s. 80. Dilata os tuū & implebo illud. Canti. 5. Caput meū plenū errore. & in eo. Et resident iuxta fluenta plenissima. vbi additur littera thau in fine dictionis. Esa. 2. Quia repleti sunt vt olim. i. repleti sunt iniquitate & nequitia. Et in eo. 6. Et ea que sub ipso erant replebant templum. & in eo. 33. Impleuit sion iudicio & iustitia. Et in eodem. 65. Et libatis super eā. pro quo he. le. Et impletis numerū libamento. Cuius expositionē vide infra in dictione מְנָה Mana. Hiere. 4. Clamate fortiter & dicite. Pro quo he. le. Clamate implete & dicite. i. clamate plena voce. Et in eodem. 12. Et clamauerūt post te plena voce. & in hebreo non habetur voce: subintelligitur tn̄. Et in eo. 23. Nūquid nō celū & terrā ego ipleo. & i eo. 51. Implete pharetras. Ezech. 9. & implete atria interfectis. Et in eo. 25. Implebor: deserta est. Zach. 9. Repleui ephraim. Et in eo. & replebuntur vt phiala. & aliquando scribitur sine aleph. Iob. 32. Plenus sū sermonibus. Ezech. 28. Repleta sunt interiora tua iniquitate. Et aliqn̄ scribitur cum vau loco aleph. vt in eo. 41. Ad mensuram calami sex cubitorū spacio. pro quo he. le. Plenū vel impletū calamū seu plenitudo calami. Scribitur ēt aliqn̄ cū he loco aleph. Iob. 8. Donec impleatur risu os tuū. & inde מְלֹא Melo. i. plenitudo. Gen̄. 48. Et semē illius crescet in gētes. pro quo he. le. Et semen illius erit plenitudo gentiū. p̄s. 23. Dn̄i est terra & plenitudo eius. Ps. 97. Moueatur mare & plenitudo eius. 1. Reg. 28. Statimq; saul cecidit porrectus in terra. pro quo he. le. Et cecidit plenitudo stature eius in terra. & est idem sensus cū littera nostra. Ponitur ēt pro plena. Eccl's. 4. melior est pugillus cum requie q̄ plena vtraq; manus. Esa. 6. Plena est omnis terra gloria eius. Ponitur ēt pro multitudine. Esa. 31. Cum occurrerit ei multitudo pastorū. & inde מִלּוֹא milo. nomen propriū loci vacui in ciuitate ierusalē: quem edificiis repleuit salomō. 3. Reg. 11. Tunc edificauit melo. & inde lapides preciosi que ponebantur in rationali & superhumerali dicuntur lapides מִלֻּאִים miluim. eo quod implebant illum locum vacuum in quo includebantur. Exo. 25. & lapides ad ornandum ephod & rationale. Et in eodem. Ponesq; in eo quattuor ordines lapidum. pro quo hebrei legunt. Et implebis in eo impletionem lapidis: quattuor ordines lapidis. Et in eodem. Inclusi auro erūt per ordines suos. pro quo he. le. Inclusi auro erunt in impletionibus suis. Ponitur etiam predicta dictio מָלֵא male. pro initiare vel consecrare. vt Exo. 28. Et cunctorum consecrabis manus. & in eo. Postq̄ initiaueris manus eorum. Et in eodem. 29. Eo quod sit aries consecrationis. & in eodem. De ariete qui initiatus est. Et ī eodem. Arietem autem consecrationis tolles. Et in eodem. Quod si remanserit de carnibus consecratis. Et in eodem. Septem diebus consecrabis manus eorū. Et in eo. 32. Consecrastis manus vestras hodie. Leuit. 8. septem enim dieb9 finitur consecratio. Iudi. 17. Impleuitq; vnius filiorū suorum manum & factus est ei sacerdos. idest initiauit vel consecrauit manum. 3. Regum. 13. quicunq; volebat implebat manū suā & fiebat sacerdos. & inde מְלֵאָה melea. idest plēa. & accipitur etiam pro pregnante cuius venter plenus est. Eccl's. 11. Et qua ratiōe compingantur ossa in ventre p̄gnātis. Accipitur ēt מְלֵאָה melea. pro spica frumento plena. secundū hebreos. pro quo beatus hieronymus transtulit Decimas. Exo. 22. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. proquo he. le. plenitudinem tuam. s. frugum: & lachrimā tuā. i. liquorem vini & olei non tardabis. s. offerre. Nu. 18. Tam de area q̄ de torcularibus. pro quo hebrei legunt. Sicut frumentum de area & sicut plenitudo torcularis. sed beatus hieronymus transtulit sensum.

Plenū eē. Complere. Concidere מְלֹא Plenitudo. Plena multitudo מִלּוֹא Melo. מִלֻּאִים impletiões מָלֵא Cōsecrare. Initiare. מְלֵאָה Pregnās. Decime. Plenitudo.

מַלְאָךְ Angelus.

מַלְאָךְ Malach. nuncius. angelus. De quo vide supra in dictione לְאַךְ Laach.

מָלַח Sale condire. מֶלַח Sal. מְלֵחָה Salsugo. מַלּוּחַ Herbe. מָלַח Deficere. מְמֻלָּח Cōminutū מְלָחִים Panni veteres מַלָּח Nauta.

מָלַח Malach. salire. sale condire. liquefacere. Leuit. 2. quicquid obtuleris sacrificii sale condias. Ezech. 16. Et aqua non es lota in salutem nec sale condita. & inde מֶלַח mēlach. i. sal. Gen̄. 14. Que est mare salis. & in eodem. 19. Versa est in statuam salis. Deut. 29. Sulphure & solis ardore cōburens. Debet legi & salis ardore. & inde מְלֵחָה Melecha. i. salsugo. Iob. 39. Et tabernacula eius in terra salsuginis. Ps. 106. Terram fructiferam in salsuginem. Hiere. 17. In terra salsuginis & inhabitabili. & inde מַלּוּחַ Malfiach. idest herba quedam que in terra salsuginis nascitur: vel quia decliat ad saporem salis. pro quo beatus hieronymus generaliter transtulit herbas. Iob. 30. & mandebant herbas. Item מָלַח Malach. i. liquefacere siue comminuere. vel deficere. Esa. 51 Quia celi sicut fumus deficient. Et inde מְמֻלָּח Memulach. idest cōminutū. Exo. 30. mixtū diligenter & purum. Pro quo hebrei legūt. Cōminutū & purū. sed in trāslatiōe chaldaica est sicut in littera nostra. & inde מְלָחִים Melachim. i. panni cōminuti & triti ex nimia vetustate. Hiere. 38. & tulit inde veteres pannos & antiqua que computruerunt. Et in eo. Pone veteres pannos & hec scissa & putrida sub cubito manuum tuarum. Item מַלָּח Malach. i. nauta seu gubernator nauis. Ezech. 27. Omnes naues maris & naute earum. Ione. 1. Et timuerunt naute.

מָלַט Saluare Euadere Eripere. Liberare.

מָלַט Malat. saluare. liberare. eripere. euadere. parere. Gen̄. 19. salua animam tuam. Et in eodem. Sed in mōte saluum te fac. Et in eo. Nec possum in mōte saluari. Et in eo. Et saluabor in ea. 1. Reg. 27. nōne melius est vt fugiā & saluer in terra philistinorū. Et in eo. Fugiā ergo manus eius. idest euadam manus eius. 2. Reg. 19. Qui saluā fecerunt animā tuā. 3. Reg. 19. Quicunq; fugerit gladium Azael occidet eum hieu: & quicūq; fugerit gladium hieu. i. qui euaserit gladium. Iob. 1. Et euasi ego solus. & in eodem. 19. Et derelicta sunt tantum modo labia circa dentes meos. pro quo hebrei legunt. Et euasi cum pelle dentium meorum. & beatus hieronymus transtulit sensum. Et in eodem. 22. Saluabitur inocēs. p̄s. 106. Et eripuit eos de interinitionibus eorū Eccl's. 9. Et liberauit vrbem per sapientiam suam. Ezech. 17. Nunquid prosperabitur vel consequetur salutem. Et in eodem. Nunquid effugiet. idest euadet. Et in eodem. 33. Animam suam saluabit. Amos. 2. Et robustus non saluabit animam suam. Et in eodem. Et velox pedibus non saluabi

tur. & inde מַלְט Melet. idest crypta vbi homines abscondun tur vt liberentur. Hiere. 43. Et abscondes eos in crypta. Et aliqui hebrei dicunt quod significat fornacem calcis. Significat etiam predicta dictio parere. vt Esa. 66. Antequam veniret partus eius peperit masculum. Et supra in eo. 34. Ibi habuit foueam ericius: & enutriuit catulos. pro quo he. le. Ibi nidificauit ericius: & peperit. Ponitur etiã pro incendere vel accendere. vt Iob. 41. sicut tede ignis accense. sed etiam in predicto loco hebrei legunt. sicut scintille ignis euadunt siue vadunt.

מָלַךְ Malach. regnare. consulere. seu cogitare. Exo. 15. Dominus regnauit in eternum & vltra. Iudi. 9. Impera nobis. pro quo hebrei legunt. Regna super nos. & in codē. veni & impera super nos. 2. Reg. 5. Et quadraginta annis regnauit: in Ebron regnauit super iudam septem annis & sex mensibus: in ierusalem autem regnauit triginta tribus annis. 3. Reg. 11. & regnabis super omnia que desiderat anima tua. 4. Reg. 8. Et octo annis regnauit in ierusalem. Et in eodem. 11. Porro athalia regnauit super terram. Ester. 1. qui regnauit ab india vsque ad ethiopiam. Esa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex. Hiere. 22. Nunquid regnabis. Et in codē. 33. Et regnabit rex. Dan. 9. Qui regnauit super regnum chaldeorum. & inde verbum tertie coniugationis. i. regnare facere siue regem constituere. vt. 1. Reg. 8. Et constitue super eos regem. & in eodem. 11. Et fecerunt ibi regem saul coram domino. Et in eodem. 12. Et constitui super vos regem. Hiere. 37. Quē constituit regem nabuchodonosor. & ide מֶלֶךְ melech. i. rex. Gen. 26. Abiit isaac ad abimelech regem palestinoram. Et in eodem. 36. Antequam haberet regē filii israel. Exo. 1. Et surrexit rex nouus super egyptū ps. 20. Domine in virtute tua letabitur rex. & in lĩgua chaldaica dicitur מַלְכָּא Malca. Dan. 2. rex in sempiternum viue. & in plurali מְלָכִים melachim. i. reges. Gen. 14. & reges qui erant cum eo. Et in eo. quattuor reges aduersus quinque ps. 2. Astiterunt reges terre. reperitur etiã מְלָכִין melachin cum nun in fine loco mem. Prouer. 31. Et vias tuas ad delēdos reges. Et in chaldeo commũiter dicitur מַלְכִין malchin siue מַלְכַיָּא malchaia. Dan. 2. transfert regna atque cõstituit. pro quo hebrei legunt. auferēs reges & constituens reges. Et in eo. Tu rex regũ es. scribitur etiam cum aleph in secunda syllaba quod alias nũcios siue ãgelos significat. 2. Reg. 11. eo tpe quo solent reges ad bella procedere. & in genere feminino מַלְכָּה malca. i. regĩa. Ester. 1. vasthi quoque regina fecit conuiuium. reperitur etiam cum aleph in secunda syllaba & cũ thau in fine: & dr̃ מְלֶאכֶת Melechet. Hiere. 7. Vt faciant placentas regine celi. De quo vide supra in dictiõe לָאַךְ Laach. & i plũ. מְלָכוֹת melachoth. i. regĩe canti. 6. sexaginta sunt regine. Et inde מְלוּכָה melucha. idest regnũ vt. 3. Reg. 10. De sermone autem regni non indicauit ei. & in eo. 11. Et innouemus ibi regnum. scribitur etiam cũ duplici mem in principio & dicitur מַמְלָכָה mamlacha. siue מַמְלֶכֶת mamlecheth. aut מַמְלְכוּת mamlechuth. i. regnum. vt Gen. 10. Fuit autem principiũ regni eius Babylõ. Exo. 19. & vos eritis michi in regnum sacerdotale. Nu. 32. Regnũ seon regis amorreorum. Deut. 3. ciuitates regni og in Basan. Thren. 2. Polluit regnum & pricipes eius. Scribitur etiam cum simplici mem & dicitur מַלְכוּת malchuth. idest regnũ. vt Esdre. 4. & vsque ad regnum darii regis persarum Et in eodem. In regno autem asueri ipse est artaxerxes. ps. 102. Et regnũ ipsius oibus dñabitur. Et in lingua chaldaica dicitur מַלְכוּ Malchu. siue מַלְכוּתָא malchutha. Dan. 2. Regnum & fortitudo & imperium & gloriam dedit tibi. & in eodem. & post te consurget regnum aliud. & in plurali. מַמְלָכוֹת mamlachoth. i. regna. 3. Reg. 10. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. ps. 67. regna terre cantate domino. & in lingua chaldaica dicitur מַלְכְוָתָא malcheuatha. Dan. 2. Comminuet autem & cõsumet vniuersa regna hec Item מָלַךְ Malach. consulere seu cogitare. Nee. 5. Cogitauitque cor meum. & inde מֶלֶךְ malach. quod in lingua chaldaica significat consilium. Dan. 4. Consilium meum placeat tibi. Item מֹלֶךְ molech. nomen idoli. Leuit. 20. si quis dederit de semine suo idolo moloch. Amos. 5. Et portastis tabernaculũ moloch deo vestro. Et beatus hieronymus in explanationibus super predicto loco dicit quod ponitur pro lucifero.

מָלַץ Malas. dulcorare. seu dulcem esse. ps. 118. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua. Et secundum aliquos inde potest deriuari מֵלִיץ melis: quod significat interpretem seu eloquentem. de quo vide supra in dictione לוּץ Los.

מָלַק Malac. scindere. secare. rumpere. Leuit. 1. Et retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco. Et dicunt hebrei quod significat secare vel scindere cum vnguine. vnde in predicto loco ipsi legunt. & vnguine secabit caput eius. Et in eo. 5. Retorquebit caput eius ad pēnulas ita vt collo adhereat & non penitus abrumpatur. pro quo he. le. Et scindet seu secabit caput eius versus collum & non diuidat. Et est idem sensus cum littera nostra.

מִן Min. de. ex. e. a. vel ab. magis. plus. super. ne. non. Gen. 2. Sed fons ascendebat de terra. Et in eodem. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre. Et in codē. 3. Nisi quod ex ligno de quo preceperam tibi vt non comederes comedisti. Et in eodem. 29. Nam ex illo adaquabantur pecora. Ios. 3. A fluuio turbido qui irrigat egyptum. Iudi. 13. Erit enim puer nazareus dei ab infantia sua. Ezech. 39 A die illa & deinceps. Et aliquando scribitur cum lameth in principio. vt Exo. 9. A die qua fundata est. Iob. 36. Repetam scientiam meam a principio. Hiere. 7. A seculo vsque in seculum. scribitur etiam cum iod in fine & dicitur מִנִּי mini siue לְמִנִּי Lemini. Iudi. 5. Ex ephraim delebit eos. Et in eodem. De machir principes descenderunt. Iob. 20. Hoc scio a pricipio ex quo positus est homo super terram. Esa. 46. Qui portamini a meo vtero: qui gestamini a mea vulua. pro quo hebrei legunt. Qui portamini ab vtero: qui gestamini a vulua. potest etiam legi sicut est ĩ littera nostra vt infra dicetur. Mich. 7. Et vsque ad te veniet asur & vsque ad ciuitates munitas. pro quo hebrei legunt. Et vsque ad te veniet ab asur & ciuitates munitas: & a ciuitatibus munitis. & in compositione cũ aliis dictionibus scribitur sine nun cũ sola mem littera. vt Gen. 2. Quia in ipso cessauerat ab omni opere suo. & i eodem. Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientie boni & mali ne comedas. Et in eo. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Et in eodem. quoniam de viro sumpta est. & in eodem. 5. Iste consolabitur nos ab operibus nostris. Exo. 9. Ab homine vsque ad iumentum. Et in eodem. Necdum timeatis dominum deum. pro quo hebrei legunt. Necdum timeatis a facie domini dei. Leuit. 19. Coram cano capite consurges. pro quo hebrei legunt. A facie cani consurges. Deut. 17. De numero fratrum tuorum. Et in eo. 33. Dominus de sion veniet. ps. 8. Ex ore infantium & lactentium. ps. 16. Ab inimicis manus tue domine a paucis de terra. ps. 112. Ex hoc nunc & vsque in seculum. Prouer. 8. Antequam quicque faceret a principio. & in eodem. Ab eterno ordinata sum & ex antiquis. Ezech. 44. que fuerit vidua a sacerdote accipiant. Et aliquando significat plus vel magis: aut magisquã: aut est nota comparationis & tunc iungitur cum nomine cui sit comparatio. Gen. 20. Te ergo ipsum magisquam hos affligemus. Iudi. 5. Benedicta inter mulieres hiael. idest magisquam alias mulieres. Et in eodem. & benedicatur in tabernaculo suo. pro quo hebrei legunt. plusquam mulieres in tabernaculo benedicatur. Ruth. 1. quia vestra angustia magis me premit. Pro quo hebrei legunt. quia amaritudo est mihi magis quam vobis. Potest etiam legi sic. quia amaritudo est mihi ex vobis. idest ex vestra angustia. & tunc erit idem sensus cum littera nostra. ps. 30. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium. ps. 44. Pre consortibus tuis. idest magis quam consortes tuos. ps. 118. Sup omnes docentes me intellexi. & in eodem. Super senes intellexi. Prouer. 8. Melior est fructus meus auro & lapide precioso: & genimina mea argento electo. Eccls. 7. Melius est nomen bonum quam vnguenta preciosa. Et in eo. 9. Melius est canis viuus leone mortuo. Ponitur etiam aliquando pro ne vel non. vt Gen. 31. Caue ne quicquam aspere loquaris cum iacob. pro quo hebrei legunt. Caue de loquendo cum iacob. 1. Reg. 15. Abiecit te dominus ne sis rex. Et in codē. 25. Ita vt nemo possit ei loqui. 3. Reg. 15. Ne esset priceps in sacris priapi. Ps. 82. Disperdamus eos de gente. idest ne sit gens. Esa. 5. Ne pluant super eam imbrem. Ezech. 16. & desines fornicari. pro quo hebrei legunt. Et desinere te faciam a meretrice. idest ne sis meretrix. Deut. 33. Et qui oderunt eum non consurgunt: vbi ponitur מִן min pro non. & sic est etiam in translatione chaldaica. põitur etiam aliquã do pro in. vt Esa. 55. Non erit ibi amplius infans dierum. Pro quo hebrei legunt. Non erit inibi amplius infans dierum. & similiter. Deut. 33. Dominus de sina venit. Pro quo ipsi legunt. Dominus in sina venit. ps. 67. A templo tuo in ierusalem tibi offerent reges munera. pro quo hebrei legunt. In templum tuum in ierusalem. idest quod est in ierusalem. Est etiam aliquando quasi syllabica adiectio. Et ideo omittitur in nostra translatione. Gen. 49. Aser pinguis est panis eius. Vbi preponitur huic dictioni aser. scilicet de Aser pinguis est panis eius. & in eodem. Deus patris tui erit adiutor tuus. vbi pro eo quod in littera nostra est deus in hebreo habetur מֵאֵל Meel. quod significat de deo. Leuit. 23. Altero die sabbati. vbi preponitur huic dictioni altero: ac si diceret. De altero die sabbati. 4. Reg. 18. Et nõ penitus iumenta intereant. vbi preponitur huic dictioni iumenta. Hiere. 10. Non est similis tui domine. pro quo in hebreo legitur. De non est similis tui domine. Hiere. 17. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens. vbi preponitur huic dictioni pastorem. Pro quo hebrei legunt. Et ego nõ sum turbatus de pastore post te siue de pascendo post te. Aggei. 2. Antequam poneretur lapis in templo domini. Pro quo in hebreo legitur. De antequam poneretur lapis in templo domini. & quando componitur predicta dictio cum pronominibus tunc duplicatur littera mem hoc modo. מִמֶּנִּי Mimeni. idest a me. siue de me aut ex me. Ps. 2. postula a me. Reperitur etiam aliquando cum simplici mem & dicitur מִנִּי mini. seu מֶנִּי Meni. idest a me. Iob. 16. Si tacuero non recedet a me. Et in eodem. 21. Consilium impiorum longe sit a me. ps. 64. verba iniquorum preualuerũt super nos. pro quo hebrei legunt. verba iniquorum preualuerunt a me. idest plusquam me vel super me. Esa. 22. Recedite a me amare flebo. & in eodem. 30. vt faceretis consilium & non ex me. Et in eodem. 38. Et conuoluta est a me. מִמְּךָ Mimecha. idest a te. Exo. 8. vt abigantur rane a te. מִמֶּנּוּ mimenu. i. ab eo. siue de eo aut a nobis. vt Gen. 2. In quacunque enim die comederis ex eo. Et in eodem. 23. nullusque te prohibere poterit. pro quo he. le. nullus ex nobis sepulchrũ suum prohibebit a te. Reperitur etiã מִנְהוּ menhu. siue מִנֵּהוּ minehu. Iob. 4. Suscepit auris mea venas susurri eius. pro quo hebrei legunt. Et suscepit auris mea parum ex eo. Ps. 67. Ex inimicis ab ipso. Et in genere feminino scribitur cum he ĩ fine: & dicitur מִמֶּנָּה mimena. idest ab ea siue de ea aut ex illa. vt Gen. 30. & habeam ex illa filios. reperitur ēt מִמֶּנּוּ mimenu in genere feminino. Iudi. 11. Non enim habebat alios liberos. pro quo in hebreo legitur. non erat ei ex ea filius aut filia. idest preter eã. מִכֶּם michem: siue מִמְּכֶם Mimechem. idest a vobis siue de vobis. מֵהֶם mehem. idest ab eis siue de eis. Et aliquando scribitur cum littera nun & dicitur מִנְּהֶם minhem. Iob. 11. Et effugium peribit ab eis. Item מִן min. significat quoddam genus instrumẽti musici & reperitur in numero plurali. scilicet מִנִּים minim. pro quo beatus hieronymus trãstulit chordas. Ps. 150. Laudate eũ in chordis & organo. Itē מַן man. in lingua chaldaica significat quis siue quicunque. Dan. 3. Si quis autem non prostratus adorauerit. Et in eodem. quis est deus qui eripiet vos de manu mea. Item מָן man. idest mana cibus quo aliti sũt hebrei in deserto. De quo vide in dictione sequenti.

מָנָה Mana. numerare. constituere. decernere. parare. seu preparare. Gen. 15. Sic erit semē tuum. pro quo hebrei legunt. Sic semen tuum numerabitur. 2. Reg. 24. vade numera israel & iudã. 3. Reg. 20. Instaura numerum militum qui ceciderunt. Iob. 7. Et noctes laboriosas enumeraui mihi. ps. 89. Dinumerare dexteram tuam sic notum fac. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit vt numerentur dies nostri sic ostende. Esa. 65. Numerabo vos in gladio. & inde מְנִי meni. idest numerus. vt supra in eodem. Et libatis super ea. pro quo in hebreo habetur. Et impletis meni libamine. & dicunt aliqui hebrei quod meni in predicto loco significat certam cõstellationem seu certũ numerum stellarum quibus sacrificabant. Alii vero dicunt quod significat septem planetas; vnde. lxx. interpretes vt refert beatus hieronymus super predicto loco sic transtulerunt. Et impletis demoni poculum. Alii vero dicũt quod significat numerum. vnde sequitur in textu numerabo vos gladio: vbi alludit scriptura ad pdictã dictionē meni: more suo. Et inde מָנֶה mana: quod significat genus ponderis quod cõtinet certum numerum vnciarum. pro quo translatio nostra ipsum nomen hebraicũ posuit. Ezech. 45. viginti sicli & viginti quinque sicli & quindecim sicli mnam faciunt. & in plurali מָנִים manim. Esdre. 2. Argenti mnas quinque millia Nee. 7. Et argenti minas duo millia. & inde מֹנִים monim. Pro quo btũs hiero. transtulit vices. Gen. 31. mutauit mercedē meã decē vicibus. Item מָנָה mana. idest constituere siue preparare. 1. Paralip. 9. Et qui credita habebant vtensilia sanctuarii. pro quo hebrei legunt. qui erant constituti sup vasa sanctuari. Dan. 1. Et constituit eis annonam. & in codē qui constituit vobis cibum & potum. Et in eodem. Et dixit daniel ad malasar quem constituit princeps eunuchorũ Scribitur etiam sine he. Ione. 2. Et preparauit dominus piscem grandem. & in eodem. 4. Et preparauit dominus deus hederam. & in eodem. Et parauit deus vermem. & inde מָנָה mama. idest munus. pars. portio constituta seu debita. Leuit. 8. In partem suam sicut preceperat dominus. ps. 15. Dominus pars hereditatis mee. Ps. 62. pars vulpium erũt Et in plurali מָנוֹת manoth. Ester. 2. Et traderet ei partes suas. & in eodem. 9. Et mittent sibi mutuo partes epularum & ciborum. & aliquando scribitur cum iod ĩ fine & dicitur מְנָיוֹת menaioth. idest partes seu munera. Nee. 12. Dabãt partes cantoribus & ianitoribus. Scribitur etiam cum aleph & dicitur מְנָאוֹת menaoth. vt supra in eodem. In deco

re gratiarum actione sacerdotes & leuitas. pro quo hebrei legunt. Munera seu partes pro gratiarum actione sacerdotibus & leuitis. & inde מָן man. idest cibus quo hebrei in deserto aliti sunt: quasi munere eis dato desuper. Exo. 16. Appellauitq; domus israel nomen eius man. Nee. 9. Et mana tuum non prohibuisti ab ore eorum. Et secundum translationem nostram מָן man interrogãtis particula est: & significat quid siue quis. Exo. 16. Dixerunt ad inuicem מָן הוּא man hu. quod significat quid est hoc. tamen in hebreo nõ habetur quod significat quid est hoc: sed ẽ expositio trãslatoris: quia sequitur in textu. Ignorabant enim quid esset. Ps. 60. misericordiam & veritatem eius quis requiret. vbi pro eo quod in littera nostra est quis in hebreo habetur מָן man. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco significat preparationem. Sed in lingua chaldaica communiter est dictio interrogatiua. vt dictum est in dictione precedenti.

מִנְחָה mincha. munus. oblatio. sacrificium. Geñ. 43. Et deferte viro munera. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet munus. & in eo. Tulerunt ergo viri munera. & in eodem. Illi vero parabant munera. Iudi. 3. miseruntq; filii israel per illum munera. Ponitur etiam pro sacrificio vł oblatione. Leuit. 2. Anima cum obtulerit oblationem sacrificii dño. & in eo. Omnis oblatio que offertur domino absq; fermento fiet. & in eodem. 7. Et omne sacrificium simile quod coquitur in clibano. Nu. 16. Ne respicias sacrificia eorum. 3. Reg. 18. Cumq; iam tempus esset vt offerret holocaustum. idest sacrificium vespertinum. Esdre. 9. Et ego sedebam tristis vsq; ad sacrificium vespertinũ. ps. 140 Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

מְנִכָא menicha. in lingua chaldaica significat torquẽ. Dañ. 5. Et torquem auream habebit in collo.

מָנַע manaa. priuare. vetare. prohibere. desinere. abscondere. celare. Geñ. 30. Qui priuauit te fructu ventris tui. Nu. 22. Ne cuncteris venire ad me. Pro quo hebrei legunt, Ne prohibearis siue ne desinas venire ad me. Et in eo. Deus priuauit te honore. 1. Reg. 25. Qui prohibuit te ne venires in sanguinem. 2. Reg. 13. Et non negabit me tibi. idest non prohibebit vel non vetabit me tibi. Iob. 38. Auferetur ab impiis lux sua. Pro quo hebrei legunt. Et priuabitur seu prohibebitur ab impiis lux eorum: ps. 20. & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. idest non priuasti vel prohibuisti. ps. 83. Non priuabit bonis eos qui ãbulant in innocentia. Prouer. 1. Prohibe pedem tuum a semitis eorum. & in eodem. 3. Noli prohibere benefacere. Hiere. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate. Et in eodem. 5. Et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis. Ezech. 31. Et prohibui flumina eorum. Ioel. 1. Quoniam interiit de domo dei vestri sacrificium & libatio. Pro quo hebrei legunt. Quoniam ꝓhibitum est de domo dei vestri sacrificium. ponitur etiam pro celare vel abscondere. Iob. 20. & celabit in gutture suo. Prouer. 11. Qui abscondit frumentum maledicetur in populis. Hiere. 42. Nec celabo vos quicquam.

מָנוֹר Manor. Liciatorium. idest lignum quo tela circũuoluitur. 1. Reg. 17. Hastile autem eius erat quasi liciatorium texentium. Item מְנֹרָה Menora. idest candelabrum. De quo vide infra in dictione נור Nur.

מַס Mas. Tributum. vectigal. De quo vide in dictione sequenti.

מָסַס Masas. Dissoluere. liquefacere. tabefacere. terrere. Perterrere. ꝑtimescere. seu terrore vel pauore dissolui. Exo. 16. Cumq; incaluisset sol: liquefiebat. Ios. 2. Et elanguit cor nostrum. Pro quo hebrei legunt, Et dissolutum est cor nostrum. scilicet pauore. Et in eodem. 7. Pertimuitq; cor populi. idest pauore dissolutum est. vel liquefactum est. vnde sequitur & ad instar aque liquefactum ẽ. vbi vtrũq; significatum ponitur in translatione nostra pro vno verbo hebraico. Nam in hebreo sic legitur. Et dissolutum seu liquefactum est cor populi & fuit sicut aqua. Iudi. 15. Ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt & soluta. idest dissoluta. 2. Reg. 17. Et fortissimus quisq; cuius cor est quasi leonis pauore soluetur. Iob. 6. Qui tollit ab amico suo misericordiam. Pro quo hebrei legunt. Qui dissoluit ab amico suo misericordiam. ps. 57. Ad nihilum deuenient tanquã aqua decurrens. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Dissoluantur sicut aque que defluunt. Et in eodem. Sicut cera que fluit auferentur. idest que dissoluitur vel liquefit. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Sicut testudo que liquefit vel dissoluitur Vnde beatus hieronymꝰ in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ transtulit. Sicut vermis tabefactus pertranseant. Esa. 64 Sicut exustio ignis tabescerent. Michee. 1. Et consumentur montes sub eo. Pro quo hebrei legunt. Et dissoluentur vł tabescent montes sub eo. vide etiam de hoc in dictione sequenti. Ponitur etiam pro terrere vel pertimescere. Deut. 1. Nuncii terruerunt cor nostrum. Esa. 10. Et erit terrore ꝓfugus. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et erit quasi dissoluens signiferum: Nam quando signifer dissoluitur tunc totus exercitus dissoluitur & dissipatur. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide infra in dictione נָסַס Nasas. & inde מַס Mas. idest tributum. census. vectigal. inditio. Geñ. 49. Et erit tributis seruiens. Exo. 1. Preposuit itaq; eis magistros operum. Pro quo hebrei legunt. Et preposuerunt eis principes censuum seu tributorum. 3. Reg. 5. Et erat inditio triginta millia virorum. Et in eodem. Et adoniram erat super huiuscemodi inditionem. Esa. 31. Et iuuenes eius vectigales erunt. Threñ. 1. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. & inde מִסָּה Missa. idest oblatio. Que fit deo propter debitum munus personale. & scribitur cum thau in fine loco he ratione genitiui sequentis. Deut. 16. Oblationem spontaneam manus tue quam offeres iuxta benedictionem. Quod nomen vt quidam dicunt: nos christiani in sacrificio nostro impositum retinuimus vt a nobis appelletur missa: cum hoc nomen nec grecum nec latinum esse videatur: sed potius ab hebreis mutuatum.

מָסָה Masa. dissoluere. Liquefacere. tabefacere. sicut dictio precedens. Ios. 14. Dissoluerunt cor populi. Ps. 6. lachrymis meis stratum meum rigabo. ꝓ quo hebrei legũt Lachrymis meis stratum meum liquefaciam seu dissoluã vel tabefaciam. Ps. 36. Et tabescere fecisti sicut aranea animam eius.

מָסַךְ masach. miscere. libare. Ps. 101. Et poculum meum cum fletu miscebam. Prouer. 9. miscuit vinum suum. Et in eodem. Bibite vinum quod miscui. Esa. 5. Et viros fortes ad miscendam ebrietatem. Et in eodem. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. Et inde מֶסֶךְ mesech. idest mixtum seu libamen. ps. 74. Plenus mixto. Scribitur etiam cum duplici mem & dicitur מִמְסָךְ mimsach. prouer. 23. Et student calicibus epotandis. Pro quo hebrei legunt. Venientibus ad requirendam mixtionem. idest vinum mixtum. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Esa. 65. Qui ordinatis fortune mensam & libatis super eam. Pro quo hebrei legunt. Et impletis numerum mixtione siue libamine. Vide etiam de hoc infra in dictione נָסַךְ Nasach. Item מָסָךְ masach. idest coopcrimentum seu tentorium. Exodi. 26. Facies & tentorium

munera. מָן man. mana. מָן Quid. Quis. מִנְחָה munus. Oblatio Sacrificiũ מְנִיכָא Torques. מָנַע Priuare. Prohibere Auferre. abscondere Celare. מָנֹר Liciatoriũ מְנֹרָה מַס Tributum מָסַס Liquefacere. dissolui pauore. ꝑtimescere. Dissipare. Solui. Pauore solui. Dissoluere Liquefieri Tabescere Terrere. מַס Tributum Census Inditio. Vectigal. מִסָּה Oblatio. מָסָה Dissoluere. Liquefacere. Tabescere מָסַךְ miscere. מֶסֶךְ mixtum. מִמְסָךְ Libare מָסָךְ tentorium

in introitu tabernaculi. Esa. 22. & reuelabitur operimentum iude. Ezech. 28. Omnis lapis preciosus opimẽtũ tuũ.

מָסַר Masar. tradere. delegare. Nu. 31. Dederũtq; millenos de singulis tribubus. pro quo hebrei legunt. & traditi sunt seu delegati sunt de millibus israel mille per singulos tribus. Et in eo. Et preuaricari vos fecerunt in dominum. pro quo hebrei legunt. vt traderent preuaricationẽ in dominum. & in lingua chaldaica communiter significat tradere.

מָעַד maad. labi. vacillare. nutare. deficere. infirmari. 2. Regũ. 22. Et non deficient tali mei. pro quo hebrei legunt. & non labantur tali mei. Ps. 17. Et non sunt infirmata vestigia mea. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit & non deficient tali mei. ps. 25. Et in domino sperans non infirmabor. pro quo beatus hieronymus transtulit. & in domino sperans non deficiam. Ps. 36. non supplantabuntur gressus eius. pro quo beatus hieronymus transtulit. non deficient gressus eius. i. nõ vacillabunt seu non labentur. ps. 68. Et dorsum eorum semper incurua. Pro quo hebrei legunt. & lumbos eorum semper fac nutare seu vacillare. Prouer. 25. & pes lapsus. & inde מוֹעֲדֵי Moade. i. lubricationes seu lapsus. Iob. 12. Parata ad tempus statutum. pro quo hebrei legunt. parata ad lubricationes seu lapsus pedis. potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione יָעַד Iaad.

מֵעָה Meaa. viscera. intestina. venter. vterus. Et solum inuenitur in numero plurali. scilicet מֵעִים meaim. siue מְעֵי Mee. Nu. 5. Ingrediantur aque maledicte iste in vẽtrẽ tuum. ps. 39. Et legem tuam in medio cordis mei. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. In medio ventris mei. Ps. 70. De ventre matris mee tu es protector meus. Canti. 5. Venter eius eburneus. Esa. 16. Venter meus ad moab quasi cithara sonabit. & in eo. 38. & stirps vteri tui vt lapilli eius. pro quo hebrei legũt Et stirps vteri tui sicut vteri eius. idest sicut stirps vteri eiꝰ. Vbi bis ponitur eadem dictio. & dicunt hebrei ꝙ per stirpẽ vteri eius. scilicet maris: significantur pisces. sed in translatiõe chaldaica est sicut in littera nr̃a. & in eo. 36. Multitudo viscerũ tuorũ & miserationũ tuarũ super me continuerũt se. Hiere. 4. ventrẽ meũ doleo. & in eo. 31. Idcirco cõturbata sunt viscera mea super eũ. Threñ. 1. Venter meus cõturbatus est. Ione. 2. Et orauit ionas ad dominum deum suũ de ventre piscis.

מָעַט Maat. minuere. diminuere. minorare. seu minus facere. paruum seu minorem esse. decrescere. Geñ. 32. minor sum cũctis miserationibus tuis. Exo. 16. nec qui minus parauerat reperit minus. & in eo. 30. pauper nil minuet. Leuit. 25. quanto minus temporis numeraueris: tanto minoris et emptio constabit. pro quo hebrei legunt. secundũ paucitatẽ annorũ minues emptionẽ eius. & in eo. 26. & ad paucitatem cuncta redigent. idest cuncta minuent. ps. 106. Et iumenta eorum non minorabit. Prouer. 13. substantia festinata diminuetur. Eccl's. 12. Et ociose erunt molẽtes in minuto numero. pro quo hebrei legunt. & ociose erũt molentes: quia imminute sunt. Hiere. 10. Ne forte ad nihilũ redigas me. pro quo hebrei legunt. ne forte minuas me. & in eodẽ. 30. Et multiplicabo eos & non minuentur. Ezech. 29. & imminuam eos ne imperent gentibus: & inde מְעַט Meaat. idest minus. parum. pauxillum. modicũ. paucũ. siue paucitas. Geñ. 18. Sed afferam pauxillum aque. Et in eodem. 24. Pauxillum aque mihi ad bibendum prebe. Nu. 16. Nunquid parum vobis est ꝙ separauerit vos deus israel. Iob. 10. Nunquid nõ paucitas dierum meorum finietur breui. Ezech. 11. Et ero eis in sanctificationem modicam. Et in plurali. מְעַטִּים meatim. Ps. 108. fiant dies eius pauci. Eccl's. 4. Idcirco sint sermones tui pauci. & quando preponitur ei littera caph. tunc significat parum siue pene. Geñ. 25. potuit coire quispiam de populo cum vxore tua. Pro quo hebrei legunt. Quasi parum. idest pene coisset vnus de populo cum vxore tua. Ps. 72. mei autem pene moti sũt pedes. Prouer. 5. Pene fui in omni malo.

מָעַךְ maach. conterere. concassare. subigere. comprimere. figere. Leuit. 22. Omne animal quod vel contritis. Ezech. 24. Ibi subacta sunt vbera earum. Pro quo hebrei legunt. Ibi confregerunt seu compresserunt vbera earum. significat etiam figere. vt. 1. Regum. 26. Et hastam fixam in terra.

מָעַל maal. preuaricari. transgredi. preterire. scilicet mãdatum. contemnere. Leuit. 5. Anima si preuaricans ceremonias domini. Et in eodem. 6. Et contempto domino negauerit proximo suo depositum. pro quo he. le. Et preuaricatus fuerit preuaricationem in dominum. Ios. 7. Filii autem israel preuaricati sunt mandatum. & in eo. 22. nõne Achan filius zare preteriit mandatum domini. prouer. 16. In iudicio non errabit os eius. idest non transgredietur vel non preteribit os eius. 2. Paralip. 28. Et contemptum habuisset dominum. & inde מַעַל maal. idest preuaricatio vel transgressio. Ios. 22. que est ista transgressio. & in eodem. Si preuaricationis animo hoc altare construximus. Ponitur etiam pro mendacio seu pro eo quod repugnat veritati. Iob. 21. Cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati. Item מְעִיל meil. idest tunica seu pallium. Exo. 28: Tunicam & lineam strictam. Et in eodem. facies & tunicam superhumeralis totam hiacinthinã. 1. Reg. 2. & tunicam paruam faciebat ei mater sua. Esdre. 9. Scidi pallium meum & tunicam. ps. 108. Et operiantur sicut diploide. idest sicut pallio. Et in plurali. מְעִילִים meilim. 2. Reg. 13. Huiuscemodi enim filie regis virgines vestibus vtebãtur. idest tunicis huiuscemodi.

מַעַן maan. preposita littera lamed dicitur לְמַעַן lemaan: & significat propter. propterea. propterquod. vt. ideo. idcirco. Geñ. 18. Vt adducat dominus propter Abraam omnia que locutus est ad eum. Exo. 16. Vt tentem eum. Leuit. 17. Ideo sacerdoti offerre debent filii israel. Iob. 18. Nunquid propter te derelinquetur terra. Ps. 5. Propter inimicos meos. ps. 6. Et saluum me fac propter misericordiam tuam. Ps. 129. Et propter legem tuam sustinui te domine. Prouer. 16. vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Esa. 38. Propter me & propter dauid seruum meũ. Ezech. 36. Non propter vos ego faciam.

מְעָר maar. spelunca. & recipit he in fine & dicitur מְעָרָה meaara. Geñ. 19. Et mansit in spelunca. Et ĩ eo. 23. vt det mihi speluncam duplicem. 2. Reg. 23. Et venerunt tempore messis ad dauid in speluncam odolam. Et in plurali מְעָרוֹת meaaroth. Iudi. 6. Feceruntq; sibi antra & spelũcas. Esa. 32. Tenebre & palpatio facte sunt super speluncas. Itẽ מַעַר maar. idest incastratura siue sculptura. pro quo beatus hieronymus transtulit similitudinem. 3. Reg. 7. Quasi in similitudinem hominis stantis. vide etiam de hoc infra in dictione עָרָה Ara.

מַץ Mas. azymum. litis. iurgium. & recipit he in fine quod denotat genus femininum: & dicitur מַצָּה masa. Leuit. 2. Simile consperse oleo & absq; fermento. idest azymum. Et in plu. מַצּוֹת Masoth. idest azyma. Geñ. 19. Et coxit azyma & comederunt. Exo. 12. Septẽ diebus azyma comedetis. Et in eo. 29. Et lagana azyma. Itẽ מַצָּה masa

מָסַר Tradere. מָעַד Deficere. Labi. Infirmari Vacillare מוֹעֲדֵי Lubricationes. מֵעָה מֵעִים מְעֵי Venter. Vterus. Viscera. מְעַט Minorẽ eẽ. Minus parare. Minuere. Ad paucitatem redigere. Minorare Minuere. מְעַט Pauxillũ Parum. Paucitas modica מְעַטִּים Pauci. Pene. מָעַךְ Conterere Subigere Figere. מָעַל ꝓuaricari Preterire mandatum Trãsgredi Cõtẽnere. מַעַל Transgressio. Preuaricatio. Repugnãs veritati. מְעִיל Tunica Pallium. מְעִילִים Tunice. מַעַן לְמַעַן Vt. Ideo. Propter. מְעָר מְעָרָה Spelũca. מְעָרוֹת Spelũce. מַעַר Similitudo. מַץ מַצָּה Azymum מַצּוֹת Azyma מַצָּה

idest lis, seu contentio. Esa. 58. Ecce ad lites & contentiões ieiunatis. & de hoc vide infra in dictione נצה Nasa. Itē מץ Mos. idest puluis seu stipula. De quo vide supra in dictiõe מיץ Mos. cum vau in medio dictionis.

מצץ Masas. sugere. mulgere. & scribitur cum simplici sadic. Esa. 66. vt mulgeatis & delitiis affluatis. vide etiam de hoc supra in dictione מיץ Mis.

מצא Masa. inuenire. reperire. sufficere. seu sufficientiam prebere. accidere. Geñ. 19. Ita vt ostium inuenire nõ possent. Et in eodem. 26. Et repererunt aquam viuam. Et in eodem. 37. Inuenitq; eum vir. Et in eodem. 38. Non inueni eam. Et in eodem. 44. Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum. Exo. 22. Si inuentum fuerit apud eum. Et in eodem. 33. Quia inuenisti gratiam coram me. Leuit. 25. si nõ inuenerit manus eius vt reddat precium. Iosu. 2. Querentes per omnem viam non repererũt eos. Iudi. 14. quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuii. pro quo hebrei legunt. Si annunciaueritis mihi in septem diebus conuiuii & inueneritis. s. eius solutionem. 1. Reg. 13. Et non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi. Et in eodẽ. 20. vade & affer mihi sagittas. pro quo hebrei legunt. vade inueni sagittas. 2. Reg. 18. Non eris boni nuncii baiulus. pro quo he. le. Et tibi non est annunciatio inuenta. i. non est sufficiens vel conueniens tibi ista annũciatio. 4. Reg. 7. scelere arguemur. Pro quo hebrei legunt. Et inueniet nos scelus. Ester. 4. Congrega omnes iudeos quos in susis reperies. Ps. 31. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Pro hac orabit omnis misericors ad te tempus inueniẽs. Prouer. 3. Et inuenies gratiam & disciplinã bonã. & in eo. 4. vita enim sunt inuenientibus ea. Et in eo. 8. Et equi inuenientibus scientiam. Et in eo. Qui me inuenerit inueniet vitã. Eccles. 7. Et inueni amariorem morte mulierem. Esa. 13. Omnis qui inuentus fuerit occidetur. Et in eo. 55. Querite dominum dum inueniri potest. Hiere. 5. Quia inuenti sunt in populo meo impii. Et in eo. 6. Et inuenietis requiẽ animabus vestris. Et in eodem. 10. Et tribulabo eos ita vt inueniantur. scilicet ab aduersariis. Hiere. 31. Inuenit gratiam in deserto. Significat etiam sufficere. Nu. 11. Vt possit sufficere ad cibum. Et i eo. Vt eos faciant. Pro quo hebrei legũt. Vt sufficiat eis. Deut. 32. Inuenit eum in terra deserta. Pro quo hebrei legũt. sufficit ei in terra deserta. idest sufficientiam cibi & indumẽti ei prebuit. Et sic est in translatione chaldaica. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Iosu. 17. Nõ poterimus ad mõtana conscendere. pro quo hebrei legunt. Non sufficiet nobis mons. Zach. 10. Et non inuenietur eis locus. Pro quo hebrei legunt. Et non sufficiet eis. Potest etiam legi sicut ẽ in littera nostra. Item ponitur pro accidere. Geñ. 42. Et narrauerunt ei omnia que accidissent sibi. Pro quo hebrei legunt. Et narrauerunt ei omnia accidentia que accidisset sibi. Exo. 19. Vniuersumq; laborem qui accidisset eis in itinere. Deut. 31. Et inuenient eum omnia mala. idest accident ei omnia mala. & inde verbum tertie coniugationis. idest inuenire facere. Pro quo beatus hieronymus transtulit. offerre siue tradere aut reddere. Leuit. 9. Obtulerũt ei filii sui sanguinem eius. Et in eodem. Cum capite & membris singulis obtulerunt. 2. Reg. 3. Et non tradidi te in manu dauid. Iob. 34. & iuxta vias singulorum restituet eis. idest reddet. Zach. 11. Ecce ego tradam homines vnumquenq; in manu proximi sui.

מצד Masad. obsidere. Esa. 29. Et omnes qui militauerunt & obsiderunt & vallauerunt eam. & inde מצד mesad idest fortalicium. arx. munitio. presidium. locus tutissimus seu firmissimus: aut inacessibilis. refugiũ. 1. Paralip. 11. Habitauit aũt dauid in arce. Et communiter scribitur cum he in fine & dicitur מצודה mesuda. 1. Reg. 22. Cunctis diebus quibus dauid fuit in presidio. Et in eodem. noli manere in presidio. Et in eodem. 24. Et dauid & viri eius ascenderũt ad tutiora loca. 2. Reg. 5. Cepit autem dauid arcem sion. 1. Paralip. 11. Porro dauid cepit arcem sion. Iob. 39. Atq; inaccessis rupibus. ps. 17. Dominus firmamentum meum & refugium meum. ps. 30. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Quia petra mea & munitio mea tu es. Et in plurali מצדות mesudoth. siue mesadoth. Iudi. 6. Et munitissima ad repugnandum loca. 1. Reg. 23. morabatur autem dauid in deserto i locis firmissimis. Et in eodem. In locis tutissimis silue. Ps. 31. Et in domum refugii. Quod in hebreo legitur in plurali. scilicet in domum munitionum. Esa. 33. monumenta saxorum sublimitas eius. reperitur etiam מצודים mesodim. secundũ terminationem masculinorum. vt Eccles. 9. Struxitq; munitiones. Ponitur etiam pro laqueo venatorum seu hamo. Eccles. 7. Que laqueus venatorum est. & in eo. 9. Sicut pisces capiuntur hamo.

מצה masa. premere. exprimere. decurrere facere. Iudi. 6. Expresso vellere cõcham rore impleuit. ps. 74. verũ tamen fex eius non est exinanita: bibet omnes peccatores terre. Pro quo he. le. veruntamen feces eius exprimẽt: bibent omnes peccatores terre. idest potabunt vsq; ad fundũ calicis. vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. veruntamen feces eius potabũt bibentes omnes impii terre. Esa. 51. Bibisti & potasti vsq; ad feces. vbi ponitur pro eo quod in littera nostra est potasti vsq; ad feces. Cuius passiuum habetur. Leuit. 1. vbi dicitur. Decurrere faciet sanguinem sup crepidinem altaris. pro quo hebrei legunt. Et exprimatur sanguis eius super parietem altaris. sed beatus hieronymus transtulit sensum. & in eodem. 5. quidquid autem reliquum fuerit faciet distillare ad fundamentum eius. idest faciet decurrere. Pro quo hebrei legunt. Exprimatur ad fundamentum altaris. Ps. 72. Et dies pleni inuenientur in eis. pro quo hebrei legunt. & aque plene exprimentur eis. quod hebrei exponunt pro multitudine lachrymarum que distillabunt seu decurrent ab oculis eorum. Sed si scribatur cum littera aleph tunc significat inuenire. sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictione מצא masa. cum aleph in fine. & in dictione מצים maim.

מצח mesach. frons. Exo. 28. Et erit super thiaram imminens fronti pontificis Esa. 48. Et frons tua erea. Ezech. 3. Et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Et in plurali מצחות mischoth. Ezech. 9. Super frontes virorum gemẽtium. Item מצחה mischa. idest ocrea. genus armature 1. Reg. 17. & ocreas ereas habebat in cruribus.

מצר mesar. tribulatio. angustia. siue locus angustus. Ps. 117. De tribulatione inuocaui dominum. Et in plurali מצרים mesarim: siue מצרי mesare. ps. 115. Et pericula inferni inuenerunt me. idest tribulationes inferni. Et beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et munitiones inferni inuenerunt me. Quod etiam potest legi vt infra dicetur in dictione צור Sur. Threñ. 1. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

מק mac. fetor. seu fauilla. De quo vide in dictione sequenti.

מקק Macac. tabescere. cõtabescere. vel iterire facere. & scribitur cũ simplici coph. Leuit. 26. Tabescent in iniquitatibus suis. Esa. 34. Et tabescet ois militia celorũ. Ezech. 4. Et contabescat in iniquitatibus suis. & in eodem. 33. Et in ipsis nos tabescimus. Zach. 14. Tabescet caro vniuscuiusq; stantis super pedes suos & oculi eius cõtabescẽt in foraminibus suis: & lingua eorum cõtabescet in ore eorũ. & inde מק Mac. i. putredo. fetor. Esa. 3. Pro suaui odore fetor. In alio vero loco beatus Hieronymus transtulit fauillã. vt in eodẽ 5. Sic radix eorum quasi fauilla.

מקל Macel: siue מקל Macal. virga. baculus. Geñ. 30. Tollẽs ergo iacob virgas populeas. & in eodem. Oues in tuerentur virgas. & in eodem. 32. In baculo meo transiui iordanem. Hiere. 1. Virgam vigilantem ego video. & in eodem. 48. Baculus gloriosus. Ezech. 38. Arcum & sagittam & baculos manuũ. Osee. 4. Et baculus eius annunciauit ei.

מקם Macom. locus. Exo. 20. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Et de hoc vide infra in dictione קום Cum.

מר Mar. stilla. amaritudo. myrrha. Esa. 40. Ecce gẽtes quasi stilla situle. Significat etiam amaritudinem siue amarum. De quo vide in dictione sequenti. Item מר mor. idest myrrha. De quo vide supra in dictione מור mor cum vau in medio dictionis. Item מר siue מרא mare in lingua chaldaica significat dominum seu dominantem. Dañ. 2. Deus deorum est & dominus regum. Et in eodem. 4. Domine mi somnium his qui te oderunt.

מרר Marar. amaricare. amarum esse. Ad amaritudinẽ perducere seu prouocare. exacerbare. rebellare. mutare seu immutare. Exo. 1. Atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum. Et in eodem. 15. Eo quod essent amare. 1. Regum. 30. Quia amara erat anima vniuscuiusq; viri. Ruth. 1. Quia amaritudine repleuit me valde omnipotens. Iob. 27. Ad amaritudinem adduxit animam meam. Esa. 22. recedite a me amare flebo. pro quo hebrei legunt. dimittite me amaricabor i fletu siue amara ero in fletu. Et in eo. 24. Amara erit potio bibentibus. Zach. 11. Et plangẽt eũ plãctu quasi super vnigenitum. Pro quo hebrei legunt. & amaricare super eum quasi amaricare super vnigenitum. idest amare plangent super eum: sicut amare plangitur super vnigenitum. & inde מר Mar. siue מרה Mara. idest amaritudo siue amarus aut amara. Exo. 15. Vocans eum mara. idest amaritudinẽ. Ruth. 1. Quia vestra angustia magis me premit. Pro quo hebrei legunt. quia amaritudo est mihi valde magis quã vobis. Potest etiam legi sic. Quia amaritudo ẽ mihi valde ex vobis. idest ex vestra angustia. Ester. 4. ostẽdens amaritudinem suam. Prouer. 5. Nouissima autem illius amara quasi absinthium. Esa. 38. In amaritudine anime mee. Et in eodem. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Hiere. 2. quia malum & amarum est reliquisse te dominum deum tuum. Scribitur etiam מרא Mara cum aleph in fine loco he. Ruth. 1. Sed vocate me mara. idest amaram. Scribitur etiam cum tau in fine & dicitur מרת Morath. 1. Reg. 1. Cum esset amaro animo. Prouer. 14. Cor quod nouit amaritudinem anime sue. Et in plurali. מרורים Merorim. Threñ. 3. Repleuit me amaritudine. Quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet repleuit me amaritudinibus. Ponitur etiam מרורים Memorim p lactucis agrestibus. Exo. 12. & azymos panes cum lactucis agrestibus. scribitur etiã מררת Meroroth. secundum terminationem pluralẽ femininorum. Deut. 32. & botrus amarissimus. quod in hebreo legitur in plu. s. botri amarissimi. & est in he. ge. fe. Iob. 13. Scribis enim contra me amaritudines. & inde מרירות Meriruth. idest amaritudo. Ezech. 21. & in amaritudine ingemisce. & inde תמרורים Thamrurim. idest amaritudines. Hiere. 31. Vox in excelso audita est lamentationis luctus & fletus. pro quo hebrei legunt. Vox in rama audita est lamẽtationis fletus amaritudinum. idest amarissimi. Et in eo. Pone tibi amaritudines. Osee. 12. Ad iracundiam prouocauit ephraim in amaritudinibus suis. Hebrei tamen dicunt q; in locis predictis significat statuas siue titulos. & inde מרירי Meriri siue מריר merire. idest amarus siue amaritudo. Deut. 32. morsu amarissimo. Iob. 30. Et in uolutatur amaritudine. & inde ממר memer. cum duplici mem. idest amaritudo. pro quo beatus hieronymus transtulit. dolorem. Prouer. 17. Et dolor matris que genuit eũ. & in plu. ממרורים mamerorim. Iob. 9. & implet me amaritudinibus. & inde מררה merora. idest fel seu amaritudo. Iob. 20. Fel aspidum interius. & in eodem. Et fulgurans in amaritudine sua. & in eodem. 36. & effudit in terra viscera mea. pro quo hebrei leguñt. & effudit in terra fel meum. & inde verbum מרמר marmar cum duplici mem & res. pro quo beatus Hieronymus transtulit. eferatus est. Dañ. 9. & eferatus est in eum. Item מרר Marar. idest rebellare. seu exacerbare: aut prouocare. Exo. 23. Nec contẽnendum putes. Pro quo hebrei legunt: ne rebelles in eũ. Ps. 106. Quia exacerbauerunt eloquia dei. Ezech. 20. Et irritauerũt me domus israel. Et in eodem. Et exacerbauerunt me filii. Dañ. 11. Et prouocatus rex austri egredietur & pugnabit aduersus regem aquilonis. vide et de hoc infra in dictiõe מרה mara. significat ẽt mutare. vt Hiere. 44. & odor eius non est mutatus. vide etiam de hoc infra in dictione מיר mir.

מרא Meri. ouis seu aries pinguis vel saginatus. exaltatio seu eleuatio. 3. Reg. 1. Arietibus & vitulis & vniuersis pinguibus. Esa. 1. Adipem pinguium & sanguinem vitulorũ. Et in eo. 11. Vitulus & leo & ouis simul morabũtur. Amos. 5. & vota pinguium vestrorum non respiciam. significat ẽt exaltationẽ seu eleuationem. Iob. 39. Cum tempus fuerit in altum alas erigit. pro quo hebrei legunt. Cum tempus fuerit in altum exaltatur seu eleuatur.

מרג Morag. plaustrum quo fruges triturantur. 2. Reg. 24 Et plaustrum & iuga boum in vsum lignorũ. Esa. 41. Ecce posui te quasi plaustrum triturans nouum.

מרד Marad. rebellare. recedere. Geñ. 14. & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. Nu. 14. Nolite rebelles ẽe cõtra dominum. Iosu. 22. Tantum vt a domino & a nr̃o cõsortio non recedatis. 4. Reg. 18. rebellauit quoq; cõtra regem assyriorũ. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Ezech. 2 Ad gentes apostatrices que recesserunt a me. & inde מרד Mered. i. recessio. transgressio. preuaricatio. Iosu. 22. Si preuaricatiõis animo hoc altare construximus. Threñ. 3. Recordare paupertatis mee & transgressionis mee. & in plurali מרודים merudim. Vt in eodem. 1. Recordatus est ierusalem dierum afflictionis sue & preuaricationis sue. quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet preuaricationũ suarũ seu rebellionum suarum. significat etiam מרודים Merudim Abiectos seu egenos hoies aut humiles. pro quo beat? hieronymus transtulit vagos. Esa. 58. Et egenos vagosq; induc in domum tuam. & secũdum istud significatum exponunt hebrei illud. Threñ. 1. Dierum afflictionis sue & preuaricationis. idest egestatis seu humilitatis. Et in codem. 3. Recordare paupertatis mee & transgressionis mee. quod potest etiam legi. & egestatis mee.

מרה Mara. rebellare. preuaricari. Inobediẽtem vel incredulum esse. exacerbare. ad iracundiam prouocare. Geñ. 26. Que ambe offenderant animum isaac & rebecce.

idest inobedientes & rebelles fuerunt. Nu.20. Eo quod incredulus fuerit ori meo. Deut.1. Sed increduli ad sermonē domini dei vestri.& in eodē. Sed aduersantes imperio dñi idest rebellastis siue inobedistis imperio dñi.& in eodem. 9. Sed semp fuistis rebelles a die qua nosse vos cepi.3.Reg. 13. Quia non obediens fuit ori domini. Ps.5. Quoniā irritauerūt te. Pro q̄ btūs hieronym⁹ in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Quoniā prouocauerunt te. Ps. 77. In iram excitauerunt excelsum in inaquoso. Pro quo beatus hieronymus transtulit. vt prouocarent excelsum in inuio. & in eodem. Quoties exacerbauerunt eum in deserto. Ps.104. Et non exacerbauit sermones eius. Pro quo btūs hieronym⁹ in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Et non fuerūt increduli verbis eius. Ps.105. Quia exacerbauerunt spiritū eius. Iob 17. Et in amaritudinibus eorū moratur oculus meus. Pro quo hebrei legunt. Et in prouocatione seu irritatione eorū moratur oculus meus. Potest etiam significare amaritudinem sicut est in littera nostra. de quo vide supra in dictiōe מרר Marar. Hiere.4. Quia me ad iracundiā prouocauit. Threñ.1. Quia os eius ad iracundiam prouocaui. & in eodem. Quia amaritudine plena sum. Pro quo hebrei legūt. Quia rebellans rebellaui siue prouocans prouocaui .s.ad iracundiam. Ezech.5. Et contēpsit iudicia mea vt plus esset impia.i.preuaricata est iudicia mea. Potest etiam deriuari a supradicta dictione מרר Marar: que significat rebellare vel contēnere sicut est in lra nr̄a.& in eodē.3. Et ad iracundiam prouocauimus. Esa.3. Vt prouocarent oculos maiestatis eius. & in eodem.63. Ipsi autem ad iracundiā prouocauerunt & afflixerūt spiritū sanctū eius.& inde מרה More idest rebellis.inobediens.prouocans. Beatus hieronymus transtulit proteruū seu contumacem. Deut.21. Si genuerit homo filium contumacē & proteruum. Vbi ponitur pro proteruo.& in eodē. Filius noster iste proteruus est & contumax.vbi ponitur pro contumace. Ps.77. Generatio praua & exasperans. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Generatio declinans & prouocans. Ponitur etiā pro amaritudine.4. Reg.14. Vidit domin⁹ afflictionem israel amaram nimis.& inde מרי Meri.idest rebellio.contentio.prouocatio. Deut.31. Ego enim scio contentionem tuam. Ezech.2. Quia domus exasperans est. Pro quo hebrei legunt. Quia domus rebellionis est.& in eodē. Et noli esse exasperans: sicut domus exasperās est. Ponitur etiam pro iurgio. Prouer.17. Semper iurgia querit malus. Item ponitur ꝑ amaritudine. Iob.23. Nunc quoq; in amaritudine est sermo meus.& inde מרתים Merathaim. Pro quo beatus hieronymus transtulit dominātes. Hiere.50. Super terram dominantiū ascende. Hebrei tamen dicunt ꝙ significat rebelliones seu rebellantes. Potest etiam deriuari a dictione מר Mar. Que in lingua chaldaica significat dominum seu dominātem: vt supra dictum est. Item מורה Mora.i.nouacula. Iudi.13. Cuius non tanget caput nouacula.& in eodē.16. Ferrum nunquā ascendit super caput meū idest nouacula ferrea.

מרח Marach. Cataplasmare.hoc est emplastrum ponere. Esa.38. Et cataplasmarent super vulnus.& inde מרוח Meroach.i.compressus vel cataplasmatus in testiculis. Pro quo beatus hieronymus transtulit herniosum. Leuit.21. Si impetiginem in corpore vel herniosus.

מרט Marat. Depilare.decaluare.decapillare. euellere.s.capillos.limare: seu polire.leuigare. Leuit.13. Vir de cuius capite capilli fluunt.i.cum depilatum fuerit caput. Et in eodem. Et si a fronte ceciderint pili. Esd.9. Et euulsi capillos capitis mei. Nee.13. Et cecidi ex eis viros & decalua-ui eos. Esa.18. Ad gentem conuulsam & dilacerată.i.depilatam. Et in eodem.50. Et genas meas vellentibus. Ezech.29. Omnis humerus depilatus. Significat etiā limare vel polire aut leuigare.3. Reg.7. Omnia vasa que fecit hiram regi salomoni de aurichalco erāt. Pro quo he.le. De ere polito siue limato.s.aurei coloris.quod est idē quod aurichalcus. Nam chalcos grece idem est quod es latine. Ezech.21. Gladius exacutus est & limatus.& in eodē. Et dedi eum ad leuigandum.& in eodem. Et iste limatus est.

מרץ Maras. Detrahere.peruertere.s.verba alterius.molestare. Iob.6. Quare detraxistis sermonibus veritatis. Hebrei vero dicunt ꝙ significat fortificare: seu violentare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. quā fortes seu fortificati sunt sermones recti. & in eodē.16. Aut aliquid tibi molestū est si loquaris. Pro quo ipsi legunt. Aut quid fortificabit vel violentabit te si responderis vel loq̄ris.& inde נמרץ Nimras. Pro quo beatus hieronymus transtulit pessimā.3. Reg.2. Qui maledixit mihi maledictione pessima. pro quo he.le. maledictione forti seu violenta. Mich.2. Et corrumpetur putredine pessima.

מרק Marac. abstergere.defricare.purgare. polire.limare. Leuit.6. Quod si vas eneū fuerit defricabitur. Hiere.46. Polite lanceas.& inde מרוק Maruc.i.tersum: seu mundissimū.2. Paralip.4. Ex ere mundissimo. Significat etiā mundū muliebre siue id quod ad cultum vel ornatum mulierum pertinet. Ester.2. Expletis oībus que ad cultum muliebrē pertinebant. Scribitur etiam cum tau in principio & dicitur תמרוק Tamruc. vt in eodē. Et accipiant mundum muliebrē.& in eodem. Quidquid postulassent ad ornatū pertinens accipiebant. Prouer.20. Liuor vulneris absterḡit mala.& inde מרק Marac.i.ius.s.carnium: eo ꝙ in eo carnes absterguntur. Iudi.6. Et ius carniū mittens in ollam. & in eodem. Et ius desuper funde. Esa.65. Ius prophanum in vasis eorum.

משש Masas. Palpare.attrectare.tangere. Geñ.27. Si attrectauerit me pater meus.& in eodē. Accede huc vt tangam te fili mi.& in eodē.31. Scrutatusq; omne tentorium &c. Pro quo hebrei legūt. Et attrectauit laban omne tentoriū.& in eodē. Et scrutatus est omnē supellectilē meā. Exo.10. Tam dense vt palpari queant. Iob.12. Palpabunt quasi in tenebris.

משה Masa. Extrahere.educere.tollere.s.de aquis. Exo.2. Vocauitq; nomen eius moyses dicens: quia de aqua tuli eum. vnde moyses qui hebraice dicitur משה Mose. interpretatur extractus vel assumptus.s.de aquis.3. Reg.22. Extraxit me de aquis multis.

משי Mesi. vestis serica subtiliter contexta. Pro quo beatus hieronymus transtulit subtile. Ezech.16. Et indui te subtilibus.

משח Masach. vngere.linire. pingere. Geñ.31. Ego sum deus bethel vbi vnxisti lapidē. Exo.29. Lagana quoq; azima oleo lita.& in eodē. Vt vngatur in ea & cōsecretur manus eorum.& in eodē.30. Et vnges ex eo tabernaculum testimonii.& in eodē. Aaron & filios eius vnges. Leuī.7. Et lagana azyma vncta oleo. Nu.19. Tibi tradidi & filiis tuis pro officio sacerdotali. Pro quo hebrei legunt. pro vnctiōe.1. Reg.15. Me misit dñs vt vngerē te in regem.& in eodem.16. Surge & vnge eum.2. Reg.1. Quasi nō esset vnctus oleo.& in eo.5. Vnxeruntq; dauid in regem sup israel.3. Reg.19. Vnges asael regem super syriam: & hieu filium namsi vnge regem super israel.& in eodē. Eliseū autē filiū saphat qui est de abel meula vnge prophetā pro te. Esa.21. Surgite principes arripite clypeū. Pro quo he.le. Surgite

principes vngite clypeum. Significat etiā pingere. Hiere.22. Pingitq; sinopide. Et inde משיח Masiach.i.vnctꝰ.& grece dicitur christus.& accipitur pro rege vl' sacerdote. eo quod vngebātur oleo sancto. Leuit.4. Si sacerdos qui vnctus est peccauerit.1. Reg.24. Ne faciam hanc rem dño meo xp̄o dñi. Et in eodē. Quia xp̄us dñi est.2. Reg.1. Quare non timuisti mittere manū tuam vt occideres christum dñi. Ps.2. Aduersus dñm & aduersus christū eius. Ps.104. Nolite tangere christos meos. Esa.45. Hec dicit dñs xp̄o eius cyro Scribitur etiā cum duplici mem.& dicitur ממשח Mimsach. Ezech.28. Tu cherub extentus. Pro quo hebrei legunt. Tu cherub vnct⁹. scilicet in regem.& inde משחה Mischa. idest vnctio. Leuit.7. Hec est vnctio aaron & filiorū ei⁹. Itē משח Mesach. in lingua chaldaica significat oleum. Esdre.6. Frumentum sal vinum & oleum.

משך Masach. Trahere.attrahere.abstrahere.extrahere.adducere.tendere.protrahere seu prolongare. Geñ.37. Extrahentes eum de cisterna vendiderunt eū. Exo.12. Ite tollentes animal per familias vestras. Pro quo hebrei legūt. Trahite & tollite vobis pecus. Deut.21. Que nō traxit iugū. Iudi.20. Ingressi sunt ciuitatē & percusserūt eam: pro quo hebrei legūt. Attraxit siue duxit insidians & percussit eam idest populus insidians attraxit siue duxit exercitū contra ciuitatē & percussit eam. Iudi.4. Et duc exercitū in monte tabor.& in eodē. Ego aūt adducam ad te in torrente cison Sisaram.& in eodē.5. Qui exercitū ducerent ad preliandū. Iob.21. Et post se omnes homines trahit.& in eo.40. An extrahere poteris leuiatan hamo. Ps.9. Dum attrahit eum in rete suo. Eccl's.2. Abstrahere a vino carnem meā. Canti.1. Trahe me post te curremus. Esa.5. Ve qui trahitis iniquitatem. Hiere.31. Ideo attraxi te miserās. Ezech.32. Et attraxerunt eam & oēs populos eius. Osee.11. In funiculis Adā trahā eos. Significat etiā tēdere arcum: eo quod attrahitur chorda eius.3. Reg.22. Vir quidā tetēdit arcum. Item significat protrahere siue prolongare. Exo.19. Cum ceperit clangere buccina. Pro quo hebrei legūt. Cū protraxerit buccinā.i.cum vox buccine fuerit lōgior atq; cōcitior. Et simile verbum positur. Ios.6. vbi dicitur. Cum insonuerit vox tube longior atq; cōcitior. Nee.9. Et protraxisti super nos annos multos. Prouer.13. Spes que differtur affligit animam expectātis.i.que prolongatur. Esa.14. Et dies eius nō elongabuntur.& in eodē.18. Ad gentē cōuulsam & dilaceratā. Pro quo hebrei legunt. Ad gentem prolongatam & depilatam aut conuulsam. Ezech.12. Non prolongabitur vltra omnis sermo meus.& inde משך Mesech.i.attractio siue ꝓlongatio. Iob.28. Trahitur autem sapiētia de occultis. Pro quō hebrei legunt. Attractio aūt sapientie de occultis. Ps.125. Mittentes semina sua. Pro quo hebrei legunt. Portās attractionem siue prolongationem sementis. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trāstulit portans florem sementis. Est etiā Mesech. nomen prouincie vel gētis q̄ latine dicitur mosoch.a mosoch filio iapheth dicta. Geñ.10. Et mosoch & thiras. Ezech.38. Principem capitis mosoch & tubal.& secūdum hoc legūt hebrei illud. Ps.119. vbi nos habem⁹. Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongat⁹ est. ipsi legunt. Heu mihi quia peregrinatus sum in mosoch.& sequitur Habitaui cum habitantibus cedar.& inde משכים Moschim. Pro quo btūs Hieronymus trāstulit emissarios. Hiere.5. Equi amatores in feminas & emissarii facti sūt mihi. Quod aliqui hebrei exponunt equi de mosoch. qui fūt equi robustissimi atq; lasciui.

משל Masal. Dominari.preesse.cōparare. parabolizare.i. parabolam vel prouerbium cōponere vel assumere. Geñ.1. Et preessent diei & nocti.& in eodē.4. Et tu dñaberis illius.& in eodē.37. Aut subiiciemur ditioni tue. Pro quo hebrei legunt. Aut dominās dñaberis nostri.& in eodē 45. Et ipse dñatur in omni terra egypti. Deut.15. Dominaberis nationibus plurimis: & tui nemo dñabitur. Iudi.8. Dominare tu nostri.1. Paralip.29. Tu dñaris omnium. Ps.65. Qui dñatur in virtute sua. Ps.105. Dominati sunt eorū qui oderunt eos. Esa.40. Et brachiū eius dñabitur.& in eodē.28. Qui dñamini super populū istum. Dañ.11. Nec secū dum potentiā illi⁹ qua dñatus est. Zach.6. Et dñabitur sup solio.& in eo.9. Et potestas eius a mari vsq; ad mare. & inde משל Mosel.i.dominās seu princeps. Ps.104. Princeps populorū & dimisit eum. Esa.52. Dominatores eius inique agunt.& inde המשל Hamsel.i.dñari. verbum infinitiuum tertie cōiugationis. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit potestatē. Iob.25. Potestas & terror apud eū.& inde ממשל Mimsal.i.dominatio. Dañ.11. Et dñabitur ditione.i.dominatione. Scribitur etiā cū he vel tau in principio: & dicitur ממשלה Mensala siue ממשלת Memseleth.i.dominatio seu dominium.potestas. Geñ.1. Luminare maius vt preesset diei. Pro quo hebrei legunt. Luminare maius in dominiū seu in potestatē diei.& in eodē. Et luminare minus vt preesset nocti.i.in dominiū noctis. Ps.135. Solem in potestatē diei. Ps.144. Et dñatio tua in omni generatione & generatione. Dañ.11. Multa enī dñatio eius.& in plurali ממשלים Mimsalim siue ממשלות Memsaloth.1. Paralip.26. Semeie filio eius nati sunt filii prefecti familiarum suarum. Pro quo he.le. In dñationes familiarum suarum.& est sensus sicut in littera nr̄a. Ps.113. Israel potestas ei⁹. quod in hebreo legitur pluraliter.s.potestates vel dñationes eius. Ps.135. Lunā & stellas in potestatem noctis. Pro quo hebrei legūt. Lunā & stellas in potestates noctis. Significat etiā predicta dictio cōparare siue assimilare vel parabolizare.i.parabolam vel ꝓuerbiū assumere vel dicere aut narrare. Nu.21. Idcirco dicitur in prouerbio. Pro quo hebrei legūt. Idcirco dicebāt prouerbiātes.i.parabolas vel prouerbia dicentes. Iob.17. Posuit me quasi prouerbium vulgi.& in eodē.30. Assimilatus sum fauille & cineri.& in eodē.41. Non est potestas sup terram que ei cōparetur. Vbi vtrūq; significatū cōplectitur translatio nostra pro vna dictione hebraica. Ps.26. Et assimilabor descendētibus in lacū. Ps.48. Comparatus est iumentis insipiētibus. Ezech.16. Omnis qui dicit vulgo ꝓuerbium: in te assumet istud dicens.& in eodē.17. Et narra parabolam domui Israel.& in eodē.18. Si erit vltra vobis parabola hec in prouerbium.& in eodē. Quid est ꝙ inter vos parabolā vertitis in prouerbiū.& in eo.20. Per parabolas loquitur iste.& inde משל Masal.i.prouerbiū seu parabola.cōparatio.assimilatio. Nu.23. Et assumpta parabola ait. Deut.28. Et eris perditus in prouerbiū & in fabulā.1. Reg.9. Vnde & exiuit prouerbiū num & saul inter prophetas. Et in eodē.24. Sicut dicitur in prouerbio antiquo.3. Reg.4. Locutus est quoq; salomō tria milia parabolas. Ps.48. Inclinabo in parabolā aurem meā. Prouer.1. parabole salomonis filii dauid. Et in eodē. Animaduertet parabolā.

משק Mesec. Procuratio.gubernatio.siccitas. Geñ.15. Et filius ꝓcuratoris domus mee iste damascus eliezer. Ponitur etiā pro siccitate.& tunc scribitur cū duplici mem: & dicitur ממשק Mimsac. Soph.2. Siccitas spinarū & aceruus salis. vide etiam de hoc infra in dictione שקק Sacac.

מתג Metheg. frenum.camus.2. Reg.8. Et tulit dauid frenum tributi de manu filistiim. Ps.31. In camo & freno maxillas eorum constringe. Prouer.26. Flagellum equo & camus asino. Esa.37. Et frenum in labiis tuis.

מַתָּה מְתִים — Viri. Homines.

מתה Matha. vir. homo. mortalis. & solum inuenitur in numero pl'ali.s. מְתִים Methim siue מְתֵי Methe. Deut. 2. Viris ac mulieribus ac paruulis. Iob. 11. Tibi soli tacebūt homines. Ps. 16. Ab inimicis manus tue domine a paucis de terra. Pro quo hebrei legunt. A viris manus tue domine a viris siue a mortalibus de mundo. vnde beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. transtulit. A viris manus tue dn̄e qui mortui sunt in profundo. Esa. 3. Viri tui gladio cadent. Et quādo iungitur cum dictione מִסְפָּר Mispar que significat numerum. tunc ambe dictiones significant paucos siue paucissimos idest viri qui facile possint numerari. Gen̄. 31. Nos autem pauci sumus. Deut. 4. Et remanebitis pauci. & in eodem. 33. Et sit paruus in numero.

Pauci.

מָתַח — Expādere. אַמְתַּחַת — Saccus. אַמְתְּחוֹת — Sacci.

מתח Mathach. extendere. expandere. Esa. 40. Et expādit eos sicut tabernaculū ad inhabitandū. & inde אַמְתַּחַת Amthachath. i. saccus. Gen̄. 42. Apertoq; vnus sacco vt daret iumento pabulum in diuersorio. & in eodē. 44. Pone in ore sacci iunioris. & in plurali אַמְתְּחוֹת Amthachoth. vt in eodem. Imple saccos eorum frumento.

מָתַי — Quando. לְמָתַי — Quando. Usq; quo. Quoq;.

מתי Mathai. Quando. aduerbium interrogandi. Iob. 7. Quando cōsurgam. Ps. 40. Quādo morietur. Ps. 41. Quando veniam & apparebo ante faciem dei. Ps. 118. Quādo consolaberis me. & in eodē. Quando facies de persequētibus me iudicium. & recipit in principio littera lamed. & dicitur לְמָתַי Lemathai. Exo. 8. Constitue mihi quando deprecer pro te. & quando preponitur ei dictio עַד Aad. que significat vsq;: tunc ambe dictiones significant vsquequo siue quousq;. Ps. 6. Et tu domine vsquequo. Ps. 79. Quousq; irasceris super oratione serui tui.

מְתֹם — Sanitas.

מתם Methom. sanitas. integritas. Ps. 37. Non est sanitas in carne mea. Esa. 1. A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas.

מֹתֶן מָתְנַיִם — Lumbi. Renes.

מתן Mothen. Lumbus. & solum inuenitur in numero plurali. s. מָתְנַיִם Methenaim siue מָתְנֵי Mothne. i. lumbi. 2. Reg. 20. Dependente vsq; ad ilia. Pro quo hebrei legunt vsq; ad lumbos. 3. Reg. 18. Accinctis lumbis currebat ante achab. Iob. 40. Fortitudo eius in lumbis eius. Prouer. 30. Gallus succinctus lūbos. & in eodē. 31. Accingit fortitudine lumbos suos. Hiere. 1. Tu ergo accinge lūbos tuos. Ezech. 9. Et atramentariū scriptoris habebat in lumbis suis. Ponitur etiam pro renibus. Exo. 12. Renes vestros accingetis. & in eodē. 28. A renibus vsq; ad femora. 4. Reg. 1. Zona pellicea accinctus renibus.

מָתַק — In dulcedinē verti. Dulcē esse. Dulcorari. מֶתֶק — Dulcedo. מַמְתַּקִּים — dulcedines. מָתוֹק — Dulcis.

מתק Mathac. Dulcorare. i. dulcem facere: siue dulcem esse aut in dulcedinem verti. Exo. 15. In dulcedinē verse sunt. Iob. 20. Cum enim dulce fuerit in ore eius malū. & in eodem. 21. Dulce fuit glareis cocyti. Pro quo hebrei legunt. Dulces fuerunt ei lapides torrētis. & in eodē. 24. Dulcedo illius vermis. Pro quo he. le. Dulcis est illi vermis siue dulcis fuit vermi. vtroq; enim modo potest intelligi secundū litteram hebraicā. Ps. 55. Qui simul mecū dulces capiebas cibos. Pro quo hebrei legūt. Qui simul dulcorauim⁹ secretum. vnde beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Qui simul habuimus dulce secretum. Prouer. 27. Et bonis amici cōsiliis anima dulcoratur. & inde מֶתֶק Methec idest dulcedo. Iudi. 9. Quomodo possum deserere dulcedinem meā. Prouer. 16. Et qui dulcis est eloquio: maiora reperiet. Pro quo hebrei legūt. Et dulcedo labiorū addit doctrinam siue eruditionē. & in numero plurali scribitur cum duplici mē & dicitur מַמְתַּקִּים Mamthachim. Canti. 5. Guttur illius suauissimum. Pro quo hebrei legūt. Guttur illius dulcedines. Et inde מָתוֹק Mathoc. i. dulcis. Iudi. 14. Quid dulcius melle. Eccl's. 11. Dulce est lumen. Canti. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Esa. 5. Ponentes amarū pro dulci & dulce in amarum. Ezech. 3. Quasi mel dulce. Et in plurali מְתוּקִים Methuchim. Ps. 18. Et dulciora super mel & fauū. & in gn̄e feminino מְתוּקָה Methuca. Eccl's. 5. Dulcis est somnus operanti. Et in hebreo sōnus est generis feminini.

מְתוּקִים — Dulcia. מְתוּקָה — Dulcis.

De incipientibus a littera נ Nun.

נָא — Nunc. Obsecro. הוֹשִׁיעָה נָא — Osana. אָנָּא — Obsecro. נָא — Crudum. נֹא — Alexādria.

נא Na. Dictio est obsecrātis vel exhortātis. i. nunc. eia. obsecro. Gen̄. 50. Nos quoq; oramus vt seruo dei patri tuo dimittas iniquitatē hanc. Pro quo hebrei legūt. Et nunc dimitte obsecro iniquitatē seruorū dei patris tui. Exo. 11. Dices ergo omni plebi. Pro quo hebrei legūt. Loquere nunc ad aures populi. Nu. 12. Obsecro dn̄e mi. & in eodē. Ne fiat hec quasi mortua. Pro quo hebrei legunt. Ne obsecro fiat quasi mortua. & in eodem. Deus obsecro sana eam. Ps. 117. Saluū me fac. Pro quo btūs hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Salua obsecro. vbi ponitur הוֹשִׁיעָה נָא Osiana. Pro q̄ osana canit ecclesia. i. salua obsecro: vel salua nūc. est etiam quasi syllabica adiectio: & ideo aliqn̄ omittitur in translatione nostra. Gen̄. 15. Suspice celū. Pro quo hebrei legunt. Suspice nunc celum. & in eodē. 18. Si inueni gratiā in oculis tuis. Pro quo hebrei legūt. Si nunc inueni gratiā in oculis tuis. & in eodē. Descendam & videbo. pro quo hebrei legūt descendam nunc. Et in eodē. 19. Educam eas ad vos. Pro quo he. le. Educam nunc eas ad vos. Canti. 3. Surgam & circuibo ciuitatem. Pro quo hebrei legunt. Surgā nunc: vel eia surgam & circuibo ciuitatē. Scribitur etiā cum aleph in principio & dicitur אָנָּא Ana. Gen̄. 50. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorū. Ps. 117. O dn̄e saluū me fac. De quo vide supra in littera aleph in suo loco. Item נָא Na. i. crudum. Exo. 12. Non comedetis ex eo crudum quid. Item נֹא No. nomen propriū loci. Pro quo beatus hieronymus trāstulit Alexandriā. cui cōcordat translatio chaldaica. Ezech. 30. Et faciam iudicia mea in alexandria.

נֹאד — Uter. נֹאדוֹת — Utres.

נאד Nod. vter. lagena. Ps. 55. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Pro quo hebrei legūt. Pone lachrymā meā in vtre tuo siue in lagena tua. Ps. 118. Quia factus sum sicut vter in pruina. Et aliquādo scribitur cum vau & aleph. Iudi. 4. Que aperuit vtrem lactis. Et in plurali נֹאדוֹת Nodoth. Iosu. 9. Vtres vini scissos. & in eodē. Vtres vini nouos impleuimus.

נְאֻם — Dicere. Aiūt. נֶאֱמָנִים — Eloquētes. Veraces.

נאם Naam siue נְאֻם Neum. dicere. loqui. Ps. 35. Dixit iniustus vt derelinquat in semetipso. Ps. 109. Dixit dn̄s domino meo. Esa. 37. Et ciuitatē hanc non ingredietur dicit dn̄s. Hiere. 4. Erit in die illa dicit dn̄s. & in eodem. 23. Qui assumunt linguas suas & aiunt dicit. Vbi secundū beatū hieronymū subintelligitur dn̄s. Nam in hebreo nō habetur dn̄s. & secundū aliquos hebreos inde deriuatur נֶאֱמָנִים Neemanim. i. prudētes siue eloquētes. Pro quo btūs hieronymus transtulit veraces: deriuatū ab אָמֵן Amen qd̄ significat vere siue fideliter. Iob. 12. Cōmutans labium veraciū.

נָאַף — Mechari. adulterare. נִאֻפִים — adulteria.

נאף Naaph. mechari. adulterare. Exo. 20. Nō mechaberis. Leuit. 20. Si mechatus quis fuerit cū vxore alterius & adulteriū perpetrauerit cum cōiuge pximi sui morte moriatur & mechus & adultera. vbi pōitur verbū & noīa ab eo deriuata. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Hiere. 7. Adulterari. iurare mēdaciter. Et in eodem. Et mechati sunt in vxores amicorum suorum. Ezech. 16. Quasi mulier adultera que super virum suū inducit alienos. Et inde נִאֻפִים Niuphim. i. adulteria. Ezech. 23. Et dixi ei que attrita est in adulteriis. Reperitur etiā cū duplici pe. Osee. 2. Et adulteria sua de medio vberum suorum.

נָאַץ — Detrahere. Blasphemare. Irritare. Opprobrare. נְאָצָה — blasphēia. נְאָצוֹת — blasphēie. נָאַץ — Florere.

נאץ Naas. Detrahere. blasphemare. opprobrare. exacerbare. irritare. ad iracūdiā pducere. florere: seu pullulare. Nu. 14. Vsqueq̄ detrahet mihi ppl's iste. & in eo. Ne quisq; ex illis qui detraxit mihi intuebitur eam. Et in eodem. 16. Scietis q̄ blasphemauerint dominū. 2. Reg. 12. Veruntamen quia blasphemare fecisti inimicos nomē domini. Ps. 106. Et consilium altissimi irritauerunt. Prouer. 1. Et detraxerunt vniuerse correctioni mee. Et in eodem. 5. Et increpationibus nō acquieuit cor meum. Pro quo hebrei legūt Et increpationem blasphemauit siue odiuit cor meum. Esa. 5. Et eloquium sancti israel blasphemauerūt. Et in eodem. 52. Tota die nomen meū blasphematur. Hiere. 14. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum. Thren̄. 2. Et in opprobrio & in indignatione furoris sui. Pro quo hebrei legūt. Et opprobrauit in indignatione furoris sui. Et inde נְאָצָה Niasa. idest opprobrium seu blasphemia. 4. Reg. 19. Dies tribulationis & increpationis & blasphemie dies iste. Et in plurali נְאָצוֹת Niasoth. Nee. 9. Fecerunt blasphemias grādes. Ezech. 35. Audiui vniuersas blasphemias tuas. Item נָאַץ Naas. i. florere seu pullulare. Eccl's. 12. Et florebit amygdalus. De quo vide infra in dictione נוּץ nos.

נָאַק — Gemere. נְאָקָה נְאָקוֹת — Gemitus.

נאק Naac. Gemere. exclamare. Iob. 24. De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Ezech. 30. Et gement gemitib⁹ interfecti. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū. Et inde נְאָקָה Naaca. idest gemitus. Exo. 2. Et audiuit deus gemitum eorum. Et in plurali נְאָקוֹת Naacoth. vt Ezech. 30. vbi supra.

נֵאַר — Attenuare. Maledicere.

נאר Nier. Attenuare. gloriam auferre. maledicere. Ps. 88. Auertisti testamentum serui tui. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Attenuasti pactum serui tui. Thren̄. 2. Maledixit sanctificationi sue. Malach. 3. Et in penuria vos maledicti estis.

נבב

נבב Nebub. vanum. inane. concauum. De quo vide supra in littera beth in dictione בּוּב Bub.

נָבָא — Prophetare. Uaticinari. נָבִיא — Propheta. נְבִיאִים — Prophete. נְבִיאָה — Prophetissa.

נבא Naba. Prophetare. vaticinari. Nu. 11. Prophetauerūt nec vltra cessauerunt. Et in eodem. Eldad & medad prophetant in castris. 1. Reg. 10. Ipsosq; prophetātes. Et in eodem. Et prophetabis cum eis. & in eodē. Quod esset cū prophetis & prophetaret. Et in eodem. 18. Et prophetabat in medio domus sue. Sed in translatione chaldaica in predicto loco habetur. Et insaniebat in medio domus. i. loquebatur seu garrulabatur sicut insanus. 3. Reg. 18. Et illis prophetantibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet. 1. Paralip. 25. Sub manu asaph prophetātis iuxta regem. Hiere. 23. Prophetant in baal. & in eodem. 28. Suscitet dominus verba tua que prophetasti. Et in eodem. 32. Quare vaticinaris dicens. Et in eodem. 37. Vbi sunt prophete vestri qui pphetabant vobis. Ezech. 3. Vaticinare ad prophetas israel. Et in eo. 13. Que prophetant de corde suo. Et in eodem. 37. Vaticinare de ossibus istis. Et in eodem Et prophetaui sicut preceperat mihi. Et in eodem. Vaticinare ad spiritum: vaticinare fili hoīs. Ioel. 2. Et prophetabūt filii vestri. & inde נָבִיא Nabi. i. ppheta. Gen̄. 20. Quia ppheta est. Exo. 7. Et aarō frater tuus erit propheta tuus. Deut. 13. Si surrexerit ī medio tui ppheta. & ī eo. 34. Et nō surrexit vltra ppheta. Et pl'ali נְבִיאִים Nebiim. i. pphete. 1. Reg. 19. Qui cum vidisset cuneū prophetarū. & in eo. Num & saul inter prophetas. Et in genere feminino נְבִיאָה Nebia. idest prophetissa. Exo. 15. Sumpsit ergo maria pphetissa soror aaron. Esa. 8. Et accesi ad prophetissam. Nee. 6. Sed & noadie prophete & ceterorum prophetarum qui terrebāt me. Quod in hebreo legitur in genere feminino. s. Sed & noadie prophetisse & ceterorum prophetarum.

נְבִזְבָּה — Donum.

נבזבה Nebizba. in lingua chaldaica significat donum vel munus. Dan̄. 2. Premia & donum & honorem multum accipietis.

נָבַח — Latrare.

נבח Nabach. Latrare. Esa. 56. Canes muti non valentes latrare. & solum inuenitur in predicto loco.

נָבַט — Aspicere. Respicere. Uidere. Cōsiderare. Intueri. Attendere. מַבָּט — Spes.

נבט Nabat. Aspicere. attendere. videre. intueri. considerare. Esa. 5. Aspiciemus in terram & ecce tenebre. Pro quo hebrei legūt. Et aspiciet in terram & ecce tenebre. Vbi secundum hebreos littera nun est de substantia dictionis & non denotat primam personā pluralem. Et cōmuniter scribitur sine nun. Gen̄. 15. Suspice celum. Et in eodem. 19. Noli respicere post tergum. Exo. 3. Non enim audebat respicere contra deum. Et in eodē. 33. Respiciebantq; tergū moysi. Nu. 23. Non est idolum in Iacob. Pro quo hebrei legūt. Non aspexit iniquitatem. i. idolum in iacob. 1. Reg. 2. Et videbis emulum in templo. 2. Reg. 16. Ne respicias vultum eius. Iob. 6. Considerate semitas theman. Et in eodem. 36. Vnusquisq; intuetur procul. Ps. 9. Quoniā tu laborem & dolorem consideras. Ps. 90. Oculis tuis cōsiderabis. Ps. 101. Dominus de celo in terrā aspexit. Ps. 103. Qui respicit terram & facit eam tremere. Ps. 141. Considerabam ad dexteram. Esa. 42. Et ceci intuemini ad videndum. Et in eodē. 51. Attendite ad petram vnde excisi estis. Abach. 1. Aspicite in gentibus & videte. Et in eodē. Et respicere ad iniquitatem non poteris. Et inde מַבָּט Mabat. i. aspectus siue intuitus. Pro quo beatus hieronymus transtulit spem. Esa. 20. Et confundantur ab ethiopia spe sua. Et in eodem heccine erat spes nostra. Zach. 9. Quoniā confusa est spes eius.

נָבֵל — Decidere. Defluere. Cadere. Stultū apparere. Stultū eē. Uilipēdere. Cōtumeliā facere. נָבָל — Stultus. Insipiens. נְבָלִים — Insipiētes. נְבָלוֹת — Stulte. נְבָלָה — fatuitas. Feda res. Nefas. Stultitia. נְבֵלָה

נבל Nabal. Defluere. decidere. cadere. emarcescere. stultū esse. vilē esse. vilipendere: seu contumeliā facere. Exo. 18. Stulto labore consumeris. Pro quo hebrei legunt. Decidens decides: siue emarcescens emarcesces: vel defatigatus defatigaberis. 2. Reg. 22. Filii alieni defluxerunt. Ps. 1. Et folium eius non defluet. Esa. 1. Velut quercus defluentibus foliis. Et in eodē. 24. Fluxit & defluxit terra. Et in eodē. Defluxit orbis. & in eodem. 28. Et flori decidenti. & in eodem. 34. Sicut defluit folium de vinea & de ficu. & in eodē. 64. Cecidimus quasi folium vniuersi. Hiere. 8. Et folium defluxit. Significat etiam stultum esse: siue stultum apparere. Prouer. 30. Et qui stultus apparuerit postq; eleuatus est in sublime. Pro quo hebrei legunt. Si stultus fueris siue si stultus apparueris in eleuando. idest postquā eleuatus es. Et sequitur. si enim intellexisses. Item significat vilipendere seu contumeliā facere. Deut. 32. Et recessit a deo salutari suo. Pro quo hebrei legunt. Et vilipendit seu contempsit deum salutis sue. Hiere. 14. Neq; facias nobis contumeliā solii glorie tue recordare. Pro quo hebrei legunt. Ne vilipendas seu neq; despicias soliū glorie tue. Sequitur. recordare &c. Et inde נָבָל Nabal. idest vilis. stultus. insipiens. Deut. 32. Popule stulte & non sapiens. 1. Reg. 25. Super virum istum iniquū nabal: quoniā secundum nomen suum stultus est. Ps. 13. Dixit insipiens in corde suo non est deus. Esa. 32. Non vocabitur vltra is qui insipiens est princeps. Et in plurali נְבָלִים Nebalim. 2. Reg. 13. Et tu eris quasi vnus de insipientibus. Et in plurali feminino נְבָלוֹת Nebaloth. Iob. 2. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Et inde נְבָלָה Nebala idest stultitia. fatuitas. nefas: siue feda res. Gen̄. 34. Eo quod fedam rem operatus esset. Iosu. 7. Et fecit nefas in israel. 1. Reg. 25. Et sit stultitia cum eo. 2. Reg. 13. Noli facere stultitiam hanc. Esa. 32. Stultus enim fatua loquetur. Osee. 2. Et nunc reuelabo stultitiam eius. Quod Beatus hieronymus exponit turpitudinem idest feditatem. Et inde נְבֵלָה Nebela. idest cadauer seu morticinium

Leuit.7. Adipem cadaueris morticini.& in eodẽ.22.Morticiniũ & captum a bestia.Deut.14. Quidquid morticiniũ est ne vescamini ab eo.& in eo.21.Nõ permanebit cadauer eius in ligno.Ponitur etiam pro interfectis.Esa.26.Interfecti mei consurgent.Pro q̃ in hebreo legitur. Cadauer meũ consurgent.Item נֶבֶל Nebel.i.lagena seu vter. vel lagũcula.1.Reg.10. Alius portans lagenam vini. & in eodem.25. Et duos vtres vini.Esa.30. Sicut conterit lagenam figuli. Hiere.13.Omnis laguncula implebitur vino.& in eodem. 44.Et lagunculas corũ collident.Threñ.4. Quomõ cõputati sunt in vasa testea.i.in lagunculas testeas. Item נֶבֶל Nebel.seu נָבֶל Nabel.i. psalteriũ instrumentum musicum seu lyra.1.Reg.10.Et ante eos psalterium & tympanum.Ps 32.In psalterio decem chordarũ psallite ei.Ps.70.Nam & ego cõfitebor tibi in vasis psalterii. Ps.91. In decachordo psalterio.Ps.150.Laudate eũ in psalterio & cithara.& inde נִבְלֵי Nible.Pro quo beatus Hieronymus transtulit cõcẽtũ. Iob.38.Et concentum celi quis dormire faciet.i.quis cessare faciet.& aliqui hebrei dicunt q̃ significat imbres seu inundationes.& inde מַבּוּל Mabul quasi מַנְבּוּל Manbul.i. diluuium.De quo vide supra in dictione בּוּל Bul.

נָבַע Nabaa.effluere.redũdare.emanare.eructare. Prouer. 18.Torrens redundãs fons sapientie. & inde מַבּוּעַ Mabũaa.i.fons seu emanatio.Eccls.12.Et cõteratur hydria super fontẽ.Esa.49.Et ad fontes aquarũ portabit eos.Significat etiam eructare siue loqui aut ebulire vel scaturire. Ps. 18.Dies diei eructat verbũ.Ps.118.Eructabunt labia mea hymnũ.Ps.58.Ecce loquuntur in ore suo.Ps.77.Loquar prepositiones ab initio.Eccls.10.Musce morientes perdũt suauitatẽ vnguẽti. Pro quo hebrei legunt.Musce mortis fetere & ebulire siue scaturire faciunt oleũ pigmentarii. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. Et secũdũ aliquos hebreos ĩde deriuatur אֲבַעְבֻּעֹת Abaabuoth.i.vesice seu ampule.Exo.9.Erunt enim in hominibus & iumentis vlcera & vesice turgentes.

נֶבְרַשְׁתָּא Nebrastha.in lingua chaldaica significat candelabrum.Dañ.5.Manus hominis scribentis contra candelabrum.

נֶגֶב Negeb.meridies.auster.Geñ.12. Et vltra progrediẽs ad meridiẽ.& in eodem.13.Reuersusq; est per iter quo venerat a meridie.& in eodem.28.Et dilataberis ad orientem & occidentem & septentrionem & meridiem. Ios.17. Efrain sit ab austro.1.Reg.27.Contra meridiem iude & cõtra meridiẽ ierameel & cõtra meridiem ceni.Esa.30.Onus iumentorum austri.

נָגַד Nagad.nunciare.annũciare. narrare.indicare.referre. explanare.& cõiter scribitur sine nun.Geñ.3.Quis eni indicauit tibi q̃ nudus esses.& in eo.9.Nunciauit fratrib⁹ suis.& in eodem.24.Cucurrit puella & nũciauit in domo matris sue.& in eodem.49.Vt annunciem vobis que ventura sunt.Exo.19.Et annunciabis filiis israel. Deut.71. Et hoc tibi nunciatũ fuerit.& in eo.26. Profiteor hodie corã dño.i.annũcio hodie corã dño.Ruth.2.Nunciata sunt mihi oĩa que feceris socrui tue.& in eodẽ.Indicauitq; ei apud quem esset operata.Iob.1.Et euasi ego solus vt nũciarẽ tibi Ester.2.Necdũ proderat Ester patriã & populũ suũ.Pro q̃ hebrei legũt. Necdũ ĩdicauerat Ester populũ suũ & natiuitatem suam.Iob.26.Quẽ docere voluisti. Pro quo hebrei legũt.Cui annunciasti seu indicasti sermones. Eccls. 10. Et qui habent pennas annũciabũt sñiam.Hiere.20.Persequimini & persequamur eum.Pro quo hebrei legunt.Annunciate & denunciemus eum.idest.dicamus cõtra eum falsum testimonium.& in eodem.36.Nunciare debemus regi oẽs sermones istos.& in eodem. Indica nobis quomodo scripsisti.& in lingua chaldaica significat trahere siue abstrahere seu prolongare. Dañ.7.Fluuius igneus egrediebatur a facie eius.Pro quo hebrei legunt. Fluuius igneus attrahebatur a facie eius.& in translatione chaldaica cõmuniter ponitur pro hoc verbo מְשַׁךְ Masaach.de quo supra dictum est in littera mem. Item נֶגֶד Neged.idest coram.ante. in conspectu.contra.e regione.ex aduerso.Geñ.31.Necetur corã fratribus nostris.& in eodem.Pone hic coram fratribus meis. 1.Reg.19.Nunc corã dño est xp̃us eius.Ps.50. Et peccatum meum contra me est semper.Ps.108.Fiant cõtra dominũ semper.Prouer.21.Non est cõsilium contra dominũ. Esa. 40.Omnes gentes quasi non sint: sic sunt coram eo.Et recipit caph in principio & dicitur כְּנֶגֶד Cheneged. Geñ. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi.Pro quo hebrei legunt Faciamus ei adiutorium quasi coram eo siue quasi ante eũ. quod sic exponũt hebrei.quod stet corã eo vel quod sit sep in conspectu eius ad obsequendũ ei.Scribitur etiã cũ lamed in principio & dicitur לְנֶגֶד Leneged. Nu.22.Quia puersa est via tua: mihiq; cõtraria.idest cõtra me.Ps.5.Nec permanebunt iniusti ante oculos tuos.Ps.13.Non est timor dei ante oculos eius.Ps.25.Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מִנֶּגֶד Mineged.Geñ.21.Seditq; e regiõe procul.2.Reg. 18.Et tu stares ex aduerso.Ps.37.Aduersum me appropinquauerunt & steterunt.Prouer.14. Vade cõtra virum stultum.& aliquando scribitur cum he in fine & dicitur נֶגְדָּה Negda.Ps.115.In conspectu omnis populi eius.Item נָגִיד Nagid.idest dux seu princeps.1.Reg.9.Et vnges eum ducem super populum meum israel.& in eodem.10. Ecce vnxit te dominus super hereditatem suam in principem.2.Paralip.32.Qui percussit omnem virum robustum & bellatorem & principem.Prouer.28.Dux indigens prudẽtia multos opprimet.Esa.58.Ducem & preceptorem gentibus.Et in plurali נְגִידִים Negidim.& ponitur pro rebus magnis & preciosissimis.Prouer.8.Quoniam de rebus magnis locuta sum.

נָגַהּ Naga.splendere.fulgere.illuminare. Iob.18.Neq; splẽdebit flãma ignis eius.& in eo.22. & in viis tuis splẽdebit lumẽ.Ps.17.Dñs de⁹ me⁹ illumiñat tenebras meas.Esa. 13. Et luna nõ splendebit in lumine suo. & inde נֹגַהּ Noga. idest splendor.Ezech.1.Et splẽdor in circuitu ei⁹. Abach. 3.Splendor eius vt lux erit.& in lingua chaldaica scribitur cum aleph in fine & dicitur נְגַהּא Nigha.Et ponitur pro aurora.Dañ.6.Tunc rex primo diluculo cõsurgens. Pro quo he.le.Tunc rex diluculo surrexit in aurora.& in pl̃ali נְגֹהוֹת Negohoth.Esa.59.Splendorẽ & in tenebris ambulamus. Pro quo hebrei legunt.In splẽdorib⁹ quasi in tenebris ambulamus.

נָגַח Nagach.cornu percutere.siue cornu petere.cornu impellere seu ventilare.Exo.21.Si bos cornu percusserit. & in eodem.Si bos cornupeta fuerit.Deut.33.In ipsis ventilabit gentes.Ps.43.In te inimicos nostros ventilabimus cornu.Ezech.34.In cornibus vestris ventilabatis omnia infirma.Dañ.8. Vidi arietem cornibus ventilantem. Ponitur etiam pro preliari vel pugnare.vt in eodem.7.Pugnabant in mari magno.& in eodem.11.Et in tempore prefinito preliabitur aduersus eum rex Austri.

נָגַל Nagal mutato nun in mem.vt dicatur מַגָּל Magal.q̃si מַנְגָּל Mangal.significat falcem.vt Ioel.3. Mittite falcẽ De quo vide supra in dictione מַגָּל Magal.

נָגַן Nagan. psallere.canere.1.Reg.16.Querant hominem scientem psallere in cithara: vt q̃ñ arripuerit te spiritus

dei malus psallat manu sua.Et in eodẽ.Et percutiebat manu sua.Pro quo hebrei legũt. Et psallebat manu sua.4.Regum.3.Cumq; caneret psaltes.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum . idest cum psalleret psallens vel psaltes.Ps.67.Preuenerunt principes coniuncti psallentibus. Esa.38.Et psalmos nostros cantabimus.vbi ponitur etiam verbum & nomen ab eo deriuatum.idest psalmos nostros psallemus.Et inde נְגִינָה Negina.idest psalterium aut organum seu aliud instrumentum musicum.vt in titulo.Ps.60. Vbi dicitur in finem in hymnis psalmus dauid. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit .Victori super organum psalmus dauid.& in plurali נְגִינוֹת Neginoth.vt in titulo.Ps.4.Vbi dicitur in finem in carminibus psalmus dauid.pro quo beatus hieronymus transtulit Victori in psalmis.

נָגַע Nagaa.tangere.attingere.impellere.pertingere . peruenire.percutere.seu flagellare.Geñ.3.Ne comederemus & ne tangeremus illud.Et in eodem.20.Et non dimisi te vt tangeres eam . & in eodem . Qui tetigerit hominis huius vxorem.Et in eodem.Sicut & nos nihil tuorum attigimus.Exo.4 . Tetigitq; pedes eius . Et in eodem.12. Et aspergite ex eo superliminare.Pro quo hebrei legunt. Et facite tangere superliminare ac duos postes de sanguĩe. Et in eodem.19.Ne tangatis fines eius . Et in eodem.Manus non tanget eum.Leuit.5.Sin autem non potuerit offerre pecus.Pro quo hebrei legunt.Sin autem non attigerit manus eius sufficientiam pecudis: & est sensus sicut in littera nostra.Ruth.2.Vt nemo molestus sit tibi.p̃ quo hebrei legunt. Vt nemo tangat te.1.Reg.10 . Exercitus quorum tetigerat deus corda.Iob.5.non tanget te malum. Et in eo.6.Que prius nolebat tangere anima mea . p̃s . 103. Qui tangit mõtes & fumigant.Esa.6.Et tetigit os meum. Significat etiam pertingere.seu peruenire.1 . Paralip.28. Ita vt vsq; ad celum pertingeret vestra crudelitas.Canti.2 Tempus putationis aduenit.Esa.16.Vsq; ad iazer peruenerunt.Item significat flagellare seu plagare vel percutere. Geñ.12.flagellauit autem dominus pharaõem plagis magnis.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum: ac si diceret plagauit plagis magnis.Ios.8.Iosue vero & omnis israel cesserunt loco simulantes metum & fugientes . Pro quo hebrei legunt.Et percussi sunt iosue & omnis israel ante eos & fugerunt . idest ac si essent percussi fugerunt . 2 . Paralipo.27.Eo quod illico sensisset plagam domini.pro quo hebrei legunt.Eo quod plagasset seu percussisset eum dominus.Ps.72.Et cum hominibus non flagellabuntur. Et in eodem . Et fui flagellatus tota die.Esa.53 . Et nos putauimus eum quasi leprosum.pro quo hebrei legunt . Et nos putauimus eum plagatum.idest plagis percussum seu flagellatum.Et inde נֶגַע negaa.idest plaga . seu percussio. Exo.11.Adhuc vna plaga tangam pharaonem . Leuit . 13. Plaga lepre si fuerit in homĩe.p̃s.37.aduersum me appropinquauerunt & steterũt.pro quo hebrei legũt ex aduerso plage mee steterunt.vnde beatus Hiero.in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit quasi contra lepram meã steterunt.Et in plurali נְגָעִים Negaim.Geñ.12 . Flagellauit autem dominus pharaonem plagis maximis.

נָגַף Nagaph.Percutere.ledere.vulnerare.impellere .impĩgere.Exo.12.percutiens egyptios.Et in eodem.Ingredi domos vestras & ledere.idest percutere.Et in eodem.21 Et percusserit quis mulierem pregnantem . Et in eodem. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit.Deut.28 .Tradat te dominus corruentem ante inimicos tuos . pro quo hebrei legunt.Det te dominus percussum ante inimicos tuos.Iudi.20.putauerunt enim solito eos more cedere.i.p̃cutere.pro quo hebrei legunt.Et dixerunt filii Beniamin percussi sunt ante nos.Et in eodem.Filii autem beniamin cum se inferiores esse vidissent.pro quo hebrei legunt. Et viderunt filii beniamin quoniam percussi essent.1. Regũ. 26.Quia nisi dominus percusserit eum.2.Reg.10.Et quoniam corruissent coram israel.idest percusi essent . Et in eodem.12.percussitq; dominus paruulum.3.Reg.8.Si fugerit populus tuus israel inimicos suos.pro quo hebrei legũt Si percussus fuerit populus tuus israel ante inimicos suos. 2.Paralip.13.perterruit dominus hieroboam & omnem israel.pro quo hebrei legunt.Et percussit deus Ieroboam & omnem israel.Et in eodem.17.Exterruitq; dominus ethiopes.idest percussit.Esa.19.Et percutiet dominus egyptũ plaga : & sanabit eam.ponitur etiam pro impingere seu offendere.p̃s.90.ne forte offendas ad lapidem pedem tuum Prouer.3.Et pes tuus non impinget.Hiere.13.Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. & inde נֶגֶף negeph.idest percussio seu plaga.Exo.30. Et non erit plaga in eis : cum fuerint recensiti.Nume.16.Et plaga deseuit.Et in eodem.quam iam vastabat incendium .pro quo hebrei legũt. Et ecce incęperat plaga in populo.Scribitur etiam cum mem in principio loco nun & cum he in fine & dicitur מַגֵּפָה magepha.idest plaga seu mortalitas. vt in eodem.Et plaga cessauit.Et in eodem .postquam quieuit interitus.idest postquam quieuit plaga.Et in eodem.25.que percussa est in die plage.Et in eodem.26.postquam noxiorum sanguis effusus est: pro quo hebrei legunt . Et factum est post plagam.Et in plurali מַגֵּפוֹת magephoth . Exo . 9. Mittam omnes plagas meas in cor tuum.

נָגַר nagar.defluere.decurrere.detrahere.2.Reg.14. Quasi aque dilabimur super terram.pro quo hebrei legũt. Et quasi aque que defluunt seu decurrunt super terram.p̃s 74.Et inclinauit ex hoc in hoc.pro quo hebrei legunt. & decurrere seu defluere fecit ex eo.vnde beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Et propinauit ex eo.Threñ.3.Oculus meus afflictus est.pro quo hebrei legunt.Oculus meus defluxit. idest effudit lachrimas Mich.1.Sicut aque que decurrunt in preceps . significat ẽt detrahere.vel tradere.Iob.20. Detrahentur in die furoris domini.p̃s.62.Tradentur in manus gladii.Prouer.21.Rapina impiorũ detrahet eos.Hiere.18.Et deduc eos in manu gladii.idest trade seu detrahe eos ĩ manu gladii.Ezech. 35.Et concluseris filios israel in manu gladii . Mich. 1. Et detraham in vallem lapides eius.Ponitur etiam pro extendere.p̃s.76.manibus meis nocte contra eum.pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.manus mea nocte extenditur.

נָגַשׁ nagas.accedere.appropinquare . Geñ.19 . Recede illuc.pro quo hebrei legunt.Accede illuc.Et in eodem 27.Accede huc vt tangam te.Et in eodem . Accessit ille ad patrem.Et in eodem.Accede ad me & da mihi osculum . Et in eodem.33.Donec appropinquaret frater eius. Et in eodem.Et appropinquantes ancille & filii earum incuruati sunt: accessit quoq; lia cum pueris suis.Et in eodem.44 Accedens autem propius iudas.Et in eodem.45. Accedite inquit ad me & cum accessissent.Exo.24.Solusq; moyses accedet ad dominum & illi non appropinquabunt . Et in eodem.34.Timuerunt prope accedere.Et in eodem.venerunt ad eum etiam omnes filii israel.pro quo hebrei legunt. Accesserunt ad eum.Deut.25.Accedet mulier ad eũ. Ruth.2.veni huc & comede panem,id est accede huc.2.Regum.1.Accede irrue in eum.Esa.29.Eo quod appropin

quauit populus iste. Et in eo. 45. Accedite simul qui salua ti estis de gentibus. Et in eo. 49. Fac spaciū mihi vt habitem. Pro quo hebrei legunt. Accede mihi vt habitem. idest accede illuc vt facias mihi spacium. Et in eo. 65. Non appropinques mihi. Amos. 9. Qui dicunt non appropinquabit Et inde verbū tertie coniugationis. idest appropiquare facere. applicare. siue afferre vel offerre. Geñ. 27. Affer mihi inquit cibos. Et in eo. Quos cum oblatos comedisset. Pro quo hebrei legunt. Et obtulit ei & comedit. Exo. 20. Offerat eum dominus diis: & applicabitur ad ostium. 1. Reg. 15 Adducite ad me Agag regem. idest afferte siue applicate ad me. 2. Reg. 3. Et pedes tui non sunt compedibus aggrauati. idest non fuerunt applicati compedibus.

נגש Nagas. cum puncto cebolet in littera sin. exigere. repetere. affligere. angustiare. Deut. 25. Repetere nō poteris quia annus remissionis est. Et in eodem. A peregrino & aduena exiges. 4. Reg. 23. Et vnūquēq; iuxta vires suas exegit tam argentū quam aurū. Esa. 58. Et oēs debitores vrōs repetitis. Ponitur ēt pro affligere. 1. Reg. 13. Afflictus enim erat populus. Item ponitur ꝓ corruere. Esa. 3. Et corruet populus vir ad virum. sed ēt in predicto loco hebrei legunt. Et exiget populus siue angustiabit vel affliget. Ponitur etiam pro offerre. sicut supra נגש Nagas cū puncto sebolet vt. Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. & inde נוגש gēs. idest exactor. Exo. 5. Precepit ergo in die illa prefectis operum & exactoribus populi. & in eo. Igitur egressi prefecti operū & exactores ad populū dixerūt. Esa. 14. & subiiciet exactores suos. Et in eo. Quomodo cessauit exactor.

נד Ned. aceruus. moles. Exo. 15. Stetit vnda fluens. ꝓ quo hebrei legunt. Steterunt quasi aceruus seu quasi moles fluctꝰ seu fluentes. s. aque. Ios. 3. In vna mole consistent. Et in eo. Et ad instar mōtis intumescētes apparebant. pro quo he. le. Steterunt in aceruo vno siue in vna mole.

נדד Nadad. mouere. cōmouere. ammouere. recedere. fugere. Geñ. 31. Fugiebatq; somnus ab oculis meis. i. amotus est vel recessit. Ester. 6. Noctem illam rex duxit insomnem. ꝓ quo he. le. In nocte illa ammotus est vel recessit somnus regis. Iob. 15. Cum se mouerit ad querendum panem Et in eo. 20. Et transiet sicut visio nocturna. idest mouebitur vel recedet sicut visio nocturna. Et in eo. 18. Et de orbe transferet eū. Pro q̄ he. le. Et de orbe āmouebit eū. Et i eo. 42. Et mouerūt super eū caput. ps. 30. Qui videbant me foras fugerunt a me. ps. 67. Rex virtutum dilecti dilecti. Pro quo he. le. Reges exercituū mouebūtur. Potest etiā deriuari a dictione דוד Dod. que significat dilectū. vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Reges exercituū federabuntur. Esa. 10. & nō fuit qui moueret pēnā. Et i eo. Migrauit madmena. i. mota est vel recessit madmena. Hiere. 50. Recedite de medio babylonis. Osee. 7. ve eis qm̄ recesserunt a mē. Naum. 3. Resiliet a te. Et in eo. Sol ortus est & aduolauerunt. i. recesserunt. Et inde נדוד nedud i. motus seu commotio. ps. 54. Ecce elongaui fugiens. ꝓ quo he. le. Ecce elongabo motum. idest longe mouebor. & in plu. נדודים Nedudim. pro quo beatus hieronymus transtulit dolores. Iob. 7. Et replebor doloribus vsq; ad tenebras. & inde מדת Midath. quasi מנדת Mindath. i. motus seu cōmotio. Iob. 7. Et rursum expectabo vesperam. Pro quo he. le. Et motus seu cōmotio vespere. Vide etiā de hoc infra in dictione נוד Nud. & inde נדה Nida. i. menstruata. seu mēstruū aut immūda. eo quod ꝓpter sui imūdiciā erat āmota vel separata a viro & a templo. Leuit. 12. Iuxta dies separatiōis mēstruate. & in eo. iuxta ritū fluxus menstrui. Et in eo. 15. Et que mēstruis temporibus separatur. Threñ. 1. facta est ierusalem quasi polluta menstruis. Ezech. 18. Ad mulierem menstruatā nō accesserit. Ponitur ēt pro inmunda vel inmūdicia. 2. Paralip. 29. Et auferte omnē inmūdiciā de sanctuario. Esdre. 9. Terra inmūda est iuxta inmūdiciā populorum ceterarū terrarū. Ezech. 7. Et aurum eorū in sterquiliniū erit. i. in immūdiciā erit. Ponitur ēt ꝓ aqua qua immundi aspergebantur. Pro quo beatus hieronymus transtulit aspersionē vel expiationē aut lustrationē. Nu. 19 vt sit multitudini filiorum israel in custodiā & in aquā aspersionis. Et in eo. Qui aqua aspersionis nō est aspersus. Et in eo. Et non est aqua lustrationis aspersus. Et in eo. Omnis qui tetigerit aquas expiationis.

נדב Nadab. voluntarie seu sponte offerre. vltroneū offerre. seu liberalē esse. indulgere. sponte promittere seu polliceri. Exo. 25. Ab omni homine qui offert vltroneus accipietis eas. Et in eo. 35. obtulerūt mēte promptissima atq; deuota. Et in eo. Mente deuota obtulerūt. Iudi. 5. Qui sponte obtulistis de israel animas vestras. 1. Paralip. 29. Et si quis sponte offert. & in eo. Polliciti sunt itaq; principes. Et in eo. & letatus est populus cū vota sponte promitterent Et i eo. In simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hec .i. sponte obtuli. & inde נדבה Nedaba. i. spōtaneū vel illud quod volūtarie datur vel offertur. Exo. 35. Voluntaria dño dedicauerūt. Et in eo. 36. Mane vota populus offerebat. i. vota voluntaria offerebat. Ezech. 46. Cum aūt fecerit priceps spontaneū. & in plu. נדבות Nedaboth. ps. 67. Pluuiā volūtariā segregabis deus. Quod in hebreo legitur pluraliter. Ps. 109. Tecū pricipiū in die virtutis tue. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Populi tui spontanei in die fortitudinis tue. Potest ēt legi sic. Populi tui principatus siue tecum principatus in die virtutis tue vt infra dicetur. Ps. 118. Volūtaria oris mei beneplacita fac dñe. & inde נדיב Nadib. i. voluntarius. vltroneus. liberalis Exo. 35. Omnis voluntarius & prono animo offerat. Ponitur etiā pro principe vel duce. eo qđ debet esse liberalis & vltroneus. Esa. 32. Non vocabitur vltra is qui insipiens est princeps. Et in eo. Princeps vero ea que digna sunt principi cogitabit. & ipse super duces stabit. vbi pro ducibus pōitur נדיבות Nediboth. i. ea que digna sunt duci vel principi. & i plu. masculino. נדיבים Nedibim. Ps. 46. Principes populorū congregati sunt. ps. 112. vt collocet eum dīs cū pricipibus dīi principibus populi sui. & in ge. fe. נדיבה Nediba. Ps. 50. Et spū principali confirma mē. & in hebreo est ge. fe. quia spūs qui in hebreo dr̄ רוח Ruach aliqñ est gnīs feminini aliqñ masculini. Ponitur ēt נדיבה Nediba pro desiderio. Iob. 30. & abstulit quasi ventus desideriū meū. & dicūt aliqui hebrei q̄ in predicto loco accipitur pro anima que ē pars principalior in homine.

נדה Nada. abiicere. āmouere. separare. Esa. 66. Dixerūt fratres vestri odientes vos & abiicientes. Amos. 6. qui separati estis in die malo. Item נדה Nede. i. merces. meretricis. Ezech. 6. Omnibus meretricibus dātur mercedes. scribitur et cū alio nū in fine & dī נדן neden. De quo vide ifra in suo loco. Item נדה nida. idest menstruata seu immunda. De quo vide supra in dictione נדד nadad.

נדבך nidbach. in lingua chaldaica sīgnat ordinē. Esd. 6. ordies de lapidibꝰ īpolitis tres: & ordo de lignis nouis.

נדח Nadach. aberrare. abiicere. eiicere. repellere. expellere. impellere. Deut. 13. Vt errare te faceret de via. Et in codē. Quia voluit te abstrahere a dño deo tuo. pro quo hebrei legunt. Quia voluit te facere aberrare a domio deo tuo. & in eodem. Et auerterunt habitatores vrbis sue. idest aberrare fecerūt. Et in eodem. 19. Et securis fugerit manū

Pro quo hebrei legunt. Et aberrauerit siue impulsa fuerit manus eius securi. & in eo. 22. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem. Et in eodem. 30. si ad cardines celi fueris dissipatus. idest fueris expulsus siue eiectus. 2. Reg. 14. Ne penitus pereat qui abiectus est. Et in eo. & nō reuocat eiectum suum. Et in eo. 15. Et impellat super nos ruinā Iob. 6. Necessarii quoq; mei recesserunt a me. pro quo hebrei legunt. Et prudētia seu sapientia recessit a me. De quo vide supra in dictione ישה Iasa. Ps. 147. Dispersiones israel cōgregabit. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Eiectos israel congregabit. Esa. 8. Et caligo persequens. i. implens siue eiiciens. Et in eo. 11. Et congregabit profugos israel. pro quo hebrei legunt. & congregabit eiectos siue expulsos israel. Et in eodem. 13. & erit quasi damula fugiens. i. aberrans siue eiecta Hiere. 27. Vt eiiciam vos & pereatis. Threñ. 2. viderūt aūt tibi assumptiones falsas & eiectiones. vide etiam de hoc supra in dictione דחה Dacha.

נדן Neden. vagina. 1. Paralip. 21. Et conuertit gladiū suum in vaginam. Dañ. 7. Ego daniel territus sum in his. ꝓ quo hebrei legunt. Ego daniel in medio vagine. i. constrictus & afflictus ac si essē in medio vagine. Et aliqui hebrei dicunt q̄ inde deriuatur verbum ידון Iudon. pro quo beatus hieronym: transtulit permanebit. Geñ. 6. Non permanebit spiritus meus in homine. Pro quo ipsi legūt. Non vaginabitur spiritus meus in homine. i. non permanebit sicut gladius in vagina. De quo vide supra in dictiōe דן dun Item נדן Neden. i. donū meretricis. Ezech. 16. Tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis.

נדף Nadaph. impellere. repellere. proiicere. Iob. 13. Cōtra folium quod vento rapitur. i. quod vēto impellitur vel proiicitur. & in eodem. 32. Deus proiecit eum: non homo Ps. 1. Sed tanquā puluis quē proiicit ventus. Ps. 67. Sicut deficit fumus, deficiant. Pro quo hebrei legunt. sicut impellitur fumus impelles. scilicet eos. Esa. 41. sicut stipulam vēto raptam. idest impulsam vel propulsatam.

נדר Nadar. vouere. polliceri. Geñ. 28. Vouit etiā iacob vo tū dicēs. Nu. 30. Si qs virorū votū dño vouerit. Deut. 23. Cū votū voueris dño deo tuo. Et in eo. Si nolueris polliceri absq; peccato eris. 2. Reg. 15. Vouens eni vouit seruus tuus. Ione. 1. & vouerunt vota. & inde נדר Neder. i. votum Et in plu. נדרים Nedarim. i. vota. vt in locis predictis.

נהה Naha. Lamentari. plangere. canere. s. carmē lugubre. languere. Ezech. 32. Cane carmen lugubre super multitudinem egypti. Mich. 2. Et cantabitur canticū cū suauitate dicentiū: depopulatione vastati sumus. pro quo he. le. Et lamentabitur lamentū lamentabile seu lugubre dicenti um: depopulatione vastati sumus. Et est idem sensus cū littera nostra. nam cum dicitur cantabitur canticum intelligitur lugubre: sicut supra Ezech. 32. Significat etiam languere. Dañ. 8. Et ego daniel langui. De quo vide supra in dictione היה Haia. Ponitur etiam pro requiescere. 1. Reg. 7. & requieuit omnis domus israel post dominum. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et planxerunt seu ingemuerunt omnis domus israel post dominum. idest cūm plāctu & gemitu dominum quesierunt. Sed si scribatur cum littera cheth que est quasi eiusdem figure sicut he. tunc significat requiescere. sicut est in littera nostra. & inde נהי Nehi. i. lamentum seu lamentatio aut planctus. Hiere. 9. Super montes assumam fletum ac lamentum. Et in eodem. Quia vox lamentationis audita est de sion. Et in eo. Docete filias vestras lamentum. Et in eodem. 30. vox in excelso audita ē lamentationis. Ezech. 27. Et assument super te carmen lugubre & plangent. Amos. 5. Eos qui sciunt plangere. Pro quo hebrei legunt. Eos qui sciunt planctum seu lamentū. Scribitur etiam sine iod & dicitur נהה Noha. Ezech. 7. Et non erit requies in eis. Pro quo hebrei legunt. Et non erit lamentatio in eis. idest nullus remanebit ex eis qui lamentetur alios. q̄ si scribatur cum littera cheth vt dicatur נחה nō ach. tunc significat requiem sicut est in littera nostra.

נהג Nahag. Minare. ducere. adducere. cōsuescere. assuefacere. Geñ. 31. Tulitq; omnem substātiam suam & greges Pro quo hebrei legunt. Et minauit omnem gregem suum & substantiam suam. Et in eodem. 31. Vt clam me abigeres filias meas. Pro quo hebrei legunt. Et furatus est cor meū & minasti seu duxisti filias meas. Exo. 3. Cumq; minasset gregem. Et in eodem. 10. Et dominus induxit ventū vrentem tota die illa. 1. Reg. 30. Tulit vniuersos greges & armēta & minauit āte faciem suam. 2. Reg. 6. Oza autem & Aio minabant plaustrum. 4. Reg. 4. Mina & propera. Et in eo dem. 9. Preceps enim graditur. Pro quo hebrei legūt. stulte enim minat. s. exercitū vel seipsum. Ps. 79. Qui deducis velut ouē Ioseph. Esa. 60. Et reges eorū adducātur. Threñ. 3. Me minauit & adduxit. Naum. 2. Et ancille eius minabātur gementes. significat etiam assuefacere. Eccle. 2. Et animum meum transferre ad sapientiam. pro quo hebrei legunt: Et cor meum assuefacerem in sapientia. & inde מנהג Minhag. i. consuetudo. Pro quo beatus hieronymus transtulit incessum. 4. Reg. 9. Est autem incessus quasi icessus Ie hu filii Namsi.

נהל Nahal. minare. ducere. portare. sustētare. Geñ. 33. Et ego sequar paulatim vestigia eiꝰ. Pro quo hebrei legūt. Et ego minabo paulatim vestigia operis. idest vestigia pecoris & paruulorum. Exo. 15. Portasti eum in fortitudine tua. Esa. 49. & ad fontes aquarum potabit eos. debet legi portabit. significat etiam sustentare. Geñ. 47. Sustētauitq; eos illo anno. Esaie. 51. Non est qui sustentet eam. & inde נהללים Nahalolim. Pro quo beatus hieronymus transtulit foramina. Esa. 7. Et in omnibus fructetis & in vniuersis foraminibus. Hebrei vero dicūt q̄ significat quoddam genus arboris humilis.

נהם Naham. fremere. frendere. gemere. rugire. Prouer. 5. Et gemas in nouissimis tuis. Et in eodem. 19. Sicut fremitus leonis ira regis. idest fremit sicut leo. Esa. 5. & fremet & tenebit predam. Et in eodem. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. Pro quo hebrei legunt. & fremet super eum in die illa sicut fremitus maris. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. s. נהמה Nahama. idest fremitus siue gemitus. ps. 35. rugiebā a gemitu cordis mei.

נהק Nahac. rugire. clamare. vociferari. Iob. 6. Nūquid rugiet onager cum habuerit herbam. Et in eo. 30. Qui inter huiuscemodi letabantur. pro quo hebrei legunt. Inter arbusta clamabant seu rugiebant.

נהר Nahar. fluere. confluere. affluere. illuminare. illustrare Esa. 1. & fluent ad eum omnes gentes. Et in eodē. 60. Tunc videbis & afflues. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et illuminaberis. Hiere. 31. Et confluent ad bona domini. Et in eodem. 51. Et non confluent ad eum vltra gentes. & inde נהר nahar. idest fluuius seu flumen. Geñ. 2. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis. Iob. 22. Fluuius subuertit fundamentum eorum. ps. 45. Fluminis impetꝰ letificat ciuitatem dei. Ps. 79. Et vsq; ad flumen propagines eius. & in plurali. נהרים neharim secūdum terminationem masculinorum. Iob. 20. non videat riuulos fluminis torrentis melis & butyri. pro quo hebrei legunt. non videat riuulos fluuios torrentes. Esa. 33. Locus fluuiorum ri

ui latissimi. Abach. 3. Nunquid in fluminibus iratus es domine. reperitur etiam נהרות Neharoth .secūdū terminationem femininorum. ps. 23. Et super flumina preparauit eā. Ps. 88. Et in fluminibus dextera eius. Ps. 136. Super flumina babylonis. Esa. 19. Et deficient flumina. Item נהר nahar idest illuminare. ps. 33. Respicite ad eum & illuminamini. Sed beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem primam significationem sequens transtulit: Respicite ad eum & confluite. & inde נהרה Nehara. idest lumē. Iob 3. Nec illustretur lumine. Daū. 2. & lux cum eo habitat. Et inde נהרו Nehiru. idest scientia. Eo q̄ est lumen intellectus: vt in eodem. 5. Scientia & sapientia inuente sunt in eo. Et inde מנהרות minharoth . idest subterranee spelunce vel antra. vbi sunt fenestre & fissure per quas lumen ingreditur. Iudi. 6. fecerūtq̄ sibi antra & speluncas in montibus.

נוא No. irritum facere. subuertere. infringere . seu contradicere verbis alicuius. prohibere. & scribitur cum iod in medio: loco vau. Eo quod est verbum tertie coniugationis. Nu. 30. Si autem statim vt audierit contradixerit pater Et in eodem. Eo quod contradixerit pater. Et in eo. 32. cur subuertitis mentes filiorum israel. Et aliqñ scribitur sine aleph. vt ps. 140. Oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum. pro quo hebrei legunt. Oleum autem primū seu principale non prohibebit vel non deferet caput meū. & inde תנואה Thenua. idest querela seu querimonia. Pro quo beatus hieronymus transtulit vltionem. Nu. 14. & scietis vltionem meam. & in plurali תנואות Thenuoth. Iob. 33 Quia querelas in me repetit. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat occasiones. Alii vero dicunt q̄ significat desertiones seu discessiones.

נוב Nub. germinare. fructificare. crescere. ps. 61. Diuitie si affluant. idest si creuerint vel germinauerint. ps. 91. adhuc multiplicabuntur in senecta vberi. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Adhuc fructificabunt in senectute. Prouer. 10. Os iusti parturit sapientiam. pro quo hebrei legunt. Os iusti fructificat seu germinat sapientiam. s. ad modum arboris que germinat fructus suos. Zach. 9. Et vinum germinans virgines. & inde ניב nib idest fructus. Esa. 57. Creans fructum labiorum. Malach. 1 Et quod supponitur contemptibile est. pro quo hebrei legunt. Et fructus eius contemptibilis est. Vnde beatus hieronymus in explanationibus super hoc loco sic ait. fruct9 autem altaris ignis est: cibusq̄ ignis hostie vel holocausta. Et inde תנובה Thenuba. idest fructus. & reperitur tantū in numero plurali. Threū. 4. Quoniam isti extabuerunt cōsumpti a sterilitate terre. pro quo he. le. A fructibus terre. i. p̄ defectū fructuū terre. & est idē sensus cum littera nostra.

נוד Nud. mouere. commouere. mobile seu vagū eē . auferre. consolari. Geñ. 4. Habitauit profugus in terra . idest habitauit mobilis seu instabilis in terra. 2. Reg. 23. Preuaricatores autem quasi spine euellentur vniuersi. idest mouebuntur siue auferentur. pro quo hebrei legunt. Quasi spina mota vel commota. Esa. 24. & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis. Hiere. 18. Et mouebit caput suū. Et in eo. 50. Et moti sunt & abierunt. Et in eodem. Recedite de medio babylonis. Pro quo hebrei legunt. Mouemini de medio babylonis. Osee. 7. Ephraim in populis ipse commiscebatur. pro quo hebrei legunt. mouebatur siue commouebatur. Naum. 3. Quis commouebit super te caput. Super hoc loco beatus hieronymus in explanationibus sic ait. In hebreo non habetur caput. Sed nos apposuimus vt sensus manifestior fieret. Ponitur etiam pro transmigrare vel transuolare. Ps. 10. Transmigra in montē sicut passer. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Transuola in montem vt auis. Prouer. 26. Sicut auis ad alta transuolans. pro quo hebrei legunt. sicut auis ad mouendum. vide etiam de hoc supra in dictione נדד Nadad. significat etiam consolari. eo quod ille qui consolabatur alium mouebat caput suum significās compassionem. Iob. 2. Vt pariter venientes visitarent eū & consolarentur. Et in eodem. 43. Et mouerunt super eū caput. & in hebreo non habetur caput: sed sic: et mouerunt super eum. idest consolati sunt eum. Hiere. 16. Nec consoleris eos. Et in eodem. 2. Nec lugeatis super eum fletu. pro quo hebrei legunt. Nec consolemini super eum . Et in eodem. 48. Consolamini eum omnes qui estis in circuitu ei9 & inde נוד Nud. idest motus seu commotio. ps. 55. Vitam meam annunciaui tibi. pro quo hebrei legunt. Motum meum numerasti. Et beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Secretiora mea numerasti. & additur ei littera mem in principio & dicitur מנוד Menod. Ps. 43. Commotionem capitis in populis. Scribitur etiam sine vau in medio. & dicitur נד Nad siue נד Ned. pro quo beatus hieronymus transtulit profugum. idest instabilem. Geñ. 4. Vagus & profugus eris in terra. Esa. 17. Ablata est messis in die hereditatis. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt. Aceruus seu cumulus messis in die infirmitatis. Quod etiam potest legi secundum litteram hebraicam. de quo vide supra in dictione נד Ned. scribitur etiam cum iod in medio loco vau. Iob. 16. Et mouerē labia mea quasi parcens vobis. Pro quo hebrei legunt. Et motum labiorum meorum non prohiberem . Ps. 35. Et manus peccatorum non moueat me. & inde נידה Nida. idest mota seu instabilis. vt Threū. 1. Propterea instabilis facta est. Item נאד Nod cum aleph in medio loco vau. idest vter siue lagena. de quo vide supra in suo loco.

נוה Naua. Glorificare . decorare . siue decorum vel pulchrum esse. Exo. 15. Ipse est deus meus & glorificabo eum. Canti. 1. Pulchre sunt gene tue sicut turtures. Et in eodem. 4. Quam pulchre sunt māme tue. Abach . 2. Sic erit vir superbus & non decorabitur. & inde נוה Naua. idest decora siue speciosa. vt Hiere. 6. Speciose & delicate assimilaui filiam sion. & inde נוה Naue. idest habitaculum seu tabernaculum. pulchritudo. decus. species. Exo. 15. Ad habitaculum sanctum tuum. Iob. 8. Et pacatum reddet habitaculū iustitie tue. Et in eodem. 18. Aspergatur in tabernaculo ei9 sulphur. Esa. 33. Oculi tui videbunt ierusalem habitationē opulentam. Hiere. 23. Et conuertam eos ad rura sua . idest ad habitacula sua. Ponitur etiam pro pulchritudine vel decore. Iob. 5. Et maledixi pulchritudini eius statim. ps. 67. Et speciei domus diuidere spolia. Esa. 27. Et speciosa relinquetur & dimittetur quasi desertum. Et in codem. 32. & sedebit populus meus in pulchritudine pacis . Hiere. 31. Pulchritudo iustitie mons sanctus. Et in eodem . 49 . Quasi leo ascendet de superbia iordanis ad pulchritudinem robustam. Significat etiam caulam pastorum . Pro quo beatus hieronymus transtulit pascua. 2. Reg. 7. Ego tuli te de pascuis. Soph. 2. Et erit funiculus maris requies pastorū . idest caula seu pascua pastorum. Et in plurali quandoq̄ scribitur cum aleph & vau & dicitur נאות Neoth. Ps. 22. In loco pascue ibi me collocauit. p̄ q̄ he. le. in habitaculis siue in pascuis herbe. aut in caulis herbe me collocabit. Hiere. 9. Et sup speciosa deserti plāctū. & in eo. 25. Et cōticuerunt arua pacis. vbi pōitur p̄ aruis. Iohel. 1. Quia ignis comedit speciosa deserti. Et in eo. 2. Quia germinauerunt speciosa deserti.

נוח Noach. quiescere. requiescere. Geñ. 8. Requieuitq̄ arca mense septimo. Exo. 20. Et requieuit die septio. Deut. 5. Vt requiescat seruus & ancilla tua. 1. Reg. 25. Locuti sunt nabal omnia verba hec ex nomine dauid & siluerunt . i. quieuerunt vel cessauerunt. s. loqui. 2. Reg. 7. Et opperiemus eum. Pro quo hebrei legūt. Et requiescemus super eū . i. castrametabimur super eum. Et in eo. 21. Et nō dimisit aues lacerare eos per diem. Pro quo hebrei legunt. & non dimisit aues requiescere super eos per diem. s. ne eos lacerarent. Iob. 3. nonne silui: nonne quieui. Esa. 10. Requieuit syria super ephraim. Et in eo. 11. Et requiescet super eū spiritus domini. Et in eo. 57. Requiescēt in cubili suo. Abach. 3. Et requiescam in die tribulationis . Et inde verbum tertie coniugationis. idest requiescere facere siue requiem dare aut refrigerare. seu reponere. Exo. 30. Et requiē dabo tibi. Et in eodem. & requiescere faciam te. Deut. 25. Cū ergo dñs deus tuus dederit tibi requiem. 2. Reg. 7. Et dñs dedisset ei requiē vndiq̄ . Iof. 21. Dataq̄ est ab eo pax in omnes per circuitum nationes. Pro quo hebrei legunt. Requiescere fecit eos dñs per circuitum. Prouer. 29 . Erudi filium tuum & refrigerabit te. Ezech. 5. Et requiescere faciam indignationem meam in eis. Et i eo. 16. Et requiescet indignatio mea in te. Pro quo hebrei legunt. Et requiescere faciam indignationem meā in te. signat etiam reponere. Exo. 16. Quidquid reliquū fuerit reponite vsq̄ mane. Et in eo. 17 Sin autem paululum remisisset superabat amalech. p̄ quo hebrei legunt. & qñ reponebat manus suas supabat Amalech. Ezech. 37. Et dimisit me in medio campi. i. reposuit me. & in eo. 44. Et reponā benedictionem domui tue. Et inde נחת Nachath. i. requies. Eccl. 4. Melior est pugillus cum requie. Et in eo. 9. Verba sapientum audiuntur in silentio. i. in requie vel in tranquillitate. & inde מנוח manoach. i. requies. Ruth. 3. Querā tibi requiem. ps. 114. Cōuertere anima mea in requiē tuā. scribitur etiam cū he in fine & dicitur מנוחה Menucha. Geñ. 49. Vidit requiem q̄ esset bona. Iudi. 21. Nec erat vlla requies morientiū. Ps. 131. hec requies mea in seculum seculi. Pōitur etiam pro sepulchro qd est locus requietiōis . Esa. 11. Et erit sepulchrū eius gloriosum. Itē ponitur p̄ prophetia. Hiere. 51. saraias aūt erat princeps p̄phetie. & in plu. מנוחות Menuchoth. i. requietiones. Esa. 32. Et in requie opulenta. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. in requietionibus opulentis. & inde הנחה Hanacha. i. requies. Ester. 2. Et dedit requiem vniuersis p̄uinciis. & inde ניחח Nichoach. i. suaue vel placens. Geñ. 8. Odoratusq̄ est dñs odorem suauitatis. Leuit. 3. In oblationem suauissimi odoris domini. & in eo. 26 . Nec recipiam vltra odorem suauissimū. Nu. 28. Holocaustum suauissimi odoris atq̄ incensi est dñi. & in plurali. ניחוחין Nichochin. Dañ. 2. Et hostias & incensum precepit vt sacrificarent ei. Quod in hebreo legitur in plu. s. incensa.

נוט Nud. mouere. concutere. ps. 98. moueatur terra. & beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Concutiatur terra. Vide etiam de hoc supra in dictione מוט Mot.

נולי Neuali. In lingua chaldaica significat sterquilinium: secundum hebreos. Dañ. 2. Et domus vestre publicabuntur. Pro quo hebrei legunt. Et domus vestre in sterquilinium ponentur. Et in eo. 3. Et domus eius vastetur.

נום Num. dormire. dormitare. Ps. 75. Dormierunt somnum suum. Ps. 120. Neq̄ dormiet qui custodit te. Et in eodem. Ecce non dormitabit. Naum. 3. Dormitauerūt pastores tui. & inde נומה Numa. idest dormitio. seu dormitatio. Prouer. 23. Et vestietur pannis dormitatio. Scribitur ēt cum thau in principio & dicitur תנומה Thenuma. ps. 131. Et palpebris meis dormitationem. & in plurali תנומות thenumoth. Iob. 33. Et dormient in lectulo. pro quo hebrei legunt. In dormitationibus in lectulo. Prouer. 24. Paululū dormitabis. Pro quo hebrei legunt. Paululū dormitatiōnū

נוס Nus. fugere . cōfugere. Geñ. 14. Et qui remanserant fugerunt ad montem. Et in eodem. 39. Qui relicto in manu eius pallio fugit. Exo. 4. Ita vt fugeret moyses. Nu. 25. Exules & profugi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt. pro quo hebrei legunt. Et non accipietis precium ad fugiendum ad ciuitatem refugii sui vsq̄ ad mortē pontificis. & beatus hieronymus trāstulit sensum. Deut. 34. Nec dentes illius moti sunt . Pro quo hebrei legunt. Et non fugerat humiditas illius. idest humidum radicale non recesserat: siue speciositas eius non mutabatur propter senectutem. Potest etiam legi sic. Nec efugerat. idest nec mota fuit maxilla seu mandibula illius . Et ponitur ibi maxilla pro dentibus : sicut est in littera nostra vt dictum est supra in dictione לחה Lecha. Iof. 8. Fugiem9 & terga vertemus. Pro quo hebrei legunt. Et fugiemus ante eos. Et in eodem. 10. Cumq̄ fugerēt filios israel. 2. Reg. 18. Siue enim fugerimus non magno opere de nobis ad eos pertinebit. Esa. 30. Sed super equos fugiemus ideo fugietis. Zach. 11. Et fugietis ad vallem montium. Et in eo. sicut fugistis a facie terremotus. Vide etiam de hoc in dictione נסס Nasas. & inde verbū tertie coniugationis . idest cōfugere facere siue fugare. Exo. 9. fecit confugere seruos suos & iumenta in domos . Iudi. 6 . Vt fugeret madian. Pro quo hebrei legunt. Vt fugaret a facie Madian. & inde מנוס Manos. idest fuga. effugium. siue refugium. Iob. 10. Et effugium peribit ab eis. Ps. 141. Periit fuga a me . Hiere. 16. Et refugium meum in die tribulationis. Hiere. 46. Fugerunt conciti. Pro quo hebrei legunt. fugam fugerūt. Scribitur etiam cum he vel thau in fine. Leuit. 26. Et ita fugiet quasi gladiū. Pro quo he. le. Et fugient fugam gladii.

נוע Noaa. Mouere. commouere. concutere. Nu. 32. Et circūduxit eum per desertum quadragintaannis. Pro quo hebrei legunt. Et moueri vel commoueri fecit eos per desertum quadraginta annis. Iob. 16. Mouerem & ego caput meum. Ps. 21. Locuti sunt labiis & mouerunt caput. ps. 58 Ipsi dispergentur ad manducandum . Pro quo hebrei legunt. Ipsi mouebuntur ad manducandum. Et beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Ipsi vagabuntur ad manducandum. Esa. 7. Et commotum est cor eius & cor populi eius sicut mouentur ligna siluarum. Et in codem. 19. Et mouebūtur simulachra egypti a facie eius. Et in eodem. 24. Agitatione agitabitur terra sicut ebrius. idest commotione commouebitur terra. Dañ. 10. Et erexit me super genua mea. Pro quo hebrei legunt. Et commouit me super genua mea. idest commouendo sic agitando erexit. Amos. 4. Et venerunt due & tres ciuitates ad vnam. Pro quo hebrei legunt. Et mouebunt due tres ciuitates ad vnam. Et in eodem. 9 . Et concutiam in oībus gentibus domum israel: sicut concutitur triticum. Naum. 3. Si concusse fuerint cadent in os comedentis. Et inde נע Naa. idest mobilis. Pro quo beatus hieronymus transtulit vagus. Geñ. 4 . Vagus & profugus eris in terra . Et in eodem . Et ero vagus & profugus in terra . Et inde מנענעים Menaaneim . idest instrumenta musica circa a concutiendo vel mouendo dicta . Pro quo beatus hieronymus transtulit sistra. 2. Regum. 6. Et in sistris & cymbalis. Et inde הנע Henaa . Nomen proprium loci secundum translationem nostram . 4 . Regum . 18 . Vbi est deus

sepharuaim Ana & Aua. Hebrei tamen in predicto loco legunt sic. vbi est deus sepharuaim: mouit & dispexdidit. scilicet rex assyriorum omnes supradictos.

נוף Nuph. leuare. eleuare. mouere. hinc inde agitare. aspergere. Exo. 29. Et sanctificabis eos eleuans coram domino. Et in eodem. Sanctificabisq; illud eleuans coram domino. Et in eodem. Et armum quem de ariete separasti. pro quo hebrei legunt. Et armum qui eleuatus est & separatus de ariete. Leuit. 8. Qui postquam leuauerunt ea corã domino. Et in eodem. Tulit ergo pectusculũ eleuans illud coram domino. Nu. 6. Susceptaq; rursum ab eo eleuauit in conspectu domini. Et in eodem. 8. Cumq; leuati fuerint coram domino. Et in eodem. Et offeret Aaron leuitas munus in conspectu domini. pro quo hebrei legũt. Et leuabit Aaron leuitas eleuatione in conspectu domini. Et in eodem. Eleuabitq; eos Aaron in conspectu domini. 4. Reg. 5. Et tangeret manu sua locum lepre. pro quo hebrei legunt. Et eleuaret manum suam ad locum. scilicet lepre. Ps. 61. Pluuiam voluntariam segregabis deus. Pro quo Beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Pluuiam voluntariam eleuasti deus. Hebrei tamen legunt. aspersisti deus. significat etiam aspergere. prouer. 7. Aspersi cubile meum myrrha & Aloe. põitur etiam pro trahere. Quod est hinc & ide mouere. vel eleuare. Esa. 10. Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur. Et in eodem. Quomodo si eleuetur virga. Et in eodem. 13. Leuate manum. Ponitur etiã pro agitare vel cribrare. Esa. 10. Agitabit manum suam super montem filie sion. Et in eodem. 30. Ad perdendas gentes in nihilum. Pro quo hebrei legunt. Ad cribrandas gentes in cribro vanitatis. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Potest etiam legi sic. Ad agitandas gentes agitatione vanitatis. Et inde תְּנוּפָה Thenupha. idest eleuatio siue agitatio. Exo. 29. Sanctificabisq; pectusculum consecratum. pro quo hebrei legunt. Sanctificabisq; pectusculum eleuationis. Leuit. 7. Pectusculum eleuationis & armum separationis. Et in eodem. 10. Pectusculum quoq; quod oblatum est. Pro quo hebrei legunt. Pectusculum quoq; eleuationis seu agitationis. Esa. 19. A facie commotionis manus domini exercituum. Et in eodem. 30. Et in bellis precipuis expugnabit eos. pro quo hebrei legunt Et in bellis eleuationis seu agitationis vel commotionis expugnabit eos. Item נֹפֶת Nópheth. idest fauus. p̃s. 18. Et dulciora super mel & fauum. Prouer. 24. Et fauum dulcissimum gutturi meo. Canti. 4. Fauus distillans labia tua. Itẽ נָפֶת Naphath. prouincia. regio. sed translatio nostra posuit pro nomie proprio. Ios. 17. Tertia ps vrbis nopheth. 3. Reg. 4. benadab cuius omnis nephador.

נוץ Nus. florere. Canti. 7. Floruerunt mala punica. Et aliquando scribitur cum iod in medio loco vau. Ps. 131. super ipsum autem efflorebit sanctificatio eius. Scribitur etiã cum aleph ĩ medio loco vau. Eccs. 12. Et florebit amygdalus. Et inde נִצָּה Nisa. idest flos. Geñ. 40. & post flores vuas maturescere. Iob. 15. Et quasi oliua proiiciens florem suũ. Ponitur etiam pro germinatione. Esa. 18. Et immatura perfectio germinabit. Scribitur etiam cum nun in fine & dicitur נִצָּן Nisan. Canti. 2. Flores apparuerunt in terra. vbi ponitur נִצָּנִים Nisanim. Et inde נִצֹּץ Noses cum duplici sade. idest scintilla. Ezech. 1. Et scintille quasi aspectus eris. & aliquando scribitur cum iod in prima syllaba. vt Esa. 1. Et opus eius quasi scintilla.

נור Nur. lucerna. Et communiter scribitur sine vau & dicitur נֵר Ner. Exo. 27. Vt ardeat lucerna semper. 1. Reg. 3. Et non poterat videre lucernam dei. Iob. 21. Quotiens lucerna impiorum extinguetur. Ps. 17. Quia tu illuminas lucernam meam. p̃s. 118. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ p̃s. 131. Paraui lucernam christo meo. Scribitur etiam cum iod in medio & dicitur נִיר Nir. vt. 3. Reg. 11. Vt remaneat lucerna dauid seruo meo. Et ĩ plu. נֵרוֹת Neroth. Exo. 25. facies & lucernas septem. Nu. 8. Cum posueris septem lucernas. Et inde מְנוֹרָה Menora idest candelabrum. Exo. 25. facies & candelabrum ductile de auro purissimo. Et in eodẽ. 40. Candelabrum stabit cum lucernis suis. Item נִיר Nir. idest nouale. Prouer. 13. Multi cibi ĩ noualibus patrũ. Osee. 10. Innouate vobis nouale. Vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum. ac si diceret. Nouiter arate vobis nouale. Item נִיר Nir. in lingua chaldaica significat iugũ. & sic transtulit beatus hieronymus. Nu. 21. Vbi dicitur iugum ipsorum disperiit. De quo vide supra in dictione יָרָה Iara. Itẽ נוּר Nur siue נוּרָא Nura. in lingua chaldaica significat ignẽ Dañ. 3. Mittetur in fornacem ignis. Et in eodem. 7. Fluuius igneus rapidus egrediebatur a facie eius.

נוש Nus. desperare. infirmari. p̃s. 68. Improperium expectauit cor meum & miseriam. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. opprobrio cõtritum est cor meum & desperatus sum. Hebrei tamen legunt. Et infirmatus sum. De quo vide supra in dictione אֱנַשׁ Anas.

נזד Nazad. coquere. scilicet pulmentum. vt Geñ. 25. Coxit autem iacob pulmentum. & inde נָזִיד Nazid. idest pulmentũ seu coctio. vt in loco predicto &. 4. Regũ. 4. Et concidit in ollam pulmẽti. Et in eodem. Cum gustasset de coctione. Aggei. 2. Panem aut pulmentum.

נזה Naza. aspergere. & scribitur sine nun. Leuit. 4. Tincto digito asperget septies contra velum. Leuit. 6. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa. Et in eo. 8. Cumq; sanctificans aspersisset altare septem vicibus. Nu. 8. Aspergantur aqua lustrationis. Et in eodem. 19. Ipse quoq; qui aspergit aquas lauabit vestimenta sua. Esa. 53. Iste aspget gentes multas.

נזל Nazal. fluere defluere. erumpere: pluere vel stillare. Nu. 24. Fluent aque de situla eius. Deut. 32. fluat vt ros eloquium meum. Iob. 36. Que de nubibus fluunt. p̃s. 147 flauit spiritus eius & fluẽt aque. Canti. 4. que fluunt impetu de libano. Et in eodem. Et fluent aromata illius. Esa. 64 A facie tua montes defluerẽt. Hiere. 9. Et palpebre nostre defluant aquis. Et in eodem. 18. Erumpentes aque frigide. idest defluentes. Ponitur etiam pro pluere. Esa. 45. Et nubes pluant iustum. Et in eodem. 46. Aquam de petra produxit eis. Pro quo hebrei legunt. Aquam de petra stillare fecit vel fluere fecit eis. & ide נוֹזְלִים Nozlim. idest riui seu fluenta. Ps. 77. Et eduxit aquam de petra. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et eduxit riuos de petra. Et in eodem. Et imbres eorum ne biberent. idest fluenta. Prouer. 5. Et fluenta putei tui. Esa. 44. Et fluenta super aridam. Et ide מַזָּל Mazal. i. Sydus seu signum celeste. Et solum inuenitur in numero plurali. scilicet מַזָּלוֹת Mazaloth. 4. Regũ. 23. soli & lune & duodecim signis. & secundum hebreos propter sui influẽtiam circa terrena appellantur hoc nomine.

נזם Nézem. Inauris ornamentum auris vel naris. Geñ. 24. Protulit vir inaures aureas. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet inaurem auream. Prouer. 11. Circulus aureus in naribus suis. idest in naribus porci. & in plurali נְזָמִים Nezamim. Geñ. 35. & inaures que erant in auribus eorum. Exo. 32. Tollite inaures aureas de vxorum filiorumq; & filiarum vestrarum auribus. Esa. 3. & gẽmas ĩ frõte pendentes. Pro quo hebrei legunt. Et inaures naris.

נזק Nazac. in lingua chaldaica significat nocere seu damnare: aut damnum inferre. Esdre. 4. Et vsq; ad hec noxia perueniet. & in eodem. Et nocens regibus & puincijs. Dañ. 6. Et rex non sustinebit molestiam. i. nocumẽtũ. & inde נֶזֶק Nézec. i. Damnũ. nocumentũ. Ester. 7. Nũc aũt hostis noster est cuius crudelitas redundat in regem. Pro q̃ hebrei legunt. Quia nihil hostis prodest in damno vel cũ damno regis.

נזר Nazar. separare. abstinere. consecrare. sanctificare. Leuit. 22. Vt caueant ab his que consecrata sunt. Pro quo hebrei legunt. Et separentur vel abstineant ab his que consecrata sunt. Nu. 6. Et se voluerint domino consecrare. & in eodem. A vino & omni quod inebriare potest abstinebunt & in eodem. Cunctis diebus quibus ex voto domino consecrantur. & in eodem. Omni tempore consecrationis sue. Pro quo hebrei legunt. Cunctis diebus quibus consecratur vel separatur domino. & in eodem. Vsq; ad completum diẽ quo domino consecratur. & in eodem. Et consecrabit domino diem separationis illius. Zach. 6. Vel sanctificare me debeo. Pro quo hebrei legũt. vel abstinere aut separare me debeo. s. a cibo & potu. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Ponitur etiam pro abalienare. Esa. 1. Abalienati sũt retrorsum. Osee. 9. Et abalienati sunt in confusione. i. separati sunt. Et de hoc vide supra in dictione זוּר Zur. & inde נָזִיר Nazir. idest nazareus. consecratus: vel sanctificat9: aut separatus. s. a vino & omni quod inebriare potest. Geñ. 49 Et in verticẽ nazarei inter fratres suos. Nu. 6. Vir siue mulier cũ fecerint votũ vt sanctificentur. Pro q̃ he. le. Cũ fecerit votũ nazarei. & ĩ eo. Ista est lex cõsecratiõis. p q̃ he. le. Ista est lex nazarei. i. consecrati vel sepati. & in eo. Tunc radetur nazareus ad ostium tabernaculi. & in codẽ. Et tradet in manus nazarei. Iudi. 13. Erit enim nazareus dei ab infantia sua & inde נֵזֶר Nézer. i. separatio: vel sanctificatio: aut corona seu diadema. Nu. 6. Omni tempore separationis sue nouacula non ascendet super caput eius. & in eodem. Quia consecratio dei super caput eius. & in eodem. Omnibus dieb9 separationis sue sanctus erit domino. & in codẽ. Quoniam polluta est sanctificatio eius. Ps. 31. Super ipum autem efflorebit sanctificatio eius. Ponitur etiam pro coma vel capillis eo quod nazareus nutriebat comã. vt Hiere. 7. Tonde capillum tuum & proiice. Ponitur etiam pro eo quod separatur a cõmuni vsu. Leuit. 25. Et vuas primitiarum tuarum non colliges. Pro quo hebrei legunt. Et vuas separationis tue. i. quas tibi vt proprias separaueras non vindemiabis: quia debebant esse omnibus cõmunes. Item נֵזֶר Nézer. i. corona seu diadema. Exo. 39. Fecerunt & laminam sancte venerationis. Pro quo hebrei legunt. Et fecerunt laminam coronam sanctitatis. Erat enĩ hec lamina circundata fronti pontificis in modum corone. 2. Reg. 1. Et tuli diadema qđ erat in capite eius. 4. Reg. 11. Et posui super eũ diadema. & inde מִנְּזִיר Minezir. i. coronatus seu princeps. Pro quo btũs Hieronymus transtulit custodem. Naũ. 3. Custodes tui quasi locuste.

נחה Nacha. minare. ducere. deducere. dirigere. reponere. collocare. Exo. 13. Non eos duxit domin9 per viã terre philistiim. & in eodem. Vt dux esset itineris. & in codẽ. 32. Vade & duc populum quo locutus sum tibi. Iob. 12. Et subuersas in integrum restituet. Pro quo hebrei legunt. Expãdens vel dispergens gentes & deducit eas. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. 1. Reg. 22. Et reliquit eos ante faciem regis moab. Pro quo hebrei legũt. Et deduxit eos ante faciem regis moab. Iob. 38. Et vesperum super filios terre consurgere facis. Pro quo hebrei legunt. Et sydus seu vesperum super filios suos deduces: Ps. 22. Deduxit me super semitas iustitie. Ps. 26. Et dirige me in semitam rectam Ps. 76. Deduxisti sicut oues populum tuum. Ps. 77. Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos. Ps. 107. Quis deducet me vsq; in idumeam. Prouer. 6. Cum ambulaueris gradiatur tecum. Pro quo hebrei legunt. Cum ambulaueris minabit te: Prouer. 18. Et ante principes spacium ei faciet. Pro quo hebrei legunt. Et ante principes deducet eũ. Esa. 58. Et requiem tibi dabit dominus semper. Pro quo hebrei legũt. Et deducet seu minabit te dominus semp. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione נוּחַ Noach. Significat etiam reponere seu collocare. 4. Reg. 18. Et collocauit eos in Aila & in Aber. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et duxit seu deduxit eos. & secundum hebreos inde deriuatur מִנְחָה Mincha. i. mun9. vel donũ. De quo vide supra in dictiõe מְנָה Menach.

נחל Nachal. hereditare. possidere. Exo. 32. Et possidebitis eam semper. & in eodem. 34. Nosq; possideas. Leuit. 25. Et hereditario iure transmittetis ad posteros. Pro quo hebrei legũt. Et hereditabitis eos filiis vestris post vos. Nu. 32. Vsq; dum possideant filii israel hereditatem suam. & in eodem. Nec quicq̃ queremus trans iordanem. Pro quo hebrei legunt. Quoniam non hereditabimus cũ eis trãs iordanẽ. Nu. 23. Quã diuidetis vobis sorte. Pro quo hebrei legunt. Et possidebitis terram sorte: & in eodem. Per trib9 & familias possessio diuidetur. i. possidebitis. & in codẽ. Hec sunt nomina virorum qui cum Iosue terram vobis diuidẽt Pro quo hebrei legunt. Hec sunt noĩa virorum qui hereditare facient vos terram. i. diuidendo vnicuiq; hereditatem suam. & in eodem. Vt diuiderent filiis israel terram chanaã Deut. 21. Volueritq; substãtiam inter filios suos diuidere. Pro quo hebrei legunt. Et erit in die qua hereditare faciet filios suos. s. diuidendo eis hereditatem. & in codẽ. 32. Qñ diuidebat altissimus gentes. Pro quo he. le. Qñ hereditare siue possidere faciebat altissim9 gẽtes. i. qñ diuidebat gẽtes p terras vt vnaqueq; gens possideret terram ei cõcessam a deo. Ios. 1. Tu enim sorte diuides populo huic terram. i. hereditare facies. & in codẽ. 13. Hanc possessionẽ diuisit moyses in campestribus moab. & in eodẽ. 14. Hoc est qđ possederunt filii israel in terra chanaã quam dederunt eis. idest possidere fecerunt eleazar sacerdos & iosue filius nun. Iob. 7. Sic & ego habui menses vacuos. Pro quo hebrei legunt. Sic possedi mihi menses vanitatis. i. vanos & vacuos. Ps. 81 Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Ezech. 22 Et possidebo te in conspectu gentium. Zach. 2. Et possidebit dominus iudam partem suam. & inde נַחֲלָה Nachala. i. hereditas. possessio. Leuit. 25. Reuertetur hoĩo ad possessionem suam. Nu. 18. Ego pars & hereditas tua. Deut. 18. Dominus enim ipse est hereditas eorum. & in eodem. 32. Iacob funiculus hereditatis eius. Ps. 93. Hereditatem tuam vexauerunt. Ps. 134. In possessionem sibi. & in plali נְחָלוֹת Nachaloth. i. hereditates vel possessiones. Reperitur etiã נְחִילוֹת Nechiloth. vt in titulo. Ps. 5. vbi dicitur in finẽ pro ea que hereditatem consequitur. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Victori pro hereditatibus. Hebrei tamen dicunt q̃ in predicto loco est nomẽ cuiusdam instrumenti musici sic nominati. Item נַחַל Náchal. i. torrens. riuus. fluuius vallis. Leuit. 23. Et salices de torrẽte. Nu. 13. Pergẽtes vsq; ad torrentẽ botri. Ios. 13. Ab aroer que sita est in ripa torrentis Arnon. 3. Reg. 7. Et ibi de torrente bibes. Iob. 28. Diuisit torrentem a populo peregrinante. Ps. 109. De torrente in via bibet.

Eſa.57.In partibus torrentis pars tua. Et aliquãdo ſcribitur cum he in fine & dicitur.נַחְלָה nachla.vt Nu.34. Vſq ad torrentem egypti.Ps.123.Torrentem pertranſiuit anima noſtra.Significat etiam vallem . Geñ . 23.Foderuntq in torrente.ideſt in valle qua torrens defluit tempore pluuiali.Deut.2.Oppido quod in valle ſitũ eſt . Et in eodem. 21.Ducentq eam ad vallem aſperam atq ſaxoſam.Ioel.3. Et irrigabit torrentem ſpinarum. pro quo hebrei legunt. Et irrigabit vallem ſetim.ideſt ſpinarum . Et in plurali נְחָלִים nechalim.ideſt torrentes ſeu valles.Nu.21.Sic faciet in torrẽtibus arnon.Et in eodem.24. Vt valles nemoroſe. 2.Reg.22.Torrentes Belial terruerunt me. Iob.20.Torrentes mellis & butyri.Eccls.1.Omnia flumina intrant in mare.Reperitur etiam נַחְלַיִם nachalaim.Ezech.47.quocunq venerit torrens viuet. vbi ponitur נַחְלַיִם Nachalaim pro נַחַל nachal.ideſt dualis numerus pro ſingulari.

נחם Nacham.conſolari.conſolationem accipere.penitere penitudinem habere.penitentiam agere.Geñ.5.Iſte conſolabitur nos ab operibus noſtris.& in eodem.24.Vt dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret.Pro quo hebrei legunt.& conſolatus eſt iſaac poſt mortem matris ſue.ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum.& in eodem.27.Minatur vt occidat te.pro quo hebrei legunt. Cõſolatur vt occidat te.& in eodem.37.Vt lenirent dolorem patris.pro quo hebrei legunt.vt conſolarentur eum.& in eodem. Noluit conſolationem accipere. Ruth.2.Quod cõſolatus es me.2.Reg.13.eo quod conſolatus eſſet ſuper Amnon interitum.Iob.29.eram tamen merentium conſolator.Pro quo hebrei legunt.Sicut qui conſolatur lugentes ſeu merentes.& in eodem.21.Quomodo conſolamini me fruſtra.Ps.68.& qui conſolarentur & non inueni. p̃s.76. Renuit conſolari anima mea.p̃s.118.& conſolatus ſum.& in eodem.fiat miſericordia tua vt conſoletur me.Eſa.1.heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis.Et in eodem.40.conſolamini cõſolamini popule meus.Et in eodem.49.quia conſolatus eſt dominus populum ſuum.& in eodem.51. Conſolabitur ergo dominus ſion.Et in eodem.Ego ipſe conſolabor vos.Et in eodem.54.Tempeſtate conuulſa abſq vlla conſolatione.ideſt que non eſt conſolata.Et in codẽ 66.quomodo ſi cui mater blandiatur.pro quo hebrei legunt.ſicut vir quem mater ſua conſolatur. Et ſequitur.Ita ego conſolabor vos:& in ieruſalem conſolabimini.Hiere. 31.Et nolentis conſolari ſuper eis. Ezech.5.Et requieſcere faciam indignationem meam & conſolabor.& inde נֹחַם Nocham.ideſt conſolatio.Oſee.13.Conſolatio abſcõdita eſt ab oculis meis.& in plurali. נִחוּמִים nichumim. ideſt conſolationes.Eſa.57.Et reddidi conſolationes ei & lugentibus eius.Zach.1.Verba conſolatoria.pro quo hebrei legunt.verba conſolationum.& inde נֶחָמָה Nechama.ideſt conſolatio.Iob.6.Et hec mihi ſit conſolatio.p̃s. 118.Hec conſolatio mea in humilitate mea.Scribitur etiam cum thau in principio & dicitur תַּנְחוּם Thanchum.& ſolum reperitur in numero plurali.ſcilicet תַּנְחוּמוֹת Thanchumoth.ſiue תַּנְחוּמִים Thanchumim.Iob.15.Nunquid grande tibi eſt vt conſoletur te deus.pro quo hebrei legunt.Nunquid parum tibi conſolationes dei.ſcilicet ſunt. Et in eodem.21.Et agite penitentiam.pro quo hebrei legunt.Et ſit hoc conſolationes veſtre.ideſt hoc reputetur vobis pro conſolationibus.Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra.vt infra dicetur.p̃s.93.Conſolationes tue letificauerunt animam meam.Eſa.66.& repleamini ab vbere conſolationis eius.quod in hebreo legitur pluraliter: ſcilicet conſolationum eius. Hiere.16. & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum.pro quo hebrei legunt. Et non dabunt eis calicem conſolationum.Item נִחַם Nicham.ideſt penitere.ſiue penitudinem habere.aut penitentiam agere.Geñ.6.Penituit eum hominem feciſſe in terra.Et in eodem.Penitet enim me feciſſe eos.1.Regum.15.Penitet me quod conſtituerim Saul Regem Et in eodem. Et dominũ penitebat q conſtituiſſet regem Saul.Et in eodem. Penitudine non flectetur neq enim homo eſt vt agat penitentiam. Iob.42.Et ago penitentiam in fauilla & cinere.Ps.109.Iurauit dominus & non penitebit eum.Hiere.8. Nullus eſt qui agat penitentiam ſuper peccato ſuo.Significat etiã placari ſeu miſereri.i.penitere ſuper malum.Exo.32.Et eſto placabilis ſuper nequitiã populi tui.E in codẽ. Placatuſq eſt dominus ne faceret malum.Deut.32.Et in ſeruis ſuis miſerebitur.Ps.105.Et penituit eum ſecundũ multitudinem miſericordie ſue.Ione. 3.Et miſertus eſt ſuper maliciam.Et inde נִחוּם Nechum.i. penitudo.Oſee.11.Pariter conturbata eſt penitudo mea.

נַחְנוּ Nachnu.nos.pronomen eſt pluralis numeri prime perſone.Threñ.3.Nos iniq egimus & ad iracũdiam prouocauimus.

נָחַץ Nachas. feſtinare.vrgere.1.Reg.21.Sermo enĩ regis vrgebat.Pro quo hebrei legũt. Quoniam erat ſermo regis feſtinatus vel acceleratus. Et ſolum inuenitur in predicto loco.

נַחַר Nechir.naris. Iob.39.Gloria naris eius terror. Et in eodem.41.De naribus eius procedit fumus. Et inde נַחְרָה Nachara.i.hinnitus. Beatus hieronymus trãſtulit fremitum. Hiere.8. A dan.i.a tribu dan auditus eſt fremitus equorum eius.

נָחַשׁ Nachas. experiri ſiue experimento diſcere. augurari, auguria obſeruare. Geñ.30. Experimento didici quia benedixerit mihi deus propter te.Et in eodem. 44.Ipſe eſt in quo bibit dominus meus & in quo augurari ſolet. Et in eodem. An ignoratis q non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia.Pro quo hebrei legunt.An ignoratis q augurando auguratur vel diuinando diuinabit vir ſimilis mei.Leuit.19. Nõ augurabimini.nec obſeruabitis ſomnia atq auguria.3.Reg.20. Quod acceperũt viri pro omine.i. pro augurio.Pro quo hebrei legunt.Et augurati ſunt viri. 4.Reg.21. Et ariolatus eſt & obſeruauit auguria. Et inde נַחַשׁ Nachas.i.augurium. Nu.23. Non eſt augurium in Iacob. Et in eodem.24. Nequaq abiit vt ante perrexerat:vt augurium quereret.Item נָחָשׁ Nachas.i.coluber aut ſerpẽs Geñ.3.Sed & ſerpens erat callidior.Et in eodem.49. Dan coluber in via. Exo.4. Que verſa eſt in colubrum.Nu.21. fecit ergo moyſes ſerpentem eneũ. Sed illud quod premittitur fac tibi ſerpentem eneum. Pro ſerpente eneo ponitur in hebreo שָׂרָף Saraph.i.vrens vel adurens.eo quod flatu oris adurit.Deut.8. In qua erat ſerpens flatu adurens. Vbi ponitur in hebreo נָחָשׁ Nachas שָׂרָף Saraph.i.ſerpens adurens.Iob.26. Obſtreticãte manus eius eductus eſt coluber tortuoſus.Eſa.27. Super leuiathan ſerpẽtem vectem: & ſuper leuiathan ſerpentem tortuoſum.Amos.9. Ibi mãdabo ſerpenti & mordebit eos. Et in plurali נְחָשִׁים Nachaſim. Nu.21.Serpentes ignitos.Hiere.8.Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos. Item נְחֹשֶׁת Nechoſeth ſiue נְחוּשָׁה Nechuſa.i.es ſiue ereum. aut eneum. Geñ.4. Faber in cuncta opera eris & ferri. Exo.25.Aurum & argentum & es.Et in codẽ.27. Et operies illud ere.4. Reg.25. Et mare ereum quod erat in domo domini confregerunt chaldei & tranſtulerunt es omne in babylonem.1.Paralipo.18.Eris plurimum de quo fecit Salomon mare eneum & columnas &

vaſa enea.Iob.16.Nec caro mea enea eſt.Ezech.1.Quaſi aſpectus eris candẽtis.& in codẽ.16.Quia effuſum eſt es tuũ. Et in eodem.22. Omnes iſti es & ſtagnum.ponitur etiam pro aurichalco.quod eſt es fuſile coloris aurei.3.Reg.7. Omnia vaſa que fecit hiram regi Salomoni in domo domini de aurichalco erãt. Et inde נְחוּשְׁתָּן Nechuſthan. Trãſlatio noſtra habet noheſtam:ideſt eneum ſiue ereum.4. Reg.18.Confregitq ſerpentem eneum quem fecerat moyſes:vocauitq nomen eius noheſtam.& ſecundum hebreos nun finalis eſt diminutiua.quaſi dicat.Enulus eſt.ideſt parum eris eſt & nihil numinis habet. Et inde נְחֻשְׁתּ Nechuſath. ideſt compes.eo q ſit ex ere. Threñ.3. Aggrauauit compedes meos. Quod in hebreo legitur ſingulariter ſcilicet compedem meum. Et in plurali נְחֻשְׁתַּיִם Nechuſtaim.2.Reg.4. Et pedes tui non ſunt compedibus aggrauati.

נָחַת Nachath.deſcendere.opprimere.cõfringere.occumbere.ſiue occumbere facere.4.Reg.6.Quia ibi ſyri in inſidiis ſunt.Pro quo hebrei legunt. Quia ibi ſyri deſcẽdentes.ideſt caſtrametati ſunt in inſidiis in aliquo valle vel profundo. Iob.21. Et in puncto ad infernum deſcendunt. Ps.37.Quoniam ſagitte tue infixe ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam. Pro quo hebrei legunt. Quoniam ſagitte tue deſcenderunt in me:& deſcendit ſuper me manus tua. Hiere.21.Qui dicitis quis percutiet nos.Pro quo hebrei legunt.Quis deſcendet ſuper nos:vel quis opprimet nos.Dañ.4.Et ecce vigil & ſanctus de celo deſcendit. Ioel.3. Ibi occumbere faciet dominus robuſtos tuos. Ponitur etiã pro multiplicare.Ps.64. Multiplica genimina eius. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Deſcendat in ripas vel in valles eius:ſcilicet pluuia. Ponitur etiam pro componere.p̃s.17.Et componens quaſi arcum ereum brachia mea.Hebrei tamen in predicto loco legunt.Et confract⁹ eſt arcus ereus brachiis meis.De quo vide ſupra in dictione חָתַת Cathath:quia inde poteſt deriuari. Et inde נַחַת Nachath.ideſt deſcẽſio.Iob.17.Putas ne ſaltem ibi erit requies mihi.Pro quo hebrei legunt.Si ſimul in puluerem deſcenſio:ſcilicet mea erit.Poteſt etiam deriuari à dictione נוּחַ Noach que ſignificat requieſcere.& tunc erit ſenſus ſicut in littera noſtra. Ponitur etiam pro terrore. Eſa.30. Et terrorem brachii ſui oſtendet.

נָטָה Nata. declinare.inclinare.auertere.tendere.extendere.Nu.22.Auertit ſe de itinere. ideſt declinauit de itinere.Et in eodem. Et niſi declinaſſet aſina de via. Deut.16. Nec in alteram partem declinent.Iudi.19. Donec increſcat dies.Pro quo hebrei legunt.Donec declinet dies.1.Reg.8. Sed declinauerũt poſt auariciã.2.Reg.2. Et vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram.Pro quo hebrei legunt.Et declina ad dexteram ſiue ad ſiniſtram.3.Reg.2. Quod Ioab declinaſſet poſt adomiam & poſt Salomonem non declinaſſet. Eſdre.7.Et in me inclinauit miſericordiam ſuam. Iob.21.Viam eius cuſtodiui & non declinaui ex ea. Et in eodem.31. Si declinauit greſſus meus de via.Ps.17. Et inclinauit celos & deſcendit.Ps.61.Tanq parieti inclinato.Ps.72.Mei autem pene moti ſunt pedes.Pro quo hebrei legunt.Mei autem pene inclinati vel declinati ſunt pedes.Ps.85.Inclina domine aurem tuam: et exaudi me.Ps.101.Dies mei ſicut vmbra declinauerunt.Ps.118.Inclina cor meum in teſtimonia tua.Et in eo.inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificatiões tuas Ps.140.Ne declines cor meum in verba malicie. Prouer.4. Ad eloquia mea inclina aurem tuam. Et in eodem. Ne declines ad dexteram neq ad ſiniſtram. Eſa.30.Declinate a me ſemitam.Et in eodem.66.Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacem.Hiere.6.Quia longiores facte ſunt vmbre veſperi. Pro quo hebrei legũt. Quia inclinate ſunt vmbre veſperi.Et in codẽ.15.Et quaſi viator declinans ad manendum. Et frequenter ſcribitur ſine nun & etiam ſine he. vt in aliquibus locis predictis & in ſequentibus. Oſee.11.Et declinaui ad eum vt veſceretur. Vbi ponitur אַט At:& ſola littera tet eſt eſſentialis illius verbi.nam littera aleph ĩdicat primã perſonam futuri: & propter vau coniunctionem precedentem fit de futuro preteritum. vt dictum fuit in arte grãmatica. Significat etiam נָטָה Nata Tendere ſiue extendere. Geñ.26. Extendit tabernaculum ſuum.Et in eodem.33.Emitq partem agri in qua fixerat tabernaculũ.Pro quo hebrei legunt. In qua extenderat tabernaculum ſuum.Exo.6. Ac redimam vos in brachio excelſo. debet legi in brachio extẽto.Et in eodem. 14.Extende manum tuam ſuper mare. Et in eodem.Cum q extendiſſet Moyſes manum. Nu.24. Vt valles nemoroſe.Pro quo hebrei legunt. vt valles extente ſeu inclinate. 4.Reg.21. Et extendam ſuper ieruſalem funiculum ſamarie.Iob.9.Qui extendit celos ſolus.Ps.103. Extendens celos ſicut pellem. Prouer.1. Extendi manum meam. Eſa.3. Et ambulauerunt extento collo. Amos.2.Et ſuper veſtimẽtis pignoratis accubuerunt. Pro quo hebrei legunt. & ſuper veſtimentis pignoratis extenderunt ſe ſiue inclinauerunt ſe:ideſt accubuerunt: ſicut eſt in littera nr̃a. Zach.1.Et perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem. Et inde מִטָּה Mita.ideſt lect⁹. lectulus.reclinatorium.Geñ.47.Conuerſus ad lectuli caput. Et in eodem.49. Collegit pedes ſuos ſuper lectulum. Canti.3.En lectulum ſalomonis ſexaginta fortes ambiunt. Ezech.23. Et ſediſti in lecto pulcherrimo. Et in plurali מִטּוֹת Mitoth. Amos.6. Qui dormitis in lectis eburneis. Et inde מֻטֶּה Mute.ideſt declinatio ſeu auerſio a via recta.Ezech.9. Et ciuitas repleta eſt auerſione. Et inde מַטֶּה Mate.ideſt virga ſeu baculus ſuper quo homo aliquãdo inclinatur:aut ſceptrum ſeu tribus. Exo.4. Verſaq eſt in virgam. Et in eodem. virgam quoq hanc ſume in manu tua. Leuit.26. Poſtq confregero baculum panis veſtri.Nu.27. Germinabit virga eius. Ezech.7. Floruit virga. Et in eodem. Iniquitas ſurrexit in virgã impietatis. & in plurali מַטּוֹת Matoth.Nu.27. Virgas duodecim.Et in eodem.Protulit ergo moyſes omnes virgas.Reperitur etiã in genere maſculino.Abac.3.Maledixiſti ſceptris ei⁹.Item מַטֶּה Mate. ideſt tribus ſeu familia. Nume.1.De tribu ruben Et in eodem.31. Mille viri de ſingulis tribubus eligantur. & in plurali מַטּוֹת matoth. Nu.1. Hi nobiliſſimi principes multitudinis per tribus & cognationes ſuas. et in eo.30.& locutus eſt ad principes tribuum filiorum iſrael.

נָטַל Natal.Portare.leuare.iacere.proiicere.2.Regum. 24.Trium tibi datur optio:elige vnum.Pro quo hebrei legunt.Tria ego proiicio ſuper te: ſiue ego leuo ſuper te: elige vnum.Eſa.40.Ecce inſule quaſi puluis exiguus. Pro quo hebrei legunt.Quaſi puluis leuatur ſiue proiicitur.ſcilicet vento.Et in eodem.63.Et portauit eos & eleuauit cunctis diebus ſeculi. Threñ.3. Quia leuauit ſuper ſe. Dañ.4. Oculos meos ad celum leuaui.Vide etiam de hoc ſupra in dictione טִיל Til.Et inde נֵטֶל Netel.ideſt onus ſiue oneroſum.Prouerb.27. Graue eſt ſaxum & oneroſa arena. Et in plurali נְטִילֵי Netile.ideſt onerati.Soph. 1. Diſperierunt omnes qui inuoluti ſunt argento.pro quo hebrei legunt.Qui onerati ſunt argento.ideſt qui portant argentum.

נטע Nataa. plātare. figere. defigere. stabilire. Geñ. 2. Plantauerat autē dominus deus paradisum. Et in codē. 9. Et plātauit vineā. Exo. 15. Et plantabis eos in monte hereditatis tue. Deut. 20. Quis est homo qui plātauit vineā. 2. Reg. 7. Et plantabo eū & habitabo cū eo. Ps. 106. Et plantauerunt vineas. Eccls. 2. Plantaui vineas: feci hortos & pomaria: & cōseui ea cunctī generis arboribꝰ. Pro quo hebrei legūt. Et plātaui in eis lignū oīs fructꝰ. Et in codē. 5. Tēpus plātandi & tēpus euellendi quod plantatū est. Esa. 40. Nec plātatus nec satus. Et in codē. 41. Adhuc plātabis vineas. Et in codem. 44. Plantauit pinum. Et in eodem. 65. Non plantabunt & alius comedet. Hiere. 1. Et edifices & plantes. Amos. 9. Et plātabo eos super humū suam. Significat etiā figere. vel stabilire. Eccls. 12. Et sicut claui in altum defixi. Esa. 51. Vt plantes celos & fundes terram. i. vt figas vel stabilias celos. Dañ. 11. Et figet tabernaculum suum Apedno inter duo maria. Et inde נטע Netaa siue נטע Nataa idest plantatio. Iob. 14. quasi cum prius plantatum est. Pro quo hebrei legunt. quasi plantatio. Esa. 5. Et viri iuda germen eius delectabile. i. plantatio eius delectabilis. Et in plurali נטיעים Netiim. Ps. 143. Quorum filii sicut nouelle plantationes. Esa. 17. Propterea plantabis plantationem fidelē. Pro quo hebrei legunt. Propterea plantabis plantationes pulchras siue iocundas. Scribitur etiam cum mem in principio loco nun & dicitur מטע Nata. Esa. 61. Plantatio domini ad glorificādum. Ezech. 34. Et suscitabo eis germen nominatum. i. plantationem nominatam. Mich. 1. Et ponam Ierusalem quasi aceruum lapidum cum plantatur vinea. Pro quo hebrei legunt. In plantationes vinee. Et est idem sensus cum littera nostra.

נטף Nataph. distillare. stillare. loqui. Iob. 29. Super illos stillabat eloquium meum. Ps. 67. Etenim celi distillauerunt. Canti. 4. Fauus distillans labia tua sponsa. Et in eodem. 5. Manus mee stillauerūt myrrham. Ioel. 3. Stillabūt montes dulcedinem. Amos. 7. Et non stillabis super domū idoli. Et in eodem. 9. Stillabunt mōtes dulcedinem. Mich. 2. Stillabo tibi in vinum. Et in eodem. Et erit super quem estillatur populus iste. Ponitur etiam pro loqui vel prophetare. vt Ezech. 20. Et stilla ad africū. i. loquere vel propheta ad africum. Et in eodem. 21. Et stilla ad sanctuaria. Mich. 2. Ne loquamini loquētes. & sequitur. nō stillabit sup istos vbi eadem dictio ponitur pro loqui & pro stillare. Et inde נטף Neteph. i. gutta seu stilla. & solum inuenitur in numero plurali. Iob. 36. Qui aufert stillas pluuie. Et inde נטף Nataph. i. species aromatica q̄ stillat de ligno aromatico. Pro quo beatus hieronymus transtulit stactem. Exo. 30. Sume tibi aromata & stactem. Et inde נטיפות Netiphoth. i. monilia seu ornamenta colli. Iudi. 8. Absq; ornamentis & monilibus. Esa. 3. Et monilia & armillas & mitras. Hebrei tamen interpretantur olfactoria in quibus ponuntur aromata.

נטר Natar. custodire. seruare. Canti. 1. Posuerūt me custodem vineis. Et in eodem. vineam meam non custodiui. Significat etiam seruare inimiciciā in corde. Leuit. 19. Non queras vltionem nec memoreris iniurie ciuium tuorum. Pro quo hebrei legunt. Non queras vltionem nec serues. i. inimiciciam filiis populi tui. i. ciuibus tuis. In aliis vero locis beatus Hieronimus transtulit irasci. Hiere. 3. Nunquid irasceris in perpetuum. Nañ. 1. Et irascens ipse inimicis suis. & in lingua chaldaica cōmuniter significat seruare. vel conseruare. Dañ. 7. Verba autem in corde meo conseruaui. Et inde משרה Matara. i. custodia. Nee. 12. Et steterunt in porta custodie. Ponitur etiam pro carcere in quo malefactores custodiuntur. Hiere. 38. Mansit vero Hieremias in vestibulo carceris. Ponitur etiam מטרא Matara. pro signo ad quod sagittarius dirigit sagittam & illud obseruat. Iob. 16. Et posuit me sibi in signum. Threñ. 3. Et posuit me quasi signum ad sagittam. Et in predicto loco scribitur cum aleph in fine loco he.

נטש Natas. derelinquere. deserere. dimittere. proiicere. Geñ. 31. Non est passus vt oscularer filios meos. Pro quo hebrei legunt. Et non reliquisti seu dimisisti me vt oscularer filios meos. Exo. 23. Anno autem septimo dimittes eam: & requiescere facies. Pro quo hebrei legūt. Anno autem septimo dimittes eam & derelinques eam. i. relinques eam quiescere. Iudi. 6. Nunc autem dereliquit nos. i. Reg. 10. intermissis pater tuus asinis solicitus est pro vobis. i. dimissis asinis. Et in eodem. 17. Derelinquens ergo vasa. Et in eodem. Quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto. Ps. 25. Ne derelinquas me. Ps. 93. Quia non repellet dominus plebem suam. i. nō dimittet vel non derelinquet. Prouer. 17. Et anteq; calūniam patiatur: iudicium deseret. Esa. 2. Proiecisti enim populum tuum. Et in eodem. 32. Domus enim dimissa est. Et in eodem. 33. Laxati sunt funiculi tui. Hiere. 12. Dimisi hereditatem meam. & in eodem. 23. Et derelinquam vos & ciuitatem hanc. Ezech. 16. Propagines eius relicte sunt. Et in eodem. 29. Et proiiciam te in deserto. Osee. 12. Et sanguis eius super eum veniet. Pro quo hebrei legunt. & sanguis eius super eum relinquetur vel dimittetur aut proiicietur. Amos. 5. Et proiecta est in terram suam. & scribitur aliquando cum thau loco tet. Hiere. 19. Et euulsa est in ira. Pro quo hebrei legunt. & dimissa est. potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide infra in dictione נתש. Significat etiam extendere vel tendere: seu spargere: vel diffundere. Nu. 11. Et dimisit in castra: itinere quantum vno die cōfici potest. Pro quo hebrei legunt. & expandit seu sparsit. Iudi. 15. Castrametati sunt in loco qui postea vocatus est lechi. i. dispersi vel diffusi sunt. i. Reg. 30. Ecce illi discumbebant super faciem vniuerse terre. Pro quo hebrei legunt. Ecce illi dispersi vel diffusi erant super faciem vniuerse terre. 2. Reg. 5. Et diffusi sunt in valle Raphaim. Esa. 21. A facie gladii imminentis. Pro quo hebrei legunt. A facie gladii extenti. Et inde נטישות Netisoth. i. rami seu propagines arboris. eo quod extēduntur huc & illuc. Esa. 18. Et que derelicta fuerint abscindentur. Pro quo hebrei legunt. Et propagines seu ramos auferet abscindetq;. Hiere. 5. Auferet propagines eius. & in eodem. 48. Propagines tue transierunt mare.

ניב Nib. fructus. Esa. 57. Creans fructū labiorum. De quo vide supra in dictione נוב Nub.

נין Nin. filius. progenies. stirps. posteri. Geñ. 21. Nec noceas mihi & posteris meis stirpiq; mee. Vbi ponitur pro posteris. Iob. 18. Nō erit semē eius neq; ꝓgenies in populo suo. vbi ponitur pro semine. i. pro filio. Ps. 73. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Dixerunt in cordibus suis posteri eorum simul. Esa. 14. Et germen & propaginem. Hebrei tamen dicunt q; solum significat filium. vnde in predicto loco ipsi legunt. filium & nepotem. & similiter. Geñ. 21. & Iob. 18. De quibus supra dictum est. Et inde verbum passiuum ינון Inon idest filiabitur vel filiabatur: si latine posset dici: translatio nostra traduxit ꝑmanet. Ps. 71. ante solem ꝑmanet nomē eius. pro quo in hebreo habetur. Ante solē filiabitur nomen eius. i. filiꝰ noīabitur vel vocabatur. Vide de hoc Burgēs. In additionibꝰ super predicto psalmo. & inde מנון Manon. Pro quo beatus Hieronymus transtulit cōtumacem. Prouer. 29. Qui delicate a pueritia nutrit seruū suum postea sentiet eū cōtumacem. i. non existimauit se esse seruū: ac si esset filius dñi sui & heres. & ideo non seruiet libenter domino suo.

ניק Nic. lactare. nutrire. s. lacte. Exo. 2. Accipe puerum istū & nutri mihi. & in codem. Suscepit mulier & nutriuit puerum. Vide etiam de hoc supra in dictione ינק Ianac.

ניר Ner. seu ניר Nir. lucerna seu nouale. De quo vide supra in dictione נור Nur.

נכד Neched. nepos. i. filius filii. Pro quo beatus Hieronymus transtulit stirpem seu progeniem vel propaginē. Geñ. 21. Et posteris meis stirpiq; mee. Iob. 18. Non erit semē eius nec progenies in populo suo. Esa. 14. Et germē & propaginem.

נכה Naca. percutere. cedere. ledere. Geñ. 19. Et eos q erāt foris percusserunt cecitate. Exo. 3. Et percutiā egyptū in cūctis mirabilibus meis. & in co. 5. En famuli tui flagellis cedimur. i. percutimur. & in eodem. 7. Ecce percutiam virga que in manu mea est aquas fluminis. Et in codē. 8. & percute puluerem terre. Et in eodem. 9. Cūctamq; herbā agri percussit grando. Et in co. linū ergo & ordeum lesum est. & in co. Triticū autem & far nōn sunt lesa. & communiter scribitur sine nun vt in aliquibus locis ꝑdictis. & Exo. 9. Et percutiam te & populū tuū. vbi ponitur אך Ach. i. ꝑcutiam. & sola littera caph est essentialis in predicto verbo percutiam & deficiunt nun & he. nam littera aleph denotat primam personā singularis numeri futuri temporis. Et supra in eo. Et percussit grando in omni terra egypti. Vbi similiter deficiunt littera nun & littera he. In aliis vero locis communiter scribitur sine nun. Nu. 17. percutiesq; petrā. Deut. 13. Statimq; percuties habitatores vrbis illius. Et in codem. 27. Maledictus qui clam percusserit proximum suum. 1. Reg. 17. Et suffocabam interficiebamq; eos. ꝓ quo hebrei legunt. Et percutiebam interficiebamq; eos. Et in codem. 19. Percussit eos plaga magna. Et in eodem. Lācea autem casso vulnere perlata est in pariete. pro quo hebrei legunt. Et percussit lancea in parietem. Et in eodem. 30. & percusserant siceleeh. i. vastauerant. 2. Reg. 11. Relinquite eum vt percussus intereat. Et in eodem. 24. Percussit autē cor dauid eum. 3. Reg. 20. percute me: at ille noluit eū percutere. ps. 3. Quoniā tu percussisti omnes aduersantes mihi. ps. 101. Percussum est vt fenum & aruit cor meum. Esa. 1. Super quo percutiam vos. pro quo hebrei legunt. Super quo percussi estis. Hiere. 18. percutiamus eū lingua. Ezech. 39. Et percutiam arcū tuū in manu sinistra tua. Osee. 6. percutiet & sanabit. Zach. 9. Et percutiet in mari fortitudinē eius. Ponitur et ꝑ occidere vel interficere. Nu. 25. qui occisus est cū madianitide. Et in eodem. que pariter interfecta est. ponitur etiā pro erūpere. Osee. 14. Et erumpet radix eius vt libani. Scribitur et cum aleph in fine loco he. Iob. 30. In terra penitus non parentes. pro quo hebrei legunt. percussi sunt seu attriti sunt de terra. & inde מכה maca. i. ꝑcussio. plaga. vulnus. Deut. 28. Insuper & vniuersos langores & plagas. quod in hebreo legitur singulariter. s. vniuersum langorem & plagam. Esa. 1. Et plaga tumens. Hiere. 30. percussi te castigatione crudeli. idest percussione crudeli. & in plu. מכות macoth. Deut. 28. Augebit dominus plagas tuas & plagas seminis tui. Zach. 13. que sunt plage iste. Reperitur etiam מכים machim: secundum terminationem pluralem masculinorum. 4. Reg. 9. propter vulnera quia percusserant eum syri. & inde נכה neche. idest claudus. seu debilis pedibus. 2. Re. 9. Superest filius ionathe debilis pedibus. Et in plurali נכים nechim. ps. 35. Congregata sunt super me flagella. idest infirmitates pedum. proquo hebrei legunt. Congregati sunt super me claudi seu claudicantes. Scribitur etiam cum aleph loco he & dicitur נכאים nechaim. pro quo beatus hieronymus transtulit plagas. Esa. 16. His qui letantur super murum cocti lateris loquimini plagas suas. & inde נכו necho. idest claudus secundū hebreos. 4. Reg. 23. Ascendit pharao nechao rex egypti. ꝓ quo hebrei legunt. Ascendit pharao claudus. potest etiam esse nomen proprium sicut est in littera nostra.

נכח Nochach. Coram. in conspectu. contra. idest e regiōe pro. propter. rectum vel directum. Exo. 14. In conspectu eius castra ponetis. & in eodem. 26. & contra mensam candelabrum. & in codem. 40. posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii e regione mense. Ezech. 46. sed e regione illius egredietur. significat etiam pro siue propter. Geñ. 25. Deprecatusq; est isaac dominum pro vxore sua. i. propter vxorem suam. & inde נכחה nechocha. i. directio siue equitas aut rectum vel directum. Esa. 57. Qui ambulat in directione sua. & in co. 59. & equitas non potest ingredi. Amos. 3. & nescierunt facere rectum. & in plu. נכחים nechochim siue נכחות nechochoth. Prouer. 8. Recti sunt itelligentibus. Esa. 30. nolite aspicere nobis que recta sunt.

נכל Nachal. machinari. cogitare. excogitare. scilicet. malū vel dolum. dolose agere. insidiari. Geñ. 37. Antequā accederet ad eos cogitauerunt illum occidere. Nu. 25. quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos & decepere insidiis. ꝓ quo hebrei legunt. quia ipsi hostiliter egerunt contra vos in dolis seu in cogitationibus dolosis: quibus dolose cogitauerunt contra vos: seu in machinationibus suis quibus machinati sunt contra vos. vbi ponitur verbum & nomen ab eō deriuatum. Ps. 104. & dolum facerent in seruos suos. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Dolose agerent contra seruos suos. & inde נכל nochel. idest dolosus seu dolum excogitans. Malach. 1. Maledictus dolosus.

נכס Neches. Diuitie. substantia. supellex. & declinatur tantum in plurali & dicitur נכסים nechasim siue נכסין nichese. Iosue. 22. In multa substantia atq; diuitiis reuertimini in sedes vestras. Esdre. 4. & de arca regis idest de tributis que dantur de regione trans flumen. idest de substantia regis.

נכר Nacar. Cognoscere. agnoscere. alienare se. siue extraneum se facere. dissimulare. scilicet se esse qui est. Iob. 24. Nec cognouit tyrānnum. Prouer. 20. Ex studiis suis intelligitur puer. idest cognoscitur puer. Threñ. 4. Non sūt cogniti in plateis. Et cōiter scribitur sine nun. Geñ. 25. Et non cognouit eum. Et in co. 31. scrutare quicquid tuorum apud me inueneris. Pro quo hebrei legunt. Cognosce quicquid tuorum. Et in eodem. 38. Cognosce cuius sit anulus. Et in eodem. 42. Cum agnouisset eos. Deutero. 1. Nulla erit distantia personarum. pro quo hebrei legunt. Non cognoscetis faciem in iudicio. idest non accipietis personam. vt Prouer. 18. Accipere personam in iudicio non est bonum. Pro quo in hebreo habetur. Cognoscere faciē in iudicio non est bonum. Iudi. 18. & agnoscentes vocem adolescentis leuite. Nee. 12. Et nesciebant loqui iudaice. Pro quo hebrei legunt. Et non cognoscebant loqui iudaice. Iob. 4. Cuius non agnoscebam vultum. Ps. 141. Et non erat qui cognosceret me. Et inde מכר Macar. i. cognitus seu notus. 4. Reg. 12. Accipiant illā sacerdotes iuxta ordinem suū. Pro quo he. le. Accipiāt sacerdotes vnusquisq; a cognito suo siue a noto suo. Et i co. Nolite ergo amplius accipere

pecuniam iuxta ordinem vestrum. Pro quo hebrei legũt. A cognitis siue a notis vestris. & inde הַכָּרָה Hacara. i. agnitio. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. De quo vide supra in dictione הַכָּר Hachar. Item נָכַר Hachar. i. alienare siue abalienare se. aut extraneum se facere: vł dissimulare esse qui est. Geñ. 42. Cum agnouisset eos quasi ad alienos durius loquebatur. Pro quo hebrei legunt. Et cognouit eos & alienauit se ad eos. i. alienum se fecit eis. vel dissimulauit se esse qui erat. 3. Reg. 14. Cum ergo illa intraret & dissimularet se esse que erat. & in eodem. Quare aliam te esse simulas. Iob. 21. Et hec eadem illum intelligere cognoscetis. Pro quo hebrei legunt. Et signa eorum non abalienetis. i. non sint vobis aliena vel non ignoretis. sicut exponit Burgeñ. in additionibus super p̃dicto loco. Prouer. 26. In labiis suis intelligitur inimicus. Pro quo hebrei legunt. In labiis suis alienatur inimicus. Potest etiam secundum primam significationẽ legi sic. s. in labiis suis cognoscitur inimicus. quod est idem sensus cũ littera nostra. Hiere. 19. Et alienum fecerunt locum istum. Ponitur etiã pro superbire. Deut. 32. Ne forte superbirent hostes eorũ. Ponitur etiam pro tradere: vel concludere. vt. 1. Reg. 23. Et ait saul tradidit eũ dñs in man⁹ meas. & inde נֵכָר Necher: siue נֵכָר Nechar. i. alienatio siue alienus vel alienigena: aut extraneus seu peregrinus. Geñ. 17. Et alienigene pariter circuncisi sunt. Exo. 12. Omnis alienigena non comedet ex eo. Deut. 31. Et fornicabit post deos alienos. Iob. 31. Et alienatio operantibus iniquitatem. Ps. 17. Filii alieni mentiti sunt mihi. Ps. 80. Neq; adorabis deum alienũ. & in abdia. In die peregrinationis eius. & inde נָכְרִי Nochri. i. alienus: siue extraneus aut peregrinus. Deut. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere. Pro quo hebrei legũt. Non poteris cõstituere super te virum extraneum siue alienum. Ps. 68. Et peregrinus filiis matris mee. Soph. 1. Super omnes qui induti sunt ueste peregrina. & in plurali נָכְרִים Nochrim. Esa. 2. Et pueris alienis adheserũt. & in Abdia. Et extranei ingrediebantur portas eius. & in genere feminino נָכְרִיָּה Nochria. vt Prouer. 5. Et foueris in sinu alteri⁹. Pro quo hebrei legunt. Et amplexaberis sinum extranee: siue aliene. & in eodem. 7. Et ab aliena que verba sua dulcia facit. Esa. 28. Peregrinum est opus eius ab eo. & in plurali נָכְרִיּוֹת Nochriioth. i. aliene siue extranee. Geñ. 31. Nõne quasi alienas reputauit nos.

נְכֹת Nechoth. aromata. Geñ. 37. Et camelos eorum portãtes aromata. Et in predicto loco scribitur cum aleph in medio. Esa. 39. Et ostendit eis cellam aromatum.

נָלָה Nala. consumare. deesse. Esa. 33. Cum fatigatus desieris cõtenere cõteneris. & inde מִנְלָה Minla. i. cõsumatio. secundum hebreos. Pro quo beatus Hieronym⁹ trãstulit radicem. Iob. 15. Nec mittet in terram radicem suam.

נָמַל Namal. excidere. scindere. circuncidere. cõterere. atterere. Geñ. 17. Et circuncidetis carnem preputii vestri & in eodem. Et alienigene pariter circuncisi sunt. & in eo. 34. Ritum gentis imitantes. Pro quo hebrei legunt. Sicut ipsi circuncisi sunt. Et communiter scribitur sine nun. Iob. 14. Quasi flos egreditur & conteritur. & in eodẽ. 18. Et sursum atteratur messis eius. & in eodem. 24. Et sicut summitates spicarum conterentur. Vide etiam de hoc supra in dictione מוּל Mol. Itẽ נְמָלָה Nemala. i. formica. Prouer. 6. Vade ad formicam o piger. & in plurali נְמָלִים Nemalim. secundum terminationem pluralem masculinorũ. vt in eodem. 30. Formice populus infirmus.

נָמֵר Namer. pardus. Hiere. 5. Pardus vigilans super ciuitates eorum. & in eodem. 13. Aut pardus varietates suas

נשש Nasas. obliuisci. & scribitur cum simplici sin. Geñ. 41. Obliuisci me fecit deus omniū laborum meorum. & de hoc vide infra in dictione נשה Nasa.

נשא Nasa. cum sin & pūcto ceboleth. Leuare. eleuare. extollere. exaltare. portare. sustinere. sumere. ferre. auferre. nubere. parcere. dimittere. s. delictū vel peccatum. indulgerē. Geñ. 18. Cumq; eleuasset oculos. Et in eodē. 21. Cumq; eiulatu magno fleret. Pro quo hebrei legūt. Et eleuauit esau vocem suam & fleuit. Et in eodem. 29. Profectus ergo iacob venit in terram orientalē. Pro quo hebrei legunt. Et eleuauit iacob pedes suos & abiit in terram orientalem. Et in eodem 40. Recordabitur pharao ministerii tui. Pro quo hebrei legunt. Leuabit siue extollet pharao caput tuū. Et in eodē. Recordatus est inter epulas magistri pincernarum & pistorum principis. Pro quo hebrei legunt. Et leuauit siue extulit caput principis pincernarum & caput principis pistorum in medio seruorum suorum. Sed beatus hieronymus trāstulit sensum. Exo. 35. obtulerunt mente promptissima atq; deuota. Pro quo hebrei legunt. Et venit omnis vir quem eleuauit cor suū. Nu. 16. Cur eleuamini super populum dñi. Ruth. 1. Et eleuata voce flere ceperūt. 2. Reg. 5. Et quoniā exaltasset regnum eius super populum suum. Et in eodem. 20. Leuauit manū suam cōtra regem. 3. Reg. 1. Adonias autem filius agith eleuabatur dicens ego regnabo. 4. Reg. 14. & subleuauit te cor tuū. Iob. 41. Cum sublatus fuerit timebūt angeli. i. cum subleuatus fuerit. Pro quo hebrei legūt. Ab eleuatione eius timebūt dii siue angeli vel fortes. ps. 23. Et eleuamini porte eternales. ps. 27. Dum extollo manus meas ad tēplum sanctum tuū. ps. 88. Motū autem fluctuū eius tu mitigas. Pro quo hebrei legunt. Cū eleuantur fluctus eius tu mitigas eos. Vnde btūs hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit eleuationes autem gurgitū eius tu mitigas. Ps. 138. Accipient in vanitate ciuitates tuas. Pro quo btūs hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Eleuati sunt frustra aduersarii tui. Esa. 2. Et super omnem arrogantem. Pro quo hebrei legunt. Et super omnem eleuatū. i. eleuantē se siue elatum. Et in eodē. Et super omnes cedros libani sublimes & erectas. i. exaltatas. & in eodē. 30. Et super omnē collem eleuatum riui currentiū aquarū. Et in eodem. 37. Leua ergo oratione pro reliquiis. & in eodē. 40. Omnis vallis exaltabitur. & in eodē. 42. Letetur desertum & ciuitates eius. Pro quo hebrei legunt. Eleuent desertū & ciuitates eius. i. eleuēt vocē in exultatiōe. Ezech. 1. Et cū eleuarentur animalia de terra eleuabantur simul & rote. & in eodē. 10. Et cum eleuarent cherubim alas suas. & in eodē. 33. Et oculos vestros leuatis ad immūdicias vestras. Dañ. 11. Filii quoq; preuaricatorū populi tui extollētur. Significat etiā portare vel sustinere. aut sustētare. quod est idē qd onus leuare. Geñ. 13. Nec poterat eos capere terra. i. portare vel sustinere. & in eodē. 37. Et camelos eorū portantes aromata. Et in eodē. 44. Quantum possunt capere. i. quātum possunt ferre vel sustinere. Et in eodē. 45. Et tollite inde patrē meum. Exo. 19. Quomodo portauerim vos sup alas aquilarum. Et in eodem. 25. Ad subuehendam mensam. Pro quo hebrei legunt. Et portabitur in eis mensa. Et in eodem. 27. Erunt in vtroq; latere altaris ad portandum. Leuit. 22. Ne forte sustineant iniquitatem delicti sui. Deut. 24. Et ex eo sustentat animam suam. 2. Reg. 17. Circundabit omnis israel ciuitati illi funes. Pro quo hebrei legunt. Portabunt seu tollent omnis israel ciuitati illam funibus. 3. Reg. 10. Deferens inde aurum & argentum. i. portans. 2. Paralipo. 20. Ista omnia portare nō possent. Ester. 2. Omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Pro quo hebrei

legunt. Et fuit ester portans gratiam. i. habens gratiam in oculis omnium videntium eam. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Iob. 21. Sustinete me vt loquar. Esa. 46. Qui gestamini a mea vulua. Hiere. 10. Portata tollentur quia incedere non valent. Et in eodem. 31. Quoniam sustinui opprobrium adolescentie mee. Ezech. 17. Et erumpet in germen & faciet fructum. Pro quo hebrei legunt. Et portabit ramos seu frondes & faciet fructum. Et similia verba habentur in eodem. 27. Vbi dicitur. vt portet frondes & faciat fructum. Et in eodem. 18. Filius non portabit iniquitatem patris. Et in eodem. 23. Et peccata idolorum vestrorū portabitis. Et in eodem. 36. Et fructum vestrum afferatis. i. portetis. Osee. 1. Sed obliuione obliuiscar eorum. Pro quo hebrei legunt. Sed portans portabo eis. scilicet inimicos suos vt eos destruant. Sed si scribatur cum pūncto seboleth in littera sin: tunc significat obliuisci sicut est in littera nostra. In translatione vero chaldaica sic habetur. Si conuersi fuerint parcēs parcam eis. Quod etiam potest intelligi secundum litteram hebraicam: sicut infra dicetur. Ioel. 2. Quia lignum attulit fructum suum. idest portauit. Et in eodem. Et portastis tabernaculum moloch deo vestro. Ponitur etiam pro adiuuare. Esd. 1. Adiuuent eum viri de loco suo. idest prouideant ei de vehiculo ad portandum vxorem & liberos. Significat etiam sumere vel suscipere aut tollere siue auferre. Geñ. 27. Sume arma tua. Et in eodē. 4. Auferet pharao caput tuum. i. tollet. Exo. 23. Non suscipies vocem mendacii. Et in eodem. 30. Quando tuleris summam filiorum israel. Nu. 1. Nec pones summam eorum cum filiis israel. idest nec tolles sūmam eorum. Et in eodem. 4. Tolle sūmam filiorum chaath. Et in eodem. 16. Nec aselū quidē vnquam acceperim ab eis. Et in eodem. 23. Assumptaq; parabola sua dixit. & in eodem. 24. Et auferetur regnum illius. Potest etiam legi. Et exaltabitur: secundum primam significationem. 2. Reg. 5. Que tulit Dauid & viri eius. Hebrei tamen dicunt q; in predicto loco significat comburere. vnde ipsi legunt. Que combussit Dauid & viri eius. & in eodem. 14. Nec vult deus perire animam. Pro quo hebrei legunt. Et non tollit seu non aufert deus animam. Et est sensus sicut in littera nostra. 4. Regum. 4. Tolle filium tuū. Iob. 21. Tenēt tympanum & citharam. i. tollūt vel sumūt. Et in eodem. 32. Et post modicum tollat me factor meus. Ps. 14. & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ps. 23. Hic accipiet benedictionem a domino. Ps. 80. Sumite psalmum & date tympanum. Hiere. 7. nec assumas pro eis orationem. Ezech. 9. Et assumant super nos lamentum. Et in predicto loco scribitur sine aleph. & i eodē. 17. Vt euelleret eam radicitus. Pro quo hebrei legunt. vt tolleret eam a radicibus suis. Mich. 2. Et rapuerunt domos. idest violenter acceperunt. Significat etiam acceptionem personarū quod in hebreo dicitur acceptio faciērum. Geñ. 19. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas. pro quo hebrei legūt. Suscepi faciem tuam. Et in eodem. 32. Forsitan propiciabitur mihi. Pro quo hebrei legunt. forsitan accipiet faciem meā. Deut. 10. Qui personam non accipit. & in eodem. 28. Gentem procacissimam que non deferat seni. pro quo hebrei legunt. Que non accipiat faciem senis. idest que nō reuereatur vultum senis. 4. Regum. 3. Si non vultum iosaphat Regis iude erubescerem. Pro quo hebrei legunt. Susciperem. 2. Paralipo. 19. Non est apud dominum deum nostrum iniquitas nec personarum acceptio. Iob. 34. Qui non accipit personam principum. Ps. 81. Et facies peccatorum sumitis. Prouer. 6. Nec acquiescet cuiusq; precibus. pro quo hebrei legunt. Nec accipiet faciem cuiuscūq; precii siue preio.

Et in eodem.18. Accipere personam impii in iudicio non est bonũ. Malach.2. Et accepistis faciem in lege. Significat etiã iurare.i.nomen dñi in iuramẽto sumere. Exo.20. Non assumes nomẽ dñi dei tui in vanũ.i.nõ iurabis. Deut.5. Nõ vsurpabis nomen dñi dei tui frustra. Pro quo hebrei legũt. Non iurabis siue non assumes nomen dñi dei tui in vanũ siue frustra. Esa.3. Respondebit in die illa dicens nõ sum medicus. Pro quo hebrei legunt. Iurabit in die illa. Significat etiam nubere.i.vxorem accipere. Ruth.1. Et acceperũt vxores moabitidas.1.Paralipo.23. Acceperuntq; eas filii cis fratres earũ. Nee.13. Et non acciperent de filiabus earum. Itẽ significat parcere vel indulgere.i.peccatũ tollere vel peccatũ dimittere. Geñ.4. Nõne si bene egeris recipies. Pro quo aliqui hebrei legũt. Nõne si bene egeris indulgere.i.indulgebitur tibi peccatum. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Et in eodẽ.18. Dimittam omni loco propter eos. & in eodem.50. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum. Pro quo hebrei legunt. Obsecro vt dimittas scelus fratrum tuorũ. Et in eodem. Nos quoq; oramus vt seruis dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Exo.10. Sed nunc dimitte peccatum mihi. Et in eodem.34. Qui aufers iniquitatẽ & scelera. Ios.24. Nec ignoscet sceleribus vestris. Iob.7. Cur non tollis peccatum meũ. Ps.31. Beati quorũ remisse sunt iniquitates. Ponitur etiã pro contremiscere. Naũ.1. Et contremuit terra a facie eius. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et arsit terra a facie eius. Sed secundũ primã significationẽ potest legi. Et eleuata est terra a facie eius.i.eleuata est de loco suo. quod est idẽ quod contremuit. Et inde נָשִׂיא Nasi.i.princeps. eo quod eleuatur in populo. Geñ.23. Princeps dei es apud nos. Exo.22. Et principi populi tui nõ maledicas. Leuit.4. Si peccauerit princeps. & in plurali נְשִׂיאִים Nesiim.i.principes. Geñ.25. Duodecim principes tribuũ suarum. Exo.35. Principes obtulerunt lapides onychinos. Ponitur etiã נְשִׂיאִים Nesiim pro nubibus: eo qđ eleuantur in aere. ps.134. Producẽs nubes ab extremis terre. Prouer.25. Nubes & ventus: & pluuie non sequentes. Hiere.51. Qui leuat nubes ab extremis terre. Et inde שְׂאֵת Seeth.i.eleuatio. Iob.30. Vt se mouerit turbabit vos. Pro quo hebrei legunt. Eleuatio eius turbabit vos:i.cum se leuauerit turbabit vos. Ps.61. Verũtamen preciũ meũ cogitauerunt repellere. Pro quo hebrei legunt. Verũtamẽ de eleuatione eius cogitauerunt repellere. Potest etiã significare partẽ vel portionẽ vt infra dicetur. Vnde btũs hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ transtulit. Partem enim eius cogitauerunt repellere. Ponitur etiã שְׂאֵת Seeth pro tumore vel eleuatione in cute seu pustula: aut plaga vel diuersus color. Leuit.13. Homo in cuius cute ortus fuerit diuersus color seu pustula. Vbi ponitur pro diuerso colore. & in eodẽ. Plaga cõbustionis est & idcirco mũdabitur.i.eleuatio siue tumor. Et inde שִׂיא Siia.i.eleuatio siue elatio. Pro quo beatus hieronymus transtulit superbiã. Iob.20. Si ascẽderit vsq; ad celũ superbia eius. Et inde מַשָּׂא Masa.i.eleuatio. Ezech.24. Et super quos requiescunt anime eorũ. Pro quo hebrei legunt. Et eleuationẽ anime eorũ.i.ad quos eleuãt animas suas: sicut dicitur Hiere.44. Ad quam ipsi eleuant animas suas: vt reuertantur & habitent ibi. Scribitur etiã cum he vel thau in fine. Ps.140. Eleuatio manuũ mearum sacrificiũ vespertinũ. Iudi.20. Vt ascẽdente in altũ fumo. Pro quo hebrei legunt. Vt ascendere facerent eleuationem fumi.i.quasi colũnam fumi. Et in eodem. Quasi colũnam fumi de ciuitate conscendere. Ponitur etiam pro vexillo. eo quod eleuatur in altum. Hiere.6. Et super bethacarẽ leuate vexillum. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Significat etiam מַשָּׂא Masa onus. a leuando vel portando dictum. Exo.23. Si videris asinũ odiẽtis te iacere sub onere. Nu.4. Ista sũt onera filiorũ caath. Quod in hebreo legitur singulariter.s.onus. Et in eodem. Et sciẽt singuli cui debeant oneri mancipari. Ps.37. Sicut onus graue grauate sunt sup me. Et aliquãdo scribitur cũ he in fine. Esa.30. Et graui onere. Accipitur etiam onus pro prophetia. Pro quo vt ait beatus hieronymus.lxx. Assumptionem trãstulerũt. 4.Reg.9. Et dominus onus hoc leuauit super eum. Esa.13. Onus babylonis.i.prophetia contra babylonẽ. Et in eodẽ.19. Onus egypti. & in eodẽ.22. Onus vallis visiõis. Hiere.23. Qđ est onus dñi: & dices ad eos vos estis onus. Et quia iniqui interpretabãtur onus in malã partem: ideo dñs per prophetam prohibet eos ne vltra prophetiam vocẽt onus. vt in eodem. Hec dicetis vnusquisq; ad proximũ suũ & ad fratrem suum: quid respõdit dñs: & quid locutus est dñs. & onus domini vltra nõ memorabitur: quia onus erit vnicuiq; sermo suus: & peruertistis verba dei viuentis. Et secundũ hebreos vbicũq; in prophetis ponitur מַשָּׂא Masa.i.onus. ibi non prospera sed aduersa prophetãtur. Vnde beatus hieronymus in prologo super Naũ prophetam sic ait. Assumptio quam.lxx. interpretes dicunt; apud hebreos Masa ponitur.i.graue onus. eo quod eum aduersus quem prophetatur premat: nec sinat leuare ceruicem. simulq; hoc attendẽdum: quod hec ipsa vel assumptio vel onus vel põdus prophete visio sit. Hec hieronymus. Ponitur etiam מַשָּׂא Masa. pro visione prophetica. Prouer.30. Visio quam locutus est vir cũm quo est deus. Et in eodem.31. Visio qua erudiuit eũ mater sua. Significat etiam eleuationem vocis in cantico. Pro quo btũs hieronymus trãstulit melodiam.1.Paralipo.15. Et ad precinendam melodiam. Et in plurali נְשֻׂאוֹת Nesuoth siue מַשְׂאוֹת Masaoth.i.onera vel assumptiones. Esa.46. Onera vestra graui põdere vsq; ad lassitudinẽ. Threñ.2. Viderũt autẽ tibi assumptiones falsas & eiectiones. Significat etiam נָשָׂא Nasa.munera dare seu prebere.2.Reg.19. Aut munera nobis data sũt.3.Reg.19. Hiram rege tyri prebente salomoni ligna cedrina. Et inde מַשְׂאֵת Masath.i.munus seu portio aut pars vel annona que datur alicui. Geñ.43. Sumptis partibus quas ab eo acceperant; maiorq; pars venit Beniamin.2.Reg.11. Secutusq; est eum cibus regius.i.dest portio seu annona regis. Hiere.40. Dedit quoq; ei magister militum cibaria & munuscula. Ponitur etiã pro precio vel oblatione.2.Paralip.24. vt deferrent singuli precium.i.oblationẽ quod constituit moyses seruus dei. ponitur etiam pro decimis. Ezech.20. & ibi queram primitias vestras & initium decimarum vestrarum. Scribitur etiam sine mem. vt Ezech.20. & in oblatione donorum vestrorum.

נָשָׁא Nasa. cum puncto seboleth in littera sin. decipere. seducere. destruere. desolare. Geñ.3. Serpens decepit me. ps.88. Nihil proficiet inimicus in eo. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Non decipiet inimicus eum. De quo vide etiam infra in dictione נָשָׁה Nasa. Esa.36. Nec conturbet vos Ezechias dicens dominus liberabit nos. Pro quo hebrei legunt. Nec decipiat siue nec seducat vos ezechias. Hiere.4. Heu heu domine deus ergo ne decepisti populũ istum. Et in eodem.37. Nolite decipere animas vestras. Et i abdia. Superbia cordis tui extulit te. Pro quo hebrei legunt. decepit te. idest seduxit te. Sed si scribatur cum puncto cebolet in littera sin: tunc significat extollere sicut est in littera nostra. Et in eodem. Omnes viri federis tui illuserunt tibi. idest deceperunt te. Et inde מַשָּׁאוֹן Masaon. idest

fraus vel deceptio. vt Prouer.26. Qui operit odium fraudulenter. Significat etiam destruere. siue desolare aut deuastare.4.Reg.19. Eruntq; in ruinam collium pugnantiũ. idest in destructionẽ vel in desolationem. Esa.10. E marcuerunt principes mempheos. Pro quo hebrei legunt. destructi vel vastati sunt principes mẽpheos. Hiere.23. Propterea ecce ego tollam vos portans. Pro quo hebrei legunt. Et destruam vos destruens siue vastabo vos vastãs. Potest etiã legi sic obliuiscar vos obliuiscens. Sed si scribatur cum puncto ceboleth in littera sin tunc significat portare seu tollere. sicut est in littera nostra. Vt dictum est in dictione precedenti. Et inde שְׁאֵת Seeth.i.destructio seu vastatio. Threñ.3. Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contritio. Pro quo hebrei legunt. Destructio & contritio seu vastatio & cõtritio. Et fortasse i littera nostra vicio scriptoris fuit posita vaticinatio pro vestatio. Et inde מַשּׁוּאוֹת Masuoth.i.vastationes seu destructiones. Beatus hieronymus trãstulit interitũ seu dissipationem. ps.72. Deiecisti eos dum alleuarẽtur. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicã ve. transtulit. Deiecisti eos ad interitũ. Ps.74. Leua manus tuas in superbiam eorum. Pro quo hebrei legunt. Leua uestigia tua seu plantas tuas.s.pedum ad destructiones siue ad dissipationes. Et beatus hieronymus in predicto psalterio transtulit. Sublimitas pedum tuorum dissipata est.

נָשַׁב Nasab. flare. sufflare. abigere. Geñ.15. & abigebat eas abram. ps.146. Flauit spiritus eius & fluẽt aque. Esa.49. Quia spũs dñi sufflauit in eo.

נָשַׂג Nasag. apprehendere. comprehendere. assequi. attingere. applicare. Geñ.44. Et persequere uiros & apprehensis dicito. Pro quo hebrei legunt. Persequere viros & apprehendes eos & dices ad eos. Et in eodem. Et apprehensis per ordinem locutus est. Et in eodem.47. Et non peruenerũt vsq; ad dies patrum meorum. Pro quo hebrei legunt. Et non attigerunt siue non apprehenderunt aut nõ sunt assecuti dies patrum meorum. Leuit.25. Et ipse precium ad redimendum potuerit inuenire. Pro quo hebrei legunt. Et attigerit siue assecuta fuerit manus eius & inuenerit quantũ sufficit ad redemptionem illius. Sed beatus hieronymus transtulit sersum. & in eodem. Sin autem & ipse potuerit redimet se. Pro quo hebrei legũt: Aut attigerit manus eius.i.attigerit preciũ ad redimendũ se. Deut.19. Et apprehendat eum si longior via fuerit.1.Reg.30. Persequar latrũculos hos & comprehẽdã eos. Et in eodem. Persequere & absq; dubio comprehendes.2.Reg.15. Ne forte veniens occupet nos.i.apprehẽdat nos. Significat etiã applicare.1.Reg.14. Nullusq; applicuit manũ ad os suum. Et inde שִׂיג Sig. pro quo beatus hieronymus transtulit diuersorium.3.Reg.18. Forsitan loquitur aut in diuersorio est. Hebrei vero dicunt φ significat apprehẽsionẽ.i. forsitan est occupatus in apprehensione inimicorũ suorum.

נָשָׁה Nasa. obliuisci. mutuare. fenerare. mutuo accipere. debere: siue debitorem esse. Gñ.41. Obliuisci me fecit deus oĩum laborum meorũ. Deut.32. Deum qui te genuit dereliquisti. Pro quo hebrei legunt oblitus es. Iob.39. Priuauit enim eã deus sapientia. Pro quo he. le. Obliuisci fecit eam deus sapientiã. Esa.47. Nõ obliuiscaris me. Threñ.3. Oblit⁹ sum bonorũ. Et inde נְשִׁיָּה Nesiia.i.obliuio. ps.87. Et iustitia tua in terra obliuionis. Significat etiã mutuare. seu fenerare. vel debere. aut debitorẽ esse. vl' exigere. Deut.16. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre. Et in eodem.24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquã quã debet tibi. Nee.5. Et ego & fratres mei & pueri mei cõmodauimus. & in eodem. Vsuras ne singuli a fratribus vestris

exigitis.s.sicut feneratores. Et in eodem. Quam exigere solebatis ab eis. Iob.11. Et intelligeres φ multo maiora exigaris ab eo φ̃ meretur iniquitas tua. Pro quo hebrei legunt: Et scires quoniã debitorẽ te faceret deus ab iniquitate tua.i.secundum iniquitates tuas multo maiores penas deberet exigere a te deus. Ps.54. veniet mors super illos. Pro quo hebrei legunt. Mutuet siue feneretur mors super illos. ps.88. Nihil proficiet inimicus in eo. Pro quo hebrei legunt. Non fenerabitur inimicus ei. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. Non decipiet inimicus eum. Potest etiam deriuari a supradicta dictione נָשָׁא Nasa cum aleph in fine que significat seducere. vel decipere. vt dictum est supra. Esa.24 Vt qui repetit: sic qui debet. Pro quo hebrei legunt. Vt qui mutuauit sic qui mutuo accepit. Hiere.15. Nõ fenerauit mihi quisq;. & aliquãdo scribitur cum aleph in fine loco he.2.Paralipo.6. Et iurare cõtra eum paratus venerit. Pro quo hebrei legunt. Et debuerit ei iuramentum.i.si fuerit obligatus iurare ei. vide etiam in dictione נָשָׁא Nasa cum aleph in fine. Et inde נוֹשֶׁה Nose.i.fenerator. creditor.4.Reg.4. Creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Et in eodem. Vade vẽde oleũ & redde creditori tuo. Ps.108. Scrutetur fenerator omnẽ substantiam eius. Esa.50. Aut quis creditor meus cui vendidi vos. Et inde מַשָּׁא Masa siue מַשָּׁאת Masath.i.debitum siue illud quod debetur. Deut.24. Rem aliquam quã debet tibi. Nee.5. vsuras ne singuli a fratribus vestris exigitis. Pro quo hebrei legunt. Debitum ne vnusquisq; a fratre suo exigitis. & in eodem. Non repetamus in cõmune istud es alienũ: concedam⁹ quod debetur nobis. Pro quo hebrei legunt. Relinquamus nunc debitum istud. Et in plurali. מַשָּׁאוֹת Masaoth. Prouer.22. Et vades se offerunt pro debitis. significat etiam predicta dictio emarcescere vel debilitare. Geñ.32. Quam ob causam non comedunt neruũ filii Israel qui emarcuit in femore iacob. & in eodem. Eo quod tetigerit neruum femoris eius & obstupuerit.i.emarcuerit vel debilitatum fuerit. Hiere.51. Deuoratum est robur eorũ & facti sunt quasi mulieres.i.debilitatum est robur eorũ. Et inde נָשִׁים Nasim. idest mulieres siue vxores. vt i predicto loco. & Exo.1. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. Leuit.26. Ita vt decẽ mulieres in vno clibano coquãt panes. Deut.17. Non habebit vxores plurimas.1.Reg.1. Qui habuit vxores duas. & in numero singulari dicitur אִשָּׁה Isa. de quo vide supra in dictione אִישׁ.

נָשַׁךְ Nasach. Mordere. fenerare: ad vsuram commodare. fenus seu vsuram accipere. Nu.21. Quam obrẽ misit dñs in populum ignitos serpentes ad quorũ plagas & mortes plurimorũ. Pro quo hebrei legunt. Et misit domin⁹ in populũ serpentes ignitos & momorderũt populũ: & mortuus est populus multus de israel. Et in eodem. Qui percussus aspexerit eum viuet. & in eo. Quẽ cũ percussi aspicerẽt sanabãtur. Pro quo hebrei legunt. & erat quãdo mordebat serpẽs aliquẽ & aspiciebat serpentẽ eneũ & sanabatur. Prouer.23 Et i nouissimo mordebit & coluber. Eccls.10. q dissipat sepem mordebit eũ coluber. & in eodem. Si momorderit serpẽs. Hiere.7. & mordebũt vos ait dñs. Amos.9. Ibi mãdabo serpẽti & mordebit eos. Mich.3. Qui mordẽt dẽtibus suis. Abach.2. nunquid nõ repente cõsurgent qui mordeant te. Significat etiã fenerare siue vsurã vel fenus accipere. Deut.23. Nõ fenerabis fratri tuo ad vsurã pecuniam nec fruges nec quãlibet aliam rem. Et sequitur in hebreo: que feneratur. idest que commodatur ad vsurã. Et in eo. fratri autem tuo absq; vsura. Et inde נֶשֶׁךְ Nesech.i.vsura. fenus. vt in predicto loco. & Exo.22. Nec vsuris opprimes. pro φ

hebrei legunt. Non pones super eum vsuram. Ps.14. Pecuniam suam non dedit ad vsuram. Item נִשְׁכָּה Nisca.i.gazophylaciũ.camera. Thesaurus. Nee.3. Post eos edificauit mosolam filius barachie contra gazophylaciũ suũ. Et in eodem.13. Vt faceret ei thesaurum.i. gazophylaciũ seu camerã. Et cõmuniter scribitur cũ littera lamed & dicitur לִשְׁכָּה Lischa. de quo dictũ est supra in littera lamed. Et in plurali נְשָׁכוֹת Nezachoth. Nee.12. Recensuerũt quoq; in die illa viros super gazophylacia.

נָשַׁל Nasal. expellere. eiicere. elabi: siue euelli. defluere. discalciare. Deut.7. Et deleuerit gẽtes multas coram te .i. expulerit vel eiecerit coram te. Et in eodem.19. Ferrũq; elapsum de manubrio amicũ eius percusserit. Et in eodem 28. Quia defluent & deperibunt. Pro quo hebrei legunt. Quia euelletur. 4. Reg.16. Et eiecit iudeos de haila. Iob. 27. Et non liberet deus animã eius. Pro quo hebrei legũt. Quia euellet siue expellet vel eiiciet deus animam eius. Significat etiam discalciare vel soluere .s. calciamentum. Exo. 3. Solue calciamẽtum de pedibus tuis. Ios.5. Solue inquit calciamentum tuum.

נָשַׁם Nasam. spiraculũ. spiramẽtũ. halitus. flatus. spiritus. & scribitur cum he vel thau in fine. Et dicitur נְשָׁמָה Nesama. siue נִשְׁמַת Nismath. Geñ.2. Et inspirauit ĩ faciem eius spiraculum vite. Et in eodem.7. Et cũcta in quibus spiraculum vite est in terra. Ios.10. Et omne quod spirare poterat interfecit. Pro quo he.le. omne spiraculũ.i. omnẽ animã vel omne quod spirare poterat interfecit. 3. Reg.17. Et erat langor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus. Iob.26. Quẽ docere voluisti: nõne eũ qui fecit spiramentũ. Et in eodem.34. Spiritum illius & flatum ad se trahet. Et in eodem.37. Flante deo concrescit gelu. Pro quo hebrei legunt. A flatu dei. Et in eodem. Flante deo perisse. Pro quo hebrei legunt. A flatu dei peribunt. Ps.150. Omnis spiritus laudet dominũ. & beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Omne quod spirat laudet dominum. Esa.2. Cuius spiritus in naribus eius est. Et in eodem. 42. Dans flatum populo qui est super eam. Dañ.10. Sed & halitus meus intercluditur. Et inde תִּנְשֶׁמֶת Thinsameth. genus auis immunde. Pro quo beatus hieronymus trãstulit cignum. vt Leuit.11. Et cignum & onocrotalum & porphyrionẽ. est etiã genus reptilis. Pro quo beatus hieronymus transtulit talpam. vt in eodem. Et stellio & lacerta & talpa.

נָשַׁף Nasaph. flare. sufflare. Exo.15. Flauit spiritus tuus & operuit eos mare. Esa.40. Repente flauit in eos & aruerunt. Item נֶשֶׁף Neseph.i. caligo. vesper. nox. obscurum tenebre. 1. Reg.30. Et percussit eos Dauid a vespera vsq; ad vesperam alterius diei. 4. Reg.7. Surrexerunt ergo vesperi vt venirent ad castra syrie. Iob.3. Obtenebrentur stelle caligine eius. & in eodem.7. Et replebor doloribus vsq; ad tenebras. Et in eodem.24. Oculus adulteri obseruat caliginem. ps.118. Preueni ĩ maturitate & clamaui. Pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Surgebã adhuc in tenebris & clamabã. Prouer.7. Graditur in obscuro. Esa.5. Et potandum vsq; ad vesperam. Et in eodem.21. Babylõ dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pro quo hebrei legũt. Nox siue nocte desiderii mei vł dilectionis mee posuit me in terrorem siue in stuporem vel in miraculum. Sed aliquando babylon appellatur hoc nomine נֶשֶׁף Neseph. vt in eodem.13. Super montem caliginosum leuate signum. & premittitur onus babylonis. Hiere.13. Et anteq̃ offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Et inde יַנְשׁוּף Iansuph. nomen auis que nocte volitat: secundum hebreos. Pro quo beatus hieronymus trãstulit Ibin. Leuit. 11. Et mergulum & ibin. Esa.34. Et ibis & coruus habitabunt in ea.

נָשַׁק Nasac. osculari. deosculari. obedire. adorare. adherere. armari. Geñ.27. Et da mihi osculum fili mi. idest osculare me. Et in eo.31. Et non es passus vt oscularer filios meos. & in eo.29. Et adaquato grege osculatus est eã. Et in eodẽ. Et in oscula ruens. Pro quo hebrei legunt. Et osculatus est eum. Et in eodem.33. Et osculans fleuit. 2. Reg.19. Quasi osculãs eum. 3. Reg.18. Osculer oro patrem meum & matrem meam. Iob.31. Et osculatus sum manum meam ore meo. ps.88. Iustitia & pax osculate sunt. Prouer.7. Apprehensumq; deosculatur iuuenem. Et in eodem.24. Labia deosculabitur qui recta verba respondit. Canti.1. Osculetur me osculo oris sui. Et inde נְשִׁיקוֹת Nesicoth.i. oscula & solum inuenitur in numero plurali. Prouer.27. Meliora sunt vulnera diligentis q̃ fraudulenta oscula odientis. Canti.1. osculo oris sui. Quod in hebreo legitur pluraliter: scilicet osculis oris sui. Significat etiam adherere: more osculãtiũ. Ezech.3. Et vocẽ alarũ animaliũ percutientiũ alterã ad alteram.i. adherẽtiũ. ps.2. Apprehẽdite disciplinã. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Adorate pure. potest etiam legi sic. Adorate filium siue osculamini filium. De quo vide supra in dictione בַּר Bar. Osee.13. Vitulos adorant. Ponitur etiam pro obedire. Geñ.41. Et ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Hebrei tamen in predicto loco dicunt q̃ significat regere vel gubernare. Item נָשַׁק Nasac.i. armari. 1. Paralipo.12. Tendentes arcum. Pro quo hebrei legunt. Armati arcu. ps.77. Filii ephraim intendẽtes & mittentes arcum. Pro quo hebrei legunt. filii ephraim armati & mittentes arcum. Et inde נֶשֶׁק Nesec.i. Arma siue armamentariũ. Iob.20. Fugiet arma ferrea. Esa.22. Armamentarium domus saltus. Ezech.39. Et succendent & comburent arma. Ponitur etiam pro bello. ps.139. Obumbrasti caput meũ in die belli.

נָשַׂק Nasac. cum puncto cebolet. incendere. succendere. accendere. ps.77. Et ignis succensus est in iacob. Esa. 44. Et succendit & coxit panes. Ezech.39. Et succendent & comburent arma clypeum & hastam.

נֶשֶׁר Neser. aquila. Deut.14. Aquilã & halietum. Et in eodem.32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. Ps.102. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. Prouer. 30. Viam aquile in celo. Ezech.17. Aquila grandis magnarum alarum. Et in plurali נְשָׁרִים Nesarim. Exo.19. Quomodo portauerim vos super alas aquilarum. Esa.40. Assument pẽnas sicut aquile.

נָשַׂר Nasar. cum puncto ceboleth in littera sin. Serrare. & scribitur sine nun. 1. Paralipo.20. Fecit super eos tribulos & trahas & ferrata carpenta transire. pro quo hebrei legunt. Et serrauit eos serra vel tribulis ferreis. Et inde מַשּׂוֹר Masor. idest serra. Esa.10. Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur.

נָשַׁת Nasath. Arescere. emarcescere. Esa.19. & arescet aqua de mari. & in eo.41. lingua eorũ siti aruit. Hiere.51. deuoratũ est robur eorum .i. emarcuit robur eorum. Vide etiam de hoc in dictione נָשָׁה Nasa. Et inde נִשְׁתְּוָן Nisteuan. Pro quo beatus hieronymus transtulit accusationẽ. Esd. 4. Epistola autẽ accusationis scripta erat syriace. Ealiquãdo scribitur cum he vel aleph in fine. vt in eo. Accusationẽ quam misistis ad nos.

נָתִיב Nethib. semita. via. iter. Iob.28. Semitam ignorabit auis. Ps.77. Viam fecit semite ire sue. Ps.118. Deduc me in semitam mãdatorum tuorum: quia ipsam volui. Scribitur etiam cum he vel thau in fine q̃ denotat genus femininũ. Iob.30. Dissipauerunt itinera mea. Quod in hebreo legitur singulariter .s. iter meum. Prouer.12. Iter autem deuium ducit ad mortem. Vbi ponitur pro deuio. Esa. 43. Et in aquis torrentibus semitam. Et in plurali נְתִיבוֹת Nethiboth. Prouer.1. Prohibe pedem tuũ a semitis eorum. Et in eodem.8. In mediis semitis stans. Esa.42. In semitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam.

נָתַח Nathach. dimẽbrare .i. concidere in mẽbra vel in frusta aut in partes. siue secare. vel concidere. Exo.29. Ipsum quoq; arietem secabis in frusta. Leuit.1. Artus in frusta concidens. Pro quo hebrei legunt. & dimembrabit seu concidet eũ per membra sua seu per artus suos. Iudi.19. Et cadauer vxoris cũ ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens. Et in eodem.20. Quã arreptã in frusta concidi. Et inde נֵתַח Netach .i. membrũ. frustum. particula. vt in locis predictis. & Leuit.1. Membra que sunt cesa de super ordinabis. Ezech.24. Cõgere frusta eius in eam: omnem partem bonam.

נָתַךְ Nathah. stillare. fluere. mulgere. fundere. cõflare. Exo. 9. Nec vltra stillauit pluuia super terrã. 2. Reg.21. Donec stillaret aqua de celo. 2. Paralipo.12. Et non stillabit furor meus super ierusalem. & in eodem.34. Magnus enim furor domini stillauit super nos. & in eodem. Idcirco stillauit furor meus super locũ istum. Iob.3. Et quasi inundantes aque sic rugitus mei. Pro quo hebrei legũt. Et fluxerũt quasi aque rugitus mei. Et in eodem.10. Nõne sicut lac mulsisti me. Pro quo hebrei legunt. Stillare vel fluere me fecisti. Dañ.9. Et stillauit super nos maledictio. Naũ.1. Et indignatio ei⁹ effusa est vt ignis. Significat etiam conflare. 4. Reg. 33. Conflauerũt serui tui pecuniam. 2. Paralipo.34. Argentum quod repertũ est in domo dñi conflauerunt. Hiere.7. Ecce furor meus & indignatio conflatur super locũ istum. Et in eodẽ.42. Sicut cõflatus est furor meus & indignatio mea super habitatores ierusalem: sic cõflabitur indignatio mea sup vos. Ezech.22. succendã in ea ignẽ ad cõflãdũ. & in eodẽ. Et conflabo vos & congregabo vos. Et in eodem. Et conflabimini in medio ei⁹ vt conflatur argẽtũ in medio fornacis. & in eodẽ. Sic eritis in medio ei⁹. Pro quo hebrei legunt. Sic conflabimini in medio eius.

נָתַן Nathan. dare. donare. tribuere. largiri. tradere. ponere permittere: vel dimittere. Geñ.3. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno. & in eodẽ.12. Semini tuo dabo terram hanc. & in eodem.15. Domine deus quid dabis mihi. Et in eodem.23. Agrum trado tibi. Et in eodem 24. Fratribus quoq; eius & matri dona obtulit .i. dedit. Et in eodem.25. Largit⁹ est abraham munera. & in eodẽ.29. Et hãc quoq; dabo tibi. Et in eodẽ.38. Ne liberi fratris nomine nascerentur. Pro quo hebrei legũt. vt non daret semẽ fratri suo. & in eodem. Et non eũ accepisset maritum. Pro quo hebrei legunt. E ipsa non esset ei tradita in vxorem. & est idem sensus cũ littera nr̃a. Et in eodẽ. Vnus protulit manum .i. dedit manũ. Exo.5. Non do vobis paleas. Et in eodem. Palee non dantur nobis. & in eodẽ.22. Si quis cõmendauerit amico suo pecuniã aut vas in custodiã. Pro quo hebrei legunt. Si quis dederit vel tradiderit. Leuit.11. Si autẽ quispiam aqua sementẽ perfuderit. Pro quo hebrei legũt. Et si data fuerit aqua super sementẽ. Et in eodẽ.26. Dabo vobis pluuias tẽporibus suis. & in eodẽ. Et trademini in manibus hostiũ. Nu.13. Dabisq; dono leuitas Aarõ & filiis eius quibus traditi sunt. Deut.10. Et dat ei victũ & vestitũ. Iudi. 8. Vt demus exercitui tuo panes. & in eodẽ. Libẽtissime dabimus. 1. Reg.1. Anne autẽ dedit vnã partẽ tristis. 3. Reg.3. Quid vis vt dem tibi. & in eodẽ.4. Dedit quoq; de⁹ sapiẽtiã salomoni. 4. Reg.19. Da mihi manũ: qui dedit ei manũ suã. 1. Paralipo.29. Et cũcti filii dauid dederũt manũ & subiecti fuerunt salomoni. Iob.2. Oĩa q̃ habet homo dabit pro aĩa sua. ps.1. Quod fructũ suũ dabit in tẽpore suo. Ps.80. Sumite psalmũ & date tympanũ. ps.135. Qui dat escã omni carni. Esa.35. Gloria libani data est ei. & ĩ eodẽ.37. Et dederunt deos earũ igni. Et in eodẽ.41. Dabit quasi puluerem gladiũ suũ. & in eodem. Et ierusalẽ euãgelistã dabo. Hiere. 38. Tradendo tradetur ciuitas hec in manu exercitus regis babylonis. Threñ.5. Egypto dedimus manũ. Et aliquãdo scribitur sine nũ in principio: vt in aliquib⁹ locis predictis. & Geñ.14. Da mihi animas. & in eodẽ.24. & dedit ei oues & boues. & in eodem.30. Da mihi vxores & liberos meos. Et aliquãdo scribitur sine nũ finali. vt in aliquib⁹ locis predictis. & Ios.6. Ecce dedi in man⁹ tuas hiericho. Ps.60. Dedisti hereditatẽ timẽtibus nomen tuũ. Esa.42. Dedi spũm meũ super eum. Scribitur etiam aliquando sine nun tam in principio q̃ in fine. & tunc duplicatur littera thau. Geñ. 29. vt minores ante tradamus ad nuptias. Deut.28. Ne det eis de carnibus filiorũ suorũ. Ios.2. Cũq; tradiderit nobis dñs terrã. Iudi.8. Cũ ergo tradiderit dñs zebee & salmana in man⁹ meas. 2. Reg.22. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Significat etiã ponere aut cõstituere. vt Geñ.41. & prepositum esse scirent vniuerse terre egypti. Exo.25. In qua pones testimoniũ. Nu.14. Constituamus nobis ducem. 3. Reg.6. Vt poneret ibi arcam federis domini. 2. Paralip.25 Nũquid consiliarius regis es. Pro quo hebrei legunt. Nunquid consiliarium regi posuerunt vel constituerunt te. Et in eo.35. ponite arcã in sanctuario tẽpli. signãt ẽt pmittere vel dimittere. vt Geñ.20. Et non dimisi vt tangeres eam .i. non permisi. Et in eodem.31. & tamen non dimisit eum deus vt noceret mihi. Et inde מַתָּן Mathã .i. donũ. munus. Geñ. 34. Augete dotem & munera postulate. Prouerb.18. Donum hominis dilatat viã ei⁹. Scribitur etiã cũ he vel thau in fine. vt Nu.18. Et tradidi donum domino vt seruiant in tabernaculo eius. Deut.16. Sed offeret vnusquisq; secundũ quod habuerit. pro quo hebrei legunt. vnusquisq; secũdũ donũ manus sue. Ponitur etiã pro robore. Eccl's.7. Et perdet robur cordis eius. scribitur etiam sine nun & cũ duplici thau & dicitur מַתַּת mathath .i. donũ. 3. Reg.13. & dabo tibi munera. Eccl's.5. Hoc donũ dei est. Et in plurali מַתָּנוֹת Mathanoth. Ps.67. Accepisti dona in hominibus. & in lingua chaldaica dicitur מַתְּנָן Mathenan. Dañ.2. munera & donũ & honorem multum accipietis. Et inde נְתִינִים Nethinim idest nathinei qui erant traditi in ministerium templi. Esdre.2. Omnes nathinei & filii seruorum salomonis. & ĩ eo. 8. Et de nathineis quos dederat dauid & principes ad ministeria leuitarum.

נָתַס Nathas. dissipare. euertere. Iob.30. Dissipauerũt itinera mea.

נָתַע Nathaa. confringere. conterere. Iob.4. & dentes catulorum leonum contriti sunt.

נָתַץ Nathas. destruere. demoliri. dissipare. cõfrigere. Exo. 34. aras eorũ destrue. Leuit.11. siue cliban⁹ siue chytropodes destruẽtur. Deut.7. Aras eorũ subuertite .i. destruite. & in eo.12. dissipate aras eorũ. Iudi.6. viderũt destructã arã baal. & in eodẽ. Quia destruxit arã baal. & in eo.8. Destruã turrĩ hãc. 2. Paralip.33. ĩstaurauit excelsa q̃ demolit⁹ fuerat ezechias pr̃ ei⁹. Iob.19. destruxit me vndiq;. ps.51. ꝓterea de⁹ destruet te ĩ finẽ. ps.57. molas leonũ cõfriget dñs. Esa. 22. Et destruxistis domos. Hier.1. vt euellas & destruas. & i

eodem. 4. Et omnes vrbes eius destructe sunt. Et in eo. 33. Et ad domos regis iuda que destructe sunt. Ezech. 16. Et demolientur prostibulum tuum.

נתק Nathac. euellere. abstrahere. rumpere. disrũpere. dissoluere. dissipare. Leui. 22. Omne animal quod vel cõtritis vel tunsis vel sectis ablatisq; testiculis est. Vbi ponitur pro sectis. Pro quo hebrei legunt. ruptis seu euulsis. Ios. 4. Et siccam humum calcare cepissent. Pro quo hebrei legũt. Euulse sunt plante pedum sacerdotum ad aridam. i. ad siccam humũ. Sed btũs hieronymus transtulit sensum. Et in eodem. 8. Donec persequentes ab vrbe longius protrahantur. Pro quo hebrei legunt. Donec euellamus eos ab vrbe. Et in eodem. Cumq; recessissent a ciuitate. Pro quo hebrei legũt. Et euulserũt eos a ciuitate. Iudi. 20. vt abstraherent eos de ciuitate. Et in eodem. 16. Qui rupit vincula. & in eodem. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. & in eodẽ. 20. Sed & filii Beniamin audacter eruperunt de ciuitate. Iob. 17. Cogitationes mee dissipate sunt. Ps. 2. Dirumpamus vincula eorum. Eccl's. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Esa. 5. Nec rumpetur corrigia calciamenti eius. Hiere. 2. A seculo confregisti iugũ meũ: rupisti vincula mea. Pro quo hebrei legũt Rupi vincula tua. Et in eodem. 5. Et vincula eius ruperunt. Et in eodem. 10. Et omnes funiculi mei disrupti sunt. & in eodem. 12. Congrega eos quasi gregem ad victimam. Pro quo hebrei legũt. Euelle eos. scilicet de loco suo. Et in eodem. 22. Inde euellam eum. Ezech. 17. Nõne radices eius euellet. Naũ. 1. Et vincula tua dirumpam. Ponitur etiam pro consumere. Hiere. 6. Malicie eorum nõ sunt consumpte. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et mali seu malicie non sunt conuulsi. Item נֶתֶק Nethec. i. tinea: seu plaga lepre corrosiue que nascitur in capite vel in barba. Leuit. 13. Quia lepra capitis & barbe est. & in eodem. Sin autem viderit locum macule equalem vicine carni. Et in eodem. Si nõ creuerit macula. Et inde אַתִּיק Athic. idest edificium quoddam in atrio tẽpli fundatum: seu muro templi iunctum. Pro quo beatus hieronymus transtulit porticum. vt Ezech. 42. Vbi erat porticus iuncta porticui tripli ci. Et in eodẽ. Quia supportabant porticus que ex illis eminebant. Et aliquando beatus hieronymus posuit ipsum hebraicum. s. Ecthecas. vt in eodẽ. 41. Cõtra faciem eius quod erat separatũ ad dorsum ecthecas ex vtraq; pte. Et in eodẽ. Ecthecas per circuitum per tres partes.

נתר Nathar. saltare. soluere. dissoluere. Leuit. 11. Crura per que salit super terram. Ps. 145. Dominus soluit compeditos. Esa. 58. Solue fasciculos deprimentes. Abach. 3. Aspexit & dissoluit gentes. Item נֶתֶר Nether. i. Nitrum quo pãni mundantur. Hiere. 2. Si laueris te nitro.

נתש Nathas. euellere. dissipare. destruere. Deut. 29. Et eiecit eos de terra sua. i. euulsit eos. 3. Reg. 14. Et euellet israel de terra bõa. Ps. 9. Et ciuitates eorũ destruxisti. Hiere 1. vt euellas & destruas. Et in eo. 18. Aut euelli possunt aque erumpentes frigide. Et in eodem. 31. Et sicut vigilaui super eos vt euellerem. Et in eodẽ. Non euelletur & non destruetur in perpetuum. Et in eodem. 42. Plantabo & non euellam. Ezech. 19. Et euulsa est in ira in terraq; piecta. Mich. 5. Et euellam lucos tuos de medio tui. Ponitur etiam pro derelinquere sicut נטש Natas cum littera tet. De quo supra dictum est. Hiere. 23. Et derelinquam vos & ciuitatem quã dedi vobis.

De incipiẽtibus a littera. ס. samach.

סס Sas. tinea. Esa. 51. Et sicut lanã sic deuorabit eos tinea. Et solum inuenitur in predicto loco.

סאה Sea. genus est mẽsure aridorum. Pro quo beatus hieronymus trãstulit modium vel satum. 4. Reg. 7. Modius simile vno statere. & in eodem. Factusq; est modius simile statere vno. Et in plurali סאים Seim vel סְאתַיִם Sathaim. Geñ. 18. Accelera tria sata simile. 4. Reg. 7. Et duo modii ordei statere vno. Duplicatur etiam aliquando littera samach & littera aleph & dicitur סַאסְאָה Sasea. i. duplex mensura. Pro quo beatus hieronymus transtulit mensura contra mensuram. Esa. 27. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam.

סאן Saon. preliare. pugnare. predari. Esa. 9. Quia omnis violenta predatio cũ tumultu. Pro quo hebrei legunt. Quia omnis bellãs vel pugnans pugnat cum tumultu: seu omnis predans predatur cũ tumultu. quasi dicat. Alia bella fiunt cum tumultu: sed hoc bellum fiet sine tumultu & sine sanguine ab angelo percutiente. Vt habetur infra Caplo. 37. Et predicta dictio solum inuenitur in predicto loco.

סבב Sabab. circuire. circundare. circunducere: vallare. gyrare. vertere. reuerti declinare. Geñ. 2. Ipse est qui circuit omnem terrram euilla. 1. Reg. 7. Et ibat per singulos annos circuiens Bethel & galgala. Deu. 32. Circunduxit eũ & docuit. ps. 54. Die ac nocte circundabit eam super muros eius. ps. 117. Omnes gentes circundederunt me. Et in eodem. Circundantes circundederunt me. Eccl's. 1. Et flectitur ad aquilonem. Pro quo hebrei legunt. & circuit seu gyrat ad aquilonem. Hiere. 31. Femina circundabit virum. Et cõmuniter scribitur cũ simplici beth. Geñ. 19. Viri ciuitatis vallauerunt domũ. & in eodem. 37. Vestrosq; manipulos adorare. Pro quo hebrei legũt. Et ecce circundabãt eũ vestri manipuli & adorabãt manipulũ meũ. Exo. 13. Sed circũduxit per viã deserti. Nu. 34. Qui circuibunt australẽ plagã. & in eodẽ. Ibitq; p gyrũ terminꝰ ab asemona. 1. Reg. 5. Circunducatur arca dei israel & circunduxerũt arcã. & in eo. Illis autẽ circunducẽtibus eã. & in eodẽ. Adduxerũt ad nos arcã dei israel. i. circũduxerunt ad nos. Iob. 16. Circũdedit me lãceis suis. Ps. 47. Circũdate sion. Esa. 23. Circuie ciuitatẽ. & in eodẽ. 28. Nec rota plaustri sup cyminũ circuibit. Eze. 41. Et platea erat in rotũdũ ascẽdẽs sursum p cochleã. Pro quo he. le. Et lata erat & circũdabatur sursũ sursũ. Sed btũs hieronymꝰ trãstulit sensum. significat etiã declinare seu vertere vl' auertere aut reuertere siue cõuertere. Geñ. 42. Auertitq; se parumper & fleuit. idest declinauit se ab eis. Nu. 32. & nabo & baalmeõ versisq; noibus. 1. Reg. 17. Declinauit paulisper ab eo. 2. Regum. 14. Vt verterem figuram sermonis huius. & in eodẽ. Reuertatur in domum suam & faciem meam non videat. 3. Regum. 2. Sed translatum est regnum & factum est fratris mei. idest conuersum est regnum. & in eo. 18. & tu conuertisti cor eorum iterum. 4. Reg. 20. & cõuertit faciem suam ad parietem. Esdre. 6. & conuerterat cor regis assyriorum ad eos. Eccl's. 2. Vnde cessaui renunciauitq; cor meum. pro quo hebrei legunt. & conuersus sum vt renunciaret cor meum. Hiere. 6. & transibunt domus eorum ad alteros. idest conuertentur ad alteros. & in eodem. 21. Ecce ego conuertam vasa belli que in manibus vestris sunt. Ezech. 1. Non reuertebantur cum incederent. Et inde סָבִיב Sabib. idest circuitus. gyratio: siue in circuitu: vel in gyro. Exo. 25. faciesq; illi labium aureum per circuitum. 3. Regum. 6. per circuitũ sculpsit variis celaturis. ps. 11. In circuitu impii ambulant. ps. 33. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum. Ezech. 1. Et splendor eius in circuitu. & in eo. 4. & pones arietes in gyro. & aliquando duplicatur & dicitur סָבִיב סָבִיב Sabib sabib. Eccl's. 1. & i circuitu pergit spũs. pro quo hebrei legunt. In circuitu in circui

tu pergit spũs. Et in plurali declinatur tam masculine q̃ feminine. Masculine. Ps. 49. Et in circuitu eius tempestas valida. Quod in hebreo legitur pluraliter scilicet & in circuitis eius. Ps. 75. Omnis qui in circuitu eius affertis mũera. Hiere. 49. Quia deuorauit gladius ea que per circuitum tuum sunt. Declinatur etiam feminine. Iob. 22. Propterea circundatus est laqueis. Pro quo hebrei legunt. Propterea in circuitibus tuis laquei seu carbones. scilicet sũt. Et in eodem. 29. Et in circuitu meo pueri mei. Et in eodem. 41. Per gyrum dentium eius formido. Ps. 17. In circuitu eius tabernaculum eius. Eccl's. 1. Et in circulos suos reuertitur. Scribitur etiam cum simplici beth & cum mem in principio & dicitur מֵסַב Mesab. 3. Reg. 6. Et omnes parietes templi per circuitum. & in plurali מְסִבּוֹת mesiboth. Iob. 34. Lustrans cuncta per circuitum. & inde סִבָּה Siba. idest circuitio. translatio nostra transtulit auersationem. 3. Reg. 12. Quoniam auersatus fuerat eum dominus. Et aliqui hebrei dicunt q͛ significat causam. & legunt. Quoniam a domino fuit causa. Potest etiam legi sic. Quia a domino fuit circuitio. idest dominus circumuenit eum vt sic responderet populo: vt suscitaret verbum suum. scribitur etiam cum nun in principio & dicitur נְסִבָּה Nesiba. 2. Paralipo. 10. vbi dicitur. Erat enim voluntas dei vt compleretur sermo eiꝰ. pro quo he. le. a domino fuit circuitio vel causa. & inde מֵסַב Mesab. idest accubitus: vbi sedent ad comedendũ in conuiuio. eo quod conuiue sedebãt per gyrum siue in circuitum. Cãti. 1. Cum esset rex in accubitu suo. & inde מְסִיב mesib. idest conuiua. & solum inuenitur in numero plurali. Ps. 139. caput circuitꝰ eorum. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Amaritudo conuiuarum meorum.

סבא Saba. Inebriari. potare. scilicet excessiue. cõuiuiis vacare. Esa. 56. Venite sumamus vinum & impleamur ebrietate. idest inebriemur ebrietate. Naum. 1. sic conuiuiũ eorũ pariter potantium. pro quo hebrei leguñt. Et in ebrietate vel in conuiuio eorum inebriati. & inde סֹבֵא sobe. idest potator. ebrius. Deut. 21. Comessationibus vacat & luxuriis atq; conuiuiis. pro quo hebrei legunt. Comessator ẽ atq; potator. Prouer. 23. Noli esse in conuiuiis potatorum. Et in eodem. Quia vacantes potibus & dantes symbola cõsumentur. Accipitur etiam סֹבֶא sobe. pro vino vel conuiuio. Esa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua. Osee. 4. separatum est conuiuium eorum. Item סְבָא saba. nomen est filii chus nepotis noe. Geñ. 10. filii autem chus saba & euila & sabatha. Et ab eo nomen accepit terra saba. Que est prouĩcia in ethiopia. ps. 71. Reges arabum & saba dona adducent. Esa. 43. Dedi propiciationem tuã egyptũ: ethiopiam & saba pro te. & inde dicuntur סְבָאִים sabaim. i. viri de saba. Esa. 23. Adducebantur & veniebant de deserto. pro quo he. le. Adducebantur sabei de deserto. & in eo. 45. Labor egypti & negociatio ethiopie & sabaim. & qñ scribitur cũ littera sin tunc deriuatur a שְׁבָא Saba filio rema. Geñ. 10. filii rema saba & dedan. & põitur pro arabia. Ps. 71. Reges arabum. Et in eodem. & viuet & dabitur ei de auro arabie. & de hoc vide infra in littera sin.

סבך Sabach. irretire. pplexũ esse. cõplecti. Iob. 8. Sup aceruum petrarum radices eius densabuntur. pro quo hebrei legunt. super aceruum petrarum complectuntur siue irretiuntur. Naum. 1. Quia sicut spine se inuicem complectuntur. & inde סְבָךְ sebach. idest vepres seu ramus condensus vel irretitus: aut arbusta. secundum translationem chaldaicam. Geñ. 22. Viditq; post tergum arietem inter vepres herentem cornibus. Ponitur etiam pro silua vel saltu Ps. 73. Quasi in silua lignorum securibus. & beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. In saltu lignorũ secures. Et in plurali סִבְכֵי sibache. pro quo beatus hieronymus transtulit Condensa. Esa. 10. Et subuertentur condensa saltus ferro. Ponitur etiam pro cubili vel tugurio animalium: eo quod fit ex frondibus vel ramis arborum se ĩuicem complectẽtibus. Hiere. 4. Ascẽdit leo de cubili suo. & aliquando scribitur cum sin loco samach. 2. Reg. 18. Cũq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercum. De quo vide infra in littera sin in dictione שְׂבָךְ sebach.

סבל Sabal. portare. supportare. sustinere. Nee. 4. Debilitata est fortitudo portantis. Esdre. 7. Et ponant fundamenta supportantia. Esa. 46. Ego portabo. Et in eodem. 53. Et dolores nostros ipse portauit. Threñ. 5. Et nos iniquitates eorum portauimus. Ponitur etiam pro impinguari vel incrassari. eo quod pinguedo ẽ homini quasi onus graue. Ps. 143. Boues eorum crasse. Eccl's. 12. Et impinguabitur locusta. Et aliqui hebrei legunt. Et onerabitur locusta. Et dicunt q͛ pro locusta intelligitur dorsum. & inde סֵבֶל sebel. siue סַבָּל Sabal. idest onus. 3. Reg. 5. Septuaginta millia eorum qui onera portãbant. ps. 80. Diuerti ab oneribus dorsum eius. Ponitur etiam pro tributo. 3. Reg. 11. Constituerat eum super tributum domus ioseph. Et in plurali. סִבְלוֹת Siblotn. idest onera. Exo. 1. vt affligerẽt eum oneribus. Ponitur etiam pro ergastulo. Vt in eodem. 6. Et educã vos de ergastulo egyptiorum. pro quo hebrei legunt. Educam vos de subter oneribus egyptiorum.

סבר Sabar. In lingua chaldaica significat putare. seu cogitare. Dañ. 7. Et putabit q͛ possit mutare tempora & leges.

סגד Sagad. curuari. procidere. adorare. Esa. 44. fecit sculptile & curuatus est ante illud. Et in eodem. Curuatur ante illud & adorat. Et in eodem. Ante truncum ligni procidam. Dañ. 2. Et danielem adorauit.

סגלה Segula. peculium. seu peculiare. aut thesaurus. Exo. 19. Eritis mihi in peculiũ de cunctis populis. Deut. 14. Vt sis ei in populum peculiarem. 1. Paralip. 29. De peculio meo aurum & argentum do in templum dei mei. Ps. 134. Israel in possessionem sibi. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Israel in peculium sibi. Eccl's. 2. Coaceruaui mihi argentum & aurum & substãtias regum. i. Thesauros regum.

סגן Segan. princeps. seu magistratus. Et solum inuenitur in numero plurali. scilicet סְגָנִים Seganim. Nee. 2. Magistratus autem nesciebant quo abissent. Et in eo. 5. Et increpaui optimates & magistratus. & in eodem. Iudei quoq; & magistratus. Esa. 42. Et adducet magistratus quasi lutum. Ezech. 27. principes & magistratus iuuenes cupidinis. & in lingua chaldaica dicitur סִגְנַיָא Signaia. Dañ. 3. Magistratus & iudices duces & tyrannos.

סגר Sagar. claudere. concludere. includere. tradere. Geñ. 5. Et inclusit eum dominus de foris. Et in eo. 19. Clauseruntq; ostiũ. Exo. 14. Conclusit eos desertũ. Leuit. 13. Recludet eum sacerdos septem diebus. Et in eodem. 14. Egredietur ostiũ domus & statĩ claudet illã. Nu. 12. Separetur septẽ diebus extra castra. p quo he. le. recludatur septẽ diebꝰ extra castra. Nã extra castra erat quoddã tẽtoriũ vbi leprosi recludebãtur. & in eo. Exclusa est itaq; maria extra castra. Ios. 2. Cumq; porta clauderetur in tenebris. Et in eo. 6. hierico aũt clausa erat atq; munita. 1. Reg. 1. Dominus autẽ cõcluserat vuluã eius. Et in eo. 23. Conclususq; est introgressꝰ vrbẽ. 3. Reg. 11. & coequauit voraginẽ ciuitatis dauid patris sui. pro quo he. le. Et clausit rupturam seu diuisionem vel diruptionem ciuitatis dauid patris sui. Ps. 34. Et conclude

eos qui persequũtur me. Esa. 22. Et claudet & non erit qui aperiat. Et in eodem. 24. Clausa est omnis dom⁹ nullo introeunte. Et in eodem. 26. Et claude ostia tua super te. Significat etiam tradere. idest concludere in manu vel in potestate alterius. Deut. 23. Non trades seruum domino suo qui ad te confugerit. 1. Regum. 23. Vt tradamus eum in manu regis. Et in eodem. Si tradent me viri ceile in manus eius. Et in eodem. Et dixit dominus tradent. Et in eo. 24. Quod tradiderit te dominus in manu mea. Et in eodem. 26. Conclusit deus inimicum tuum in manu tua. & inde מַסְגֵר Masger. idest clausura: vel carcer. Esa. 24. Et claudentur ibi in carcere. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Et in eodem. 42. Vt educeres de conclusione vinctum. idest de clausura siue de carcere. Et in plurali מַסְגְרוֹת Misgeroth. 2. Regum. 22. & contrahentur in angustiis suis idest in clausuris. ps. 17. Et claudicauerunt a semitis suis. pro quo btũs hiero. in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. Et contrahentur in angustiis suis. & inde סֻגַר Sugar. idest carcer seu cauea: vbi vincti clauduntur. Ezech. 19. Et miserunt eum in caueam. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ significat lignũ perforatum quo pedes seu colla vinctorũ constringũtur. & inde מִסְגֶרֶת Misgereth. idest illud quod constringit aliquam rem & eam continet in circuitu. Exo. 25. Et ipsi labio coronam interrasilem altam quattuor digitis & super illam alterã coronam aureolam. pro quo hebrei legũt. Et facies ei clausuram ad mensuram pugni. idest alta quattuor digitis in circuitu. & facies circulum seu labium ipsi clausure in circuitu. & in plurali מִסְגְרוֹת Misgeroth. pro quo beatus hieronymus transtulit Interasile seu coronulas vel sculpturas. 3. Regum. 7. Et ipsum opus basium interrasile erat. Et in eodem. Et sculpture inter iuncturas. Et in codẽ. Variasq; sculpturas ex semetipso. & in eodem. et inter coronulas et plectas. & in eodem. & media intercolũnia quadrata non rotunda. Vbi pro eo quod in littera nostra est media intercolũnia in hebreo est מִסְגְרוֹת Misgeroth. Ponitur etiam pro angulis. Vt in eodem. & in angulis cherubim. & inde סֶגֶר Segor. idest illud quod est clausum vel est interi⁹. Osee. 13. & dirumpam interiora cordis eorum. Ponitur ẽt סֶגֶר Segor siue סָגוּר Sagur pro auro purissimo. eo quod clauditur & custoditur sub firma custodia. 3. Reg. 6. & operuit illud atq; vestiuit auro purissimo. Pro quo hebrei legũt. Auro sagur. Et in eo. 7. Et mortariola & thuribula de auro purissimo. Iob. 28. Non dabitur aurum obrizum pro ea. Vbi ponitur pro auro obrizo. & inde מַסְגֵר masger. i. inclusor. 4. Regum. 24. Et omnem artificem & inclusorem. Et in eodem. Et artifices & inclusores mille. Hiere. 29. Et principes iuda & ierusalem & faber & inclusor. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ significat thesaurarium qui includit & seruat aurum & res preciosas. & inde סַגְרִיר Sagrir. idest impetuosus imber: seu frigus excessiuum. eo quod recludit homines in domibus. Prouer. 27. Tecta perstillantia in die frigoris.

סַד Sad. lignum perforatum quo pedes vinctorum continentur. pro quo translatio nostra neruũ transtulit. Iob. 13. Posuisti in neruo pedem meum.

סָדִין Sadin. sindon. linteum. Prouer. 31. Sindonem fecit & vendidit. Et in plurali סְדִינִים Sedinim. vt Iudi. 14. Triginta sindones & totidem tunicas. Esa. 3. Et sindones & vittas & teristra.

סֵדֶר Seder. ordo. regula. Et solũ inuenitur in numero plurali. Iob. 10. Et nullus ordo. pro quo hebrei legunt. & non sũt ordines. & inde מִסְדְרוֹנָה Misderona. pro quo beatus hieronymus transtulit posticum. Iudi. 5. Per posticum egressus est. Et aliquando scribitur cum sin loco samech. De quo vide infra in littera sin.

סַהַר Sahar. Rotundum. pro quo beatus hieronymus transtulit tornatilem. Canti. 7. Vmbilicus tuus crater tornatilis. Item סֹהַר Soar. i. carcer. seu lacus rotundus quo vincti claudũtur. Geñ. 40. Misit eos in carcerem. pro quo hebrei legunt. Misit eos in domum carceris.

סוּג Sug. Auertere. auerti. conuerti: scilicet retrorsum. recedere. s. retro. 2. Regũ. 1. Sagitta ionathe nunq; rediit retrorsum. ps. 43. Non recessit retro cor nostrum. ps. 52. omnes declinauerunt. ps. 128. Et conuertantur retrorsum omnes qui oderunt sion. Esa. 59. Et conuersum est retrorsum cor nostrum. Soph. 1. Et qui auertuntur de post tergũ domini. Vide etiam de hoc supra in dictione נָסַג Nasag. & inde. סוּג Sug. idest recedens. vel declinans. Prouer. 14. Viis suis replebitur stultus. pro quo hebrei legunt. De viis suis replebitur recedens vel declinans corde. idest recedens vel declinans a via recta siue a recto iudicio rationis. & ĩde סוּגָה Suga. idest vallata vel circundata. Canti. 7. Vallatus liliis.

סוֹד Sod. secretum. arcanum. consilium: seu conciliũ. Iob. 29. Quãdo secreto erat deus in tabernaculo meo. & secundum litteram hebraicam potest etiam legi sic. Quando secretum dei in tabernaculo meo. scilicet erat. ps. 24. firmamentum est dominus timentibus eum. pro quo beat⁹ hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trãstulit. Secretum domini timentibus eum. Prouer. 25. Et secretũ extraneo ne reueles. Amos. 3. Nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Ponitur etiam pro consilio vel concilio. scilicet secreto. Iob. 15. Nunquid consiliũ dei audisti. Ps. 82. Super populum tuum malignauerunt consilium. ps. 88. Deus qui glorificatur in consilio sanctorum. Ps. 110. In consilio iustorum & congregatione. Hiere. 6. & super concilium iuuenum simul. & in eodem. 15. Non sedi in concilio ludentium. Ezech. 13. In concilio populi mei non erunt. & inde verbum הוּסַד Husad. idest consiliatus est seu consilio decreuit. 2. Paralip. 3. Et hec sunt fundamenta que fecit salomon vt edificaret domũ dei. pro quo hebrei legunt. Et hec sunt que consiliatus est salomon siue que cõsilio decreuit vt edificaret domum dei. Potest etiam deriuari a dictione יָסַד Iasad: que significat fundare: seu fundamenta iacere: sicut est in littera nostra. & inde deriuatur. סַד Sad. quod significat lignum perforatum quo pedes vinctorum continentur. Pro quo beatus hieronymus transtulit neruum. Iob. 13. Posuisti in neruo pedem meum.

סוּוֶה Saue. velamen. & scribitur cum mem in principio & dicitur מַסְוֶה masue. Exo. 34. Posuit velamen sup faciem suam.

סוּךְ Such. Vngere. purgare. scilicet ventrem. Deut. 28. & non vngeris oleo. Ruth. 3. Lauare igitur & vngere. 2. Regum. 12. Et lot⁹ vnctusq; est. Ezech. 16. & vnxi te oleo. Dañ. 10. Sed neq; vnguento vnctus sum. & inde אָסוּךְ asuch idest laguncula olei seu lecythus. 4. Reg. 4. Non habeo ancilla tua quicquã in domo mea nisi parum olei quo vngar. Pro quo hebrei legunt. Non habeo ancilla tua in domo nisi lagunculam seu lecythum olei. Potest etiam esse verbum prime persone futuri temporis. sicut est in littera nostra. significat etiam predicta dictio purgare ventrem. Iudi. 3. forsitã purgat aluum in estiuo cenaculo. 1. Reg. 24. Ingress⁹ est saul vt purgaret ventrem.

סוּס Sus. equus. hirũdo. Geñ. 49. Mordens vngulas equi. Exo. 14. Et omnis equitatus pharaonis. Et in eodem. 15. Ingressus est enim currus pharaonis cum curribus & equitibus eius. pro quo hebrei legunt. Ingressus est equus

pharaonis. Ps. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus. Ps. 32. fallax equus ad salutem. Reperitur etiam in genere feminino סוּסָה Susa. Canti. 1. Equitatui meo in curribus pharaonis. Et in plurali. סוּסִים Susim. Deut. 17. Non multiplicabit sibi equos. Ps. 19. Hi in curribus & hi in equis. Abach. 3. Qui ascendis super equos tuos. Et in eodem. Viam fecisti in mari equis tuis. significat etiam quoddã genus auis. Pro quo beatus hieronymus transtulit pullum. s. hirundinis: siue hirundinẽ. Esa. 38. Sicut pullus hirundinis sic clamabo. Et aliquando mutat vau in iod. Hiere. 8. Turtur & hirundo & ciconia. & aliqui hebrei interpretantur grus.

סוּף Soph. finire. consumere. consumi. deficere. deesse. cõplere. Ester. 9. Dies phurim idest fortium obseruẽtur a iudeis & ab eorum progenie que his cerimoniis obligata est. Pro quo hebrei legunt. Et dies phurim idest fortium isti non transeant a iudeis & memoria eorum non desinat siue non finiatur a semine eorum. Ps. 72. Subito defecerũt Esa. 66. Simul consumentur dicit dominus. Dañ. 2. Comminuet & consumet vniuersa regna. Hiere. 8. Congregãs congregabo eos dicit dominus. pro quo hebrei legunt. cõsumens consumam eos dicit dominus. potest etiam deriuari a dictione אָסַף asaph: que significat congregare: sicut est in littera nostra. & similiter Soph. 1. vbi dicitur. congregabo omnia a facie terre dicit dominus. congregans hominẽ & pecus: congregans volatilia celi & pisces maris. pro quo hebrei legunt. Consumam seu finiam omnia dicit domin⁹ consumens hominem & pecus. De quo vide supra in dictione אָסַף Asaph. & infra in dictione סָפָה sapha. Ponitur etiã pro complere. Dañ. 4. sermo completus ẽ super Nabuchodonosor. Et inde סוֹף Soph. idest finis. terminus summitas Eccl's. 7. In illa enim finis cunctorum admonetur. Et ĩ eodem. 12. finem loquendi pariter omnes audiamus. Põitur etiam pro sũmitate. 2. Paralipo. 20. Et inuenietis illos in sũmitate torrentis. Item סוּף Suph. idest iuncus seu papirus aut carectus. Exo. 2. Et exposuit eum in carecto. Et in codẽ Que cum vidisset fiscellam in papirione. Esa. 19. Calamus & iuncus marcescent. Significat etiam pelagus. Ione. 2. Pelagus operuit caput meum. & ĩde dicitur. יַם סוּף Iamsuph idest mare pelagosum: quia est quasi pelagus ingrediens a mari oceano & non habens exitum aliunde: vel quia in ripa eius oriuntur iunci siue papiri. Translatio nostra traduxit mare rubrum. eo quod habet arenas rubeas. Exo. 15 Tulit autem moyses israel de mari rubro. Ps. 105. Et irritauerunt ascendentes mare rubrum. Et in eodem. Et increpauit mare rubrum. Et inde סוּפָה Supha. idest tempestas. turbo. Iob. 21. Et sicut fauilla quam turbo dispergit. Esa. 5. Et rote eius quasi impetus tempestatis. Et in eodem. 17. Et sicut turbo coram tempestate. Osee. 8. Ventum seminauerũt & turbinem metent. Naum. 1. Dominus in tẽpestate & turbine vie eius. Et in plurali סוּפוֹת suphoth. Esa. 21. Sicut turbines ab Africo veniunt.

סוּר Sur. Recedere. declinare. diuertere. ammouere. separare. auferre. Geñ. 19. Declinate in domum pueri vestri Et in eodem. Vt diuerterent ad eum. Exo. 3. Vadam & videbo visionem hanc. pro quo hebrei legunt. Recedam siue declinabo & videbo visionem hanc. idest recedam de loco in quo sto: & vadam ad videndam visionem hanc. Et in eodem. Cernens autem dominus ꝙ pergeret ad videndum. Et in eodem. 32. Recesserunt cito de via. Nu. 12. nubes quoq; recessit que erat sup tabernaculo. & ĩ eo. 14. Recessit ab eis omne presidium. Et in eodem. 16. Recedite a tabernaculis impiorum. Ruth. 4. Declina paulisper & sede hic. ps. 13 Omnes declinauerunt. Ps. 36. Declina a malo & fac bonũ. Ps. 118. Declinate a me maligni. Hiere. 17. Recedentes a te in terra scribentur. Osee. 4. Separatum est conuiuium eorum. Et in eodem. 7. Et recesserunt a me. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Preuaricati sunt in me. ·nã in hebreo non habetur a me sed in me. Amos. 6. Et auferetur factio lasciuientium. idest recedet. & aliquando scribitur cum sin loco samach. Osee. 9. Sed & ve eis cum recessero ab eis. Sed in predicto loco in hebreo magis proprie legitur incarnatio mea ex eis. De quo dictum est supra in dictione בָּשָׂר Basar. significat etiam auferre vel ammouere. Geñ. 38. Que depositis viduitatis vestibus. pro quo hebrei legunt. Et abstulit vestes viduitatis sue. Et in eo. 49. Non auferetur sceptrum de iuda. Deut. 7. Auferet dominus a te omnem langorem. Vbi ponitur verbum tertie coniugationis. idest recedere faciet. 2. Reg. 5. Nisi abstuleris cecos & claudos. 3. Regum. 15. Insuper & maacham matrem suam amouit ne esset princeps. Iob. 27. Viuit deus qui abstulit iudicium meum. Esa. 17. Ecce damascus desinet esse ciuitas. idest auferetur ne sit ciuitas. Ezech. 21. Aufer cydarim: tolle coronam. Dañ. 12. Cum ablatum fuerit iuge sacrificium. & inde סוּרָה Sura. pro quo beatus hieronymus trãstulit captiuam. idest recedens vel ablata de terra sua. Esa. 59. Transmigrata & captiua. & inde סַר Sar. idest tristis vel indignans: eo quod recedit a consortio hominum. 3. Regũ 21. Venit ergo Achab in domum suam indignans. & ĩ genere feminino סָרָה Sara. vt in eodem. Vnde anima tua cõtristata est. & aliquando scribitur supradictum verbum cũ duplici res & dicitur סָרַר Sarar. idest subuertere. peruertere. declinare. scilicet a via recta. Threñ. 3. Semitas meas subuertit. Osee. 4. Sicut vacca lasciuiens declinauit israel. Vbi ponitur verbum & nomen seu participium ab eo deriuatum. ac si diceret. Sicut vacca declinans declinauit israel. Et inde סוֹרֵר Sorer. idest peruersus. siue declinans a via recta: aut proteruus vel contumax. Deut. 21. filium contumacem & proteruum. vbi ponitur pro contumace. Et in codẽ filius noster proteruus & contumax est. vbi ponitur pro proteruo. Ponitur etiam pro incredulo. idest apostata. Esa. 65. Ad populum incredulum. Osee. 9. Omnes principes eius recedentes. idest declinantes a via recta. Zach. 7. & auerterunt scapulam recedentes. & inde סָרָה Sara. idest discessio. preuaricatio. Deut. 13. quia locutus est vt vos auerteret a domino deo vestro. pro quo hebrei legunt. Quia locutus est recessionem vel preuaricationem contra dominum deum vestrum. Et inde סוּרִי Sure. pro quo beatus hieronymus transtulit prauum. Hiere. 2. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena. Hebrei tamen dicunt ꝙ significat palmites seu ramos. & legunt sic. Quomodo ergo conuersa est mihi in palmites vinee aliene siue extranee. Item סוּר Sur. nomen est cuiusdam porte in templo salomonis existentis. 4. Regum. 11. Tertia pars sit in porta seir Debet legi ĩ porta sur.

סוּת Suth. Pallium seu coopertorium. Geñ. 49. & in sanguine vue pallium suum. Et solum inuenitur in predicto loco.

סָחַב Sachab. Trahere. detrahere. deiicere. seu abiicere. putrescere. lacerare. 2. Regum. 17. Et trahemus eam ĩ torrentem. Hiere. 22. Putrefactus & proiectus extra portas ierusalem. Et in eodem. 49. Si non deiecerint eos paruuli gregis. Ponitur etiam pro lacerare. Hiere. 15. Et canes ad lacerandum. & inde סְחָבוֹת Sechaboth. idest panni lacerati & abiecti pre nimia vetustate. Hiere. 38. Tulit inde veteres pãnos. Et in eo. Pone veteres pannos & hec scissa & putrida sub cubito manuum tuarum.

סָחָה Radere. סְחִי erradicatio

סחה Sacha.Radere.abradere.Ezech.26.Et radam puluerem eius de ea.Et inde סְחִי Sechi .ideſt abraſio.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit erradicationem.Threñ. 3.Eradicationem & abiectionem poſuiſti nos.

סָחַף Abradere. inundare. Computreſcere.

סחף Sachaph.Abradere.inundare. computreſcere. Prouer.28.Similis eſt imbri vehementi in quo paratur fames.Pro quo hebrei legunt.Imber abradens ſiue inundans & abſq; pane.ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſũ Ponitur etiam pro computreſcere.Hiere.46.Quare computruit fortis tuus.

סָחַר Circuire. סְחַרְחַר Cõturbari. סֹחֵר mercator. negociator

סחר Sachar.Circuire.circumuoluere.negociari.vt Hiere.14.Propheta nãq; & ſacerdos abierunt in terram. Pro quo hebrei legũt.Propheta namq; & ſacerdos circuierunt in terram.ideſt huc atq; illuc abierunt non inuenientes requiem. Et aliquando duplicatur littera cheth & littera res & dicitur סְחַרְחַר Secharchar.ps.37.Cor meum conturbatum eſt.Pro quo hebrei legunt.Cor meum circũuoluitur.ideſt fluctuat:& ſic tranſtulit beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.& inde dicitur סֹחֵר Socher.ideſt mercator ſeu negociator:eo quod circuit regiones & vadit huc atq; illuc.Geñ.23.quadringentos ſiclos argẽti probate monete:pro quo hebrei legunt.Quadringentos ſiclos argenti tranſeuntis mercatori vel negociatori. & eſt ſenſus ſicut in littera noſtra.Et in eo.37. Et pretereuntibus madianitis negociatoribus.Eſa.23.Cuius negociatores principes Ezech.27.Carthaginẽſes negociatores tui. ꝓ quo hebrei legũt.Tharſis negociatrix tua. vbi põitur tharſis ꝓ carthagine.Et in eodem. Venerunt ad te negociatores tui. Et in eodem.Negociatores populorum ſybilauerunt ſuper te.& inde סַחַר Sechar.ſiue סְחוֹרָה Sechora.ideſt negociatio ſiue mercimonium.Prouer.3.Melior eſt acquiſitio eius negociatione argenti.Pro quo hebrei legunt. Melior eſt negociatio eius negociatione argenti.Et in eodem.31.Quia bona eſt negociatio eius.Eſa.23.Et facta eſt negociatio gentium.Et in eodem.& erit negociatio eius & merces eius ſanctificate domino.Et in eodem.45.Labor egypti & negociatio ethiopie.Ezech.27.Et negociatio manus tue. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מִסְחָר Miſchar.3.Regum.10.& negociatores vniuerſiq; ſcruta vendẽtes.Pro quo hebrei legunt.Et negociatio negociatorũ ſeu ſcruta vendentium.Sunt autem ſcruta res parui valoris. & inde verbum סָחַר Sachar.ideſt negociari.Geñ.34.Terra in poteſtate veſtra eſt: exercete negociamini & poſſidete eam.Et in eodem.Negocientur in terrã & exerceant eam. Et inde סֹחֵרָה Sochera.ideſt clypeus rotundus ſecundũ hebreos.Ps.90.ſcuto circũdabit te veritas ei9.ꝓ quo he.le.ſcutũ & clypeus veritas ei9.& btũs hiero.in pſ.iuxta he.ve.trãſtulit.Scutũ & ꝓtectio veritas eius.& inde סֹחֶרֶת ſochareth i.lapis p̃cioſus.ꝓ quo btũs hiero.trãſtulit.lapidẽ pariũ. Eſter.1.Sup pauimẽtũ ſmaragdino & pario ſtratum lapide.

Margin: mercimonium negociatio · negociatio · סָחַר negociari. · סֹחֵרָה Clypeus Protectio · סֹחֶרֶת Marmor. lapis.

סָחִישׁ Que ſponte naſcũtur

סחיש Sachis.Renaſcentia que ex radicibus ſeminis oriuntur:ſeu que ſponte naſcuntur.4.Reg.19. In ſecũdo autem anno que ſponte naſcuntur.

סִיג Scoria. סִיגִים Rubigo. Scoria.

סיג Sig.Scoria.rubigo.Ezech.22.Verſa eſt mihi domus iſrael in ſcoriã.& declinatur pluraliter סִיגִים Sigim. Prouer.25.Aufer rubiginem de argento.Et in eo.26.quomodo ſi argẽto ſordido ornare velis vas fictile.i.argẽto rubiginoſo vel cũ ſcoria.Eſa.1.Argentũ tuũ verſum eſt ĩ ſcoriã.Et in eodem.& excoquam ad purum ſcoriam tuam.

סִיר Olla. סִירוֹת lebetes. סִיר Spina. סִירִים Spine. סִירוֹת

סיר Sir.Lebes.olla.ſpina.Exo.16.Quando ſedebamus ſuper ollas carnium.Quod in hebreo legitur ſingulariter.ſcilicet ſuper ollam carnium.4.Regum.4.Mors in olla.Eccl's.7.Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla. Hiere.1.Ollam ſuccenſam ego video. Ezech.24.Pone ollam.Et in plurali סִירוֹת Siroth.Exo.27.facieſq; in vſus ei9 lebetes.2.Paralipo.35.Pacificas vero hoſtias coxerunt in lebetibus.Amos.4.Et reliquias veſtras in ollis feruentibus.Hebrei tamen in predicto loco legunt.Et reliquias veſtras in ſagenis piſcium vel piſcatorum.De quo vide ſupra in dictione דּוּג Dog.& in dictione דָּגָה Daga. Item סִיר Sir ideſt ſpina.tribulus.& ſolum inuenitur in numero plurali ſcilicet סִירִים Sirim.Eccl's.7.Sicut ſonit9 ſpinarum.Oſee.2.Sepiam viam tuam ſpinis.Naum.1. Sicut ſpine ſe inuicem complectuntur.Reperitur etiam סִירוֹת Siroth.ſecundum terminationem pluralem femininorum.Ps.57.Priuſq; intelligerent ſpine veſtre rhamnum.Hebrei tamẽ primam ſignificationem ſequentes legunt ſic. Priuſq; intelligerent ideſt ſentirent olle veſtre rhamnum.

סִית Perſuadere. Suadere. Incitare. Concitare · Decipere. deludere. · Auertere · Seducere

סית Sith.ſuadere.perſuadere.incitare.decipere. ſeducere. auertere. Deut.13.Si tibi voluerit perſuadere frater tuus.Ioſ.15.Que ſuaſa eſt a viro ſuo.1.Regum.26. Si dominus incitauit te aduerſum me.2.Regum.24.Commouitq; dauid in eis.ideſt perſuaſit.3. Regum.21. Concitauit enim eum iezabel vxor ſua.4.Regum.18. Nolite audire ezechiam qui decipit vos.2.Paralipo.32. Num ezechias decepit vos.Et in eodem. Nec vana perſuaſione deludat. Iob.1.Tu autem commouiſti me aduerſus eum .ideſt perſuaſiſti vel incitaſti me.Et in eodem.36. Igitur ſaluabit te de ore anguſto.Pro quo hebrei legunt.Et etiam ſuaſit te de ore anguſto vel de ore tribulantis vel hoſtis. ideſt ſuaſit te ne incideres in os eius. vel ſic.Auertit te de ore anguſto.& eſt idem ſenſus cum littera noſtra.Et in eodem. Non te ergo ſuperet ira.ideſt ne incitet te.Hiere.38. Seduxerunt te & preualuerunt aduerſum te.Ponitur etiam pro auertere. 2.Paralipo.18.Atq; auertit eos ab illo.ideſt ſuaſit vel incitauit eos vt diuerterent ab eo.

סָכַךְ Tegere. Cõpinges. Proteges · Velare. · Cõcludere · Obũbrat. Operire. · סֹךְ Tabernaculum. Tentoriũ. · סַךְ · סֻכָּה Umbraculum. · סֻכּוֹת tabernacula. · מָסָךְ tentorium Velum. Protectio · סֹכֵךְ Umbraculum.

סכך Sachach.Cooperire. velare.tegere. protegere. vt Exo.25.Tegant expandentes alas.Iob.10. Oſſibus & neruis compegiſti me.Pro quo hebrei legunt. texiſti me ſeu protexiſti me.Ezech.28.Tu cherub extentus & protegens.Et in eodem.Et perdidi te o cherub protegens. & cõmuniter ſcribitur cum ſimplici caph.Exo.40. Dimitteſq; ante illam velum .Pro quo hebrei legunt. Velabis ſeu proteges arcam cum velo.3.Regum.8. Et protegebant cherubim arcam & vectes eius.Iob.3.Et circundedit eum deus tenebris.Pro quo hebrei legunt. Et texit ſeu protexit deus pro eo. Et in eodem.38.Quis concluſit oſtiis mare .i.qs velauit.& ĩ eo.40.ꝓtegũt vmbre vmbrã ei9. p̃s.90. ſcapulis ſuis obũbrabit tibi.i.ꝓteget te.Threñ.3.opuiſti ĩ furore.& ĩ eo.oppoſuiſti nubẽ tibi.& aliqñ ſcribitur cũ ſin loco ſamach.Exo.33.& ꝓtegã te dextera mea.& ĩde סֹךְ ſuch i.vmbraculũ.ſeu tabernaculũ vel tẽtoriũ.p̃s.26.Qm̃ abſcõdit me in tabernaculo ſuo.Et aliqñ ſcribitur cũ ſin loco ſamach.Threñ.2.& diſſipauit q̃ſi hortũ tẽtoriũ ſuũ. dr̃ ẽt סַךְ Sach.p̃s.41.Qm̃ trãſibo vſq; ad locũ tabernaculi admirabilis.ſcribitur ẽt cũ he in fine & dr̃ סֻכָּה ſuca.Eſa.4. Et tabernaculũ erit in vmbraculũ diei.& ĩn plu.סֻכּוֹת Sucoth.Leuit.23.Erũt ferie tabernaculorũ ſeptẽ diebus dñi.Et ĩ eo.& habitabitis in vmbraculis ſeptẽ diebus.& ĩ eo.manebit ĩ tabernaclis.& ĩde מָסָךְ maſach.i.tẽtoriũ: ſeu velũ aut ꝓtectio Exo.26.facies & tẽtoriũ ĩ ĩtroitu tabernacli.Nu.4.& deponẽt velũ qđ pẽdet añ fores.p̃s.104.ſpãdit nubẽ ĩ ꝓtectiõe & inde סֹכֵךְ ſochech.i.tentoriũ ſeu vmbraculũ ex corio & tabulis fabrefactũ quo expugnatores vrbiũ vtũtur propter lapides & tela que de muro mittuntur. Naum.2. Velociter aſcendet muros eius:& preparabitur vmbraculum. Et

מוּסָךְ inde מוּסַךְ Muſach.4.Reg.16.Muſach quoq; ſabbati. & dicunt hebrei ꝙ erat tentoriũ quoddam in atrio tẽpli ſubter quod erant cuſtodes templi in ſabbatis.

סָכַל Stulte operari. Stulte agere. Infatuare Stultũ facere. סֶכֶל Stulticia. סִכְלוּת Stulticia. Error. סָכָל Stultus.

סכל Sachal.ſtulte agere.ſeu ſtulte operari.ĩſanire.infatuare.fatuum ſeu ſtultum eſſe.Geñ.31. Stulte operatus es.1.Regum.13.Stulte egiſti: nec cuſtodiſti mandata domini.& in eo.26.Apparet eni quod ſtulte egerim.2.Reg.15. Infatua queſo domine conſilium achitophel.Eſa.44. Et ſcientiam eorum ſtultam faciens.& inde סֶכֶל Sechel. ideſt ſtulticia.fatuitas.vt Eccl's.10.Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi.pro quo hebrei legunt.Poſitam ſtulticiã.Et ſi ſcribatur cum littera ſin loco ſamach poteſt legi ſic.Poſitũ intellectũ in dignitate ſublimi.& ſic legunt aliqui hebrei. nã aliquando ponitur ſin loco ſamach & econuerſo.vt dictum eſt in precedentibus:& vt infra dicetur.& inde סִכְלוּת Sichluth.ideſt ſtulticia.inſipientia.error.vt Eccl's.2. Trãſiui ad contemplandam ſcientiã erroreſq; & ſtulticiam. Et in eo. Et vidi ꝙ tantũ precederet ſapientia ſtulticiã quãtũ differt lux a tenebris.& in eo.7.Errorem imprudentiũ. Et in eo. 10.precioſior eſt ſapientia parua q; gloria ad tẽpus ſtulticia Et aliquando ſcribitur cum ſin loco ſamach.vt ſupra in eo. 1.Vt ſcirem prudentiam atq; doctrinam erroreſq; atq; ſtulticiam.& inde סָכָל Sachal.ideſt ſtultus.fatuus.inſipiens. Eccl's.10.Sed & in via ſtultus ambulans cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos eſtimat.Hiere.5.Audi popule ſtulte.

סָכַן Equalẽ eẽ. Comparari · Prodeſſe. · Placere. · Acquieſcere. · Preuidere · cõſueſcere · Vulnerare · סַכָּנָה Periculũ. · מִסְכֵּן Pauper. · מִסְכֵּנוּת Penuria. · סֹכֵן Qui habitat in tabernaculo. · סֹכֶנֶת cubicularia. · מִסְכְּנוֹת Tabernacula. Apothece

סכן Sachan.comparare.aſſimilare. aſſimilari. equalẽ ſeu cõparem eſſe .acquieſcere.intelligere.preuidere.conſueſcere.Iob.15.Arguis verbis eum qui non eſt equalis tibi.Et in eodem.22.Nunquid deo poteſt comparari homo. Et in eodem.34.Non placebit vir deo etiam ſi cucurrerit cum eo.ideſt non cõparabitur vir deo. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ ſignificat prodeſſe ſeu conferre. Vnde ĩ predicto loco ipſi legunt.Quid prodeſt vel quid confert homo cum cucurrerit cum deo.ſiue cum complacuerit cum deo. Et in eodem.35.Non tibi placet quod rectum eſt:vel quid tibi ꝓderit ſi ego peccauero.pro quo hebrei legunt. Quid tibi confert & quid tibi proderit ſi ego peccauero Significat etiam acquieſcere.Iob.22.Acquieſce igitur ei & habeto pacẽ. Item ſignificat intelligere ſeu preuidere.Iob.22. etiam cũ perfecte fuerit ſcientie.pro quo hebrei legunt.etiam ſi intelligat in eis: ſiue ſuper eos intelligens. ſed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.Ps.138.Et omnes vias meas preuidiſti.Significat etiam conſueſcere.Nu.22.Dic quid ſimile vnquam fecerim tibi.pro quo hebrei legunt. Nunquid conſueſcens conſueui vt facerem tibi talia.Significat etiam periclitari.pro quo beatus hieronymus tranſtulit vulnerare.Eccl's.10.Qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis. ꝓ quo hebrei legũt.periclitabitur ab eis. Vnde periculum ipſi vocant סַכָּנָה Secana.& inde מִסְכֵּן Miſchen.ideſt pauper. egenus.Eccl's.4.Melior eſt puer pauper & ſapiens.Et in codẽ 9.Inuentuſq; eſt in ea vir pauper & ſapiens. Et in eodem. Sapientia pauperis contempta eſt.& inde מִסְכֵּנוּת Miſchenuth.ideſt paupertas.penuria.Deut.8.vbi abſq; vlla penuria comedes panem tuum.Item סֹכֵן Sochen .i.cellariũ ſeu apotheca.Tabernaculum:ſiue cubicularius: vel theſaurarius.Eſa.22.Ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo Et in genere feminino סֹכֶנֶת Socheneth. 3. Regum.1. Et foueat eum dormiatq; in ſinu ſuo.pro quo hebrei legunt. Et ſit ei cubicularia: dormiatq; in ſinu ſuo. & inde מִסְכְּנוֹת Miſchenoth.ideſt apothece: ſeu tabernacula vel cellaria .Exo.1.Edificauerunt vrbes tabernaculorum pharaoni.2.paralipo.32.Apothecas quoq; frumenti vini & olei. Ponitur etiam pro munitionibus.2.Paralipo.8.Et alias ciuitates munitiſſimas edificauit in emath.Et in eodem. Et omnes vrbes firmiſſimas que fuerunt ſalomonis.Et in eodem 16.Et vniuerſas vrbes neptalim muratas.Et in eodem.17. Et edificauit in iuda domos ad inſtar turrium vrbeſq; muratas.Et inde מְסוּכָן Meſucan.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit fortem.Eſa.40.forte lignum & imputribile elegit artifex ſapiens.

Margin: munitiões · Murate. · מְסוּכָן Fortis.

סִכְסֵךְ Concurrere facere.

סכסך Sichſach.Miſcere.concurrere facere.Eſa.19.Et concurrere faciam egyptios aduerſus egyptios.

סָכַר Claudere. Obturare. Tradere. שֶׂכֶר lacuna.

סכר Sachar.claudere.obturare.concludere.tradere. Geñ.8.Et clauſi ſunt fõtes abyſſi.p̃s.62.Quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.Eſa.19. Et tradam egyptum in manu dominorum crudelium.pro quo hebrei legunt. Et concludam egyptum.Et inde שֶׂכֶר Secher.cum ſin in principio loco ſamach.ideſt lacuna ſeu ſtagnum vbi aque clauduntur.Eſa.19. Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.

סָכַת Attendere סִכּוּת Tabernaculum.

סכת Sacath.Attendere.auſcultare.Deut.27.Attẽde & audi iſrael.Item סִכּוּת ſicuth.nomen idoli ſecundum hebreos.Amos.5.Et portaſtis tabernaculum moloch deo veſtro.Pro quo hebrei legunt.Et portaſtis ſicuth regem veſtrum ſeu regis veſtri aut moloch veſtri.ꝙ ſi pro סִכּוּת ſicuth ponatur סֻכַּת ſuchath.tunc ſignificat tentorium ſeu tabernaculum.ſicut eſt in littera noſtra:vt dictum eſt ſupra in dictione סָכַךְ ſachach.

סַל Caniſtrum סַלִּים Caniſtra. סַלְסִל cartallus סַלְסִלּוֹת caniſtra סֶלָה

סל Sal.Caniſtrum.cartallus. Geñ.40.Et in vno caniſtro quod erat excelſius.Et in plurali סַלִּים Salim.Vt in eodem.Et ego vidi ſomnium ꝙ tria caniſtra farine haberem ſuper caput meum.Et in eodem. Tria caniſtra tres adhuc dies ſunt. Reperitur etiam duplicatum. & dicitur סַלְסִל Salſil.vt Hiere.6.Quaſi vindemiator ad cartallum.vbi ponitur סַלְסִלּוֹת Salſiloth in numero plurali.ideſt cartalli ſeu caniſtra. Et aliqui hebrei dicunt quod a predicta dictione deriuatur סֶלָה Sela:per additionem he in fine:& ſignificat ſemper.De quo vide in ſequenti dictione.quia ſecundũ alios inde deriuatur.

סָלַל Viã facere. Iter facere. prebere iter · exaggerare · Terere. Calcare. · Opprimere · Retinere. · Eleuare. · מְסִלָּה מַסְלוּל Trita uia. Via.

סלל Salal.Iter vel viam facere.viam preparare.Iter prebere.exaggerare.ideſt viã inequalem & aſperã ſternere lapidibus & lignis & eleuare humiliora & deprimere altiora vt ſit via plana.calcare.terere ſeu opprimere.Iob.19. Et fecerunt ſibi viam per me.Ps.67.Iter facite ei qui aſcẽdit ſuper occaſum.Eſa.57.viam facite prebete iter.vbi eadem dictio bis ponitur.Et in eodem.26.Planum facite iter Pro quo hebrei legunt.Exaggerate exaggerate iter.i. planum facite iter.ſicut eſt in littera noſtra.Ponitur etiam pro terere vel calcare.Hiere.18.vt ambulent per eas itinere nõ trito.Et in eodem.50.Tollite de via lapides & redigite in aceruos. Pro quo hebrei legunt.Calcate vel triturate eam ſicut aceruos. ſcilicet meſſis.poteſt etiam intelligi ſicut eſt in littera noſtra.ponitur etiam pro opprimere.Iob.30.oppreſſi quaſi fluctibus ſemitis ſuis.Sed etiam in predicto loco hebrei legunt.Et iter fecerunt ſuper me ſemitis interitus ſui.Ponitur etiam pro retinere.Exo.9. Adhuc retines populum meum.Pro quo hebrei legunt. Adhuc calcas populum meum.ideſt ſubiicis.Alii vero legunt ſic.Adhuc eleuaris contra populum meum.Nã ſecũdũ hebreos ẽt ſigñat eleuare.Prouer.4.Arripe illam & exaltabit te.pro quo ipſi legunt.Eleua illam & exaltabit te.& in predicto loco duplicatur littera ſamach & littera lamed. & inde מְסִלָּה Meſila ſiue מַסְלוּל maſlul.i. via trita ſeu ſtrata. aut ſemita. Nu. 20.Per tritam gradiemur viam. 2. Regum.20.Iacebat in media via. Et in eodem. Amouit eum de via in agrum Eſa.11.Et erit via reſiduo populi mei. Et in eodem.35.

Et erit ibi semita. Et in plurali מסלות mesiloth. Iudi.20. in illa quoque fuga palantes in diuersa tendentes occiderunt quinque millia viros. Pro quo hebrei legunt. Et occiderunt in viis quinque millia viros. ps.83. Ascensiones in corde suo. Pro quo beatus hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. Semite in corde suo. Esa.33. Dissipate sunt vie. Et in eodē. 49. Et semite mee exaltabuntur. Ponitur etiam pro gradibus. 2. Paralip.9. Ex quibus fecit salomon gradus in domo domini. Et inde סוללה Solela. idest agger seu munitio ex quibus expugnantur ciuitates. 2. Reg.20. Et circundederunt munitionibus ciuitatem. idest aggeribus ad expugnandam ciuitatem. Esa.37. Et non mittet in circuitu eius aggerem. Hiere.6. Et fundite contra ierusalem aggerem. Et in plurali סוללות Soleloth. Vt in eo.32. Ecce munitiones extructe sunt aduersum ciuitatem. Et in eodem. 33. Que destructe sunt ad munitiones et ad gladium. Et a predicta dictione deriuatur סלה Sela. pro quo btūs hiero. transtulit sp. Abach. 3. Deus ab austro veniet et sanctus de monte pharan semper. Et licet in aliquibus bibliis nostris non habetur predictum aduerbium semper: tamen in bibliis nostris antiquis habetur sicut predictum est. Et in eodem. Iuramenta tribubus que locutus es. vbi in hebreo additur predicta dictio סלה Sela. scilicet que locutus est semper. Et in eodem. Denudasti fundamentum eius vsque ad collum. vbi similiter in hebreo additur predicta dictio סלה sela. scilicet vsque ad collum semper. Et frequenter reperitur in psalmis. vt. Ps.4. Et quaeritis mendacium. pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Querentes mendacium semper. Et in eo. Et compungimini. pro quo beatus hiero. transtulit. Et tacete semper. Ps.7. Et gloriam meam in puluerem deducat. pro quo beatus hiero. transtulit. Et gloriam meam in puluerem collocet semper. Ps.9. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. pro quo beatus hiero. transtulit. In opere manuum suarum corruit impius: meditatio semper. Et similiter in aliis psalmis ponitur predicta dictio. pro quo lxx. interpretes Diapsalma posuerunt: vt ait beatus hieronymus in epistola ad marcellam. Et nota quod predicta dictio non ponitur nisi in psalmis et in cātico Abachuc supra allegato. Potest etiam significare eleuationem vel exaltationē. vt vbicunque ponatur: ibi canens vel psallens debet eleuare vocem et mentem ad deum. Vide etiam de hoc beatū hieronymum in predicta epistola ad marcellam de diapsalmate. Et in explanatione psalmi quarti. Et Burgen. in additione tertia psalmi.83.

סלא Sala. estimare. equiparare. cōferre. Threñ.3. Et amicti auro primo. pro quo he. le. Estimati siue equiparati auro. scribitur ēt cū he in fine loco aleph. Iob.28. Nō cōfertur tinctis indie coloribus. idest non comparabitur.

סלד Salad. Affligere. Iob.6. Vt affligēs me dolore nō parcat. Et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt hebrei quod significat exurere.

סלה Sala. Deiicere. spernere. calcare. ps.118. spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis. Threñ.1. Abstulit oēs magnificos meos. pro quo hebrei legunt. Calcauit seu deiecit omnes magnificos meos. significat etiam conferre. Iob.28. Non confertur tinctis indie coloribus. De quo vide supra in dictione סלא sala cum aleph in fine. Item סלה sela. idest semper. De quo vide supra in dictione סלל salal.

סלח Salach. parcere. propiciari. dimittere. scilicet peccatū. Leuit.4. Et dimittetur ei. Nu.14. Dimitte obsecro peccatum populi huius. Et in eodem. Dimisi iuxta verbū tuū. Deut.29. Et dominus non ignoscat ei. Ps.24. Et propiciaberis peccato meo. Ps.85. Quoniam tu domine suauis et mitis. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Tu enim es domine bonus et propiciabilis. i. bonus et parcens. Et inde סליחה selicha. idest propiciatio. ps.129. Quia apud te propiciatio est.

סלם Sulam. scala. Geñ.28. Viditque in somnis scalam stantem. Et solum inuenitur in predicto loco.

סלן silon. spina. tribulus. beatus hieronymus transtulit offendiculum. Ezech.28. Et non erit vltra domui israel offendiculum amaritudinis. pro quo hebrei legunt. Et non erit vltra domui israel in tribulum amaritudinis. Et in plu. סלונים salonim. Ezech.2. Quoniam increduli et subuersores sunt tecum. pro quo hebrei legunt. Quoniam increduli et spine sunt tecum. idest pungentes sicut spine.

סלסל Salsal. Arripere. Prouer.4. Arripe illam et exaltabit te. Hebrei tamen dicunt quod significat exaltare. seu eleuare. vnde in predicto loco ipsi legunt. Exalta illam et exaltabit te. Item סלסל Salsil. i. canistrum. seu cartalus. De quo vide supra in dictione sal.

סלע Selaa. petra. rupes. Nu.20. Loquimini ad petram coram eis. Et in eodem.24. Si in petra posueris nidum tuum. Et in plurali סלעים selaim. ps.103. petra refugium erinaciis. pro quo beatus hieronymus in ps. iuxta he. ve. transtulit. Petre refugium erinaciis. Significat etiam arcem vel fortalicium supra firmam petram positum. ps.17. Dominus firmamentum meum. 4. Regum.14. Et apprehendit petram in prelio. idest arcem supra petram positam. ponitur etiam pro fortitudine. Esa.31. Et fortitudo eius a terrore transibit. 2. Regū.22. Dominus petra mea. idest fortitudo mea.

סלעם Salaam. Genus locuste. pro quo btūs hiero. trāstulit Attachum. Leuit.11. Atthachus atque ophiomachus.

סלף Salaph. mutare. peruertere. s. verba recta et iusta. supplantare. Deut.16. Munera excecant oculos sapientium et mutant verba iustorum. Prouer.21. vt detrahat impios a malo. idest mutet seu reflectat. Ponitur etiam pro supplantare. Iob.12. Et optimates supplantat. Prouer.13. Impietas autem peccatorum supplātat. Et in eodem.19. Stultitia hominis supplantat gressus eius: Et inde סלף seleph. i. supplantatio. peruersio. mutatio. Prouer.11. Et supplantatio impiorum vastabit illos. Et in eodem.15. Qui autem immoderata est conteret spiritum. pro quo hebrei legunt. Et peruersitas vel supplantatio in ea: contritio in spiritu. s. est.

סלק Salac. In lingua chaldaica significat ascendere. Dañ.2. Tu rex cogitare cepisti i stratu tuo. Pro quo hebrei legunt. Tu rex cogitationes tue super stratū tuū ascēderūt. Esdre.4. Iudei qui ascenderunt a te ad nos.

סלת Soleth. simila. Geñ.18. Accelera tria sata simile. Leuit.2. Simila erit eius oblatio. Et in eodem. Pugillum plenum simile.

סם Sam. Aroma. seu aromaticum. Et solum inuenitur in numero plurali. Exo.30. Sume tibi aromata. Et in eodem. Galbanum boni odoris et thus. pro quo hebrei legūt Et galbanum aromatum. i. aromaticum et thus.

סמדר Semadar. vue immature. Et proprie significat quando vinee sunt in flore vel quando flores fructum producunt. Canti.2. Et vinee florentes dederunt odorem suum. Et in eo.7. Si flores fructum parturiunt. idest producunt.

סמך Samach. Inniti. adiungere. imponere. s. manum super aliquem. stabilire. confirmare. sustentare. Exo.29. Imponentque Aaron et filii eius manus super caput illius. Leuit.8. Super cuius caput cum imposuissent Aaron et filii eius manum. Nu.8. Ponentque filii israel manus suas super eos. Et in eodem. Leuite quoque ponent manus suas super

capita boum. Et in eo.27. Et pone manū tuā sup eū. Et in eodem. Et impositis capiti eius manibus. Deut.34. Quia moyses posuit super eū manus suas. Esa.36. Cui si innixus fuerit homo intrabit manū eius. Amos.5. Et innitatur manu sua super parietem. Significat etiā stabilire vel confortare aut confirmare seu fulcire. Geñ.27. frumento et vino stabiliui eum. 2. Paralipo.32. Confortatusque est populus huiuscemodi verbis. ps.36. Confirmat autem iustos dominus. ps.50. Et spiritu principali confirma me. ps.70. A te confirmatus sum ex vtero. ps.87. Super me confirmatus est furor tuus. ps.110. Cōfirmata in seculū seculi. ps.111. Confirmatū est cor eius. ps.144. Alleuat dñs omnes qui corruūt. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Sustentat dñs omnes corruentes. Canti.2. fulcite me floribus. Esa.26. Vetus error abiit. Pro quo hebrei legunt. Cogitatio. s. bona stabilita vel confirmata est. Et beatus hieronymus trāstulit sensū. De quo vide supra in dictiōe יצר Iasar. Esa.59. Et iustitia eius ipsa confirmauit eū. Et in eodem.63. Et indignatio mea auxiliata est mihi. Pro quo hebrei legunt. Confirmauit seu stabiliuit me. Ezech.24. In qua confirmatus est rex babylonis aduersus ierusalem. Hebrei tamen in predicto loco legunt. In qua adiunctus est rex babylonis ad ierusalē. Et inde סמיכה Semicha. i. palliū eo quod adheret vel adiungitur homini. Iudi.4. Et opertus ab ea pallio.

סמל Semel. simulachrū. imago. idolū. Deut.4. Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem. Pro quo hebrei legunt. Ne forte decepti faciatis vobis sculptile similitudinē alicuius simulachri vel idoli. Ezech.8. Vbi erat statutum idolum zeli. Et in eodē. Et ecce ab aquilone porte altaris idolum zeli in ipso introitu.

סמן Saman. miliū. secundū translationem nostram: Et scribitur cū nū in principio et dicitur נסמן Nisman. Esa.28. Et hordeum et miliū et vicia in finibus eius. Hebrei tamen dicunt quod est verbum seu participiū. Et quod significat signatum vel notatum. Et in predicto loco ipsi legunt Et hordeum signatum vel notatum. Vnde signum seu notam ipsi vocant סימן Siman.

סמר Samar. horripilare. inhorrescere. Iob.4. Inhorruerunt pilli carnis mee. ps.118. Confige timore tuo carnes meas. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Horripilauit a timore tuo caro mea. Hiere.51. Adducite equū quasi bruchū aculeatum. Pro quo hebrei legūt. Quasi bruchū horripillatum. i. erectis crinibus. Item סמר Samar. i. clauus Et additur ei mē in principio et dī מסמר Masmer et solū inueniuntur in numero plurali. s. מסמרים Masmeri vel מסמרות Masmeroth. 1. Paralipo.22. Ferrū quoque plurimū ad clauos ianuarū. 2. Paralipo.3. Sed et clauos fecit aureos. Esa.41. Et confortauit eū clauis vt non moueretur. Hiere.10. Clauis et malleis compegit. Et aliquādo scribitur cū sin loco sāmach Vt Eccles.12. Et quasi claui in altum defixi.

סנה Sene. rubus. Exo.3. Apparuit ei dñs in flāma ignis de medio rubi. Et in eodem. Quare nō cōburatur rubus. Deut.33. Benedictio illius qui apparuit in rubo. Et inde dicitur mōs סיני Sinai. i. mōs rubi: sic dictus a rubo ibi existēte in quo dominus apparuit.

סנור Sanuar. cecitas. Et declinatur tantū pluraliter. scilicet סנורים Sanuerim. Geñ.19. Et eos qui foris erāt percusserunt cecitate. 4. Reg.6. Percute obsecro gentem hanc cecitate.

סמפניא Symphonia. symphonia. instrumentum musicum. Dañ.3. Psalterii et symphonie et vniuersi generis musicorum.

סנסן Sansin. surculus seu ramus. Beatus hieronymus transtulit fructus. Canti.7. Dixi ascendam in palmam et apprehendam fructus eius.

סנפר Senapir. penula. s. piscium. vt Leuit.11. Omne quod habet penulas et squāmas. Et in eodē. Quidquid autem penulas et squāmas non habet.

סעד Saad. confortare. firmare. stabilire. fulcire. roborare. prandere. adiuuare. Geñ.18. Et confortetur cor vestrum. Iudi.19. Et conforta stomachum tuum. Et in eodem. Obsecro iquit vt pauxillum cibi capias et assumptis viribus. Pro quo he. le. Conforta obsecro nunc cor tuū. ps.17. Et dextera tua suscepit me. Pro quo btūs hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et dextera tua confortauit me. Ps.103. Et panis cor hominis confirmet. i. cōfortet. ps.118. Adiuua me et saluus ero. Pro quo hebrei legunt. Conforta seu fulci me et saluus ero. Prouer.20. Et roboratur clementia thronus eius. Esa.10. Vt cōfirmet illud et corroboret. Ponitur etiā pro prādere. quod est stomachū cōfortare. 3. Reg.13. Veni mecū domū vt prandeas. Et in lingua chaldaica significat adiuuare. Esd.5. Prophete domini adiuuantes eos. Et inde מסעד Masaad. i. fulcimentū seu fulcrū. 3. Reg.10. Fecit rex de lignis thinis fulcra domus dñi.

סעה Soaa. cōmotio. tēpestas. ps.54. A pusillanimitate spiritus et tempestate. Pro quo beatus hiero. in psalterio iuxta he. ve. transtulit. A spiritu tēpestatis et turbinis. Vide etiam de hoc supra in dictione נסע Nasaa.

סעף Saiph. palmes. Ramus. cacumen. sūmitas. s. arboris. cauerna. cogitatio. Esa.17. In cacuminibus eius fructus eius. i. in ramis eius. Et in eodē.27. Et cōsumet sūmitates eius. i. cacumina eius. Ezech.31. Abietes non adequauerūt sūmitatē eius. i. cacumina eius. Et in eodē. Et in ramis eius fecerūt nidos omnia volatilia celi. Ponitur etiā pro cacumine mōtiū seu petrarū. in quibus sunt fissure cauernose: seu spelūce Iudi.15. Et descendens habitauit in spelunca petre etham. Vbi ponitur pro spelunca. Esa.2. Et ingredientur in scissuras petrarū et in cauernas saxorū. ubi ponitur pro cauernis. Et in eodē.57. Subter eminentes petras. i. subter cacumina petrarū. Significat etiā cogitationes. Iob.20. Idcirco cogitationes mee varie succedunt sibi. ps.118. Iniquos odio habui. Pro quo hebrei legunt. cogitationes. s. malignas odiui. Et btūs hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Tumultuosos odiui. Et aliquā scribitur cū sin loco sāmach. vt Iob.4. In horrore visiōis nocturne. Pro quo hebrei legūt. In cogitationibus a visionibus nocturnis. Ponitur etiā pro par. te. 3. Reg.18. Vsquequo claudicatis in duas partes. Et aliqui hebrei legunt in duas cogitationes. Alii vero dicunt quod in predicto loco accipitur pro pedibus qui sunt in homine quasi rami in arbore; quia homo est quasi arbor euersa. Item סעף Saaph. i. confringere. s. in partes minutas. Esa.10. Cōfringet lagunculā in terrore.

סער Saar. cōturbare. tempestare. turbine moueri siue turbine rapi. irruere vt tēpestas. 4. Reg.6. Conturbatū est cor regis syrie. Esa.54. Paupercula tempestate conuulsa. idest tempestate cōmota. Osee.13. Sicut puluis turbine raptus ex area. i. turbine cōmotus. Ione.1. Mare ibat et intumescebat. Abach.3. Venientibus vt turbo ad dispergendum me. Zach.7. Et dispersi eos per omnes gentes. Pro quo hebrei legunt. Et cōmoui eos per omnes gentes. Et aliquando scribitur cum sin loco sāmach. Iob.26. Et velut turbo rapiet eum de loco suo. ps.49. In circuitu eius tempestas valida. ps.57. Sic in ira absorbet eos. Pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Quasi ira tempestas rapiet eos. Hiere.2. Et porte eius desolamini

vehementer. Pro quo hebrei legunt. Et tempeſtemini.i. ſicut tempeſtas mouemini: deſolamini vehementer. Sed ſi pro שַׂעֲרוּ Saaru legatur שְׂעָרָו Searau. tũc ſignificat porꝺtas eius: ſicut eſt in littera noſtra. Dañ. 9. Et quaſi tempeſtas veniet contra illum rex aquilonis. Et inde סַעַר Saar. ſiue סְעָרָה Seara.i. turbo. tempeſtas. 4. Reg. 2. Et aſcendit helias per turbinẽ in celum. p̃s. 82. Ita perſequeris illos in tempeſtate tua. Hiere. 22. Ecce turbo dominice indignationis egreditur & tempeſtas irrumpens. Ione. 1. Et facta eſt tempeſtas magna in mari. Et in eodem. Quoniã propter me tempeſtas hec. & aliquando ſcribitur cum ſin loco ſámach. vt Iob. 18. Et primos inuadet horror. Pro quo hebrei legunt. Et primos inuadet tempeſtas. Nañ. 1. Domin? in tempeſtate & turbine via eius. Et in plurali סְעָרוֹת Seaaroth. Ezech. 13. Et ventum procelle diſſipantem. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſ. ventus turbinum vł procellarum. Zach. 9. Et vadet in turbine auſtri. Pro quo hebrei legunt in turbinibus auſtri.

סַף Saph. peluis. hydria. limen. De quo vide in dictione ſequenti.

סַפַּף Saphaph. peluis. crater. ſcyph? hydria. ſiue quodcũq; vas quo aqua vel vinum bibitur. limen. ſuperliminare. Et ſcribitur cum ſimplici pe & dicitur סַף Saph. Exo. 12. Faſciculũ myrrhe tingite ĩ ſanguine qui eſt in limine. Pro quo hebrei legunt. Tingite in ſanguine qui eſt in pelui ſeu in cratere. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra: vt infra dicetur. 4. Reg. 25. Et tres ianitores. Pro quo hebrei legunt. & tres cuſtodes vaſorum. Poteſt etiam legi ſic. & tres cuſtodes liminis. Quod eſt idem quod ianitores. & ſimiliter. Eſter. 2. Duo eunuchi regis qui ianitores erãt. Pro quo hebrei legunt. Duo eunuchi regis de cuſtodibus ſcyphi ſeu calicis. ideſt de cuſtodibus vaſorum in quibus rex bibebat. & ſic faciliter poterant inficere poculum regis & interficere eum. Zach. 12. Ecce ego ponam ieruſalem ſuperliminare crapule. Pro quo hebrei legũt. Calicem ſeu hydriam crapule. poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. Et in plurali סִפִּים Sipim. Hiere. 52. Et hydrias & thymiamateria & vrceos. Reperitur etiam סִפּוֹת Siposh. ſecundum terminationẽ femininorũ. 3. Reg. 7. Et hydrias & fuſcinulas & phialas. Ponitur etiam סַפּוֹת Sapoth pro tapetibus. 2. Reg. 17. Obtulerũt ei ſtratoria & tapetia & vaſa fictilia. Sed etiã in p̃dicto loco ꝓ tapetibus hebrei legũt hydrias ſeu ſcyphos. Item סַף Saph. ideſt limẽ. ſiue ſuperliminare. 3. Reg. 14. Cumq; illa ingrederetur limen domus. Ezech. 40. Et menſus eſt limen porte calamo vno. Et in eodem. Et limen porte iuxta veſtibulum porte. Et in eodem. 43. Qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum. Et in plurali סִפִּים Sipim. Eſa. 6. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum. Amos. 9. Percute cardinem & cõmouebuntur ſuperliminaria. Et inde verbum סָפַף Saphath.i. in limine eſſe. ſiue in limine habitare. Pro quo trãſlatio noſtra abiectum eſſe traduxit. p̃s. 83. Elegi abiectum eſſe in domo dei mei.

סְפָא Sapha. pabulum iumentorum ſeu fenum. & ſcribitur cum mem in principio. & dicitur מִסְפּוֹא Miſpho Geñ. 24. Palearum quoq; & feni plurimũ eſt apud nos. Et in eodem. 43. Deditq; pabulum aſinis. Iudi. 19. Habentes paleas & fenum in aſinorum pabulum.

סָפַד Saphad. plangere. lamentari. 3. Reg. 14. Et plangent eum omnis iſrael. Eccſ. 3. Tempus plangendi & tempus ſaltandi. Hiere. 16. Neq; vadas ad plangendum. Et in eodem. Non plangẽtur & non ſepelientur. Et in eodem. 22. Non plangent eum ve fratrer. Ezech. 24. Non plãges neq; plorabis. Zach. 6. Cum ieiunaueritis & planxeritis. Et in eodem. 12. Et plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitũ. Et inde מִסְפֵּד Miſped.i. planctus. vt in p̃dicto loco.

סָפָה Sapha. conſumere. perdere. perire. addere. congregare. Geñ. 18. Nũquid perdes iuſtum cũ impio.i. conſumes. Et in eodem. Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate peribunt ſimul. Deut. 29. Vt abſumat ebria ſitientem. ideſt conſumat. Poteſt etiam legi ſic. vt addatur ebria ſitienti vel cum ſitiente. 1. Reg. 26. Aut in prelium deſcendens perierit. Et in eodem. 27. Aliquando incidam vno die in manu ſaul. Pro quo hebrei legunt. Nunc peribo vno die in manu ſaul. ſiue per manum ſaul. p̃s. 39. Qui querunt animã meam vt auferant eam. ideſt vt perdant vel conſumant eam. Eſa. 7. Et barbam vniuerſam. Pro quo hebrei legũt. Et etiam barbam conſumet. Hiere. 12. conſumptum eſt animal. vide etiam de hoc ſupra in dictione סוּף Soph. ſignificat etiam addere. vel augere. aut congregare. Nume. 32. Vt augeretis furorem domini contra iſrael. Deut. 32. Congregabo ſuper eos mala. Prouer. 13. Et aliis congregantur abſq; iudicio. Hebrei tamen in predicto loco ſecundum primam ſignificationem legunt ſic. Et eſt qui conſumitur vel periit abſq; iudicio. Eſa. 13. Et omnis qui ſuperuenerit cadet gladio.i. omnis qui adiunctus fuerit. Et in eodem. 29. Additus eſt annus ad annũ. Vide etiam de hoc ſupra in dictione יָסַף Iaſaph.

סָפַח Sapach. iungere. adherere. recolligere. 1. Reg. 2. Dicatq; ei dimitte me ad vnam partem ſacerdotalem.i. iunge me ſiue recollige me. Et in eodem. 26. Quia eiecerunt me hodie vt non habitem in hereditate domini.i. vt non adheream hereditati domini. Iob. 30. Et eſſe ſub ſentibus delicias computabant. Pro quo hebrei legũt. Sub ſentibus iungebãtur. Eſa. 14. Et adherebunt domui Iacob. Abach. 1. Mittens fel ſuum.i. iungens. Et inde סַפַּחַת Sapachath.i. puſtula ſeu plaga lepre cuti adherẽs. Leuit. 13. Homo in cui? cute ortus fuerit diuerſus color ſeu puſtula. Scribitur etiam cum mẽ in principio & dicitur מִסְפַּחַת Miſpachath. vt in eodem. Mundabit eam quia ſcabies eſt. & in eodem. Iterum lepra creuerit. Et inde verbum שִׂפַּח Sipach cum ſin in prĩcipio loco ſámach. ideſt puſtulis ſeu lepra aut ſcabie inficere. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Decaluare. Eſa. 3. & decaluabit dominus verticem filiarũ ſion. Et inde מִשְׂפָּח Miſpach. ideſt puſtula ſeu ſcabies. ſecundum hebreos. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit iniquitatẽ. Eſa. 5. Spectauit vt faceret iudiciũ & ecce iniquitas. Poteſt etiam legi ſecundum primam ſignificationem ſic. Et ecce liga ſiue ligatio.i. conuenticulum ſeu coniuratio. Et inde מִשְׁפָּחוֹת Miſpachoth. ideſt ceruicalia. Ezech. 13. & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſe etatis. & in eodem. Et dirum pam ceruicalia veſtra. Item סָפִיחַ Sephiach.i. illud quod renaſcitur de terra vel illud quod ſponte terra gignit. Leuit. 25. Que ſponte gignit humus nõ metes. Et in eodem. Nõ ſeretis atq; metetis ſponte in agro naſcentia. Iob. 14. Et alluuione paulatim terra conſumitur. pro quo hebrei legunt. Et inundat renaſcentia pulueris terre.

סֵפֶל Séphel. Phiala. Concha. Iudi. 5. In phiala principũ obtulit butyrum. Et in eo. 6. Concham rore impleuit.

סָפַן Saphan. Recondere. tegere. Deut. 33. Quod in parte ſua doctor eſſet repoſitus. ideſt reconditus vel tectus in ſepulchro. 3. Regum. 6. Texit quoq; domum laquearíís cedrinis. Et in eodem. 7. Et tabulis cedrinis veſtiuit totam cameram. ideſt texit. & inde סָפוּן ſaphun. ideſt laquearium quod fit in tecto domus. 3. Reg. 6. Vſq; ad ſũmitatem parietum & vſq; ad laquearia. Hiere. 22. Et facit laquearia cedrina. Aggei. 1. vt habitetis in domibus laqueatis. Et aliquando ſcribitur cum ſin loco ſámach. Deut. 33. Et abſconditos theſauros arenarũ.i. tectos theſauros. Et inde סְפִינָה Sephina. ideſt nauis. Ione. 1. Et ionas deſcendit ad interiora nauis.

סָפַק Saphac. plaudere. cõplodere. ſtringere. ſiue conſtringere. percutere. ſufficere. vel ſufficere facere. Nu. 24. Iratuſq; balac contra balaam cõploſis manibus ait. Hiere. 31. Et poſtq; oſtẽdiſti mihi percuſſi femur meum. Pro quo hebrei legunt. Plauſi ſiue comploſi ſuper femur. ſ. manu. & in codẽ. 48. Et allidet manu moab in vomitu ſuo. Threñ. 2. Plauſerunt ſuper te manibus. Ezech. 21. Idcirco plaudet ſuper femur. Significat etiã percutere vel cõſtringere. Iob. 34. Quaſi impios pcuſſerit eos in loco videntiũ. & in codẽ Inter nos interim conſtringatur. Et aliquando ſcribitur cũ ſin loco ſámach. Vt in eodem. 27. Stringet ſuper eũ manus ſuas.i. plaudet manib? ſuis. Significat etiã ſufficere. 3. Reg. 20. Si ſuffecerit puluis ſamarie pugillis omnis populi qui ſequitur me. Eſa. 2. Et pueris alienis adheſerũt. Pro quo hebrei legunt. Et pueris alienis ſufficere ſibi fecerunt. vel ſecũdum primã ſignificationem poteſt legi ſic. & pueris alienis applauſerunt. vide etiam de hoc infra in littera ſin in dictione שָׂפַק Saphac. Et inde סֶפֶק Séphec.i. concuſſio ſeu percuſſio. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit oppreſſionem. Iob. 36. Nõ te ergo ſupet ira vt aliquẽ opprimas. Pro quo hebrei legũt. Quia ira ne forte ſuperet te ſiue perſuadat tibi in oppreſſione. & eſt ſenſus ſicut in littera noſtra.

סָפַר Saphar. Numerare. ſupputare. cenſere. narrare. nũciare. ãnunciare. referre. Geñ. 15. Et numera ſtellas ſi potes. Leuit. 15. Numerabit ſeptem dies purificatiõis ſue. & in eodem. 23. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati. & in eodẽ. 25. Numerabis quoq; tibi ſeptẽ hebdomadas. Nu. 23. Et noſſe numerum ſtirpis iſrael. Pro quo hebrei legunt. Et numerare ſtirpẽ iſrael. 2. Reg. 24. Poſtq; numeratus eſt populus. 3. Reg. 3. Qui enumerari & ſupputari non poteſt. 2. Paralipo. 2. Numerauit igitur ſalomon omnes viros proſelythos p̃s. 21. Numerauerũt omnia oſſa mea. p̃s. 47. Narrate in turribus eius. Pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Numerate turres eius. Significat etiam narrare. ſiue referre vel nunciare. vt Geñ. 40. Referte mihi quid uideritis. Exo. 18. Narrauit moyſes cognato ſuo cuncta que fecerat dñs pharaoni. Iudi. 7. Narrabat aliquis ſomniũ proximo ſuo. Iob. 28. Tunc vidit illam & enarrauit. Et in eodem. 37. Quis narrabit ei que loquor. & in eodem. 38 Quis enarrabit celorũ rationem. p̃s. 55. Vitam meã annũciaui tibi. Sed beatus hieronymus primã ſignificationẽ ſequens in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Secretiora mea numeraſti. p̃s. [illegible]. Dñs narrabit in ſcripturis populorum. p̃s. 118. In labiis meis pronũciaui omnia iudicia oris tui. Eſa. 43. Laudem meã narrabit. & in eodem. Narra ſi quid habes vt iuſtificeris. & in eodem. 52. Quia quibus non eſt narratum de eo videbũt. Et inde סְפִירָה Sephirath.i. narratio. p̃s. 55. Sicut in narratione tua. Poteſt etiam legi ſic. Sicut in libro tuo vel in ſcriptura tua. vt infra dicetur. Scribitur etiam cũ mẽ in principio & dicitur מִסְפָּר Miſpar. Iudi. 7. Cũq; audiſſet Gedeon ſomniũ. Pro quo hebrei legũt. Cum[illegible] audiſſet gedeon narrationem ſomnii. Significat etiam מִסְפָּר Miſpar numerationem ſeu numerum. Exo. 23. Numerum dierum tuorum implebo. Deut. 33. Et ſit paruus in numero. 2. Paralipo. 12. Nec erat numerus vulgi. Iob. 25. Nunquid eſt numerus militum eius. Eſa. 40. Qui educit in numero militiam eorum. Scribitur etiam ſine mem & dicitur סֹפָר Supar. 2. Paralipo. 12. Poſt dinumerationem quam dinumerauit dauid. Et inde סוֹפֵר Sopher. ideſt numerans ſeu ſcriba. Eſa. 33. Vbi eſt litteratus: vbi verba legis ponderans: vbi doctor paruulorum. Pro quo hebrei legũt. Vbi eſt numerans. vbi ponderans: vbi numerans turres. Poteſt etiam intelligi ſicut eſt in littera noſtra. Nam סוֹפֵר Sopher etiam ſignificat ſcribam ſeu litteratum vel legis doctorem. Vt. 2. Reg. 8. Saraias autem ſcriba. Eſd. 6. Et ipſe ſcriba velox in lege moyſi. Hiere. 37. Vt comprehenderent Baruch ſcribam. Et in euangelio. Mathei. 13. Omnis ſcriba doctus in regno celorum. Vbi ſcriba accipitur pro litterato vel doctore. Et ſimiliter pro eo quod in littera noſtra eſt paruulorum in hebreo eſt מִגְדָּלִים Migdalim. Quod etiam poteſt ſignificare paruulos: vt dictum fuit ſupra in dictione גָּדַל Gadal. Et in plurali סוֹפְרִים Sophrim. ideſt ſcribe. Eſter. 3. Vocatiq; ſunt ſcribe regis. Et inde סֵפֶר Sépher. ideſt liber ſeu libellus quem ſcriba ſcribit. Geñ. 5. Hic eſt liber generationis adam. Exo. 17. Scribe hoc monumẽtum in libro. Et in eodẽ. 32. Aut ſi non facies: dele me de libro tuo. Nume. 5. Scribetq; ſacerdos in libello. Deut. 24. Scribet libellum repudii. Ioſ. 1. Non recedat volumen legis huius de ore tuo. Hiere. 32. Et ſcripſi in libro & ſignaui. Et in eodem. Et dedi librum poſſeſſionis Baruch filio nerie. Et in plurali סְפָרִים Sepharim. Dañ. 9. Intellexi in libris numerum dierum. Ponitur etiam pro litteris vel epiſtola. 4. Reg. 5. Vade & mittam litteras ad regem iſrael. Et in eodem. Cum acceperis epiſtolam hanc. Eſter. 3. Et littere ſignate ipſius annulo miſſe ſũt. Eſa. 29. Et dabitur liber neſcienti litteras. Et in eodem. Et reſpondebit. non ſcio litteras. ideſt neſcio ſcripturam legere. Et inde סְפֹרוֹת Sephoroth. ideſt ſcripture ſeu litterature. p̃s. 70. Quoniam non cognoui litteraturas. Item סַפִּיר Saphir. ideſt ſapphyrus lapis precioſus. Vnde ſapphyrus ab hebreo traxit originẽ. Exo. 24. Quaſi opus lapidis ſapphyrini. Et in eodem. 28. In ſecũdo carbũculus ſapphyrus & hyaſpis. Threñ. 4. Sapphyro pulchriores. Ezech. 10. Et ecce in firmamẽto quod erat ſuper caput cherubim quaſi lapis ſapphyrus. Et in plurali סַפִּירִים Saphyrim. Eſa. 54. Et fundabo te ſapphyris.

סְפָרַד Sepharad. Nomen proprium loci vel Regionis. Pro quo Beatus Hieronymus tranſtulit Boſphorum. vt in Abdia. Et tranſmigratio ieſuralem que in boſphoro eſt. Hebrei tamen dicunt quod ſignificat Hiſpaniam. Et ſic ipſi appellant hiſpaniam ſepharad. Et ſic eſt in tranſlatione chaldaica. ſcilicet hiſpania.

סָקַל Sacal. lapidare. Exo. 17. Adhuc modicum & lapidabunt me. Et in eodem. 19. Sed lapidibus opprimetur. pro quo hebrei legunt. Sed lapidando lapidabitur. Et in eodem. 21. Lapidibus obruetur. ideſt lapidando lapidabitur. Deut. 13. Lapidibus obrutus necabitur. 2. Regum. 16. Et mittens lapides aduerſus eum. ideſt lapidabat eum. 3. Regum. 21. Et educite eum & lapidate. Et in eodem. Lapidatus eſt Nabal & mortuus eſt. Significat etiam lapides colligere. Eſa. 5. & lapides collegit ex ea. & in eo. 62. planũ facite iter & eligite lapides.i. colligite ne offendant in eos iter agentes.

סָרַר Sarar. ſubuertere. peruertere. preuaricari. declinare. ſcilicet a via recta. Threñ. 3. Semitas meas ſubuertit. Oſee. 4. Sicut vacca laſciuiens declinauit iſrael. De quo vide ſupra in dictione סוּר Sur. & inde סוֹרֵר Sorer.i. Peruerſus: p̃uaricator: aut declinans a via recta. Deut. 21. Filium contumacem & proteruum. ideſt filium peruerſum vel preuaricatorem. Et in plurali סוֹרְרִים Sorerim. Oſee. 9. Omnes principes eius recedentes. ponitur etiam pro incredulo vel infideli. Ps. 67. Similiter eos qui exaſperant qui habitant in ſepulchris. Pro quo Beatus Hiero

nymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Increduli autem habitauerunt in siccitate. Et in eodem. Et enim non credentes inhabitare dominum deum. Esa.1. Principes tui infideles. & in eodem.65. Ad populum incredulū. Hiere.6. Omnes isti principes declinantes.

סַרְבָּל Sarbal. in lingua chaldaica significat quoddam genus vestimenti. Pro quo beatus hieronymus transtulit Brachas. idest femoralia. Dañ.3. Vinctos cum brachis suis. Sed infra in eodem ipsam dictionem chaldaicam ponit in translatione. vbi dicitur. Et sarbala eorum non fuissent immutata.

סִרְיָה Sire. lorica. & scribitur cum iod loco he & nun in fine & dicitur סִרְיָן Sirian. Hiere.51. Et non ascendet loricatus. Pro quo hebrei legunt. Et non ascendet in lorica sua. & cōmuniter scribitur cum sin loco samach. De quo vide infra in littera sin.

סָרַח Sarach. superesse. superfluere. extendere. luxuriari. corrumpere. Exo.36. Quod aūt superfluerit in saxis que parantur tecto. Et in eodem. Id est vnum saxum quod amplius est: ex medietate eius cooperies tabernaculi posteriora. Pro quo hebrei legunt. Ex medietate saxi quod amplius est extendes siue facies superfluere super tabernaculi posteriora. & in eodem. Vtrūq; latus tabernaculi proteges. Pro quo hebrei legunt. Superfluere facies super vtrūq; latus. i. extendes super vtrūq; latus. Ezech.17. Creuit in vineam latiorem. i. extensam. Amos.6. Et lasciuistis in stratis vestris. Et in eodem. Auferetur factio lasciuientium. Et inde סְרוּחֵי Seruche. Pro quo beatus hieronymus transtulit thiaras. Ezech.23. Et thiaras tinctas in capitibus eorum. Item סָרַח Sarach. i. corrumpere. corruptum esse: seu inutilem esse: aut fetere. Hiere.49. Inutilis facta est sapientia eorum. Pro quo hebrei legunt. Corrupta est siue fetuit sapientia eorum.

סַרְכָא Archa. in lingua chaldaica significat principem: & solū inuenitur in numero plurali. i. סָרְכַיָּא Sarchaia Dañ.6. Super eos principes tres. & in eodem. Igitur daniel superabat omnes principes.

סֶרֶן Saran. princeps. satrapa. axis. Et solū inuenitur in numero plurali. Iudi.16. Veneruntq; ad eam principes philistinorum. Et principes philistinorū conuenerunt in vnum. i. Reg.5. Congregauerunt omnes satrapas philistinorum. & in eodem.29. Sed satrapis nō places. Ponitur etiam pro axibus currus.3.Reg.7. Et axes erei.

סָרִיס Saris. eunuch?. seu priuatus testiculis. Ester.5. Sub manu egei eunuchi. Esa.56. Et nō dicat eunuchus ecce ego lignū aridū. Hiere.38. Audiuit autē abdemelech ethiops vir eunuchus. Et i plurali סָרִיסִים Sarisim. Geñ.40. Accidit vt peccarent duo eunuchi. Ester.1. Septē eunuchis qui in conspectu eius ministrabant. Et in eodem.6. Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis. Esa.39. Et erūt eunuchi in palatio regis babylonis. Accipitur etiam pro ministro vel famulo quāuis nō sit priuatus testiculis. vt Geñ.39. Emitq; eū putiphar eunuchus pharaonis. idest minister pharaonis: nam iste habebat vxorē: vt patet in codē capto.

סַרְעַף Saraaph. arbustum. ramus. Ezech.31. Et multiplicata sunt arbusta eius. Et solum inuenitur in predicto loco.

סָרַף Saraph. comburere. Amos.6. Et tollet eum propinquus suus. & cōburet eum: vt efferat ossa de domo. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat auunculum. i. fratrem matris. Vnde in predicto loco ipsi legūt. Et tollet eum patruus suus & auunculus suus vt efferat ossa de domo. Ad hoc enim q̄ significaret comburet eū debebat scribi cum littera sin loco samach. Sed frequēter ponitur samach pro sin & econuerso. vt in precedentibus dictum est.

סִרְפָּד Sirpad. vrtica seu spina. Esa.55. Pro vrtica crescet myrtus. & solum inuenitur in predicto loco.

סְתָו Sethau. hyems. cāti.2. Iam enim hyems trāsiit: imber abiit & recessit. & solū inuenitur in predicto loco.

סָתַם Satham. obturare. obstruere. claudere. abscondere. Geñ.26. Omnes puteos quos foderant serui patris illius abraam illo tempore obstruxerunt implentes humo. Et in eodem. Et quos illo mortuo olim obstruxerant philistiim.4.Reg.3. Cūctosq; fōtes aquarum obturabitis.2.Paralipo.32. Vt obturaret capita fontium qui erant extra vrbem. & in codē. Et obturauerūt cunctos fontes. & in codē. Ipse est ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarū gion. Nee.4. Et quod cepissent interrupta concludi. Et aliquādo scribitur cū sin loco samach. Nū.24. Dixit homo cuius obturatus est oculus. Threñ.3. Exclusit orationē meā. Pro quo hebrei legunt. Clausit orationem meā. i. clausit ne ingrederetur in conspectu eius. Et inde סָתוּם Sathum. i. clausum seu absconditum vel occultum: aut secretum siue arcanum. ps.50. Incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi. Pro quo hebrei legunt. In abscōdito & in occulto vel arcano sapientiā vel sapientie manifestasti mihi. Vnde beatus hieronymus in psal. iuxta he.ve. transtulit. Abscōditū & arcanū sapiētie tue manifestasti mihi. Ezech.28. Omne secretum non est obscōditū a te. Dañ.12. Quia clausi sunt signatiq; sermones vsq; ad prefinitum tempus.

סָתַר Sathar. occultare. latere. abscondere. ptegere. vt Gñ.4. Et a facie tua abscondar. Deut.7. Qui te fugerint & latere poterint. Deut.29. Abscondita dño deo nostro. i. peccata abscondita vel occulta diuino iudicio reseruātur puniēda. & in eodem.32. abscondam faciem meā ab eis. Iob 34. Ex quo absconderit vultū quis est qui cōtempletur eū. ps.18. Nec est qui se abscōdat a calore eius. ps.53. Nōne dauid absconditus est apud nos. Prouer.27. Melior est manifesta correctio q̄ amor abscōditus. Esa.16. Absconde fugientes. & in eodem.29. Et intellectus prudentium eius abscondetur. & in eodem. Vt a dño abscondatis cōsilium. & in eodem.40. Abscondita est via mea a dño. & in codē.45. Tu es deus abscōditus. & in codē.49. In pharetra sua abscōdit me. & in eodem.53. Et quasi absconditus vultus eius. Et in codē.59. Peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Hiere.36. Abscōdit autē eos dñs. Significat etiā protegere. Vt.ps.16. Sub vmbra alarū tuarū protege me. ps.63. Protexisti me a cōuentu malignantium. Esa.28. Et mēdacio protecti sumus. Scribitur etiā cum sin loco samach. vt.1.Reg.5. Et computrescebant prominentes extales eorum. Pro quo hebrei legunt. Et occultabantur eis ficus. i. quos habebāt in ano. Et inde סֵתֶר Sether. i. locus abscōditus vel occultus. latibulū seu ptectio vel refugiū. ps.30. Abscōdes eos i abscōdito faciei tue. vbi pōitur verbū & nomē ab eo deriuatum. ps.31 Tu es refugiū meū. ps.80. Audiui te in abscondito tempestatis. ps.90. qui habitat i adiutorio altissimi. p quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Qui habitat in abscondito excelsi. Esa.16. Esto latibulū eorū. & in eo.28. Et protectionē aque inundabūt. Scribitur etiā cū he in fine & dr̄ סִתְרָה Sithra. Deut.32. & in necessitate vos ptegant. & aliqū scribitur cū mem in principio & dr̄ מִסְתָּר Misthar. siue מִסְתּוֹר Misthor. vt.ps.9. Insidiatur i abscōdito quasi leo in spelunca sua. Esa.4. Et securitatem & absconsionem a turbine & a pluuia. & in plurali מִסְתָּרִים Mistharim. ps.9. sedet in insidiis cū diuitibus in occultis. Hiere.23. Si occultabitur vir in abscōditis & ego non videbo eū. & in ligua chaldaica

dicitur מְסַתְּרָתָא Mesatheratha. Dañ.2. Et ipse reuelat profunda & abscondita.

De incipientibus a littera. ע Aim.

עָב Aab. spissum. grossum. densum. nubes. i. dēsa. seu caliginosa.3.Reg.7. Et epistylia super colūnas fecit. Pro quo hebrei legūt. Et grossitudo siue spissitudo super faciem earum. i. erat. Et in eodem. Grossitudo autem luteris triū vnciarum erat. Hiere.52. Porro grossitudo eius quattuor digitorū erat. Ezech.41. Et erant grossiora ligna in vestibuli fronte. Et in eodem. Secundum latera domus latitudinēq; parietum. i. secundum spissitudinem vel grossitudinem parietum. Vide etiam de hoc infra in dictione עָבָה Aaba. significat etiam nubem. Esa.14. Ascēdam super altitudinem nubiū. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet nubis. Et in eodem.19. Ecce dñs ascēdet super nubē leuem. Ponitur etiam pro caligine. Exo.19. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis. Item ponitur pro imbre. Prouer.16. Quasi imber serotinus. i. quasi nubes imbris serotini. Et in plurali עָבִים Aabim. Iudi.5. Celiq; ac nubes stillauerūt aquis. Iob.22. Nubes latibulum eius. Vide etiam de hoc infra in dictione עִיב Iib.

עָבַד Aabad. seruire. ministrare. operari. laborare. Geñ.14. Duodecim eni annis seruierunt chodorlaomor. Et in eodem.15. Et subiicient eos seruituti. i. seruire facient eos. Et in eodem.29. Gratis seruies mihi. & in eodem. Seruiā tibi pro rachel filia tua. Exo.4. Dimitte filium meū vt seruiat mihi. Et in eodem.21. Sex annis seruiet tibi. Nu.18. Solis filiis leui mihi in tabernaculo seruientibus. Pro quo hebrei legunt. Et seruiet leui ipse in ministerio tabernaculi federis. i. tribus leui. Deu.6. Deum tuū timebis & ipsi seruies. Iudi.4. Ne seruiatis hebreis.1.Reg.21. Cui ego seruiturus sum. Et in eodem. Sicut parui patri tuo: ita parebo & tibi. Pro quo hebrei legunt. Sicut seruiui patri tuo: ita ero ante te.3.Reg.16. Et seruiuit baal & adorauit eum. Iob.36. Si audierint & obseruauerint. Pro quo hebrei legūt. Si audierint & seruierint. Et in eodem.39. Nunquid volet rhinocerus seruire tibi. ps.2. Seruite domino i timore. Eccl's.5. Rex imperat seruienti. Esa.14. & a seruitute dura quā ante seruisti. Et in eo.19. Et colent eum hostiis atq; muneribus. Hiere.27. Et seruient ei gentes multe. Et quādo in hebreo sequitur pronomen cum ista prepositione in: tunc ponitur p opprimere. Exo.1. Omniq; famulatu quo terre operib? premebantur. Leuit.25. Non eum opprimes seruitute famulorum. Significat etiam operari vel laborare. aut facere. Geñ.3. Vt operaretur terram de qua sumptus est. Et in eodem.4. Cum operatus fueris eam. Leuit.25. Vsq; ad annum iubilei operabitur apud te. Deut.21. Que non traxit iugum nec terrā scidit vomere. Pro quo hebrei legunt. Qua non fuerit operatum: que non traxerit iugum. i. que non arauerit terram nec traxerit iugum.2.Reg.9. Operare igitur ei terram. Esa.19. Et confundentur qui operabantur linum. Hiere.10. Dii qui celos & terram non fecerūt. Ponitur etiam pro arare: quod est idem quod terram operari. Ezech.36. Et arabimini & accipietis semetem. Et inde verbum tertie cōiugationis. i. seruire facere. laborare facere. opprimere. Exo.1. Et affligebant inuidentes & illudentes eis. Pro quo hebrei legunt. Et seruire fecerūt egyptii filios israel in violentia seu violenter.2.Paralipo.34. Et fecit omnes qui residui fuerāt in israel seruire domino. Esa.43. Nō te seruire feci in oblatione. Hiere.7. Et seruire faciam te inimicis tuis. Et inde עֶבֶד Aabed. siue עֶבֶד Eebed. idest seruus. minister. famulus. Geñ.9. Seruus seruorum erit fratribus suis. Et in eo.44. Manebo itaq; seru? tuus pro puero. Et in eo.41. Eiusdē ducis militum famulus. Exo.21. Si emeris seruum hebreum. Deut.15. Vt requiescat seruus tuus & ancilla tua. Iob.7. Sicut ceruus desiderat vmbrā. debet legi. Sicut seruus. Et sic est in bibliis nostris antiquis. & in titulo. Ps.17. Vbi dicitur in finem puero domini Dauid. idest seruo vel famulo domini. Et in plurali עֲבָדִים Aabadim. idest serui. Geñ.20. Vocauit seruos suos. & in eodē.47. Tui erimus eme nos in seruitutem regiam. Pro quo hebrei legunt. Eme nos & terram nostram pro frumento: & erimus nos & terra nostra serui pharaonis. Deut.6. Serui eramus pharaoni. ps.122. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Et inde עֲבוֹדָה Aaboda. siue עֲבֹדוּת Aabduth. idest seruitus. opus. ministerium. Geñ.21. Pro opere quo seruiturus es mihi. Exo.1. Atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris. Et in eodem. omniq; famulatu. Nume.4. Ingredientes ad ministerium tabernaculi & onera portanda. Pro quo hebrei legunt. Omnis qui ingreditur ad operandum opus ministerii & ad opus oneris. Et est sensus sicut in littera nostra.2.Paralipo.12. Vt sciant distantiam seruitutis mee & seruitutis regni terrarum. Esd.9. Et in seruitute nostra non dereliquit nos deus noster. Eccl's.9. & opera eorum in manu dei. Esa.28. Et operaretur opus suum. & in eodem.32. Et cultus iustitie silentium. i. opus vel seruitus iustitie. Et in lingua chaldaica dicitur עֲבִידְתָּא Abidtha. Dañ.2. Et constituit super opera babylonis sidrach misach & abdenago. Scribitur etiam cum mem in principio. vt Iob.34. Nouit enim opera eorum. Et inde עֲבֻדָּה Abuda. i. familia operātium. Iob.1. Et familia multa nimis.

עָבָה Aaba. impinguare. incrassari. grossum esse. dēsum siue spissum esse. Deut.32. Incrassatus impinguatus dilatatus.3.Reg.12. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Et ide עֳבִי Oobi. idest crassitudo seu crassium aut pīguę.2.Paralipo.4. In regione iordanis fudit ea rex in argilosa terra. Pro quo hebrei legūt. In piguedine terre siue in crassitudine terre: idest in pingui & dēsa terra sicut est terra argilosa. Iob.15. Et pingui ceruice armat? est. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲבֶה Maabe vt.3.Reg.7. In campestri regione iordanis fudit ea rex in argilosa terra. exponatur sicut supra.

עָבַט Aabat. pignorare. pignus auferre. mutuare. declinare. Deut.24. Non ingrediaris domū eius vt pignus auferas. Pro quo hebrei legunt. Vt pignores pignus eius. Et inde עֲבוֹט Aabot. idest pignus vt in predicto loco. Et in eodem. Et ille proferet tibi quod habuerit. Pro quo hebrei legunt. Et ille proferet tibi pignus foris. & quia super pignore mutuatur: ideo ponitur etiam predicta dictio pro mutuare. Deut.15. Et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. Pro quo hebrei legunt. mutuans mutuabis ei quo indiget. significat etiam declinare. Ioel.2. Non declinabunt a semitis suis.

עַבְטִיט Aabtit. dictio composita est: a עָב Aab. quod significat densum: & טִיט Tit. q̄ significat lutū. i. dēsum lutum. Abach.2. Aggrauat contra se densum lutum.

עָבַר Aabar. transire. preterire. progredi. transgredi. irasci. differre. concipere vel impregnare. Geñ.15. Et lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Et in eodem.32. In baculo meo transiui iordanem istum. Et in eodem.33. Et ipse progrediens adorauit. Pro quo hebrei legunt. Et ipse transiuit ante eos siue progressus est ante eos & adorauit. Exo.12. Et transibo per terram egypti nocte illa. Nume.12. Obsecro vt liceat mihi transi

re per terram tuam. Deut.28. Vt transeas in federe domini dei tui. Iof.1. Transi iordanem istum. 2. Reg.16. Cum transisset dauid paululũ montis verticem. & in eodem.17. Transierunt festinanter. Iob.13. Quodcunq; mihi mẽs suggerit. Pro quo hebrei legunt. Et transeat super me quodcuq;. Sed beatus hieronymus trãstulit sensũ. ps.16. Et non est inuẽta in me iniquitas vt nõ loquatur os meũ. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. Et non inuenisti cogitationes meas non transire os meũ. ps.56. Et transiui & ecce non erat. ps.80. Manus eius in cophino seruierũt. Pro quo beatus hieronymus in predicto psalterio transtulit. Manus eius a cophino recesserũt i. transierunt. Prouer.8. Ne transirent fines suos. Esa.40. Et a deo meo iudicium meum transibit. Hiere.2. Et dixisti non seruiam. Pro quo hebrei legunt. Et dixisti non transibo. Sed si scribatur cum littera daled que est quasi eiusdem figure sicut littera res: tunc significat seruiã sicut est in littera nostra. & in eodem.34. Et transierunt inter diuisiones eius. significat etiã transgredi. Nu.14. Quare transgredimini verbum dñi. Deut.17. Vt transgrediantur pactum illius. 2. Paralipo.24. Quare vos trãsgredimini preceptũ domini. ps.103. Terminũ posuisti quem non transgredientur. Hiere.23. Et quasi homo madidus a vino. pro quo hebrei legũt. Et quasi homo quem trãscendit vinũ. Et est sensus sicut in littera nostra. Dicitur etiã translatiue de moneta currente. i. hinc inde trãseunte per manus mercatorum. Geñ.23. Quadringentos siclos argenti probate monete publice. Pro quo in hebreo legitur. Quadrigẽtos siclos argenti transeuntis mercatori. Et inde verbũ tertie coniugationis. i. transire facere: traducere. trãsferre. Geñ.32. Traductis omnibus que ad se ptinebant. & in eodẽ.47. Et cũctos populos ei° a nouissimis terminis egypti. Pro quo hebrei legunt. Et cunctos populos trãsire fecit siue trãstulit ad ciuitates: a nouissimis terminis egypti. i. habitatores vniuscuiusq; ciuitatis fecit transire ad aliam: vt nullus que sua erant possideret. Exo.36. Iussitq; moyses preconis voce cantari. Pro quo hebrei legunt. Iussitq; moyses & transire fecerunt vocem. i. preconem per castra. Leuit.25. Et clãges buccina mẽse septimo. Pro quo hebrei legunt. Et transire facies buccinã mẽse septimo. Deut.18. Ne inueniatur in te qui lustret filiũ aut filiã suam ducens per ignẽ. Pro quo hebrei legunt. Non inueniatur in te transire faciens vel transferens filium aut filiam suã per ignẽ. Iof.7. Quid voluisti traducere populum istum iordanẽ. 1. Reg.2. Vt trangredi faciatis populum dñi. & in eodẽ.20. Iecit aliam sagittã trans puerũ. Pro quo hebrei legunt. iecit sagittã vt trãsire faceret eũ. 2. Reg. 12. Et traduxit in typo laterũ. i. transire fecit. & in eodem. 19. Et traduceret eum iordanem. Et in eodem. Trãsierunt vada vt traducerent domũ regis. 2. Paralipo.15. Et abstulit idola de omni terra iuda. Pro quo hebrei legunt. Et transire fecit siue transtulit idola de omni terra iuda. Et in eodem 33. Et trãsire fecit filios suos per ignem. Hiere.15. Et adducam inimicos tuos de terra quã nescis. i. transferã. Et inde עֵבֶר Eeber. i. trãs. ex aduerso. ante. pars. Exo.25. Vt luceat ex aduerso. Esa.9. Trans iordanẽ galilee. Ezech.9. Vnũqdq; ante faciem suam gradiebatur. & preponitur ei littera beth. Et dicitur בְּעֵבֶר Beeber. Deut.1. Hec sunt verba que locutus est moyses trans iordanem. Iof.1. Quam tradidit vobis moyses trans iordanem. i. in altera parte iordanis. Et aliquando scribitur cum littera mem in principio & dicitur מֵעֵבֶר Meeber. Iof.18. Que est trans flumen ethiopie. Ponitur etiam עֵבֶר Eeber. pro parte. 1. Reg.14. Separamini vos in partem vnam: & ego cũ ionatha filio meo ero in parte

Trãsgredi. Trãscẽder. Trãsferre. Traducer. Trãsgredi. facere. Auferre. Adducere. עֵבֶר ex aduerso. Trans. Ante. בְּעֵבֶר Trans. מֵעֵבֶר Trans. עֵבֶר Pars.

altera. Esa.43. vnusquisq; in via sua errauerunt. idest in partem suam. Et in plurali עֲבָרִים Aabarim. Hiere.49. Ex omni confinio eorum adducam interitum super eos. Pro quo hebrei legunt. Ex omnibus partibus eorum. Et inde הַעֲבָרָה Haabara. i. transitus seu vadum fluminis. Vt.2. Reg.19. Et irrumpentes iordanem transierunt vada. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲבָר Maabar siue מַעֲבָרָה Maabara. Geñ.32. Transiuit vadum iaboc. Esa. 10. Transierunt cursim. Pro quo hebrei legunt. Transierũt vadum vel transitum aut transitu. Et in plurali מַעְבָּרוֹת Maabaroth. Iof.2. Secuti sunt eos per viã que ducit ad vada iordanis. Iudi.3. Et occupauerunt vada iordanis. Hiere. 51. Et vada preoccupata sunt. Et inde עִבְרִי Iibri. idest hebreus. Geñ.14. Nunciauit Abram hebreo. Et in eodem. 41. Erat ibi puer hebreus. Et in plurali עִבְרִים Iibrim. idest hebrei. Exo.2. Conspexit duos hebreos rixantes. Et in eodem.3. Dominus deus hebreorum vocauit nos. Ponitur etiã עֵבֶר Eeber in singulari pro hebreis. Nu.24. vastabunt assyrios vastabuntq; hebreos. & vocantur sic eo quod patres eorum habitauerunt trans flumen eufratem: & inde venit Abraam qui fuit dictus hebreus. quod interpretatur transitor. Iof.24. Trans flumen habitauerunt patres vestri ab initio. Et infra in eodem. Tuli ergo patrem vestrum Abraam de mesopotamie finibus. pro quo hebrei legunt. De trans flumen. Et inde בַּעֲבוּר Baabur. idest ideo. vt. pro. propter. propterea. Exo.9. Idcirco autem posui te. 2. Reg. 12. Propter infantem cum adhuc viueret ieiunasti. ps.104. Vt custodiãt iustificatiões eius. ps.131. Propter dauid seruũ tuum. Amos.2. Et pauperem pro calciamentis. Mich.2. Propter immũdiciam suam corrumpetur. Scribitur etiam aliquando cum lamed in principio & dicitur לְבַעֲבוּר Lebaabur. Exo.20. Vt enim probaret vos venit deus. Item עָבַר Aabar. quando est verbum quarte coniugationis tunc significat irasci: siue differre. Deut.3. Iratusq; est dominus mihi. ps.77. Audiuit dominus & spreuit. idest iratus est. Et in eodem. Et hereditatem suam spreuit. Pro quo hebrei legunt. Contra hereditatem suam iratus est. ps.88. Distulisti christum tuum. Pro quo Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit iratus es aduersus christum tuum. Prouer.14. Stultus transiuit & confidit. Pro quo hebrei legunt. Et stultus irascitur & cõfidit. Potest etiã legi sicut est in littera nostra secundũ primã significationem. & in eodem.26. Sic qui transit & impatiens. idest irascens commiscetur rixe alterius. Et inde עֶבְרָה Eebra. idest ira. indignatio. ps.77. Indignationem & iram & tribulationem. Prouer.2. Et virga ire sue consumabitur. Esa.10. Et contra Populum furoris mei mandabo illi. Et in eodem.16. Et indignatio eius plusquam fortitudo eius. Hiere.7. Reliquit generationem furoris sui. Et in plurali עֲבָרוֹת Eebroth. Iob.21. Ad diem furoris ducetur. Quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet ad diem furorum vel indignationum. Et in eodem.40. Disperge superbos in furore tuo. Pro quo hebrei legunt. Disperge indignationes furoris tui. ps.7. Exaltare in finibus inimicorum meorum. Pro quo hebrei legunt. Exaltare in indignationibus siue in furoribus hostium meorum. Vnde Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Exaltare indignans super hostes meos. Potest etiam legi sic. Exaltare in partibus vel in finibus inimicorum. Nam עֵבֶר Eeber significat partem vel cõfinium. vt supra dictũ est. Item עִבַּר Ibbar. i. concipere. Iob.21. Bos eorum concepit. Hebrei tamen legunt. Bos eorũ ipregnauit. Item עֲבוּר Aabur. i. fructũ seu frumentum aut fruges. Iof.

עֲבָרִים Confinia. Partes. הַעֲבָרָה Vadum. מַעֲבָר מַעֲבָרָה Transitus. מַעְבָּרוֹת Vada. עִבְרִי Hebreus. עִבְרִים Hebrei. עֵבֶר Hebrei. בַּעֲבוּר Idcirco. Propter. Vt. Pro. לְבַעֲבוּר Vt. עָבַר Irasci. Differre. עֶבְרָה Indignatio. Ira. Furor. עֲבָרוֹת Furores. עֵבֶר עִבַּר Concipere. Impregnar. עֲבוּר

5. Et comederunt de frugibus terre. Et in eodem. Defecit manna postquam comederunt de frugibus terre. Et dicunt hebrei q; significat frumẽtum anni transacti: a prima significatiõe deriuatum. Item עָבַר Aabar. idest affigere. 3. Reg. 6. Et affixit laminas clauis aureis. Et aliqui hebrei secũdũ primam significationem legunt. Et transire fecit laminas aureas. idest transire fecit eas in pariete ab vno angulo parietis in alterum.

עָבַשׁ Aabas. Computrescere. Ioel.1. Computruerunt iumenta in stercore suo. & solũ inuenitur in pdicto loco.

עָבֹת Aaboth. Densum. frondosum. coherens. vinculum. Leuit.23. Et ramos ligni densarum frõdium. Ezech. 6. Subter omnem quercum frondosam. & in eodem.31. Et dedit summitatem suam virentem atq; condensam. Et in plurali עֲבֹתִים Aabothim. secundum terminationem pluralem masculinorum siue עֲבֹתוֹת Aabothoth. secundum terminationem pluralem femininorum. Ps.117. Constituite diem solennem in condẽsis. Ezech.31. & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. Ponitur etiam pro funiculis vel laqueis seu vinculis sibi inuicem coherentibus ad similitudinem ramorum arboris condense se inuicem complectentium. Exo.28. Duas catenulas auri purissimi sibi inuicem coherentes. Iudi.16. Si ligatus fuero nouis funibus. ps.2. Et proiiciamus a nobis iugum ipsorum. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et proiiciamus a nobis laqueos eorum. Esa.2. Et quasi vinculum plaustri peccatum. Osee.11. In vinculis charitatis. & inde verbum עָבַת Aabath. idest intricare siue peruertere. secundũ hebreos. Beatus hieronymus transtulit conturbare. Mich. 7. Et conturbauerunt eam.

עָגַב Aagab. Amare. scilicet mulierẽ. insanire. scilicet pre amore. Hiere.4. Contẽpserũt te amatores tui. Ezech. 23. Et in omnibus in quos insaniuit in immundiciis eorũ. Et in eodem. Super quos insaniuit libidine. & in eodem. Plusq; illa insaniuit libidine. Et in eodem. & insaniuit in amatores suos. & in eodem. Et insaniuit super eos concupiscentia oculorum. & inde עֲגָבִים Aagabim. idest canticũ dulce & suaue quod amatores insani canunt. Ezech.33. Quia i canticum oris sui vertunt illos. Et in eodem. Et es eis quasi carmen musicum quod suaui dulciq; sono canitur. & inde עוּגָב Vgab. idest organum. Geñ.4. Ipse fuit pater canentium in cithara & organo. Iob.30. Et organum meũ in vocẽ flentiũ. Ps.150. Laudate eum in chordis & organo.

עָגָה Aaga. Detinere. retinere. Ruth.1. Si eos expectare velitis donec crescant & annos pubertatis impleãt ante eritis vetule q; nubatis. Pro quo he. le. Num eos expectare vultis donec crescant: num pro eis detente vel retente eritis vt non habeatis maritum. idest nunquid retẽte eritis in viduitate vt non habeatis maritos donec illi crescãt. Et beatus hieronymus transtulit sensum. & solum inuenitur in p dicto loco. & dicũt aliqui q; eius primitiuum est עָגַן Aagan cum nun in fine: loco he.

עָגֻל Aagul. Rotundum. vitulus. 3. Reg.7. Intercolumnia quadrata non rotunda. 2. Paralip.4. A labio vsq; ad labium rotundum per circuitum. & inde מַעְגָּל Maagal. i. tentorium rotundum: seu locus castrorum qui fossato circundatur. 1. Reg.26. Et saulem dormientem in tentorio. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מַעְגָּלָה maagala. vt in eodem.17. Et venit ad locum magala. idest ad locum fossato circundatum in quo erant castra. significat etiam מַעְגָּל Maagal semitam siue iter. Ps.139. Iuxta iter scandalum posuerunt mihi Prouer.2. Et omnem semitam bonam. & in eodem.4. Dirige semitam pedibus tuis. Esa.26. recte callis

Fruges. עָבַר Affigere. עָבַשׁ Computrescere. עָבֹת Densum. frondosũ. Condensa. עֲבֹתִים עֲבֹתוֹת Condensa. Condẽse. frondes. Coherẽtes Funes. laqueus. Vinculum Vincula. עָבַת Cõturbar. עָגַב Amare. Insanire. עֲגָבִים Canticum musicum suaue et dulce. עוּגָב Organum עָגָה Detinere. עָגֻל Rotundũ. מַעְגָּל Tentoriũ. מַעְגָּלָה Magala. locus circundatus. מַעְגָּל Iter. Semita. Callis.

iusti ad ambulandum. & in plurali מַעְגָּלוֹת Maagaloth. siue מַעְגָּלִים Maagalim. Ps.16. Perfice gressus meos in semitis tuis. Ps.22. Deduxit me super semitas iustitie. Prouer.2. & infames gressus eorum. idest semite eorum. Et in eo. Et ad inferos semite ipsius. & inde עָגִיל Aagil. idest ornamẽtum rotundum vel circulus ex aure pendens. Beatus hieronymus transtulit dextralia. Num.31. annulus dextralia & murenulas. & in plu. עֲגִילִים Aagilim. Ezech.16. & circulos i auribus tuis. Item עֵגֶל Eegel. idest vitulus. Exo.29. Tolle vitulum de armento. Et in eodem.32. Et fecit ex eis vitulũ conflatilem. Ps.28. Et comminuet eas tanq; vitulum. & in plurali עֲגָלִים Aagalim. Osee.9. Vitulos adorant. & in genere feminino עֶגְלָה Eegla. siue עֶגְלַת Aagalath. i. vitula. Geñ. 15. Sume inquit tibi vaccam trienem. pro quo hebrei legunt. vitulam trienem. Iudi.14. Si non arassetis in vitula mẽa. Osee.10. Ephraim vitula docta. Et in plurali feminino עֶגְלוֹת Aagaloth. Osee.10. Vaccis bethauen coluerũt habitatores samarie. Et inde עֲגָלָה Aagala. idest currus seu plaustrum. sic dictum a rotũditate rotarum. 1. Reg.6. facite plaustrum nouum vnum. Esa.28. Nec rota plaustri super cyminum circuibit. & in plurali עֲגָלוֹת Aagaloth. Geñ.45. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum pharaonis imperiũ. Nu.7. Sex plaustra tecta cum duodecim bobus.

עָגַם Aagam. compati. cõtristari. Iob.30. Compatiebatur anima mea pauperi. & solum inuenitur in pdicto loco

עָגוּר Aagur. Nomẽ auis. Pro quo beatus Hieronymus trãstulit hirundinem. Esa.38. Sicut pullus hirundinis sic clamabo. In alio vero loco traduxit ciconiam. Hiere.8. tur tur hirundo & ciconia. & aliqui hebrei dicunt q; significat gruem.

עַד Aad. Donec. vsq;. vsq; ad. vsq; in. adusq;. vsquequo. siue vsquequaq;. Dum. tanq;. eternũ. siue in eternum. preda. Et quando preponitur verbo tunc significat donec. seu in eternum. Sed quando preponitur nomini vel pronomini tunc significat vsq;. Geñ.3. Donec reuertaris in terram. Et in eodem.19. Donec ingrediaris illuc. Exo.15. Donec pertranseat populus tuus domine. Leuit.11. Donec impleantur dies purificationis sue. Nu.32. Donec introducamus eos ad loca sua. Deut.1. donec veniretis ad locũ istum. Et in eodem.7. Donec deleas omnes atq; disperdas. Iof.2. Donec reuerterentur qui fuerant persecuti. Iudi.3. Donec erubescerent. 2. Regum.10. Donec crescat barba vestra. Iob.8. donec impleatur risu os tuũ. Ps.17. & nõ conuertar donec deficiant. Ps.56. donec transeat iniquitas. Esa.22. donec moriamini. & in eodem.36. donec veniam & tollam vos. & in eodem.62. donec stabiliat & donec ponat ierusalem laudem in terra. & additur ei aliquando dictio אֲשֶׁר Aser. siue dictio כִּי Chi. que est dictio relatiua, quasi diceret. dõec q;. Geñ.50. donec veniat qui mittendus est. Nu.20. donec transeamus terminos tuos. Iof.1. donec det requiem dominus. Canti.2. Donec aspiret dies. Esa.6. Donec desolentur ciuitates. Osee.5. Donec deficiatis & queratis faciem meã. Significat etiam vsq; siue vsq; ad. Geñ.7. Ab homine vsq; ad pecus. & in eodem.11. Veneruntq; vsq; aram. Et in eo. 12. Pertransiuit Abram terram vsq; ad locum sichem & vsq; ad conuallem illustrem. Exo.10. Vsq; in presentem diem. Et in eodem.14. Vsq; in sempiternum. Nume.21. Iassi peruenerunt in iophe & vsq; medaba. pro quo hebrei legunt. Vsq; nophe & vsq; medaba. Deut.1. Vsq; ad cadesbarne. 1. Reg.18. Vsq; ad gladium & arcum suum. 4. Reg.9. venit vsq; ad eos. Iob.18. Vsq; ad quẽ finẽ verba iactatis. Ps. 17. Dauid & semini eius vsq; in seculum. Esa.1. A plãta pedis vsq; ad verticem. Significat etiam dũ siue adhuc. Iudi.

מַעְגָּלוֹת מַעְגָּלִים Semite. עָגִיל Dextralia. עֲגִילִים Circuli. עֵגֶל Vitulus. עֲגָלִים Vituli. עֶגְלָה עֶגְלַת Vacca. Vitula. עֶגְלוֹת Vacce. עֲגָלָה Plaustrũ. עֲגָלוֹת Plaustra. עָגַם Compati. עָגוּר hirundo. ciconia. עַד Donec. Vsq; ad. Vsq; in. Vsq; Dum.

3. Dū illi turbarentur effugit. Iob. 1. Adhuc loquebatur ille & ecce ali⁹ intrauit. Ione. 4. Cū adhuc eſſem in terra mea. ideſt dū eſſem in terra mea. & quandoqꝫ preponitur dictio ni מְהֵרָה mehera. que ſignificat velociter: vel dictioni מְאֹד Meod: que ſignificat nimis. ideſt vſqꝫ velociter. ſiue vſqꝫ nimis: aut vſqꝫquaqꝫ: licet in trāſlatiōe noſtra aliquādo omittitur dictio vſqꝫ. 1. Reg. 25. Erat enim ebrius nimis. ꝓ quo he. le. vſqꝫ nimis. 3. Reg. 1. Erat autē puella pulchra nimis. Ps. 147. Velociter currit ſermo eius. Ps. 118. Non auferes de ore meo verbū veritatis vſqꝫquaqꝫ. Eſa. 64. Ne iraſcaris domine ſatis. pro quo he. le. Ne iraſcaris domine vſqꝫ nimis. Significat etiam tam: ſiue quam. Geñ. 7. Ab homie vſqꝫ ad pecus tam reptile q̃ volucres celi. Significat etiā eternitatem ſeu in eternum vel in perpetuū aut iugiter. Exo. 15. Dominus regnabit in eternum & vltra. pro quo hebrei legunt. Dominus regnabit in ſeculum & in eternum. Iob. 20. Hoc ſcio a principio. pro quo hebrei legunt. Si hoc ſcis ab eterno. Ps. 110. Cōfirmata in ſeculum ſeculi. pro quo beatus hieronymus in pſ. iuxta he. ve. tranſtulit. firmata iugiter in ſempiternum. Ps. 111. Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. ideſt in eternum. p̃s. 148. Statuit ea in eternū. Eſa. 26. Speraſtis in domino in ſeculis eternis. & in eodem. 57 excelſus & ſublimis habitans eternitatem. Vide ēt de hoc infra in dictiōe עוֹד Ood. pōitur etiā pro tpe futuro. Soph. 3. Qua pp expecta me dicit dñs in die reſurrectionis mee in futurum. De quo vide infra in dictione עוֹד ood. & aliqñ ſcribitur cū iod in fine. Nu. 23. Audi fili ſephor. ꝓ quo he. le. Audi vſqꝫ ad me. ideſt audi me fili ſephor. & in eo. 24. Et ad extremum etiā ipſi peribunt. pro quo hebrei legūt. Et etiam ipſi vſqꝫ ad perditionem. ſcilicet erūt. Et ē ſenſus ſicut in littera noſtra. 4. Reg. 9. venit nuncius ad eos & nō reuertitur. ideſt vſqꝫ ad eos. Iob. 4. Tetigit te & conturbatus es. pro quo he. le. pertingit vſqꝫ ad te & conturbatus es Et in eo. 32. Et donec putabam vos aliquid dicere conſiderabam. Mich. 4. Vſqꝫ ad te veniet. & quandoqꝫ ſcribitur cū nū in fine & dicitur עֲדֶן Aaden. & ſignificat adhuc ſiue vſqꝫ adhuc. Eccl's. 4. Et feliciorem vtroqꝫ iudicaui qui necdum natus eſt. pro quo he. le. qui vſque adhuc non fuit. ſcribitur etiam cum he in fine & dicitur עֲדֶנָה Aadéna. 1. Paralip. 12. Magna enim pars eorū adhuc ſequebatur domū ſaul. Eccl's. 4. Et laudaui magis mortuos quā viuētes. ꝓ quo he. le. Et laudaui mortuos qui iam mortui ſunt magis q̃ viuentes qui viuunt adhuc. Et qñ preponitur ei lr̄a beth & dr̄ בְּעַד Bead tūc ſignat pro. ꝓpter. per. ſup. Geñ. 7. & incluſit eum dñs deforis. pro quo he. le. Et clauſit dñs pro eo. Et in eodem. 26. Proſpiciens abimelech rex philiſtinorum per feneſtram. Exo. 8. Rogate pro me. Leuit. 16. Orabit ꝓ ſe & pro domo ſua. 4. Reg. 1. Cecíditqꝫ ochozias per cancellos. 4. Reg. 4. Et claude oſtium tuum cum intrinſecus fueris tu & filii tui. Pro quo he. le. & claude oſtium tuum pro te & pro filiis tuis. ideſt ſuper te & ſuper filios tuos. Et ī eo. & clauſit oſtiū ſuper ſe & ſuper filios ſuos. 2. Paralip. 20. Dominus bonus ꝓpiciabitur cunctis qui in toto corde reqrūt dñm. Pro quo he. le. Dñs bonus ꝓpiciabitur pro cunctis ſiue per cunctos. p̃s. 137. Dñs retribuet ꝓ me. Prouer. 6. preciū enim ſcorti vix eſt vnius panis. pro quo he. le. Quia ꝓ muliere meretrice vſqꝫ ad tortā panis. & eſt ſenſus ſicut in lr̄a nr̄a. Eſa. 32. Tenebre & palpatio facte ſunt ſuper ſpeluncas. Hiere. 11. In tpe afflictionis eorū. pro quo he. le. pro malo vel ꝓ afflictiōe eorū. Ioel. 2. Sed & per feneſtras cadent. & in eo. Per feneſtras intrabūt quaſi fur. Amos. 9. & nō veniet ſuper nos malum. Scribitur ēt cū mem in principio & dicitur. מִבַּעַד Mibáad. ideſt intrinſecus. Canti. 4. Abſque

[Margin: Adhuc. — Nimis. Velociter. vſqꝫquaqꝫ Satis. — Tam. Quam. — In eternū. — Eternum. Iugiter. — Eternitas. — Futurum. — עֲדֶן — vſqꝫ adhuc — עֲדֶנָה Adhuc. — בְּעַד Pro. Per. — Super. — מִבַּעַד]

eo quod intrinſecus latet. Item עַד Aad. ideſt preda ſeu ſpolium. Geñ. 49. mane comedet predam. Eſa. 33. Tunc diuidentur ſpolia predarum multarum. De quo vide infra ī dictione עוֹד Ood. Item עֵד Eed. ideſt teſtis de quo vide infra in dictione עוֹד Ood. & inde עִדִּים Iidim. ideſt macule. ſcilicet panni menſtruate. eo quod eſt teſtis ſue inmūdicie. Eſa. 64. & quaſi pannus menſtruate.

עָדַד Aadad. Erigere. ſubleuare. ſuſcipere. ſuſtentare. Ps. 19. Nos autem ſurreximus & erecti ſumus. Ps. 145. Pupillum & viduam ſuſcipiet. Ps. 146. Suſcipiens manſuetos dominus. ideſt ſuſtentans.

עָדָה Aada. ornare. tranſire. auferre. ſiue ammittere. Ezech. 16. & ornaui te ornamento. & in eodem. Et ornata es auro. Et in eodē. 31. Adhuc ornaberis tympanis tuis. Oſee 2. Et ornabatur inaure ſua. & inde עֲדִי Eédi. ideſt ornamētum. ſiue ornatus. Exo. 33. Et nullus ex more inductus eſt cultu ſuo. Pro quo he. le. Et nullus poſuit ornamentū ſuum ſuper ſe. & in eodem. Iam nunc depone ornatum tuum. Et in eodem. Depoſuerunt ergo filii iſrael ornatum ſuum a monte oreb. Ezech. 7. Et ornamentum monilium ſuorū in ſuperbiam poſuerunt. vbi ponitur pro monili. & in eo. 16. Et perueniſti ad mundum muliebrem. pro quo hebrei legunt. Et veniſti cum ornamento ornamentorum. vbi ponitur tam in ſingulari q̃ in plurali. Ponitur etiam pro ore vel maxilla. p̃s. 31. In chamo & freno maxillas eorum cōſtringe. p̃s. 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Pro quo hebrei legunt. Qui replet in bonis os tuum. ſed beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem ſecundū primam ſignificationem tranſtulit. Qui replet in bonis ornamentum tuum. & inde עֵדוּת Eeduth. ideſt ornamentum. decus. ſecundum hebreos. 4. Regum. 11. Et poſuit ſuper eū diadema & teſtimonium. pro quo hebrei legunt. Et poſuit ſuper eum diadema et ornamētum: ſcilicet regium. ſed magis proprie ſignificat teſtimonium. ſicut eſt in littera nr̄a. De quo vide infra in dictione עוֹד ood. Et in titulo. Ps. 79. Vbi dicitur in finem pro his qui commutabuntur pſalm⁹ pro aſſyriis: teſtimonium Aſaph. vbi etiam hebrei pro teſtimonio legunt ornamentum ſeu decus. Item עָדָה Aada. ideſt tranſire vel aufferre. Iob. 28. nec pertranſiuit per eā leena. & ſupra in eodem. 25. Et luna etiam non ſplendet. Pro quo hebrei legunt. Ecce aufert lunam & non ſplendebit. ideſt aufert lumen lune. Poteſt etiam legi ſic. Ecce adhuc luna non ſplendebit. de quo vide ſupra in dictione עַד Aad. Prouer. 25. & āmittit pallium in die frigoris. ideſt auſert a ſe pallium. Dañ. 2. Transfert regna atque conſtituit. Et in eodem. 7. Aliarum quoqꝫ beſtiarum ablata eſſet poteſtas. Et in eodem. Poteſtas eorum que non auferetur. Itē עֵדָה Eeda. ideſt cetus ſeu congregatio hominum. De quo vide ſupra in dictione יָעַד Iaad.

עָדַן Aadan. deliciare. deliciis abundare. deliciis affluere. delectari. voluptati operam dare. Nee. 9. & abundauerūt deliciis in bonitate tua magna. & inde עֵדֶן Eéden. ideſt voluptas delicie. Geñ. 2. Plantauerat autem dominus paradiſum voluptatis a principio. & in eodem. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis. Ezech. 31. & emulata ſunt eū omnia ligna voluptatis. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֶדְנָה Eedna. Geñ. 18. Poſtq̃ conſenui & dominus meus vetulus eſt voluptati operam dabo. & in plurali עֲדָנִים Aadanim. 2. Reg. 1. Qui veſtiebat vos coccineis in deliciis. Hiere. 51. Repleuit ventrem ſuum teneritudine mea. ideſt deliciis meis. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲדַנִּים maadanim. Prouer. 29. & dabit delicias anime tue. Reperitur etiam מַעֲדַנּוֹת maadanoth ſecundum ter

[Margin: Intrinſecus — עַד Preda. Spolium. — עֵד עִדִּים menſtruata. — עָדַד Erigere. Suſcipere Suſtētare — עָדָה Ornare. — עֲדִי — ornamētum ornatus. — Monile. Mundus muliebris. — Maxilla. — עֵדוּת — teſtimōium ornamentum. — עָדָה pertrāſire. — Auferre. — Ammittere — Trāsferre. — עֵדָה Cetus — עָדַן Abūdare deliciis. — עֵדֶן Voluptas. — עֶדְנָה Voluptas עֲדָנִים Delicie. — מַעֲדַנִּים מַעֲדַנּוֹת]

minationē pluralem femininorū. 1. Reg. 15. Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus tremens. pro quo hebrei legunt. & abiit ad eum Agag deliciis. i. delicatus ſiue cū delectatione quia non timuit mortem: ſed habuit eā pro deliciis. Sicut exponunt aliqui hebrei. alii vero dicunt ꝙ ſignificat vincula: & ꝙ deriuatur a dictione עָנַד Aanad: & legunt ſic. & abiit ad eum. ideſt oblatus eſt ei Agag in vinculis. ideſt ligatus. Et ſimiliter. Iob. 38. Vbi nos legimus. Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas pliadas. Pro quo ipſi legunt. Nūquid colligabis colligationes ſeu applicationes chima. Et eſt chima nomen cuiuſdam conſtellationis ſtellarū: vt dictum eſt ſupra in littera chaph. & inde עֲדִינָה Aadina. ideſt delicata ſeu tenera. Eſa. 47. Audi hec delicata. Et in genere maſculino עֲדִינוֹ aadino. 1. Reg. 23. Ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus. Item עִדָּן Iidan. In lingua chaldaica ſignificat tempus ſiue horā. Dañ. 2. Quod tempus redimitis. & in eo. Et ipſe mutat tempora & etates. & in eo. 7. Vſqꝫ ad tempus & tempora & dimidium temporis.

עָדַף Aadaph. ſupereſſe. excedere. ſuperfluere. excedens vel excreſcens eſſe. Exo. 16. Nec qui plus collegit habuit amplius. Pro quo hebrei legunt. & non exceſſit ſiue nō ſupfluit illi qui plus collegit. Et in eo. 26. Quod autē ſupfuerit in ſaxis. ideſt vnum ſaxū quod amplius eſt. Nu. 3. qui excedunt numerū leuitarū. & in eo. Precium eorū qui ſupſunt. & in eo. Pecuniam eorū qui fuerant amplius.

עָדַר Aadar. Deeſſe. deficere. priuare. auferre. Bellare. ſeu expedire. fodere. ſeu putare. ideſt abſcindere. 1. Regū. 30. Nec defuit quiſq̃ a paruo vſqꝫ ad magnum. 3. Reg. 4. Cum ingenti cura prebebant in tempore ſuo. pro quo hebrei legunt. Non deficiebant in aliqua re. ſiue in aliquo verbo. ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. Eſa. 34. vnū ex eis nō defuit. & in eo. 40. Neqꝫ vnū reliquū fuit. i. neqꝫ vnū defuit. Et in eo. 59. & facta eſt veritas in obliuiōe. Pro quo hebrei legunt. Et facta eſt veritas priuata vel deficiens ideſt non inuenitur in eis veritas. Significat etiam bellare. ſiue aciem inſtruere vel expedire. 1. Paralipo. 12. Expediti ad pugnā corde perfecto. & ſupra in eo. In auxiliū non in corde duplici. pro quo he. le. Ad bellandum ſeu ad inſtruendam aciem non in corde & corde. ideſt non corde duplici: ſicut eſt ī littera noſtra. Item עָדַר Aadar. i. fodere ſeu ſarrire. Eſa. 5. Non putabitur & non fodietur. Et in eo. Et omnes montes qui in ſarculo ſarrientur. & inde מַעְדֵּר maeeder. ideſt ſarculus ſeu foſſoriū. vt in predicto loco. Item עֵדֶר Eéder. ideſt grex. Ps. 77. Et ꝑduxit eos quaſi gregē in deſerto. Canti. 6. Sicut grex caprarū. & ī plu. עֲדָרִים Aadarim ſiue עֶדְרֵי Eedre. Geñ. 29. Tres quoqꝫ greges ouiū. Et in eodem. moſqꝫ erat vt cunctis ouibus cōgregatis deuoluerent lapidem. Pro quo hebrei legunt. & congregabantur illuc omnes greges & deuoluebant lapidem. Ioel. 1. Sed & greges pecorum diſperierunt. Ponitur ēt pro caulis pecorū. 2. Paralip. 32. Et preſepia iumentorū caulaſqꝫ pecoribus.

עָדָשׁ Aadas. lens. & ſolum inuenitur in numero plurali. ſ. עֲדָשִׁים Aadaſim. ideſt lentes. Geñ. 25. Accepto pane & lentis edulio. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſcilicet lentiū. 2. Reg. 23. Erat quippe ibi ager plenus lēte. Ezech. 4. Et tu ſume tibi frumētū & hordeū & fabam & lentem.

עוּג Vug. coquere. ſcilicet panes ſubter prunas. vel operire. Ezech. 4. & ſtercore quod egreditur de homine operies illud in oculis eorum. i. coques illud cooperiendo ſtercore ſicut cooperiendo prunis. & inde עוּגָה Vuga. ideſt torta ſeu panis ſub prunis vel cinere cocta. vt ſupra in eodem. Et quaſi ſubcinericium hordeaceum comedes illud. 3. Regum. 19. Et ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis.

[Margin: Vincula. — Colligationes. — עֲדִינָה Delicata. — עֲדִינוֹ tenerrim⁹. — עִדָּן Tempus. — עָדַף — Excedere. Supereē. — Eſſe āpliuſ — עָדַר — Deeſſe. — Deficere. — Expedire. — עָדַר Fodere. Sarrire. — מַעְדֵּר Sarculus — עֵדֶר Grex — עֲדָרִים עֶדְרֵי Greges. — Caule. — עָדָשׁ עֲדָשִׁים Lentes. — עוּג operire. Coquere. — עוּגָה — Subcinericius pāis]

Oſee. 7. Subcinericius panis qui non reuerſatur. Et in plurali עֻגוֹת Vugoth. Geñ. 18. Et fac ſubcinericios panes. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מָעוֹג maog. 3. Regum. 17. Viuit dominus deus tuus quia non habeo panem. Ponitur etiam מָעוֹג maog pro ſubſānatione. Ps. 34. ſubſānauerunt me ſubſānatione. Et alii exponunt ſic. Subſānauerunt me pane. quaſi dicat. pro cibo eis dato ab aduerſariis meis.

עוּד Aauad. Teſtificari. teſtimonium prebere. conteſtari. predari. ſpoliare. Geñ. 43. Denunciauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuſiurandi dicens. pro quo hebrei legunt. Conteſtando conteſtatus eſt nos vir ille dicens. Exo. 19. deſcende & conteſtare populum. Et in eodem. 21. Et conteſtati ſunt dominum eius. Deut. 4. Teſtes inuoco hodie celum & terram. ideſt teſtificor ſeu conteſtor celum & terram contra vos. & in eodem. 30. Et inuocabo contra eos celum & terram. ideſt conteſtabor. 1. Regum. 18. Conteſtare eos & predic eis ius regis. 3. Regum. 21. Et falſum teſtimoniū dicant. Pro quo hebrei legunt. Et teſtificent eum dicentes. i. teſtimonium dicant contra eum: Nee. 9. Conteſtatus es eos vt reuerterentur. Et in eodem. Et conteſtatus es eos in ſpiritu tuo. Et in eodem. Que teſtificatus es eis. Ps. 80. Audi popule meus & conteſtabor te. Ps. 94. Iſrael & teſtificabor te. Eſa. 8. & adhibui mihi teſtes fideles. Pro quo hebrei legunt. Et teſtificatus ſum mihi. ideſt conteſtatus ſum mihi teſtes fideles. ideſt teſtes adhibui mihi ſicut eſt in littera noſtra. Hiere. 6. Cui loquar & ad quem conteſtabor. Et in eodem. 32. Et ſcripſi in libro & ſignaui & adhibui teſtes. Amos. 3. Audite & conteſtamini in domo iacob. Malach. 2. Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem tuam. Ponitur etiam pro comparare. vt Threñ. 2. Cui comparabo te. Poteſt etiam legi ſic. Quem teſtificabor in te. ideſt quos teſtes adducā vt teſtificētur ſi talia aliquando aliquis paſſus ſit ſicut tu. Vnde idem erit ſenſus cum littera noſtra. & inde עֵד Eed. ideſt teſtis Geñ. 31. Tumulus iſte teſtis erit. Leuit. 5. Teſtiſqꝫ fuerit. Deut. 17. Nemo occidatur vno contra ſe dicente teſtimoniū. Pro quo hebrei legunt. Nemo occidatur in ore vnius teſtis. 1. Regum. 12. Teſtis eſt dominus aduerſus vos & teſtis xp̄us ei⁹. Ps. 88. Et teſtis in celo fidelis. Hiere. 29. Ego ſum teſtis & iudex. Ponitur etiam p ro teſtimōio. Geñ. 31. Quem vocauit labam tumulum teſtis: & iacob aceruum teſtimonii. Exo. 20. Non loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium. ſcribitur etiam cum he in fine & dicitur עֵדָה Eeda. Geñ. 21. Vt ſint mihi in teſtimonium. Et in eodem. 31. Tumulus inquam iſte & lapis erit in teſtimonium. & in plurali עֵדִים Eedim. ideſt teſtes. Deut. 17. In ore duorum vel trium teſtium. Iob. 10. Inſtauras teſtes tuos contra me. Eſa. 44. vos teſtes mei. & inde עֵדוּת Eeduth. ideſt teſtimonium ſiue teſtamentum. vel teſtificatio. Exo. 16. Poſuitqꝫ illud Aaron in tabernaculo reſeruandum. Pro quo hebrei legunt. poſuitqꝫ illud Aarō coram teſtimonio. ideſt coram arca teſtamenti vel teſtimonii. Et in eodem. 25. In qua pones teſtimonium quod dabo tibi. Et in eodem. 38. Hec ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonii. Et in eodem. 40. Poſuit & teſtimonium in arca. Ps. 77. Et ſuſcitauit teſtimonium in iacob. p̃s. 92. Teſtimonia tua credibilia facta ſūt nimis. p̃s. 118. Beati qui ſcrutantur teſtimonia tua. p̃s. 131. Et teſtimonia mea hec que docebo eos. Scribitur etiam cum tau in principio & dicitur תְּעוּדָה Theuda. Eſa. 8. Liga teſtimonium. & in eodem. Ad legē & ad teſtimoniū. Itē עוּד Aauad. ideſt ſpoliare. ſeu predari. tranſlatio noſtra traduxit circumplecti. Ps. 118. Funes peccatorū circūplexi ſunt me. & beatus hieronymus in

[Margin: עֻגוֹת Subcinericii panes. — מָעוֹג ſubcinericius panis. Panis. — מָעוֹג ſubſānatio — עוּד Denūciare. — Cōteſtari. — teſtificare. Teſtimonium dicere. — Adhibere teſtes. — עֵד Teſtis. — Teſtimoniū — עֵדָה Teſtimoniū — עֵדִים Teſtes. — עֵדוּת Teſtimoniū — תְּעוּדָה teſtimoniū — עוּד circūplecti]

psalterio iuxta he.ve.transtulit. Implicauerunt me. ꝑ quo hebrei legunt. Depredati sunt me.& inde עד Aad.idest preda.seu spolium.Gen.49. Mane comedet predam.Esa.33. Tunc diuidentur spolia predarum multarum.Soph.3.qua propter expecta me dicit dominus in die resurrectiōis mee in futurum. pro quo hebrei legunt. In die resurrectionis mee ad predam seu ad spolium.potest etiā legi sic. s. in die resurrectionis mee in eternum. De quo vide supra in dictione עד Aad. Item עוד ood.idest adhuc.vltra.rursus.amplius. Gen.7. Adhuc enim & post dies septem. Et in eo.8. Cunctis diebus terre.pro quo hebrei legunt. Adhuc cunctis diebus terre.& in eo.45.adhuc pater meus viuit. Exo.9.adhuc retines populum meū.1.Reg.20.& si vixero facies mihi misericordias domini.pro quo hebrei legunt. & non si adhuc ego vixero & non facies mecū misericordias domini.Et est idem sensus cū littera nostra. nam due negatiōes valent pro vna affirmatione.Ester.6.Adhuc illis loquentibus venerūt eunuchi regis.Iob.1.Cumq; adhuc ille loqueretur venit alter.& in eo.2.Adhuc tu permanes in simplicitate tua.Et in eo.27.Quia donec superest halitus i me.ps.83.In secula seculorum laudabūt te.Pro quo beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit. Adhuc laudabunt te semper.ps.140.Quoniam adhuc & oratio mea i beneplacitis eorum.Esa.5.Sed adhuc manus eius extenta. Osee.11.Iudas autem testis descendit cum deo.Proquo hebrei legunt.Iudas autem adhuc descendit cum deo. Potest etiam legi sic. Adhuc dominatus est cum deo. Amos.4.Cum adhuc tres menses superessent. Significat etiam vltra.siue rursus aut amplius.Gen.8.Nequaquam vltra maledicam terre propter hominem.& in eodem. Non igitur vltra percutiam omnem animam.Et in eodem.9.& non erunt vltra aque diluuii.Et in eodem.46.Et inter amplexus fleuit.pro quo hebrei legunt.Et fleuit super collum eius vltra siue amplius.Exo.4.Dixitq; dominus rursum mitte manum tuam in sinum tuum.Et in eodem.10. Caue ne vltra videas faciem meam.Ps.87.Quorum non est memor amplius. & Prouer.31.Et doloris sui nō recordetur amplius.Esa.62. Non vocaberis vltra derelicta. Et communiter significat tempus infinitum vel indeterminatū.Quandoq; vero accipitur pro tempore finito vel determinato. vt in aliquibus locis predictis:&.4.Reg.6.Et vltra non venerūt latrones syrie in terram israel.idest post certum tempus. Scribitur et cum beth vel mem in principio & dicitur בעוד Beod. siue מעוד Meod.idest dum adhuc:siue cum adhuc.Gen.25. Dū adhuc ipse viueret.& in eo.40.Tres propagines tres adhuc dies sunt:post quos recordabitur pharao ministerii tui Pro quo hebrei legunt.tres propagines tres dies sunt: dū adhuc tres dies.idest in spacio trium dierum recordabitur pharao ministerii tui.Nu.22.Cui semper sedere consueuisti vsq; in presentem diem.pro quo hebrei legunt. Cui sedere consueuisti dum adhuc tu:vsq; in presentem diem.i. ex eo tempore quo cepisti sedere super iumentum. Deut.31.Adhuc viuente me.2.Regum.12.Ecce cum paruulus adhuc viueret.Et in eodem.Propter infantem cum adhuc viueret ieiunaui.Amos.4.Cum adhuc tres menses superessent. & inde עד Aad.idest eternum siue eternitas. De quo vide supra in dictione עד aad.

עוה Aaua. Iniq; vel iniuste agere.peccare.curuum esse. 2.Reg.19.Ne reputes mihi domine mi iniquitatem: ne memineris iniuriarum serui tui.pro quo hebrei legunt.ne memineris q̄ iniq; egerit seruus tuus. Ester.1. Non solū regē lesit regina vasthi.Pro quo hebrei legunt.nō cōtra regem solū peccauit seu iniq; egit vasthi regina. Hiere.9.

Implicare. Depredari. עד Preda. spolia. עוד Adhuc. Donec. Vltra. Rursum. Amplius. בעוד מעוד Dū adhuc Adhuc. עד Eternitas. עוה Iniq; agere Ledere.

Vt iniq; agerent laborauerunt. Dan.9. Iniquitatem fecimus impie egimus.Et quia illud quod iniquū est non est rectum & similiter quod curuū est non est rectum.ideo ponitur etiā pro curuari.Ps.38.Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finem.Pro quo hebrei legunt. Curuatus sum & humiliatus sum vsq; quaq;.Et beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Afflictus sum & incuruatus sum. vide etiam de hoc infra in dictione עות Aauath. Ponitur etiam pro affligere.Esa.24.& affliget faciem eius. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. & incuruabit faciem eius. Et inde. עוה Aaua.idest iniquitas.Ezech.21.Iniquitatem iniquitatem iniquitatem ponam eam.vbi ponitur ter predicta dictio.& inde עון aauon.idest iniquitas.peccatū.Gen.4.maior est iniquitas mea quam vt veniam merear.Et in eodē.15.Necdum enim complete sunt iniquitates amorreorū. Quod in hebreo legitur singulariter.scilicet necdū enī cōpletum est peccatū seu iniquitas amorrei.Et in eodē.44. Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum.Ps.50.Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.ps.68.appone iniquitatem super iniquitatem eorum.& in plurali עונות aaonoth.Iob.13.Quantas habeo iniquitates. Et in eodem. Et consumere me vis peccatis adolescentie mee. Ps.129. Si iniquitates obseruaueris domine.Prouer.5.Iniquitates sue capiunt impium.Reperitur etiam עונים aauonim secundum terminationem pluralem masculinorum.vt Esa.64. Et iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos.& in eodem.In manu iniquitatis nostre. Quod in hebreo legitur pluraliter.scilicet iniquitatum nostrarum.Hiere.14.Si iniquitates nostre responderunt nobis.& inde עועים Iiuim. Pro quo beatus hieronymus transtulit vertiginem. Esa.19 Dominus miscuit in medio eius spiritū vertiginis. Potest etiam legi.spiritum erroris vel iniquitatis.

עול aaual. Iniq; agere.Ps.70.& de manu contra legem agentis & iniqui.pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. De manu iniqui idest iniq; agentis & nocentis.Esa.26. In terra sanctorum iniq; gessit.& inde עול aaual.siue עויל aauil. idest iniquus. Iob.16.Conclusit me deus apud iniquum.& in eodem.29. Conterebam molas iniqui.Soph.3.Nesciuit autem iniquus confusionem.idest erubescentiam. & inde עול aauel. idest iniquitas.Leuit.19. nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula in pondere & in mensura.Ezech.28.In multitudine iniquitatum tuarum in iniquitate negociationis tue.Et in eodem.33.Confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem.& in eodem. In iniquitate sua quam operatus est:in ipsa morietur. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עולה aaula.2.Reg.7.nec addent filii iniquitatis vt affligāt eum.Iob.6.Respondete obsecro absq; contentione. Pro quo hebrei legunt.absq; iniquitate.& in eodem.Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem.Et in eodem. Nūquid deus indiget vestro mendacio.Pro quo hebrei legunt.nunquid pro deo loquemini iniquitatem.Et est sensus sicut in littera nostra.Et in eodem.34.Qui bibit subsannationem quasi aquam.pro quo hebrei legunt. Qui bibit quasi aquam iniquitatem.ps.106. Et omnis iniquitas oppilauit os suum.Ezech.28.Donec inuenta est iniquitas in te. ponitur etiam pro infructuoso.Iob.24. Et conteretur quasi lignum infructuosum.Dicitur etiam עולה oola.Iob.5. Iniquitas autem contrahet os suum.& in plurali עולות ooloth. ps.57.Etenim in corde iniquitates operamini.ps.63.scrutati sunt iniquitates. anteponitur et littera lamed sic vau & dr̄ עלוה aalua.idest iniquitas.Osee.10. Super filios iniquitatis.Item עול vul.infans paruulus.lactens.vt Esa.49.

Iniquitatē facere. Curuari. Affligere. עון Iniquitas עון Iniquitas Peccatū עונות Iniquitates Peccata. עונים Iniquitates עועים Vertigo. עול Iniq; agere עול עויל Iniquus. עול Iniquum. Iniquitas עולה Iniquitas Infructuosum עולה Iniquitas. עולות Iniquitates. עלוה Iniquitas. עול

Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum. Et in eodem 65.Non erit ibi amplius infans dierum.& in plurali עוילים Aauilim.Iob.19.Stulti quoq; despiciebant me.pro quo hebrei legunt.Paruuli quoq; despiciebant me. Potest etiā legi sic secundum primam significationē.scilicet iniqui quoq; despiciebant me.Et in eodem.21.Egrediūtur quasi greges paruuli eorum.& in plurali feminino עלות Aaloth.i.fete.seu lactantes.Gen.33. Oues & boues fetas mecū.1.Reg.6.Et duas vaccas fetas quibus non est impositum iugum. Et in eodem.Et tollentes duas vaccas que lactabāt vitulos Esa.40.fetas ipse portabit.& inde עולל Oolel.cum duplici lamed.idest infans.paruulus. lactens.1.Regum.15. Interfice a viro vsq; ad mulierem & paruulum.& in plurali עוללים oolelim.Ps.8.Ex ore infantium & lactētiū.Thren.1.Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem.vide etiā de hoc infra in dictione עלל Aalal.Item עול ool. idest iugum. De quo vide infra in dictione עלל Aalal.Item עול Vul. in lingua chaldaica significat intrare seu ingredi vel introducere.Dan.2.Daniel ingressus rogauit regem.& in eodē.post hec daniel ingressus ad arioch.& in eodem. Introduc me in conspectu regis.& inde מעלי Maale.idest occasus solis.s. quando ingreditur sub nostro hemispersio.Dan.26.& vsq; ad occasum solis laborabat.

עון Oon. Habitaculum siue habitatio.vel templum.& scribitur cum mem in principio & dicitur מעון maoon.siue Meoon.Deut.26.Respice de sanctuario tuo.pro quo hebrei legunt.De habitaculo sancto tuo.1.Reg.2.Que precepi vt offerrentur in templo.& in eodem. & videbis emulum in templo.2.Paralip.30.peruenit oratio in habitaculū sanctum celi.Ps.70.Esto mihi in deum protectorem. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit Esto mihi robustum habitaculum.Ps.89.Domine refugium factus es nobis.pro quo beatus hieronymus transtulit Domine habitaculum factus es nobis.Ps.90. Altissimum posuisti refugium tuum.pro quo beatus hieronymus transtulit.Excelsum posuisti habitaculum tuum.Hiere.10. Habitacula draconum.Naum.2.Vbi est habitaculum leonū. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מעונה meoona. Deut.33.Habitaculum eius sursum.Soph.3.Et non peribit habitaculum eius:& in plurali מעונות Meonoth. Naum.2.Et cubile suum rapina.Quod in hebreo legitur pluraliter.scilicet habitacula sua.siue cubilia sua. Ponitur etiā pro antris.Iob.38.Quando cubant in antris. & inde מעונים Meoonim.idest habitatores.1.Paralip.4. Et percusserunt tabernacula eorum & habitatores qui inuenti sunt ibi. Itē עונה oona.idest tempus statutum seu determinatum.Exo.21.& vestimenta & precium pudicitie non negabit. ꝑ quo hebrei legunt.& vestimentum eius & horam eius non minuet.idest tempus determinatum vt reddat ei debitum qd vir debet reddere vxori sue.Item עונן oonen. augurari.ariolari. veneficia exercere.somnia obseruare.Deut.18.aut qui ariolos sciscitetur. 4.Regum.21. & hariolatus est & obseruauit auguria.Esa.2.& augures habuerunt vt philistiim. Et in eodē. 57.Vos autem accedite huc filii auguratricis. Hiere.27.& augures & maleficos.Mich.5.Et diuinatores non erunt in te.idest malefici siue harioli. Significat etiam obseruare somnia.Leuit.19. Nec obseruabitis somnia. 2.Paralip.33.& obseruauit somnia.& dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur a predicta dictione עונה oona & quod significat obseruare tempora vel horas: sicut dicunt augures talis dies vel talis hora est bona ad tale opus incipiendum vel dimittendum. Alii vero dicunt q̄ deriuatur a dictione ענן Aanan de qua infra dicetur.

Infans. עוילים Iniqui paruuli. עלות fete. lactantes עולל paruulus עוללים lactentes Paruuli. עול עול Ingredi. Introducere. מעלי occasus. עון מעון Habitaculum. Templum מעונה habitaculū מעונות habitacula. Antra. מעונים habitatores. עונה Tempus. עונן Ariolari. Augurari. Diuinare. obseruare. somnia.

עוף Vuph.volare.aduolare. caligare.obscurare. deficere. lassare. Deut.4.vel auium sub celo volantium.Iob.20 Velut somnium aduolans non inuenietur. ps.54. volabo & requiescam.Ps.89.Quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Quoniam transibimus cito & aduolabimus.Ps.90.A sagitta volante in die. Prouer.23.ne erigas oculos tuos ad opes quas nō potes habere: quia faciet sibi pēnas quasi aquile: & volabūt in celū. vbi ponitur etiam pro erigere.Esa.6.Et volauit ad me vnus de seraphim.& in eodem.60.Qui vt nubes volant. Et aliquando scribitur cum duplici pe.vt Gen.1. Et volatile super terram.Pro quo hebrei legunt. Et volatile volitet super terram.Esa.6.Et duabus volabat.Ezech.32. Cum volare ceperit gladius meus super faciem eorū.Osee.9.Ephraim quasi auis aduolabit.& aliquando scribitur sine vau. Esa.11 Et volabunt in humeros philistiim.Zach.5. Volumen volans.& inde מעוף Muaph.i. volitatio seu volās. Esa.8. Et non poterit aduolare de angustia sua. pro quo hebrei legunt.Quia non est volans siue quia non est volitatio cui est angustia vel tribulatio.Et est sensus sicut in littera nostra.Dan.9.Cito volans tetigit me.& inde עוף ooph.idest auis. volucris. seu volatile.Gen.1.Et omne volatile secundum genus suum.Et in eodem. Auesq; multiplicentur super terram.Et in eodem.6. De volucribus iuxta genus suū.Leuit.1.Siue de auibus holocaustum obtulerit.Iob.12. Et volatilia celi indicabunt tibi. Et in hebreo ponitur in predictis locis in numero singulari: & ponitur singulare pro plurali.Significat etiam predicta dictio עוף Vuph caligare. vel obscurare: secundum hebreos.Beatus hieronymus transtulit oriri.Iob.11.Orieris vt lucifer. pro quo hebrei legunt.Si obscuraberis: vt aurora eris. Quod exponunt sic.obscurum quod in te est:erit lucidum sicut lumen matutinum.& inde עיפה Eepha.idest obscurum vel nebulosum Iob.11.Terram miserie & tenebrarum.idest terram obscuram vel caliginosam sicut tenebre.Amos.4.faciens matutinam nebulam.Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מעוף mauph.Esa.8. Et ecce tribulatio & tenebre.& inde עפעף Aphaph. idest palpebra. & solum inuenitur in numero plurali.Iob.16.Et palpebre mee caligauerunt.ps.129.Et palpebris meis dormitationem.Hiere.9.Et palpebre nostre defluant aquis.Ponitur etiam pro ortu. scilicet aurore.Iob.3.Expectet lucem & non videat:nec ortum surgentis aurore. Significat etiam predicta dictio עוף Vuph deficere vel lassare aut sitire.& tunc scribitur sine vau vel cum iod in medio loco vau.Iudi.4.Qui soporem morti socians defecit & mortuus est.2.Reg.21. Deficiente autem dauid.Ps.63. In terra deserta inuia & inaquosa. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.In terra inuia & sitiente sine aqua.ps.142. sicut terra sine aqua tibi.Pro quo beatus hieronymus transtulit.Quasi terra sitiens ad te.Esa.29.Lassus adhuc sitit. vbi vtrunq; significatum complectitur nostra translatio. scilicet lassare & sitire.& in eodem.32.Et vmbra petre prominentis in terra deserta.idest in terra sitiente. Hiere. 4. Quia defecit anima mea propter interfectos. vide etiam de hoc supra in dictione יעף Iaaph.& infra in dictione עיף Aiaph.

עור vur.Excitare.suscitare.vigilare.expergisci.surgere.exurgere.cōsurgere.suffodere.nudare.vel spoliare.excecare.Iudi.5.Surge surge debbora:surge surge & loquere canticū.i.expgiscere expgiscere.Iob.40.Nō q̄si crudelis suscitabo eum.Ps.7.Et exsurge ad me in precepto quod

עוף Volare. Aduolare. Erigere. מעוף volans. Volitatio. עוף Volatile. Auis. Volucris. oriri obscurare עיפה Tenebrosus nebula. Tenebre. עפעף Palpebre ortus Deficere Sitire lassare עור Expergisci suscitare. Exurgere.

mandasti.ps.43.Exsurge quare obdormis domine.ps.57. Exsurge gloria mea:exsurge psalterium & cithara.Canti. 5.Ego dormio & cor meum vigilat. Hiere. 25. Et turbo magnus egredietur a sũmitatibus terre.pro quo hebrei le- gunt.Et turbo magnus exsurget a sũmitatibus terre. Et in eodem.50.& reges multi consurgent a finibus terre. Ioel. 3.Consurgant & ascendant gentes.Abach.2.ve qui dicit li gno expergiscere:surge lapidi tacenti.Zach.2. Quia con- surrexit de habitaculo sancto suo.Et quando est verbũ ter- tie coniugatiõis tunc scribitur cum iod in medio loco vau. 2.Paralipo.36.Suscitauit dominus spiritum cyri regis per sarum.ps.34.Exsurge intende in iudicio meo.ps. 77. & non accendit omnem iram suam.pro quo hebrei legunt. & non facit suscitare vel non facit exsurgere omnem iram suam.Esa.41.Suscitaui ab aquilone.vnde in aliquibus lo- cis vbi in hebreo habetur עיר Iir.quod significat ciuitatẽ: vt infra dicetur:aliqui hebrei legunt.suscitare vel exsurge- re.ps.72.Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad ni- hilum rediges.pro quo ipsi legunt.Dominus in excitãdo vel in consurgendo imaginem ipsorum contemnes. vnde premittitur velut somniũ surgentis. Osee.7.Quieuit pau lulum ciuitas.pro quo hebrei legunt.quieuit paululum ex citans.Mich.6.Vox domini ad ciuitatem clamat.pro quo hebrei legunt. Vox domini ad excitandum vel ad consur- gendum clamat.Et aliquando scribitur cum duplici res.s. quando est verbum quarte coniugationis.& dr̃ עֹרֵר O- rer.ps.79.Excita potentiam tuam & veni.Iob.17.& inno cens cõtra hypocritam suscitatur. Et ĩ eodem.31.Et exulta ui cum inuenisset eum malum.pro quo hebrei legunt. Et suscitatus sum cum inuenisset eum malum.Canti. 2. Ne su scitetis neq; vigilare faciatis dilectam.Esa.10. & suscitabit super illum dominus exercituum flagellum. Significat eti am vibrare seu leuare hastam.1.Paralip.11. Ipse leuauit ha stam suam contra trecentos vulneratos. Item significat suf fodere.Esa.23.Suffoderunt muros eius. Et quandoq; du- plicatur littera aim. Esa.15.Clamorem contritionis leua- bunt.pro quo hebrei legunt.Clamorem contritionis susci tabunt. & aliquando duplicatur littera res & littera ain & dicitur עַרְעַר Aaraar.Hiere.51.Murus babylonis ille altissi mus suffossione suffodietur.Significat etiam עַרְעַר Aaraar Humilem seu vacuum.Ps.101.Respexit in orationem hu- milium.Pro quo beatus hieronymus in ps.iuxta he.ve.trã stulit.Respexit ad orationem vacui.Et aliqui hebrei secũ- dum primam significationem legunt.Respexit ad oratio- nem excitati vel excitantis.& inde עֵר Eer.idest excitans.ꝓ quo beatus hieronymus transtulit magistrum.eo quod ex citat mentem discipulorum.Malach.2.Magistrum & disci pulum de tabernaculo Iacob.& ĩde עִיר Iir.idest vigil.Dañ. 4. Vigil & sanctus de celo descẽdit.Et in plurali עִירִין Iirin Vt in eodem.In sententia vigilum decretum est. Item עוּר vr.idest nudare.seu expoliare.Esa.32.Exuite vos & confũ demini.pro quo hebrei legunt.Et nudamini.Abach.3. Su scitans suscitabis arcum tuum.pro quo hebrei legunt. Nu- datione nudabis arcum tuum.& inde מָעוֹר Maor. idest nu- ditas.Abach.2.vt aspiciat nuditatem eius.Et inde עָר Aar. siue עִיר Iir.idest hostis siue aduersarius:vel ille qui ĩsurgit contra alium.1.Regum.28.Et transierit ad emulum tuum pro quo hebrei legunt.& transierit ad hostem vel inimicũ tuum.Ps.138.Accipient in vanitate ciuitates tuas. ꝓ quo beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve. transtulit. Eleuati sunt frustra aduersarii tui.Esa.14. Nec implebunt faciem orbis ciuitatum.pro quo hebrei legunt. Nec implebunt fa ciem orbis hostium vel inimicorum.Hiere.15. nisi super

ciuitatem repente terrorem.pro quo hebrei legunt.nisi su per eam repente hostem & terrores.potest etiam legi sicut est in littera nostra.nam communiter significat ciuitatẽ:vt infra dicetur in dictione עִיר Iir.& in lingua chaldaica cõ- muniter ponitur pro hoste.Dañ. 4. Et interpretatio eius hostib9 tuis sit.Item עִוֵּר Aauar.idest cecare.excecare.Exo. 23.non accipies munera que etiã excecant prudẽtes.Deut. 16.Quia munera excecant oculos sapientum.2.Regũ.25. Et oculos eius effodit.pro quo hebrei legũt. Et oculos eze chie excecauit.& inde עִוֵּר Iiuer.idest.cecus. Exo.4.viden tem aut cecum.Leuit.21.Si cec9 si claudus.Et in plu.עִוְרִים Iiurim.2.Regũ.3.nisi abstuleris cecos & claudos. Esa.42. Et deducam cecos in viam.& in genere feminino עַוֶּרֶת A- uereth. vt Leuit.22.Si cecum fuerit si claudum. & in plura- li feminino עִוְרוֹת Iiudroth.Esa.42. vt aperiret oculos ce corum.Quod in hebreo legitur in genere feminino. & in de עִוָּרוֹן Iiuaron.idest cecitas.Deut.28.Percutiat te domi- nus amentia & cecitate.Zach.12.Et omnem equum popu lorum percutiam cecitatẽ.Item עוֹר Oor.idest pellis.cutis. Geñ.3.Fecit quoq; dominus ade & vxori eius tunicas pel liceas.pro quo hebrei legunt.Tunicas pellis.idest pelliceas Leuit.4.Pellem vero & omnes carnes.Iob.2.Pellem pro pelle & cuncta que habet homo dabit pro anima sua. Et in eodem.7.Cutis mea aruit & contracta est.Et in plu. עֹרוֹת Ooroth.Geñ.27.Pelliculasq; hedorũ circundedit manib9 Exo.26.fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietũ Reperitur etiam in genere masculino.Threñ. 1. Pelles no stre quasi clibanus exustẽ sunt.Item עוּר vur.in lingua chal daica significat fauillã seu paleas minutissimas. Dañ. 2.& redacta sunt quasi in fauillam stiue aree.

עוּשׁ Vus.Congregare.cõuenire. Beatus hieronymus trã stulit.erumpere.Ioel.3.Erumpite & venite.pro q̃ he. se.Congregamini & venite.& inde עָשׁ Aas.idest quedã col lectio seu congregatio vel constellatio stellarum. pro quo beatus hieronymus transtulit arcturum.Iob. 9. Qui facit arcturum & oriona.& aliqui hebrei dicunt. ꝙ significat cõ gregationem stellarum circa caudam arietis. Scribitur eti am cum iod in medio & dicitur עַיִשׁ ais.pro quo beatus hie ronymus transtulit vesperum.Iob.28.Et vesperum super fines terre consurgere facis.Põitur etiam עָשׁ Aas pro tinea Iob.4.Consumẽtur velut a tinea.

עוּת Aauath.iniq; agere.peccare. puertere. curuare. obli- quũ esse.tempus constituere.Ester.1.non solũ rẽgẽ le sit vasthi sed & omnes principes. pro quo hebrei legunt. non contra regem solum iniq; egit seu peccauit vasthi re- gina.Ps.118.Confundantur superbi quia iniuste iniquita- tem fecerunt in me Eccl's.7.Quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.pro quo hebrei legunt. Quis potest corrigere vel rectificare quod ille curuauit: vel obliquare fecit aut peruertit.& in eodem.12. Et nutabunt viri fortis simi.idest curuabuntur vel obliquabunt.Threñ.3.vt peruer teret hominem in iudicio suo.& inde מְעֻוָּת meuuath. idest iniquum seu peruersum vel curuum.Eccl's.1.peruersi diffi cile corriguntur. Pro quo hebrei legunt. Iniquum seu per uersum vel curuum non potest corrigi vel non potest recti ficari.idest difficile corrigitur vel rectificatur.& inde עַוָּתָה A uath.idest iniquitas.Threñ.3. vidisti domine iniquitatem illorum aduersum me.Et inde נַעֲוַת naauath. idest iniqua seu peruersa.1.Regum.2.filius mulieris vltro virum rapiẽ tis.Pro quo hebrei legunt.filius mulieris inique vel per- uerse & rebellis. Item עוּת vuth.idest tempus cõstituere:vel tempus cõgruum eligere ad aliquid agendum: vel vt mul to tempore duret.pro quo btũs hieronymus transtulit su-

stentare. Esa.50. Dominus dedit mihi linguam eruditam vt sciam sustentare eum qui lassus est verbo. Pro quo he- brei legunt. Vt sciam tempus constituere lasso:verbo. idest vt sciam quo tempore erudire debeam lassum verbo.Et in de עֵת Eth.1.Tempus siue hora.Geñ.24. Eo tempore quo solent mulieres egredi.Et in eodem.29. Nec est tempus vt recludantur ad caulas greges. Leuit.26. Dabo vobis plu- uias in tempore suo. Ios.5. Eo tempore ait dominus ad io- sue.4.Reg.4. In hac eadem hora. Ruth.2.Quando hora vescendi fuerit. ps.118.Tempus faciendi domine. Eccl's.3. Omnia tempus habẽt. Et in eodem. Tempus nascendi & tempus moriendi. Et in eodem.7. Ne moriaris in tempo- re non tuo.Et in eodem.8.Tempus & responsionem cor sa pientis intelligit.& in eodem.9.Nescit homo finem suum. Pro quo hebrei legunt. Nescit homo tempus suum.i.tem- pus determinatũ vite sue.Esa.14. Prope est vt veniat tem- pus eius.Ezech.7.Venit tẽpus appropinquauit dies.Et in plurali עִתִּים Iithim.1.Paralipo.12. De filiis quoq; isachar qui nouerãt singula tempora.& in eodem.29. Et temporũ que transierant sub eo. Nee.13. In temporibus constitutis & in primitiis.Ester.1.Interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderant.Pro quo hebrei legunt.Interroga uit sapiẽtes scientes horas vel tempora.Iob.24.Ab omni- potente non sunt abscondita tempora. Esa.33. Et erit fides in temporibus suis.Ezech.12.Et in tempora lõga iste pro- phetat.Reperitur etiam עִתּוֹת Iithoth. secundum termina- tionem femininorum. ps.9. Adiutor in opportunitatibus in tribulatiõe.& in eodem. Despicis in opportunitatib9 in tribulatione. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iux ta he.ve.transtulit. Despicis in temporibus angustie.ps.30. In manu tua sortes mee.Pro quo beatus hieronymus tran- stulit. In manu tua tẽpora mea.Et inde עִתִּי Iithi. Pro quo beatus hieronymus transtulit paratum. Leuit.16. Emittet illum per hominẽ paratum in deserto.i.per hominẽ assue- tum qui multis temporibus abiit in illum desertũ: sicut ex- ponunt hebrei.Et inde עַתָּה Aatha.aduerbium temporis.i. nunc.modo.Geñ.3.Nunc ergo ne forte mittat manũ suam Et in eodem.22.Nunc cognoui ꝙ timeas dominum. Et in eodem. 29. Nunc quoq; copulabitur mihi maritus meus. Nu.24. Videbo eum sed non modo.3.Reg.1. Ecce nunc Adonias regnat.ps.12. Nunc exurgam dicit dñs. Esa.29. Non modo confundetur iacob. Dañ.10. Nihil enim in me remansit viriũ.Pro quo hebrei legunt. Et ego a modo non remansit in me virtus

עֵז Eez.capra. Et est promiscui generis. quia accipitur tam pro masculo ꝗ̃ pro femina. Geñ.15. Sume inquit mihi vaccam trienẽ & capram trinã. Leuit.3. Si capra fuerit eius oblatio.Et ĩ purali עִזִּים Iizim. Geñ.30. Et separauit in die illa capras & oues. & in eodem. 32. Capras ducentas hir- cos viginti.Exo.26. Facies & saga cilicina.idest saga de pil lis caprarum.1. Reg.25. Ouium tria millia & mille capre. Et inde עֲזָאזֵל Aazazel.Pro quo beatus hieronymus tran- stulit caprum emissarium.vt Leuit.16.Et alterã capro emis sario.Et est dictio cõposita ab עֵז Eez.i.caper. & אָזַל Aazal idest abiit. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ est nomen deserti ad quod caper emittebatur & ꝙ ab eo nomen acceperit. Alii vero dicunt ꝙ deriuatur a dictione sequenti:& ꝙ significat desertum asperum atq; saxosum.

עָזַז Aazaz. fortificare. roborare. confortare. preualere. impudentẽ seu procacissimũ esse.Et cõmuniter scribi tur cum simplici zaim. Iudi. 6. Et oppressi sunt valde ab eis. Pro quo hebrei legunt. Et fortificata est siue inualuit manus Madian contra israel. Et beatus hieronymus tran- stulit sensum. ps.51. Et preualuit in vanitate sua. ps. 67. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Eccl's. 7. Sapientia confortauit sapientem. Esa.30. Expectantes au- xilium in fortitudine pharaonis. Pro quo hebrei legũt. Ad fortificandum se in fortitudine pharaonis. Significat etiam librare.Prouer.8. Et librabat fontes aquarũ. Sed etiã in pre dicto loco hebrei legũt. Et fortificabat fontes abyssi. Et in- de עַז Aaz.i.fortis. Esa.19. Et rex fortis dñabitur eorũ. Et ĩ plurali עַזִּים Aazim.ps.58. Irruerunt in me fortes. Et inde עִזּוּז Iizuz. idest fortis seu fortitudo. aut virtus.ps.23. Do- minus fortis & potens.ps.77. Et virtutes eius & mirabilia eius que fecit. ps.134. Et virtutem terribilium tuorum di- cent. Esa.42. Effudit super eum indignationem furoris sui & forte bellum. Et communiter scribitur cum simplici zain & dr̃ עֹז Oz. siue עוּז Vuz:vt Exo.15.Fortitudo mea & laus mea dñs. ps.21. Dñs in virtute tua letabitur rex. ps. 27.Dominus adiutor meus & protector meus. Pro quo bea tus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Domi- nus fortitudo mea & scutum meum. Et in eodem. Domi- nus fortitudo plebis sue. ps.28. Dominus virtutem popu- lo suo dabit. ps. 115. Laudate eum in firmamento virtutis eius. Ponitur etiam pro imperio. Geñ. 49. Maior ĩ donis & maior in imperio.1. Reg.2. Et dabit imperium regi suo. Scribitur etiam cum mẽ in principio & dicitur מָעוֹז Maoz Esa.17. Et erunt ciuitates fortitudinis eius derelicte.Et in eodem.23.Quia deuastata est fortitudo vestra.& in eodem 30.Et erit vobis fortitudo pharaonis in confusionẽ.Hiere. 16.Dominus fortitudo mea & robur meum. Scribitur etiã cum nun post litteram zain. Esa.23. Vt contererat fortes eius.Ponitur etiam מָעוֹז Maaoz pro petra. Iudi. 6. Tolle carnes & azymos panes & pone supra petram illam. Et in- de dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur עֲזָאזֵל Aazazel. & ꝙ significat desertum:asperum atq; saxosum. De quo dictum est in dictione ꝓcedenti. Item עַז Aaz.idest impudens:seu procacissimus.Deut.28.Gentem procacissimam.Scribitur etiam cum nun in principio & dicitur נוֹעָז Noaz.Esa.33. Populum imprudentem non videbis.debet legi impuden tẽ.Prouer.7.Et procaci vultu blanditur dicens. Inde עָזְנִיָּה Oznia.nomen auis imunde. Pro quo beatus hieronymus transtulit.Halietũ.Leuit.11.Gryphum & halietum.

עָזַב Aazab.relinquere.derelinquere. dimittere.adiuuare. subleuare.fortificare.Geñ.2.Quam ob rem relinquet homo patrem suum & matrem. & in eodem.28. Nec dimit tam te nisi compleuero vniuersa que dixi.Exo.9.Et dimi- sit seruos suos & iumenta in agris. Nume.10. Noli inquit nos relinquere. Ruth. 2. Quod reliqueris parentes tuos. 4.Reg.2. Viuit dominus & viuit anima tua quia non de- relinquam te.& in eo.9. A die qua relinquit terram. Nee. 4.Nũ dimittent eos gentes.& in eodem.13. Quare dereli- quimus domum dei. Iob.10. Dimittam aduersum me elo- quium meum:& in eodem.18.Nunquid propter te derelin quetur terra.ps.9.Tibi derelictus est pauper.ps.21.Quare me dereliquisti.ps.36.Et non vidi iustum derelictum. Esa. 6.& multiplicabitur que derelicta fuerat. & in eodem.7. Derelinquetur terra quam tu detestaris. & in eodem.17. Derelicte ciuitates Aroer:gregibus erunt.Et in eodem.32 Multitudo vrbis relicta est. & in eodem.62. Non voca- beris vltra derelicta. Significat etiam adiuuare vel subleua- re.Exo.23. non pertransibis:sed subleuabis eum eo.Pro quo hebrei legunt.& desieris adiuuare eum:adiuuando ad iuuabis cum eo:vel subleuando subleuabis cum eo. vel se- cundum primam significationem potest legi sic. Dimit- tens dimittes cum eo.idest dimittes odium quod habebas

in corde tuo cum eo. Et ſic eſt in tranſlatione chaldaica. Significat etiam ſecundum hebreos fortificare vel roborare. Nee.3. Et dimiſerunt ieruſalem vſqꝫ ad murum platee latioris. idest extenderunt murum eius. vt exponit Nicolaus de lyra. Pro quo hebrei legunt. Et fortificauerunt. ideſt munierunt ieruſalem vſqꝫ ad murum platee latioris. Hiere. 25. Dereliquit quaſi leo tabernaculum ſuum. Et in eodem. 49. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem. Pro quo hebrei legunt. Quomodo non fuit fortificata ciuitas laudabilis. Poteſt etiam legi ſic. Quomodo non fuit derelicta ciuitas laudabilis. ideſt quomodo non fuit derelicta ab obſidione. Et inde עזוב Aazub. ideſt dimiſſus vel reſiduus. Deut.32. Clauſi quoqꝫ defecerunt: reſiduiqꝫ conſumpti ſunt. Vbi pro clauſis ponitur עצור Aaſur. quod ſignificat retentum. vel ſeruatum aut clauſum. & pro reſiduis ponitur עזוב Aazub. quod ſignificat dimiſſum vel derelictum. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ per עצור Aaſur intelligitur ſubſtantia argenti & auri quam homo retinet & claudit apud ſe. Et per עזוב Aazub intelligitur ſubſtantia pecoris & armenti. Et eadem verba habentur. 4. Reg. 14. Vbi dicitur & ꝙ conſumpti eſſent vſqꝫ ad clauſos carceris & extremos. Vbi pro clauſis carceris ponitur עצור Aaſur. & pro extremis ponitur עזוב Aazub. & inde עזבון Iizebon. ideſt mercatus ſiue nundine. Ezech. 27. Propoſuerūt in mercato tuo. & in eodem. Argento: ferro: ſtanno: plūbo: ꝙ repleuerunt nundinas tuas.

(Fortificaſ. — עזוב Reſiduus. — Extremus עזבון — Mercatus Nundine.)

עזק Aazac. ſepire. Eſa. 5. Et ſepiuit eam & lapides collegit ex ea. Et ſolum inuenitur in predicto loco. Item עזקא Iizca. ſiue עזקתא Iizchetha. in lingua chaldaica ſignificat annulum. Dan̄. 6. Quē obſignauit rex annulo ſuo & annulo optimatum eius.

(עזק Sepire. עזקא עזקתא Annulus.)

עזר Aazar. auxiliari. adiuuare. auxilium prebere. Gen̄. 49. Deus patris tui erit adiutor tuus. ideſt auxiliabitur tibi. 1. Reg. 7. Huc vſqꝫ auxiliatus ē nobis dominus. 3. Reg. 1. Qui adiuuabant partes adonie. 2. Paralipo. 26. Adiuuit eū dominus contra philiſtiim. Et in eodem. Vt adiuuarent regi contra inimicum. Et in eodem. Eo quod auxiliaretur ei dominus. Pro quo heberi legunt. Quia mirabiliter adiutus eſt. Et in eodem. 28. Dii regum ſyrie auxiliātur eis. Et in eodem. Et aderunt mihi. ideſt auxiliabuntur mihi. p̄s. 27. In ipſo ſperauit cor meum & adiutus ſum. Ps. 45. Adiuuabit eam deus mane diluculo. Eſa. 41. Vnuſquiſqꝫ priximo ſuo auxiliabitur. Et in eodem. Confortaui te & auxiliatus ſum tibi. Et in eodem. 50. Dominus deus auxiliator meus erit; ideſt auxiliabitur mihi. Dan̄. 11. Cum ꝙ corruerint ſubleuabuntur auxilio paruo. ideſt adiuuabuntur. Et inde עוזר Oozer. ideſt auxiliator ſiue adiutor. Eſa. 31. Et corruet auxiliator. Et inde עזור Aazur. ideſt adiutus ſiue ille cui preſtatur auxilium. Eſa. 31. Et cadet cui preſtatur auxilium. Et inde עזר Eezer. ideſt adiutorium ſiue auxilium. Gen̄. 2. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Deut. 33. Et adiutor illius contra aduerſarios eius erit. Pro quo hebrei legunt. Et adiutorium eius. p̄s. 123. Adiutorium noſtrum in nomine domini. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עזרה Eezra. p̄s. 45. Adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Auxilium in tribulationibus inuentus eſt validum. Iob. 6. Ecce non eſt auxilium mihi in me. Et inde עזרה Aazara. ideſt atrium templi in quo implorabant auxilium diuinum. Sicut exponunt hebrei. Beatus hieronymus tranſtulit crepidinem. Ezech. 43. Et deſinu terre vſqꝫ ad crepidinē nouiſſimā. Et in eodem. Et a crepidine minori vſqꝫ ad crepidinē maiorē. & in eodem. Et crepido quattuordecim cubitorum erat.

(עזר Auxiliari. Adiuuare. — עוזר auxiliator. עזור עזר Adiutoriū — עזרה auxilium. — עזרה Crepido.)

עט Eet. ſtilus. calamus. Iob. 19. Stilo ferreo & plumbi lamina. Ps. 44. Lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis.

(עט Stilus. Calamus.)

עטה Aata. inuoluere. induere. operire. contexere. amicire. diuertere. vagari. Leuit. 13. Os veſte contectum. Pro quo hebrei legunt. Et ſuper labia inuoluat vel cooperiat: Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Ps. 85. Etenim benedictionem dabit legis lator. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Benedictione quoqꝫ amicietur doctor. p̄s. 103. Amictus lumine ſicut veſtimento. p̄s. 108. Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur. Et in eodem. Et operiantur ſicut diploide confuſione ſua. Eſa. 22. Et quaſi amictum ſubleuabit te. Pro quo hebrei legunt. Et amiciēs amiciet te. ſiue inuoluens inuoluet te. Hiere. 43. Et amicietur terra egypti: ſicut amicitur paſtor pallio ſuo. Ezech. 21. Amicti ad cedem. Et inde מעטה Maate. ideſt pallium ſiue amictum. Eſa. 61. Pallium laudis pro ſpiritu meroris. Significat etiam predicta dictio diuertere ſeu vagari. 1. Reg. 15. Sed verſus ad predam es. ideſt diuertiſti ad predam. Canti. 1. Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Et aliqui hebrei ſecundum primam ſignificationem legunt. Ne ſim ſicut inuoluta vel cooperta poſt greges vel ſuper greges ſodalium tuorum. Et Origenes ſuper cantica legit ſic. Ne quando fiam ſicut coopertus ſuper greges ſodalium tuorum. Ponitur etiam pro auerſari. 1. Reg. 25. Et auerſatus eſt eos. & aliqui hebrei dicunt ꝙ deriuatur a dictione עיט Aait. de quo infra dicetur in ſuo loco.

(עטה Inuoluere. amicire. Operire — מעטה Pallium. — Diuertere Vagari. — auerſari. עיט)

עטלף Aataleph. veſpertilio. Leuit. 11. Veſpertilionem & vpupam. Et in plurali עטלפים Aatalephim. Eſa. 2. Vt adoret talpas & veſpertiliones.

(עטלף veſpertilio עטלפים veſpertiliões)

עטן Aatin. viſcera. ſecundum tranſlationem noſtrām. Iob 21. Viſcera eius plena ſunt adipe. Hebrei tamen dicunt ꝙ ſignificat vas in quo lac mulgent. Et pro adipe hebrei legunt lacte: nam eiſdem litteris vtrunqꝫ ſcribitur in hebreo.

(עטן Viſcera.)

עטף Aataph. deficere. anxiari. meſtum eſſe: cooperire. inuoluere ſeu occultare. ſerotinum ſeu poſteriorē eſſe. p̄s. 60. Anima eorum in ipſis defecit. p̄s. 141. In deficiendo ex me ſpiritum meum. p̄s. 142. Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meꝰ. Et in titulo. p̄s. 101. Vbi dicitur oratio pauperis cum anxiaretur. Thren̄. 2. Cum deficeret paruulus & lactens. Et in eodem. Cum deficerēt quaſi vulnerati. Et in eodem. Qui fame pereunt in capite omnium compitorum ideſt qui fame deficiunt. Significat etiam cooperire vel inuoluere. vt Iob. 23. Si me vertam ad dexteram non videbo illum. Pro quo he. le. Inuoluetur ſiue coopietur ad dexterā & nō videbo. quaſi dicat. ſi in p̄te dextera. i. in p̄te meridionali coopuerit vel occultauerit ſe non videbo eum. p̄s. 72. Operti ſunt iniquitate & impietate ſua. p̄s. 64. Et valles abundabunt frumento. Pro quo hebrei legunt. Operientur frumēto. Eſa. 57. Quia ſpiritus a facie mea egredietur. Pro quo hebrei le. quia ſpiritus a facie mea inuoluetur vel cooperietur. Alii vero ſecundum primam ſignificationem legunt. Quia ſpiritus a facie mea anxiatur. ideſt orat cum anxia & gemitu. Inde מעטפות Moatiphoth. ideſt palliola. Eſa. 3. Mutatoria & palliola & linteamina. Item עטף Aataph. ideſt ſerotinū ſeu poſteriorem eſſe. Gen̄. 30. Quādo vero ſerotina admiſſura erat & conceptus extremus non ponebat eas. & in eodem factaqꝫ ſunt ea que erant ſerotina laban: & que primi temporis iacob.

(עטף Deficere. anxiari. — Inuoluere. — Operire. — Egredi. — מעטפות Palliola. עטף Serotinū eſſe)

עטר Iiter. coronare. circuire. ſ. in modū corone. 1. Reg. 23. In modum corone cingebant Dauid & viros eius. p̄s. 5. vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti eum. p̄s. 8. Gloria & honore coronaſti eum. p̄s. 64. Benedices corone anni benignitatis tue. Pro quo hebrei legunt. Coronaſti annum bonitate tua. Beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Voluetur annus in bonitate tua. p̄s. 102. Qui coronat te miſericordia & miſerationibus. Cāti. 3. In diademate quo coronauit eum mater ſua. Et inde עטרה Aatara. ideſt corona ſeu diadema. vt in p̄dicto loco. & Ps. 21. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Prouer. 4. Corona inclyta proteget te. Eſa. 28. Pedibus conculcabitur corona ſuperbie. Ezech. 1. Aufer cidarim: tolle coronam. Et in plurali עטרות Aataroth. Zach. 6. Et facies coronas & pones in capite ieſu. Et inde מעטרה Maatira. ideſt coronata. Eſa. 23. Quis cogitabit hoc ſuper tyrum quōdam coronatam.

(עטר Cingere i modū corone. Coronare. — עטרה Corona. — עטרות Corone. מעטרה)

עטש Aatas. ſternutare. Iob. 41. Sternutatio eius ſplendor ignis. & ſolum inuenitur in predicto loco.

(עטש Sternutaſ)

עי Ii. aceruus. ſ. lapidum. de quo vide infra in dictione עיה Aaia.

(עי Aceruus.)

עיב Aaiab. obnubilare. obtenebrare. caligine obtegere. Thren̄. 2. Quomodo obtexit caligine. Et inde עב Aab ideſt nubes. caligo. 3. Reg. 18. Et ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. Prouer. 6. Quaſi imber ſerotinus. ideſt ſicut nubes ſerotini imbris. Eſa. 14. Aſcēdam ſuper altitudinem nubium. Quod in hebreo legitur ſingulariter. ſcilicet ſuper altitudinem nubis. Et in eodem. 18. Sicut nubes roris in die meſſis. Et in eodem. 19. Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem. Ponitur etiam pro caligine. Exo. 19. Iam nuc veniam ad te in caligine nubis. Et in plurali עבים Aabim. Iudi. 5. Celiqꝫ ac nubes ſtillauerūt aquis. Reperitur etiam עבות Aaboth. ſecundum terminationem femininorum. 2. Reg. 23. Mane abſqꝫ nubibus rutilat. p̄s. 76. Multitudo ſonitus aquarū. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Excuſſerunt aquas nubila. Significat etiam loca ardua & inacceſſibilia ad ſimilitudinem nubium. Hiere. 4. Ingreſſi ſunt ardua aſcenderunt rupes.

(עיב Obtegere caligine. עב Nubes. — Caligo עבים Nubes עבות Nubes Nubila — Ardua.)

עיה Aaia. aceruus. ſ. lapidum. ſiue deuaſtatio. Et ſcribitur ſine he. & dicitur עי Ii. Michee. 1. Et ponam ieruſalem quaſi aceruum lapidum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מעי Mei. vt Eſa. 29. Et erit ſicut a cerbus lapidum in ruina. Ponitur etiam עי Ii. pro deuaſtatione. vel conſumptione. Iob. 30. Verūtamen non ad conſumptionem eorum emittit manum. Et in plurali עיים Iim. p̄s. 78. Poſuerunt ieruſalem in pomorum cuſtodiam. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Poſuerunt ieruſalem in aceruos lapidum. Mich. 3. Et ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſ. quaſi aceruі lapidum.

(עיה עי Aceruus. מעי עי cōſumptio עיים — aceruſ.)

עיז Aaiaz. congregare. confugere. Exo. 9. Mitte ergo iā nunc & congrega iumenta tua. Significat etiam confugere: ſecundum hebreos. Eſa. 10. Migrauit medemena: habitores gabim confortamini. Pro quo hebrei legunt. Habitatores gabim confugite. Poteſt etiam legi congregamini: ſcilicet in arcem vel munitionem. Hiere. 4. Confortamini nolite ſtare. Pro quo hebrei legūt. Congregamini vel confugite. ſcilicet in arcem vel in munitionem. Et in eodem. 6. Confortamini filii Beniamin in medio ieruſalem. Pro quo hebrei legunt. Confugite filii Beniamin de medio ieruſalem. Poteſt etiam deriuari a dictione עזז Aazaz que ſignificat confortare. vt ſupra dictum eſt.

(עיז Cōgregare — confugere)

עיט Aait. auis. volucris. & ſolum inuenitur in numero ſingulari. Et ponitur aliquando ſingulare pro plurali. Gen̄. 15. Deſcenderunt volucres ſuper cadauera. Eſa. 18. Et relinquentur ſimul auibus montium. Et in eodem. Et eſtate perpetua erunt ſuper eum volucres. Et in eodem. 46. Vocans ab oriente iuſtum. Pro quo hebrei legunt. Vocans ab oriente auem. & ſic eſt in bibliis noſtris correctis. ſ. auem. & dicitur de cyro rege perſarū: qui dictus eſt auis propter eius velocitatem. Hiere. 12. Nunquid auis diſcolor hereditas mea mihi: nunquid auis tincta per totum. Ezech. 39. Auibus omniqꝫ volatili. Et inde dicunt aliqui ꝙ deriuatur verbum עט Aat. i. abigere ad ſimilitudinem auium. 1. Reg. 25. Et auerſatus eſt eos. Pro quo ipſi legūt. & abegit eos. ſiue inuectus eſt in eos.

(עיט Volucris. Auis. — עט Abigere.)

עים Aaiam. fortitudo. Eſa. 11. In fortitudine ſpiritus ſui. & ſolum inuenitur in predicto loco.

(עים Fortitudo)

עין Aain. ſiue עין Een. oculus. aſpectus. color. fons. Exo. 21. Oculum pro oculo. Deut. 33. Habitabit iſrael confidenter & ſolus oculus iacob. Et in eodem. 34. Non caligauit oculus eius. Iob. 10. Ne oculus me videret. Prouer. 30. Oculum qui ſubſānat patrem. Eſa. 52. Oculo ad oculum videbunt. Zach. 9. Quia dominus eſt oculus hominis. Ponitur etiam pro aſpectu vel ſuperficie. Exo. 10. Que operiet ſuperficiem terre. Pro quo hebrei legunt. aſpectum vel colorem terre. Et in eodem. Operueruntqꝫ vniuerſam ſuperficiem terre. Leuit. 13. Et ſiquidem lepra vltra creuerit nec tranſierit in cute priores terminos. Pro quo hebrei legunt. Et ecce plaga in colore vel aſpectu ſuo ſteterit: nec creuerit plaga in cute. Et in eodem. Et cum viderit faciem quidem priſtinam non reuerſam. ideſt colorem vel aſpectum plage priſtinum. Nume. 11. Erat autem man quaſi ſemen coriandri coloris bdelii. Pro quo hebrei legunt. Et man quaſi ſemen coriandri albū. ſ. erat: & color eius ſicut color bdelii. Prouer. 23. Cū ſplenduerit in vitro color eius. Ezech. 1. Quaſi ſpecies electri. ideſt quaſi aſpectus electri. & in eodē. Et ſcintille quaſi aſpectus eris candentis. Et in eodē. Quaſi viſio lapidis ſapphyrini. ideſt q̄ſi aſpectus lapidis ſapphyrini. Et ī plurali עינים Eenaim. ſiue עיני Eene. Gen̄. 3. ꝙ bonum eſſet lignum ad veſcendū & pulchrum oculis. & in eodem. Hoc erit tibi velamen oculorum. Nu. 10. Et eris ductor noſter. Pro quo hebrei legunt Et eris nobis pro oculis. Sed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. Deut. 11. Et inter oculos veſtros collocate. 2. Paralipo. 16. Oculi enim domini contemplantur vniuerſam terram. Iob. 21. Videbunt oculi eius interfectionem ſuam. Ps. 33. Oculi domini ſuper iuſtos. Eſa. 3. Vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Et in eodem. 33. Regem in decore ſuo videbunt oculi tui. Ezech. 6. Et oculi eorum fornicantes. Zach. 3. Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. & eſt tam generis maſculini quam feminini vt patet in locis predictis. Et inde verbum עין Iien. ideſt intueri. aſpicere. ſiue oculos in aliquem iniicere. 1. Reg. 28. Non rectis igitur oculis ſaul aſpiciebat Dauid. Ponitur etiam עינים Eenaim pro biuio itineris. eo quod ibi viator apertis oculis aſpicit quod iter capiat. Gen̄. 38. Sedit in biuio itineris. Pro quo hebrei legūt. Sedit in porta oculorum ſiue in apertura oculorum. Et in eodem. Vbi eſt meretrix que ſedebat in biuio. vbi pro biuio ponitur עינים Eenaim. Item עין Aain. ſiue עין Een. ideſt fons. Gen̄. 14. Et vene

(עין עין Oculus — aſpectus Supficies — Facies — Color — Species — Viſio עינים עיני oculi — עין aſpicere עינים — Biuium — עין עין)

runt vsq; ad fontem mesphat. Et in eodem. 24. Ecce ego sto prope fontem aque. Iudi. 15. Fōs inuocatis de maxilla. Et in plurali עֵינוֹת Eenoth. Exo. 16. Duodecim fōtes aquarum & septuaginta palme. Deut. 8. Terra riuorum & fontium. Prouer. 8. Et librabat fontes aquarum. Scribitur etiā cum mem in principio & dicitur מַעְיָן Maiian. Leuit. 11. Fōtes vero & cisterne. Quod in hebreo legitur singulariter. s. fontem & cisternam. p̄s. 113. Et rupem in fontem aquarum. Prouer. 25. Fons turbatus pede. Canti. 4. Hortus conclusus fons signatus. & in eodem. Fons hortorū puteus aquarum viuentiū. Et in plurali מַעְיָנוֹת Maianoth. Gen̄. 7. Rupti q; sunt omnes fontes abyssi magne. Prouer. 8. Nec dum fontes aquarum eruperant. Reperitur etiam מַעְיָנִים Maianim secundum terminationem pluralem masculinorum. p̄s. 103. Qui emittis fontes in cōuallibus. p̄s. 86. Sicut letantium omnium nostrum habitatio est in te. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Et cantores quasi in choris omnes fontes mei in te. Potest etiam legi secundum primam significationem sic. Omnes intuitus mei in te. i. in te solum respiciunt oculi mētis mee. vel sic omnia viscera mea in te. Nam in lingua chaldaica significat viscera. Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris.

עָיֵף Aaiaph. deficere. lassum esse. Esa. 40. Nō deficiet nec laborabit. & in eodem. Et deficient pueri & laborabūt. Hiere. 4. Quia defecit anima mea propter interfectos. Et inde עָיֵף Aaieph. idest lassus seu deficiens. Deut. 25. Quando tu eras fame & labore confectus. Pro quo hebrei legunt Et tu eras lassus & laborans. Esa. 5. Non est deficiens nec laborans, & in eodem. 28. Hec est requies: reficite lassum. Vide etiam de hoc supra in dictione יָעֵף Iaaph. & in dictione עוּף Vuph.

עִיק Aaiac. stridere. Amos. 2. Ecce ego stridebo subter vos sicut stridet plaustrum. Hebrei tamen dicunt q̄ significat arctare. siue coangustiare. Et inde עָקָה Aaca. i. angustia vl' tribulatio. Ps. 54. A voce inimici & a tribulatiōe peccatoris. Scribitur etiam cū mē in principio & dicitur מוּעָקָה Muaca. Ps. 65. Posuisti tribulationem in dorso nostro.

עִיר Iir. ciuitas. vrbs. oppidum. pullus. s. asini. Gen̄. 4. Et edificauit ciuitatem. & in eodem. 11. Faciamus nobis ciuitatem & turrem. Et in eodem. 33. Transiuitq; in salem vrbem sichimorum. Deut. 2. Oppidum quod in valle situm est. Et in plurali cōmuniter scribitur sine iod in medio & dicitur עָרִים Aarim. Gen̄. 41. Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus recondita est. Exo. 1. Edificauerunt vrbes tabernaculorū pharaoni. Nume. 13. Vrbes quales murate an absq; muro. Deut. 3. Absq; oppidis innumeris que non habebant murum. & in eodem. 4. Tunc separauit moyses tres ciuitates. & quandoq; retinet iod in plurali & dicitur עֲיָרִים Aaiarim. Iudi. 10. Principes triginta ciuitatum. Pro quo hebrei legunt. Et triginta ciuitates eis. s. erant. Ponitur etiam עָרִים Aarim. pro hostibus vel inimicis. 1. Reg. 28. Et transierit ad emulū tuum. i. ad hostem vel inimicum tuum. Mich. 5. Et conteram ciuitates tuas. Pro quo hebrei legunt. Et cōteram hostes tuos. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione עוּר Vur. Item עִיר Iir. siue עַיִר Aair. idest pullus. s. asini. Gen̄. 49. Ligans ad vineam pullum suum. Iob. 11. Pullum onagri se liberum natum putat. Zach. 9. Et super pullum filium asine, Et in plurali עֲיָרִים Aaiarim. Iudi. 10. Habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & in hebreo in predicto loco non habetur asinarum: sed sic. Sedentes super triginta pullos. Et dicunt aliqui hebrei q̄ intelligitur de pullis equorum. Item עִיר Iir. i. vigil. De quo vide supra in dictione עוּר Vur.

עַיִשׁ Aais. sidus. siue constelatio stellarū. Pro quo beatus hieronymus trāstulit vesperum. Iob. 38. Et vesperū super fines terre consurgere facis. vide etiam de hoc supra in dictione עוּשׁ Vus.

עַכְבָּר Aachbar. mus. Leuit. 11. Mustela & mus. 1. Reg. 6. & quinq; mures aureos.

עַכָּבִישׁ Aacabis. aranea. Iob. 8. Aranearum tela fiducia eius. Esa. 59. Telas aranee texuerunt.

עֶכֶס Eeches. monile: seu calciamentum. i. ornatum. Esa. 3. Auferet dominus ornamentum calciamentorum. Et Et inde verbum עָכַס Aachas: quod significat cum tali calciamento in pedibus incedere. vel composito gradu incedere. Vt in eodem. & pedibus suis composito gradu incedebant. Ponitur etiam עֶכֶס Eeches pro compede: secundum hebreos. Prouer. 7. Et quasi agnus lasciuiens & ignorans & nescit q̄ ad vincula stultus trahatur. Pro quo hebrei legunt, Et sicut compes ad correctionem stulti: seu ad vinculum stulti.

עָכַר Aachar. turbare. conturbare. Gen̄. 34. Turbastis me. Ios. 7. Quia turbasti nos exturbet te dominus in hac die. Iudi. 11. Et ipsa decepta est. Pro quo hebrei legunt. Et tu fuisti in conturbantibus me, 1. Reg. 14. Turbauit pater meus terrā. 1. Paralipo. 2. Qui turbauit israel. p̄s. 38. Et dolor me⁹ renouatus est. Pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he. ve. trāstulit. Et dolor meus cōturbatus est. Prouer. 15. Et in fructibus impiorum conturbatio.

עַכְשׁוּב Aachsub. aspis. serpentis genus. p̄s. 139. Venenum aspidum sub labiis eorum. Quod in hebreo legitur singulariter. s. Venenum aspidis sub labiis eorum.

עַל Aal. super. supra. in. ad. apud. prope. iuxta. pro. propter aduersus. aduersum. contra. De quo vide infra in dictione עָלָה aala. quia inde deriuatur.

עֹל ool. iugum. De quo vide in dictione sequenti.

עָלַל Aalal. operari. facere. vindemiare. deuastare. deprędari. spoliare. illudere. abuti. operire siue inuoluere. Exo. 9. Quotiens contriuerim egyptios. Pro quo hebrei legunt. Quid fecerim vel quid operatus sim in egypto. Thren̄. 1. quoniam vindemiauit me. Pro quo hebrei legunt. quem fecit mihi siue quem operatus est mihi. Et i eodē. Et vindemia eos sicut vindemiasti me. Pro quo hebrei legunt. Et fac eis sicut fecisti mihi. idest destrue eos sicut destruxisti me. Potest etiam significare vindemiare sicut est in littera nostra. vt infra dicetur. & inde עֲלִילָה aalila. idest actus. opus. studium. adinuentio. cogitatio. consiliū. p̄s. 65. Terribilis in consiliis super filios hominum. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Terribile consilium super filios adam. idest opera eius sunt terribilia. Hiere. 32. Magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu. vbi ponitur pro cogitatu. Et inde עִילָה Iila. Quod in lingua chaldaica significat occasionem. Dan̄. 6. Et querebant occasionem ex latere regis. Et in eodem. Nullamq; causam & suspitionem reperire potuerunt. idest nullam occasionem. Et in plurali עֲלִילוֹת aalilloth. 1. Paralip. 16. Notas facite in populis adinuentiones eius. i. opera eius. p̄s. 104. annunciate inter gentes studia eius. idest opera eius. Ezech. 20. Nec secūdum scelera vestra pessima. Pro quo hebrei legunt. secundum opera vr̄a corrupta. significat et עֲלִילוֹת aalilloth excusationes. scilicet falsas. siue occasiōes verborū. p̄s. 140. ad excusandum excusationes in peccatis. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Sed Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Voluere cogitationes impias. idest cogitare cogitationes impias. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲלָלֵי Maalele. idest opera seu adinuentiones: vel cogitationes. aut studia. Ps. 27. Et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum. Ps. 76. Memor fui operum domini. Hiere. 25. Et a pessimis cogitationibus vestris. & in eodē. 26. Bonas facite vias vestras & studia vestra. Significat etiam predicta dictio עָלַל Aalal. vindemiare. seu reliquias ex vindemia remanentes colligere. Deut. 24. Non colliges remanentes racemos: sed cedent in vsus aduene populi ac. vidue. Hiere. 6. Vsq; ad racemum colligēt quasi in vinea reliquias israel. Pro quo hebrei legunt. Vindemiando vindemiabūt vel colligendo colligēt quasi in vinea reliquias israel. Thren̄. 1. Qm̄ vīdemiauit me. Et ide עוֹלֵלוֹת Ooleloth. i. racemi remanentes post vindemiam. Iudi. 8. Nonne melior est racemus ephraim vindemiis abiezer. Esa. 17. Et relinquetur in eo sicut racemus. & in eodem. 24. Et racemi: cum fuerit finita vindemia. Hiere. 49. Si vindemiatores venissent super te nonne reliquissent racemos. Mich. 7. Velut qui colligit in autūno racemos vindemie. Item עָלַל Aalal. idest spoliare. dep̄dari. deuastare. seu occidere. Iudi. 20. In illa quoq; fuga palantes & in diuersa tendentes occiderunt quinq; millia viros. Pro quo hebrei legunt. Et occiderunt eos siue deuastauerunt in viis vel in itineribus quinq; millia viros. Esa. 3. Populum meum exactores sui spoliauerunt eum. Thren̄. 3. Oculus meus depredatus est animā meam. Significat etiam illudere. Nume. 22. Quia illusisti mihi. 1. Reg. 31. Et interficient me illudentes mihi. Hiere. 38. Ne forte tradar in manus eorum & illudant me. Significat etiam abuti. Iudi. 19. Qua, cum tota nocte abusi essent. Itē significat operire vel inuoluere. Iob. 16. Et operui cinere carnem meam. Pro quo hebrei legunt. Et inuolui siue operui cinere cornu meum. Et accipitur cornu pro fortitudine vel imperio. Item עוֹלֵל Oolel. idest paruulus infans. Hiere. 6. Effunde super paruulum foris. Thren̄. 2. Cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. Et in plurali עוֹלְלִים Oolelim. Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Thren̄. 4. Paruuli petierūt panem. vide etiam de hoc supra in dictione עוּל Vul. scribitur etiā cum thau in principio & dicitur תַּעֲלוּלִים Thaalulim. Esa. 3. Et effeminati dominabuntur eis. Pro quo hebrei legunt. Et infantes seu paruuli dominabuntur eis. Potest etiā significare abutentes. vt dictum est supra. Ponitur etiam תַּעֲלוּלִים Thaalulim pro illusionibus. Esa. 66. Et ego eligam illusiones eorum. Item עֲלִיל Aalil. idest probatū secundum translationem nostram. p̄s. 11. Argentum igne examinatum probatum terre. Hebrei tamen dicunt q̄ significat vas paruū fictile in quo argentum vel aurum purgatur seu purificatur. De quo vide supra in dictione בַּעַל Baal. quia secundum aliquos hebreos illud beth quod preponitur predicte dictioni non est prepositio sed est de substantia dictionis. Item עֹל Ol. i. iugum. Gen̄. 27. Tempusq; veniet cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Nume. 19. Nec portauerit iugum. Deut. 28. Et ponet iugū ferreum super ceruicem tuam. 1. Reg. 6. quibus non est impositum iugum. 3. Reg. 12. Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis.

עִלֵּג Iileg. balbus. Esa. 32. Et lingua balborum velociter loquetur. & solum inuenitur in predicto loco.

עָלָה Aala. ascendere. leuare. eleuare. ducere. adducere. obducere. crescere. pullulare. oriri. offerre. Gen̄. 2. Sed fons ascendebat de terra. Et in eodem. 17. Ascendit deus ab abraam. Et in eodem. 32. Iam enim ascendit aurora. Et in eodem. 35. Surge ascende bethel. & in eodem. 46. Et ego inde adducam te reuertentem. Pro quo hebrei legunt. Et ego ascendere te faciam vtiq; ascendendo: eo quod terra egypti erat humilior terra promissionis. Et in eodem. 49. Quia ascendisti cubile patris tui. Exo. 19. Moyses autem ascendit in montem ad deum. Et in eodem. 24. Ascende ad me in montē. Nume. 9. Cumq; ablata fuisset nubes que tabernaculum protegebat. idest cum eleuata fuisset. Et in eodem. Et statim diluculo tabernaculum reliquisset. Pro quo hebrei legunt. Et eleuata esset nubes diluculo. & in eodem. Et si post diem & noctē recessisset. idest eleuata fuisset & in eodem. 10. Vigessima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo federis. & in eodem. 16. Vt separentur a tabernaculis chore. Pro quo hebrei legunt. Et ascendant vel eleuētur a tabernaculis chore. & in eodem. Cumq; recessissent a tentoriis eorum. idest cum ascendissent vel eleuati essent. Deut. 1. Et tumentes superbia ascendistis in montem. Ios. 15. Ascenditq; terminus in bethagla. Iudi. 8. Reuertentesq; de bello ante solis ortum. Pro quo hebrei legunt. Ante solis ascensum. idest antequam sol ascenderet super terram. 1. Reg. 5. Ascendebat vlulatus in celum. & in eodem. 9. Et ascenderunt in ciuitatem. 4. Regum. 2. Cum leuare vellet dominus heliam per turbinem in celum. 2. Paralipo. 16. Et facies eum a me recedere. Pro quo hebrei legunt. Et ascendet a me. Iob. 20. Si ascenderit vsq; ad celum superbia eius. Ps. 46. Ascendit deus in iubilo. Ps. 67. Ascendisti in altum. Canti. 3. Que est ista que ascendit. Esa. 2. Venite ascendamus in montem domini. Hiere. 4. Ascendit leo de cubili suo. & in eodem. 46. Ascendens operiam terram. Et in eodem. 47. Ecce aque ascendent ab Aquilone. & in eodem. 49. Quasi leo ascendet de superbia iordanis. Et in eodem. 51. Et non ascendet loricatus. Ezech. 19. Et eduxit vnum de leunculis suis. pro quo hebrei legunt. Et ascendit seu creuit vnus de leunculis suis. Et in eodem. 36. Et ascendistis super labium lingue. Osee. 1. Et ascendent de terra. Et inde verbum tertie coniugationis. idest ascendere facere. seu ducere: aut educere vel adducere. scilicet de inferioribus ad superiora. siue eleuare. Exo. 32. Qui nos eduxit de terra egypti. idest qui nos ascendere fecit. Et in eodem. Isti sunt dii tui israel qui te eduxerunt de terra egypti. Ios. 7. Et duxerunt eos ad vallem achor. Et secundum hebreos vallis Achor erat sublimior valle in quo ipsi erant vel quia inter eos & vallem achor erat aliquis mons vel collis quo ascenderunt vt ducerent eos ad vallem Achor. 2. Reg. 2. Sed & viros qui erant cum eo duxit David. idest ascendere fecit eos: quia terra promissionis ad quam duxit eos erat sublimior. Et in eodem. 6. Vt adducerent arcam dei. Et in eodem. Et adduxit arcam dei de domo obed edō. Et in eodem. Dauid & omnis domus israel ducebant arcam. Hiere. 10. Eleuat nebulas ab extremitatibus terre. idest ascendere facit. Amos. 2. Ego sum qui ascendere vos feci de terra egypti. Naum. 2. Et miles captiuus ductus est. Significat etiam obducere. Hiere. 8. Quare non est obducta cicatrix filie populi mei. Et in eodem. 33. Ecce obducam eis cicatricem & sanitatem. Hebrei tamen dicunt q̄ significat sanare vel curare. Et inde תְּעָלָה Theala. idest sanitas seu medicamentum. vt in predicto loco. Et in eodem. 46. Frustra multiplicas medicamina: sanitas non erit tibi. Significat etiam predicta dictio עָלָה Aala: crescere seu pullulare. quod est idem quod ascendere. 3. Reg.

22. Cōmissum est ergo preliū in die illa. Pro quo hebrei legunt. Creuit seu augmētatum est prelium in die illa. Esa. 5. Et ascendent super eam vepres & spine. i. crescent seu pullulabunt. & in eodem. 32. Super humū populi mei spine & vepres ascendent. i. crescent siue orientur. Et in eodem. 34. Orientur in domibus eius spine. Ezech. 34. Et succrescere faciam super vos carnes. Et in eodem. Et carnes ascenderūt idest creuerunt. Et in eodem: Et super torrentem orietur in ripis eius. Ponitur etiam pro operire. Exo. 16. Cumq3 operuisset superficiem terre apparuit in solitudine quasi minutum. Pro quo aliqui hebrei secundum precedentem significationem legunt sic. & creuit ros qui iacuerat: & ecce super faciem solitudinis minutum. significat etiā predicta dictio עלה Aala offerre vel afferre sacrificium vel holocaustū: eo quod eleuabatur corā domino. Geñ. 8. Obtulit holocausta super altare. Nume. 22. Imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. idest obtulerunt. Deut. 12. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris. Et in eodem. Sed in loco quem elegerit dominꝰ in vna tribuum tuarum offeres hostias. Iudi. 6. Et taurum alterum impositum super altare. idest oblatum. 1. Reg. 2. Quam afferebat statutis diebus. 3. Reg. 10. Et holocausta que offerebat in domo domini. Et in eo. Mille hostias in holocaustum obtulit salomon. 2. Paralipo. 24. Et offerebantur holocausta in domo domini. Et inde עולה Oola. idest holocaustum. hostia Geñ. 22. Et offerēs eum in holocaustū. Leuit. 1. In holocaustum & suauē odorem domini. Nume. 29. Absq3 holocausto sempiterno. ps. 19. Et holocaustum tuum pingue fiat. ps. 50. Sacrificium & holocaustum. Esa. 61. Odio habens rapinam in holocaustū. Et in plurali עלות Ooloth. Geñ. 8. Obtulit holocausta super altare. 3. Reg. 3. Mille hostias in holocaustum. Et in lingua chaldaica dicitur עלוון Aalauā. Esd. 6. Et hedos in holocaustum. Et inde עלות Aaloth. i. vasa quedam que erant in ministerium holocaustorum. 2. Paralipo. 24. De qua facta sunt vasa templi in ministerium ad holocausta. Ponitur etiam עלה Oola pro cogitatione. Ezech. 20. Nec cogitatio mentis vestre fiet. i. illud qd ascendit in mente vestra. Ponitur etiam עליה Aalia. pro holocausto. seu victima. 2. Paralipo. 9. Et victimas quas immolabat in domo domini. Hebrei tamen secundum primā significationem in predicto loco legunt. Et ascensum eius quo ascendebat in domo domini. Et inde עליה Aalia. i. cubile. cenaculum. Iudi. 3. Viderunt clausas fores cenaculi. Et in eodem. Forsitan purgat aluū in estiuo cenaculo. 4. Reg. 4. Faciamus ergo ei cenaculum paruum. Et in eodem. Et veniens diuertit in cenaculum. Dañ. 6. Et fenestris apertis in cenaculo suo. Et in plurali עליות Aalioth. ps. 103. Qui tegis aquis cenacula eius. Et inde מעלה Maale. siue מעלה Maala. idest ascensus. seu gradus quo ascendunt. Nume. 34. Per ascensum scorpionum. Iosu. 10. Et persecutus est eos per viam ascensus bethoron. 2. Paralip. 33. Et sepelierūt eum supra sepulchra filiorum dauid. Pro quo hebrei legunt. Et sepelierunt eum in ascensu sepulchrorum filiorum dauid. Esa. 15. Per ascensum enim luith flens ascendet. Et in plurali. מעלות Maaloth. Exo. 20. Non ascendes per gradus ad altare meum. Et in titulo. ps. 119. Canticum graduū. Et similiter in psalmis sequentibus. Ezech. 40. Et ascendit per gradus eius. Et in eodem. Et septem graduū erat ascensus eius. Et in eodem. 46. Gradus autem eius versi erant ad orientem. Amos. 9. Qui edificat in celo ascensiones suas. Significat et illud quod ascendit in cor hominis. i. cogitatiōes. vt Ezech. 11. Et cogitationes cordis vestri ego noui. Ponitur etiam מעלות Maaloth. pro horologio. vel lineis. eo quod ibi erant quidam gradus per quorum vmbram designabantur hore diei. Esa. 38. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearū per quas descenderat in horologio achaz in sole retrorsum decem lineis. Et in eodem. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Et inde מעלה Maala. idest supra. sursum. vel deinceps. Exo. 30. A viginti annis & supra Nume. 1. Ab vno mense & supra. Deut. 28. Et eris semper supra. Et in eodem. Ascendet super te eritq3 sublimior. Pro quo he. le. Ascendet sup te supra supra. 1. Reg. 9. Ab humero & sursum eminebat supra omnem populum. Significat etiam deinceps. 1. Reg. 30. Et factū est hoc ex illa die & deinceps. Aggei. 1. & nūc ponite corda vestra a die hac & supra. i. a die hac & deinceps. scribitur etiā cū lamed in principio & dicitur למעלה Lemaala. Esa. 7. Siue in excelsum supra. Et in eodem. 37. Et faciet fructū sursum. Ezech. 1. A lumbis eius & desuper. Et aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur ממעל Mimaal. siue ממעלה Mimaala. aut מלמעלה Milmaala. idest desuper Geñ. 22. Posuit eum in altare super struem lignorum. Et in eodem. 49. Benedictionibus celi desuper. Exo. 20. Que est in celo desuper. Iosu. 3. Que autem desup veniunt. 3. Reg. 7. Et mare super eos desuper erat. Iob. 3. Non requirat eum deus desuper. Esa. 6. Seraphim stabant super illud. Pro quo hebrei legūt. Seraphim stabant desuper ei. Ezech. 1. Et facies & pēne eorum extente desuper. Et in eodem. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum. Et inde מעל Moal. idest eleuatio. Nee. 8. Et respondit omnis populus amen eleuātes manus suas. i. cum eleuatione manuū suarum. Et inde עליון Elion idest excelsus. altissimus. superior. ps. 12. Et psalam nomini domini altissimi. ps. 46. Quoniam dominus excelsus terribilis. ps. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi. Esa. 14. Similis ero altissimo. Et in lingua chaldaica dicitur עלאה Ilaia. Dañ. 3. Serui dei excelsi egredimini & venite. Ponitur etiam עליון Eliō pro exemplo. 3. Reg. 9. Et domus hec erit in exemplum. Pro quo hebrei legunt. Et domus hec erit excelsa. i. que erat excelsa. 2. Paralipo. 7. Et domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus & dicent stupentes. Pro quo in hebreo habetur. Et domus ista que erat excelsa vniuerso transeunti: super eam stupebit & dicet. Et in genere feminino עליונה Eliona. Esa. 36. Et stetit in aqueductu piscine superioris. Ezech. 41. Et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora & medium. Et inde על Aal. i. super. supra. in. ad. cū. apud. prope. iuxta. pro. propter. aduersus. contra. Geñ. 1. Et spiritus dei ferebatur super aquas. Et in eodem. 2. Non enim pluerat dominus super terram. Et in eodem. 3. Super pectus tuum gradieris. & in eodem 20. Quia induxisti super me & super populum meū peccatū. Exo. 1. Surrexit interea rex nouus super egyptum. Et in eodem. 20. Et offeretis super eum holocausta. Leuit. 4. Et pones super eos thus. Iob. 38. Et vesperum super filios terre consurgere facis. & in eodem. 39. Super ipsū sonabit pharetra. ps. 2. Super siō montē sanctū eiꝰ. ps. 39. Et statuit supra petrā pedes meos. ps. 128. Supra dorsum meū fabricauerūt Peccatores. Esa. 1. super quo percutia vos. & in eo. 7. Quieuit syria super ephraim. Et in eodem. 8. Et ascendet super omnes riuos eius. Et in eodem. 11. Et requiescet super eū spiritus domini. Hiere. 2. Sed in omnibꝰ que supra memoraui. Osee. 7. Reuersi sunt vt essent absq3 iugo. pro quo hebrei legunt. Reuersi sunt: non supra. idest non tendunt ad superiora. Et. lxx. transtulerunt. reuersi sunt in nihilum. sicut si pro על Aal legatur עול ool. tunc significat iugum. sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictione עלל aalal. & similiter Osee. 11. Vbi nos legimus iugum autem imponetur

eis simul quod non auferetur. Hebrei legunt. & ad supra. i. ad superiora vocabit eum simul non eleuabitur. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Significat etiam in: siue ad Geñ. 19. Salua animam tuam. pro quo hebrei legunt. Salua re in anima tua: siue saluum te fac in anima tua. Et in eodem. 27. Viues in gladio. Exo. 28. Sculpes eos nominibus filiorum israel. idest in nominibus. Et in eodem. 29. Et posita in canistro offeres. Iosu. 2. Et ecce mulier ascēdit ad eos. Et in eodem. Per viam que ducit ad vada iordanis. 1. Reg. 1. Orauit ad dominū flens largiter. & i eo. 2. Abiit elchana in ramatha in domum suam. 4. Regum. 22. Dixit autem elchias pontifex ad saphan scribam. Ps. 47. Ipse reget nos in secula. Pro quo hebrei legūt. Ipse reget nos vsq3 ad mortem siue in morte: & beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. ipse dux noster super mortem. De quo vide infra in dictione עלם Alam. Esa. 29. Et dabitur liber nescienti litteras. Pro quo hebrei legunt. Et dabitur liber ad eum qui nescit librum siue litteras. Et in eodem. 38. cunctis diebus vite nostre in domo domini. Hiere. 23. Hec dicetis vnusquisq3 ad proximum suum & ad fratrem suum. Osee. 12. & locutus sum super prophetas. idest ad prophetas. Significat etiam cum. iuxta. apud. secus. ante. Geñ. 16. Cumq3 inuenisset eam angelus domini iuxta fontem. Et in eodem. 18. Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. & in eodem. Ipse vero stabat iuxta eos. Et in eodem. 30. separatis inter se gregibus. Pro quo hebrei legunt. & posuit sibi greges seorsum & non posuit eas cum ouibus laban siue iuxta oues laban. Et in eodem. 41. Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium. Pro quo hebrei legunt. & iuxta secundationem vel iterationem somnii. & est sensus sicut in littera nostra. Exo. 14. repererunt eos in castris super mare. idest iuxta mare. & in eodem. 35. Viri cum mulieribus prebuerunt. & in eodem. 40. Dimittesq3 ante illam velum. idest iuxta arcam. Nume. 2. & cum eis tribus filiorum manasse. 1. Regum. 20. fac ergo misericordiam cum seruo tuo. 2. Regum. 2. & occurrerunt eis iuxta piscinam gabaon. Nee. 3. & iuxta eum edificauerunt viri hiericho & iuxta eos edificauit zachur. Ps. 1. & erit tanquam lignum quod plantatū est secus decursus aquarum. Canti. 1. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. idest iuxta greges vel cum gregibus. Ezech. 1. iuxta fluuiū chobar. & in eodem. In terra chaldeorum secus flumen chobar Significat etiam. de. 2. Reg. 23. Dixit vir cui constitutū est de christo dei iacob. Hebrei tamen secundum primam significationem legunt sic. Dixit vir qui constitutus est supra christus dei iacob. idest qui constitutus est in statu sublimiori. significat etiam. pro. siue propter. Geñ. 26. Pro illo quoq3 rixati sunt. Leuit. 4. Offeret pro peccato suo. & in eodem. Rogabitq3 pro eo sacerdos. Nume. 15. & rogabit sacerdos pro omni multitudine israel. ps. 7. Et propter hanc in altum regredere. Ps. 9. Propter quid irritauit impius deum. Ps. 31. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Ps. 43. quia propter te mortificamur tota die. Ps. 44. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Ps. 68. Quia propter te sustinui opprobrium. Thren. 5. Propterea mestum factum est cor nostrum. Et in eodem Propter montem sion quia disperiit. Ione. 4. Propter hoc preocupaui vt fugerē in tharsis. Significat etiam aduersus siue contra. Geñ. 4. Consurrexit cain aduersus fratrem suum Abel. Nu. 16. Cūq3 stetissent aduersus moysen. ps. 2. Aduersus dominum & aduersus christum eius. Ps. 14. & opprobrium non accepit aduersus proximum suum. ps. 63. Et infirmate sunt contra eos lingue eorum. Esa. 7. Ad preliandum contra eam. Et in eodem. 9. simul ipsi contra iudam. & in eodem. 27. Ne forte visitetur contra eam. Habet fortasse & alios modos significandi qui possunt reduci ad supradicta. scribitur etiam cum iod in fine & dicitur עלי aale. Iob. 29. Quando secreto erat deus in tabernaculo meo. Ps. 91. In decachordo psalterio cum cantico in cithara. vbi ter ponitur predicta dictio. Hiere. 9. Dolor meus super dolorem. & aliquando preponitur ei littera chaph & dicitur כעל Cheal. idest quasi super: vel sicut ad. Esa. 59. sicut ad vindictam quasi retributionem. idest quasi super retributionem. Et in eodem. 63. Et super omnibus que reddidit nobis dominus. & aliquando preponitur ei littera mem & dicitur מעל meal. idest desuper. Geñ. 1. Diuisitq3 aquas que erant sub firmamento ab aquis que erant super firmamentum Ezech. 1. nam cum fieret vox super firmamentum. scribitur etiam cum duplici mem in principio & dicitur ממעל Mimaal. siue ממעלה mimaala. De quo supra dictū est. & inde עליה aaleha. i. armū. seu femur. 1. Regum. 9. Leuauit autem coquus armum & posuit ante saul. Pro quo hebrei legunt. Leuauit autem coquus crus & femur eius. siue id quod erat super illud. Item עלה Aala. maculare vel profanare. succidere vel succendere. Geñ. 49. Et maculasti stratum eius. pro quo hebrei legunt. stratum meum maculatum seu profanatum est. Iob. 5. sicut infertur aceruꝰ tritici in tempore suo. pro quo hebrei legunt. Sicut succiditur aceruus: scilicet messis in tēpore suo. Ps. 101. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Pro quo hebrei legunt. Ne succidas me vel ne consumas me in dimidio dierum meorum. Hiere. 48. Ciuitates illius succenderunt. Et alii legunt succiderunt vel exterminauerunt. Zach. 14. Et apprehendet vir manum proximi sui. & sequitur in hebreo. & succidetur manus sua super manum proximi sui. Potest etiam legi sic. & ascendet siue eleuabitur manus eius super manum proximi sui. & īde תעלה Theala. idest aqueductus. 3. Regum. 18. Steterunt iuxta aqueductum piscine superioris. Et in eodem. 20. Et quomodo fecerit piscinam & aqueductum. Esa. 7. Ad extremum aqueductus piscine superioris. & inde עלי Eli. idest pilum. Prouer. 27. Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo. & dicūt aliqui hebrei q̃ significat mortarium. Item עלה aale. idest folium. frons. ramus. vt Geñ. 8. Portans ramum oliue virentibus foliis in ore suo. Ps. 1. Et folium eius non defluet. & in plurali עלים aalim. siue עלי aale. Geñ. 3. Et consuerunt folia ficus. Nee. 8. Afferte frondes oliue & frondes ligni pulcherrimi & frondes myrti & ramos palmarum. vbi ponitur pro frondibus & pro ramis. Et similiter. Esa. 17. Vbi dicitur. ne forte visitetur cōtra eam. potest etiam legi. ne forte deficiant folia eius. & sic legunt aliqui hebrei. & Hiere. 11. Vbi dicitur. Exarsit ignis in ea. Pro quo ipsi legunt. Exarsit ignis in folia eius.

עלז Aalaz. exultare. letari. gaudere. gloriari. sopiri. 2. Regum. 1. ne exultent filie incircuncisorū. Ps. 67. exultate in conspectu eius. Ps. 95. Gaudebunt campi & omnia que in eis sunt. Ps. 149. Exultabunt sancti i gloria. Hiere. 11. nunquid carnes sancte auferent a te malitias tuas in quibus gloriatus es. & in eo. 15. non sedi in concilio ludentium & gloriatus sum. Soph. 3. Letare & exulta in omni corde. significat etiam sopiri vel consopiri. Hiere. 51. & inebriabo eos vt sopiantur. & inde עלז aalez. idest exultans. letus. glorians seu gloriosus. Esa. 5. Et populus eius & sublimes gloriosiq3 eius. Et in eodem. 13. Exultantes in gloria mea. Et in eodem. 24. Quieuit sonitus letantium. Soph. 3. quia tūc auferam de medio tui magniloquos superbie tue. idest gloriantes siue exultantes in superbia tua. & in genere fe-

minio עליזה Aaliza. Esa.22. Vrbs frequēs: ciuitas exultās. Et in eo.23. Nunquid non hec vestra est que gloriabatur in diebus pristinis.

עלט Aalat. caligo tenebrosa. obscuritas. & scribitur cū he in fine quod denotat genus femininum. Geñ.15. Cū ergo occubuisset sol: facta est caligo tenebrosa. Ezech.12. In caligine egredietur.

עלם Aalam. Occultare. celare. abscondere. latere. despicere. negligere. Leuit.5. Et oblita fuerit. pro quo hebrei legunt. Et absconditum vel occultatum fuerit ab eo. siue latuerit eum. & in eodem.4. & per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est. pro quo hebrei legunt. & occultatum vel absconditum fuerit verbum ab oculis turbe & fecerit. & in eodem.5. Et oblita fuerit immundicie sue. i. si latuerit eam immundicia sua. Deut.22. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem & preteribis. Pro quo hebrei legunt. Et occultaberis vel abscondes te ab eis.4. Reg.4. Dominus celauit a me & non indicauit mihi. Iob.6. Qui timent pruinam: irruet super eos nix. Pro quo hebrei legunt. Denigrati gelu vel pruina: super eos ocultabit vel occultabitur aut abscōdetur nix. vel sic denigrata aut offuscata gelu: abscondet siue celabit ea nix. & in eodem.28. Abscondita est ab oculis omnium viuentium. ps.25. Et cū iniqꝫ gerentibus non introibo. pro quo hebrei legunt. & cum celatis vel absconditis non introibo. & est idem sensus Nam iniqꝫ gerentes volunt esse in abscondito & odiunt lucem. iuxta illud Ioannis.3. omnis enim qui male agit odit lucem: & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Threñ.3. Ne auertas aurem tuam a singultu meo. pro quo hebrei legunt. Ne abscondas aurem tuam. & quia quando aliquis despicit vel contemnit alium abscondit & auertit faciem suam ab eo. ideo ponitur etiam pro despicere vel contemnere aut negligere. Leuit.20. Quod si negligēs populus terre & quasi paruipendens dimiserint hominem. pro quo hebrei legunt. Quod si occultando occultauerit populus terre oculos suos ab homine illo. Deut.22. Non despicies: sed subleuabis cum eo. 1. Regū.12. & cōtemnā illud hodie: restituamqꝫ vobis. Ps.9. Despicis in opportunitatibus in tribulatione. Esa.58. Et carnem tuam ne despexeris. Naum.3. Erisqꝫ despecta. & inde עלום Aalum. idest occultum vel absconditum. Ps.89. Seculum nostrum in illuminatione vultus tui. pro quo hebrei legunt. & occulta vel abscondita nostra in luce vultus tui. & beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Negligentias nostras in luce vultus tui. Scribitur etiam cum tau in fine & dicitur עלמות Aalmuth. vt in titulo p̄s.9. Vbi dicitur in finem pro occultis filii. sed si predicta dictio diuidatur: tunc significat super mortem. & in aliquibus libris hebraicis sūt due dictiones. & sic trāstulit beatus hiero. in psal. iuxta he. veritatem. scilicet victori super mortem filii. & eadem dictio habetur. Ps.47. vbi dicitur ipse reget nos in secula. ꝓ quo beatus hieronymus trāstulit. Ipse dux noster sup mortem. Potest etiam legi sic. Ipse reget nos in occultis. potest etiam significare iuuentutem. vt infra dicetur. De quo vide Nicolaum de lyra in postilla psalmi noni & Burgeñ. in additione. & inde תַּעֲלוּמָה thaaluma. idest absconditum vel occultum. Iob.28. Abscondita produxit ad lucem. Quod in hebreo legitur singulariter scilicet absconditum. Et in plurali תַּעֲלֻמוֹת Thaalumoth. vt in eodem.11. Et ostenderet tibi secreta sapientie. Ps.43. Ipse enim nouit abscondita cordis. Item עֶלֶם E elem. idest puer. adolescēs. Iuuenis.1. Regum.17. Interroga tu cuius filius sit iste puer. & inde עלום Aalom. i. adolescentia. iuuentus. & reperitur tantū in plurali. Iob.20. Ossa eius implebuntur viciis adolescentie eius. Et in eodem.33. Reuertatur ad dies adolescentie eius. Ps.88. Minorasti dies temporis eius. pro quo beatus Hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Abbreuiasti dies adolescentie eius. Esa.54. Quia confusionis adolescentie tue obliuisceris. Et inde עַלְמָה Aalma. idest virgo abscondita. adolescentula. puella. Geñ.24. Et virgo que egredietur ad hauriendam aquam. Exo.2. Perrexit puella & vocauit matrem pueri. Esa.7. Ecce virgo concipiet & pariet filium. & proprie significat virginem adolescentulam & absconditam & non in prouecta etate. vnde beat⁹ hieronymus in suis explanationibus super predicto loco sic ait. porro עַלְמָה Aalma apud hebreos verbum ambiguum est: dicitur enim & adolescentula & abscondita. vnde & in titulo psalmi noni. vbi in hebreo positum est עלמות Aalmuth: ceteri interpretes transtulerunt pro adolescentula: quod .lxx. interpretati sunt pro absconditis. Et in genesi legimus vbi rebeca dicitur Alma: aquilam non adolescentulam nec puellā sed absconditam trāstulisse. Sunamitis quoqꝫ mulier amisso filio cum elisei fuisset pedibus prouoluta & prohiberet eam giezi audit a propheta dimitte eam quia in dolore est & dominus abscondit a me. vbi in hebreo scriptum est העלים ממני Heeliim mimeni. ergo עלמה aalma non solum puella vel virgo: sed cum virgo abscondita dicitur & secreta: que nunquam virorum patuerit aspectibus sed magna parentum diligentia custodita sit: ligua quoqꝫ punica que de hebreorum fontibus ducitur proprie virgo עַלְמָה Aalma appellatur. Et quantum cum mea pugno memoria nūquam me arbitror Alma in muliere nupta legisse sed in ea que virgo est: vt non solum virgo sed & virgo iunioris etatis & in annis adolescentie. hec hieronymus. Ponitur etiā עלמה Aalma pro adolescentia. Prouer.30. Et via viri in adolescentia. Sed nicolaus in postilla dicit ꝙ in hebreo habetur in adolescentula. Et vtrunqꝫ potest legi secundum litteram hebraicam. Et in plurali עֲלָמוֹת Aalamoth. Ps.77. In medio iuuencularum tympanistriarū. Canti.1. Propterea adolescentulē dilexerunt te. Ponitur etiam pro iuuentutibus. vt in titulo p̄s.45. Vbi dicitur in finem pro filiis chore pro arcanis. Pro quo beatus hiero. in psalte. iuxta he. ve. transtulit. victori filiorum chore pro iuuentutibus canticū. Potest etiam significare abscondita vel arcana secundum primam significationem. Item עולם oolam. idest seculum seu eternum: vel perpetuum. Geñ.6. Isti sunt potentes a seculo. Exo.21. Et erit ei seruus in seculum. idest vsqꝫ ad quinquagessimum annum iubilei: sicut exponūt hebrei. p̄s.118 Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine. Prouer.22. Ne transgrediaris terminos antiquos. pro quo hebrei legunt. Ne transgrediaris terminos seculi. Eccls.9. Et non habent partem in hoc seculo. Esa.61. Et edificabunt deserta a seculo. Hiere.2. A seculo confregisti iugum meum. Significat etiam eternitatem. vt Exo.15. Dominus regnauit in eternum & vltra. Ps.40. Benedictus dominus deus israel a seculo vsqꝫ in seculum. idest vsqꝫ in eternum. Ps.102. Misericordia autem domini ab eterno & vsqꝫ in eternum. Ps.111. In memoria eterna erit iustus. Ps.118. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas. Esa.54. In misericordia sempiterna misertus sum tui. Et in eodem.61. Fedus perpetuum feriam eis. Hiere.31. In charitate perpetua dilexi te. Dañ.12. Alii in vitam eternam. Et in eodem. Quasi stelle in perpetuas eternitates. & beatus Hieronymus super epistolam ad Galatas capitulo primo dicit ꝙ quādo scribitur cum littera vau tunc significat eternitatem. et quando scribitur sine vau tunc significat tempus finitum et determinatū. cuius verba sunt hec. Querēdū quoqꝫ est quid sit inter seculum & seculum seculi siue secula seculorum. & vbi pro breui temporis spacio vbi pro eternitate ponatur: quia in hebreo seculum seculi. idest עולם oolam: vbi vau litteram positam habuerit eternitatem significat: vbi vero sine vau scribitur: annum quinquagessimum quem illi iubileum vocant. ob hanc causam & ille hebre⁹ qui ꝓpter vxorem & liberos amans dominū suum: aure pertūsa seruitio subiugatur: seruire iubetur in seculum. hoc est vsqꝫ ad annum quinquagessimum. Hec hieronymus. scribitur etiam cum iod in prima syllaba & cum vau in secunda.2. Parali.33. Et in ierusalem quam elegi de cunctis tribubus israel ponam nomen meum in eternum. Et solum in predicto loco ponitur עילום Eelom. pro עולם oolam. & in lingua chaldaica dicitur עלם aalam. siue עלמא aalma. Dañ.2. Sit nomen domini benedictum a seculo. & in eo.3. Regnū ei⁹ regnum sempiternum. & in plu. עולמים oolamim. Ps.60. In habitabo in tabernaculo tuo in secula. Eccls.1. Iam enim p̄cesserūt in seculis que fuerūt ante nos. Esa.26. In dño deo forti in perpetuū. pro quo he. le. In dño deo forti seculorū. Et in eo.45. Israel saluatus est in dño salute eterna. ꝓ quo he. le. Salute seculorū. & in lingua chaldaica dicitur עלמין Aalmin. siue עלמיא Aalmaia. Dañ.7. & obtinebunt regnū vsqꝫ in seculum & vsqꝫ in secula seculorum.

עלס Aalas. exultare. gaudere. sicut עלז Aalaz cum zain. De quo supra dictū est. Iob.20. Iuxta multitudinem adinuentionū suarū sic sustinebit. ꝓ quo he. le. Iuxta multitudinē cōmutationis vel permutatiōis sue nō gaudebit. Prouer.7. Et fruamur cupitis amplexibus. pro quo he. le. Et letemur amoribus vel dilectiōibus. Sed btūs hiero. transtulit sensum. & inde נעלסה neelasa. i. gaudēs vel gloriosa. Iob.39. Penna struthiōis similis est pennis herodii. ꝓ quo he. le. Ala siue penna struthionum gaudēs. i. gloriosa & pulchra est sicut penna herodii.

עלע Aalaa. lambere. deglutire. Iob.39. Pulli eius lambūt sanguinē. & solum inuenitur in predicto loco. Item עילעא Iilaa. in lingua chaldaica significat costam: secundū hebreos. & solū inuenitur in numero plu. f. עלעין Iliin. ꝓ quo btūs hiero. trāstulit ordines. Dañ.7. Et tres ordines in ore eius. pro quo he. le. Et tres coste in ore eius.

עלף Aalaph. deficere. defessum esse. inuoluere. tegere. cōcutere. Esa.51. filii tui proiecti sunt dormierunt in capite omniū viarū. pro quo he. le. filii tui defecerunt & iacuerunt siue dormierūt in capite oīm viarū. Amos.8. In die illa deficient virgines pulchre & adolescentes in siti. Ione.4 Et percussit sol super caput Ione & estuabat. idest deficiebat. signat ēt inuoluere. vel tegere. seu velare. Geñ.38. Assumpsit teristrū & mutato habitu sedit in biuio. pro quo he. le. Et operuit se teristro & inuoluit se vel texit se: & sedit in biuio. Canti.5. Venter eius eburneus distinctus sapphyris. ꝓ quo he. le. tectus seu coopertus sapphyris. Ponitur ēt ꝓ cōcutere. vt Ezech.31. & omnia ligna agri concussa sunt.

עלץ Aalas. exultare. letari. 1. Reg.2. Exultauit cor meū in dño. 1. Paralipo.16. Exultent agri & omnia que in eis sunt. Et inde עליצות Aalisuth. idest exultatio. Abach.3. Exultatio eorū sicut eius qui deuorat pauperem in abscōdito

עלוקה Aaluca. Sanguisuga. & scribitur cum he in fine. prouer.30. Sanguisuge due sunt filie. & solum inueni tur in predicto loco.

עם Iim. Cum. iuxta. in. contra. aduersus. Geñ.24. Et fac misericordiam cum domino meo Abraam. Et in eodē 47. Sed dormiam cum patribus meis. 2. Regum.6. Cūqꝫ tulissent eam de domo Abinadab qui erat in gabaa custodientis arcam dei. pro quo hebrei legunt. Et tulerunt eam de domo abinadab qui erat in gabaa cum arca dei. idest qui erat custos eius. Ps.17. Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocēs eris: & cum electo electus eris: & cū peruerso peruerteris. p̄s.71. Et permanebit cum sole. idest quādiu fuerit sol. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et timebunt te quamdiu erit sol. Canti.4. Cum pomorum fructibus: ciperi cum nardo: cum vniuersis lignis libani. Et componitur cum pronominibus cum puncto dages in littera mem hoc modo עמי Iimi. idest mecum. Geñ.39. Dormi mecum. Ponitur etiam pro mihi. Leuit.26. qd si ambulaueritis ex aduerso mihi. Et in eodem. Sed ambulaueritis ex aduerso mihi. עמך Iimecha. siue עמך Iimach. i. tecum. Exo.3. Ego ero tecum. Deut.23. Habitabit tecum in loco qui ei placuerit. Ios.1. Sit dominus deus tecum. עמו Iimo. idest cum eo vel secum. Geñ.13. Et lot cum eo ad australem plagam. 2. Regum.16. Venit itaqꝫ rex dauid & vniuersus populus qui erat cum eo. Ponitur etiam עמך Iimach ꝙ est secunde persone pro עמו Iimo ꝙ ēst tertie persone. Zach.14. Et veniet dominus deus omnesqꝫ sancti cum eo. Vbi in hebreo ponitur tecum pro cum eo. עמנו Iimanu. i. nobiscum. Exo.20. Loquere tu nobis & audiemus. pro quo hebrei legunt. Loquere tu nobiscum & audiemus. Et in eodem. Et non loquatur nobis deus. idest nō loquatur nobiscum. Osee.12. Et ibi locutus est nobiscum. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ ponitur ibi עמנו Iimanu. pro עמו Iimo. idest cū eo. עמכם Iimachem. idest vobiscum. Nu.22. Quia prohibuit me dominus venire vobiscum עמהם Iimahem. i. cum eis. vt in eodem. Noli ire cum eis. Et in genere feminino mutat mem vltimū in nun in prima & secūda persona plurali. Significat etiam iuxta. Geñ.25. Qui habitabat iuxta puteum noīe viuentis & videntis. Et in eo.35. Subter therebintū que est post vrbē sichen. i. iuxta vrbē sichem. Ios.7. Contra ai que est iuxta bethauen. Iudi.16. Et agnoscentes vocem adolescentis leuite. pro quo he. le. Ipsi iuxta domū miche: & ipsi agnouerunt vocē adolescētis leuite. 2. Regū.19. Sepeliar iuxta sepulchrū patris mei. significat etiam in. Deut.8. Vt recogites in corde tuo. Et in eodem.15. Et dicas in corde tuo appropinquat septimus annus remissionis. Iob.31. Si ambulaui in vanitate. Pōitur etiam pro contra. Leuit.26. Ego quoqꝫ contra vos aduersus incedam. Et in eodem. Sin autem nec per hec audieritis me sed ambulaueritis cōtra me: & ego incedam aduersus vos in furore contrario. & in eodem. Ambulabo igitur & ego cōtra vos. Ponitur etiam pro cōiunctione. Et. 1. Reg.16. Erat autem rufus & pulcher aspectu. Et aliquando preponitur ei littera mem & dicitur מעם meim. idest de iuxta: vel de prope. Sed in translatione nostra omittitur quandoqꝫ illa prepositio iuxta vel prope. Geñ.48. Cūqꝫ tulisset eos ioseph de gremio patris. pro quo he. le. De iuxta vel de ꝓpē genua eius Exo.9. Egressusqꝫ moyses a pharaone iratus nimis. Itē עם Aam. i. populus: a superiori dictione deriuatū: eo quod est coadunatio vel cōiūctio hoīm. & est in hebreo vtriusqꝫ sexus: licet magis cōiter reperiatur in gñe masculino. Exo.1. Ecce populus filiorū israel multus & fortior nobis est. Et in eo.14. Timuitqꝫ populus dñm. & in eo.15. Donec pertranseat populus tuus domine. Deut.2. Populus magnus & multus. Ps.17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Ps.109. Tecum principium in die virtutis tue. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Populi tui spontanei in die fortitudinis tue. Potest etiam legi tecum: sicut lxx. transtulerunt. nam eisdem litteris vtrunqꝫ scribitur in hebreo. Esa.43. Populum istum for

mauí mihi. Reperitur etiam quãdoq̨ in genere feminino quia iungitur cum nomine adiectiuo aut participio vel verbo generis feminini. Exo.5. Et iniq̨ agitur contra populum tuum. Iudi.18. Videruntq̨ populum habitãtem in ea. Hiere.8. Quare auerſus eſt populus iſte in ieruſalem auerſione cõtentioſa. & in plu. עַמִּים Aamim.i. populi. Geñ. 27. Seruient tibi populi. Deut.33. Populos vocabũt ad mõtem. Ps.44. Propterea populi confitebuntur tibi. Scribitur etiam aliquando cum duplici mem & dicitur עֲמָמִים aamemim. Iudi.5. Poſt eum ex beniamin in populis tuis. Nec.9. Et reges eorum & populus terre. Et in lingua chaldaica dicitur עַמְמַיָּא aamemaia ſiue עַמְמִין aamemin. Dañ. 3. Vobis dicitur populis. Ponitur ẽt עַם Aam. pro cõgregatione animalium cuiuſcunq̨ ſpeciei. nam dicitur de formicis. Prouer.30. formice populus infirmus. Dicitur etiam de locuſtis. Ioel.2. populus multus & fortis.

עָמַם Aamam. obſcurare. occultare. abſcõdere. Threñ. 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum. Ezech.28. omne ſecretũ non eſt abſconditũ a te. Et in eo.31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo dei. pro quo he.le. Cedri non occultauerunt eum in paradiſo dei. & btũs hieronymus trãſtulit ſenſum. Et inde dicunt aliqui ꝙ deriuatur עַם aam .i. populus. De quo vide in dictione precedenti.

עָמַד Aamad. ſtare. aſſiſtere. ſubſiſtere. ſuſtentare. Statuere. ceſſare. Geñ.19. Et non ſtes in omni loco circa regionem. Et in eo.45. Et ſteterunt coram ioſeph. Exo.18. Et p̃cepta eius poteris ſuſtentare. Pro quo hebrei legunt. Et preceperit tibi deus: & poteris ſtare vel ſuſtinere. Et in eo.20. Ac pauore concuſſi ſteterunt procul. Leuit.16. Statuet eum viuum corã domino. Et in eo.19. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Deut.5. Tu vero ſta hic mecũ. Ioſ.4. Et ſtetit ſol in medio celi. Iudi.4. Sta ante oſtiũ tabernaculi. 1.Reg.9. Tu aũt ſubſiſte pauliſper. Et in eo.30. Subſtiterãt enim ducenti: qui laſſi tranſire nõ poterant. 2.Reg.20. Vidit hoc quidã vir ꝙ ſubſiſteret omnis populus. Et in eo. Ne ſubſiſterent tranſeuntes. 3.Regũ.22. Et rex iſrael ſtabat in curru ſuo. 4.Reg.23. Acquieuitq̨ populus pacto. pro quo hebrei legunt. Et ſtetit omnis populus in pacto. 1.Paralip. 20. Initum eſt bellum in gazer. prõ quo hebrei legunt. Et ſtetit bellum in gazer. Et in eo.21. Conſurrexit aũt ſatan aduerſus iſrael. ideſt ſtetit. p̃s.25. Pes meus ſtetit in directo. Hiere.15. Si ſteterint moyſes & ſamuel corã me. Et in eodẽ 23. Quis enim affuit in conſilio dñi.i. quis ſtetit. Et in eo. ſi ſtetiſſent in conſilio meo. Hiere.32. vt permanere poſſint dieb⁹ multis.i. vt ſubſiſtere vel ſtare poſſint. Ezech.22. nũquid ſuſtinebit cor tuum. & in eo.17. Sed cuſtodiat pactum eius & ſeruet eum. pro quo hebrei legunt. vt ſtet in eo.i. ne recedat ab eo. Naum.2. State: ſtate. Zach.3. Et dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic aſſiſtunt. Significat ẽt ſtatuere vel conſtituere aut inſtaurare. ſcilicet qñ eſt verbũ tertie cõiugationis. Geñ.47. Quinq̨ viros conſtituit coram rege. Nu.8. Statueſq̨ leuitas in conſpectu Aaron. ideſt ſtare facies. 2.Paralip.19. Porro rex iſrael ſtabat in curru ſuo. pro quo hebrei legunt. Stare faciebat. ideſt faciebat ſemetipſum ſtare quamuis eſſet vulneratus: ne ſui deficerent in bello. Eſdre.9. Et extruxere ſolitudines eius. ideſt inſtaurauerunt. Ps.30. Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. Ps. 148. Statuit ea in eternum. ponitur etiam pro adiuuare. 2. Paralip.34. Adiuuauit quoq̨ ſuper hoc omnes qui reperti fuerant in ieruſalem. Item ponitur pro diſſoluere. Ezech. 29. Et diſſoluiſti omnes renes eorum. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et ſtatuiſti ſiue ſtare feciſti omnes renes eorum. ſcilicet ne vltra initerentur ſuper te: ſed ſubſiſterent in ſemetipſis. Item עָמַד aamad. ideſt ceſſare. Geñ. 29. Ceſſauitq̨ parere. 4.Reg.4. Stetit oleum. ideſt ceſſauit. Et inde עֹמֶד oomed. ideſt ſtatio vel ſtatus: ſiue loc⁹ vbi aliquis ſtat: aut gradus vel tribunal. 2.Paralip.34. & ſtans in tribunali ſuo percuſſit fedus coram domino. Nec.13. Et fecit ſtare in ſtationibus ſuis. Dañ.8. Et ſtetit iuxta: vbi ego ſtabam. Pro quo hebrei legunt. Et ſtetit iuxta ſtationẽ meam. Et in eodem. Et ſtatuit me in gradu meo. Et in eo. Et ſta in gradu tuo. ideſt in loco vbi ſtas. Scribitur etiam cum he ĩ fine & dicitur עֶמְדָּה Eemda. Mich.1. Accipiet ex vobis que ſtetit ſibimet. pro quo hebrei legunt. Accipiet ex vobis ſtatiõem ſuam. ideſt diſcet ex vobis ſtare: ſicut exponũt hebrei. & inde מַעֲמָד Maamad. ideſt ſtatus. ſubſiſtentia. ſubſtantia. Ps.68. & non eſt ſubſtantia. ideſt ſubſiſtentia. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. & non poſſum ſubſiſtere. Eſa.22. Et de miniſterio tuo deponã te. pro quo hebrei legunt. de ſtatione tua. & inde עִמָּדִי Iimadi. ideſt mecum. ſcilicet in eo loco vbi ego ſto. Deut.5. Tu vero hic ſta mecum. Iob.23. Nolo multa fortitudine contendat mecum. Et in eodem. Quando erat omnipotens mecum. Ps. 49. Et pulchritudo agri mecum eſt. Ponitur etiam pro mihi. Geñ.29. Et hãc quoq̨ dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi. Et in eodem.31. Et tamen non dimiſit eum deus vt noceret mihi. Iob.29. Et petra fundebat mihi riuos olei. Et ſolum reperitur in prima perſona. & inde עַמּוּד Aamud. ideſt columna. Exo.13. Per diem in columna nubis: & per noctem in columna ignis. Ps.98. In columna nubis loquebatur ad eos. Hiere.1. & in columnam ferream. Et in plu. עַמּוּדִים Aamudim. Iudi.16. Vt tangã colũnas quibus oĩs ĩminet domus. Iob.26. Columne celi cõtremiſcũt.

עָמַל aamal. laborare. fatigari. p̃s.126. In vanum laborauerunt qui edificant eam. Prouer.16. anima laborãtis laborat ſibi. Eccl's.1. De vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole. Et in eodem. Cui ego laboro & fraudo animam meã. Et in eodem.5. Quid ergo prodeſt ei quod laborauit in ventum. Ione.4. In qua non laboraſti. & inde עָמֵל aamel. ideſt laborans ſeu laborator. Prouer.16. anima laborantis laborat ſibi. & in plurali עֲמֵלִים aamelim. & ponitur etiam pro fabris. Iudi.5. Siniſtram manũ miſit ad clauum: & dexteram ad fabrorum malleum. & inde עָמָל aamal. ideſt labor fatigatio. Deut.26. Et reſpexit humilitatem noſtram & laborem. Iob.5. Homo naſcitur ad laborem. Ps.9. Sub ligua eius labor & dolor. & in eodem. Vides quoniam tu laborẽ & dolorem conſideras. p̃s.89. Amplius eorum labor & dolor. Ps.104. Et labores populorum poſſederunt. p̃s.118. vide humilitatem meam & laborem meum. Eccl's.10. Labor ſtultorum affliget eos. Ponitur etiam pro dolore. vt Iob. 4. Seminant dolores & metũt eos. & in eodem.5. Et de humo non egredietur dolor. Hebrei tamen dicunt ꝙ etiam ſignificat iniquitatem vel maliciam.

עָמַס aamas. onerare. onus imponere. onus portare ſeu leuare. Geñ.44. Oneratiſq̨ rurſus aſinis. Pro quo hebrei legunt. Et onerauit vnuſquiſq̨ aſinum ſuum. Nec.13. Et onerãtes ſup aſinos. p̃s.67. pſperũ iter faciet nobis deus ſalutariũ nřorũ. p quo btũs hiero. in pſ. iuxta he.ve. trãſtulit. portabit nõs de⁹ ſalutis nře. Eſa.46. qui portamini a meo vtero. Zach.12. oẽs q leuabũt eũ. & aliqñ ſcribitur cũ lřa ſin loco ſamach. Nec.4. Edificãtiũ muros & onera portantiũ. & inde מַעֲמָסָה maamaſa.i. onus: ſeu oneroſa vel ponderoſa. vt in eo. ponam ieruſalem lapidem oneris.

פּוּן Pun. Conturbari: aut secundum hebreos: dubitare siue hesitare. Ps. 87. Exaltatus autem humiliatus sum & cõturbatus. pro quo hebrei legunt. Tuli seu portaui terrores tuos & dubitabam seu hesitabam. s. ne mihi euenissent mala propter mea demerita. Et inde פֶּן Pen. dictio dubitatiua. idest ne forte. Gẽ. 2. Ne forte moriamur. Et in eo. Ne forte mittat manum suam. Et in eo. 19. Ne forte apprehendat me malum. Et in eo. 24. Caue nequando reducas filiũ meum illuc. Exo. 1. Ne forte multiplicetur. Nu. 20. Alioquin armatus occurram tibi. pro quo hebrei legunt. Ne forte in gladio occurram tibi. Prouer. 5. Per semitam vite non ambulat. Pro quo hebrei legunt. Per semitam vite forte dirigetur: quasi dicat. Putas ne ꝙ talis mulier dirigetur per semitam vite: non vtiq;. vnde sequitur. vagi sunt gressus ei⁹. Et in eodem. Ne forte impleantur extranei viribus tuis. & in eodem. 30. Ne forte saciatus illiciar ad negandum. Esa. 27. Ne forte visitetur contra eam.

פּוּץ Pus. dispergere. spargere. Diuidere. dissipare. conterere. Gẽ. 11. Antequam diuidamur in vniuersas terras. Et in eodem. Atq; ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras. Et in eodem. Et inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum. Et in eodem. 49. Et dispergam eos in israel. Exo. 5. Dispersusq; est populus in omnem terram egypti. 1. Regum. 14. Dispergimini in vulgus & dicite eis. Iob. 37. Et nubes spargunt lumen. Et in eodem. 40. Disperge superbos in furore tuo. Prouer. 5

Deriuentur fontes tui foras. i. diuidantur seu dispergantur. Hiere. 23. Ve pastoribus qui dispergunt & dilacerãt gregẽ pascue mee. & in eodẽ. Vos dispsistis gregẽ meũ. Ezech. 11. In quib⁹ dispersi estis. & in eodẽ. 29. Et dispergã egyptios in nationes. & in eodẽ. Et cõgregabo egyptum de populis in quibus dispersi fuerant. Naũ. 2. Ascẽdit qui dispergat corã te. Soph. 3. Filii dispersorum meorũ. Zach. 13. Et dispergentur oues. Sigñat ẽt affluere. vt in eo. 1. Adhuc affluẽt ciuitates mee bonis. i. dispergẽtur seu diuidentur: quia nõ poterũt simul cohabitare propter multitudinẽ pecorũ & armẽtorum & aliorum bonorũ. Et aliqñ scribitur cum duplici sadic. Hiere. 23. Et quasi malleus conterens petrã. i. diuidens petrã. Abach. 3. Et contriti sunt mõtes seculi. Iob. 16. Et tenuit ceruicẽ meã & confregit me. vide de hoc supra in dictione נָפַץ Naphas. Et inde מַפֵּץ Mephis. i. instrumentum quo petre conteruntur. Pro quo beatus hiero. trãstulit iaculum. Prouer. 25. Iaculum & gladiũ & sagitta acuta. Et inde תְּפוּצָה Thephusa. i. dispsio vel cõtritio aut dissipatio. Hiere. 25. Quia completi sunt dies vestri vt interficiamini & dissipationes vestre.

פּוּק Puc. haurire. educere. effundere. dissoluere. offendere. p̃s. 143. Eructantia ex hoc in illud. idest educentia seu haurientia. Prouer. 18. Et hauriet iocũditatẽ a dño. Sigñat ẽt effundere. Ps. 139. Cogitauerunt contra me: ne derelinquas me. Pro quo btũs hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Scelera eorũ ne effundantur. Sed ẽt ĩ predicto loco hebrei legunt. Scelera eorum ne educas. i. ne permittas vt scelera eorũ educantur in actu. Esa. 58. Cum effuderis esurienti aĩam tuã. Sigñat ẽt dissoluere. Hiere. 10. vt nõ dissoluatur. Et inde פִּיק Phic. i. dissolutio. Naum. 2. & dissolutio geniculorum. Sigñat etiã offendere. Esa. 28. Ignorauerunt iudiciũ. pro quo he. le. offenderunt in iudicio. & inde פּוּקָה puca i. offensio seu offendiculum. Beatus hiero. trãstulit Singultũ. 1. Reg. 25. Nõ erit tibi hoc ĩ singultũ & ĩ scrupulũ cordis

פּוּר Phur. irritũ facere. dissipare. dissoluere. Gẽ. 17. Quia pactum meũ irritum fecit. Nu. 30. In arbitrio viri erit si faciat: siue nõ faciat. Pro quo he. le. Vir eius cõfirmet eũ aut irritum faciat eum. s. iuramẽtum. Sed beatus hiero. transtulit sensum. & in eodẽ. Si autẽ contradixerit postq; resciuit. i. si irritum fecerit. 3. Reg. 15. Peto vt venias & irritum facias fedus quod habes cum baasa rege israel. p̃s. 32. Dñs dissipat consilia gentium. p̃s. 88. Misericordiã autẽ meam nõ dispergam ab eo. Pro quo he. le. Non faciã irritã ab eo. Esa. 44. Irrita faciẽs signa diuinorũ. Hiere. 33. Et si irritum potest fieri pactum meũ cum die & nocte. & in eodẽ. Et pactũ meum irritum esse poterit dauid seruo meo. Et aliqñ scribitur cum duplici res. p̃s. 73. Tu cõfirmasti ĩ virtute tua mare. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Tu dissipasti ĩ fortitudĩe tua mare. Scribitur ẽt cũ duplici pe & res & dicitur פַּרְפַּר Parpar. Iob. 16. Ego ille quõdam opulentus repente contritus sum. Pro quo he. le. Opulẽtus fui & contriuit me seu oppressit me. Et ĩde פּוּרָה Pura. i. torcular a terendo vel premẽdo dictum. Esa. 63. Torcular calcaui solus. Est etiã פּוּרָה Pura genus mẽsure. Pro quo beatus hieronymus transtulit lagenã. Aggei. 2. Et intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas. Ponitur etiã ꝑ laguncula. Esa. 10. Confringet lagunculam in terrore. Item פּוּר Phur. i. sors. Ester. 3. Missa est sors in vrnã: que hebraice dr̃ phur. Pro quo he. le. Misit phur. i. sortem. & in eodem. 9. & misit phur quod nostra lingua vertitur in sortem. & in eodem. Ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim.

פּוּשׁ Phus. crescere. diffũdere seu effũdi. salire. abũdare. augere. Hiere. 50. Quoniã effusi estis sicut vituli super herbam. i. creuistis seu augmentati estis. Naũ. 3. Latitauit populus tuis in montibus. Pro quo he. le. Diffusus est populus tuus in montibus. vnde sequitur. & non est qui congreget. Abach. 1. Et diffũdentur equites eius. Potest etiã legi. Crescent vel augentur equites eius. Malach. 4. Et salietis sicut vitulus de armento. Pro quo hebrei legunt. Et crescetis seu effundemini quasi vituli ad presepe. Et inde פֶּשַׁע Pas. pro quo beatus hieronymus transtulit scelus: quasi פֶּשַׁע Pesaa Iob. 35. Nec vlciscetur scelus valde. Hebrei tamen dicũt ꝙ significat multitudinem. vnde in predicto loco ipsi legunt. Nec scit in multitudine nimia seu valde. & refertur ad ipm Iob. quasi dicat. Nescit iob in multitudine nimia sapientie & scientie dei. vnde sequitur. Ergo iob frustra aperit os suũ Et in lingua chaldaica cõmuniter significat predicta dictio multiplicare vel augmẽtare. Et inde dicũt aliqui ꝙ deriuatur פִּישׁוֹן phison. quod est nomen magni fluminis paradisi: ꝑpter eius incrementum & abundantiã. Gẽ. 1. Nomẽ primi phison. Et beat⁹ hiero. in libro de hebraicis questionibus dicit ꝙ phison est fluui⁹ qui apud latinos gãges dr̃.

פּוֹת Poth. cardo. & solum inuenitur in numero plurali. s. פֹּתוֹת pothoth. 3. Reg. 7. Et cardines ostiorum domus interioris. Item פֹּתָה potha. siue פָּתָה pathe. i. crinis: secundum translationẽ nostram. Esa. 3. Et dñs crinem earum nudabit. Hebrei vero dicũt ꝙ significat turpitudinem seu verẽda mulieris vel hominis. vnde in p̃dicto loco ipsi legũt. Et dñs turpitudinem earum nudabit.

פָּז paz. aurum. obrizum. De quo vide in dictione sequẽti.

פָּזַז pazaz. salire. saltare. subsilire. dissolutum esse. 2. Reg. 6 Vidit regem subsiliẽtem atq; saltantem coram dño. & scribitur aliquando cum simplici zain. Gẽ. 49. Et dissoluta sunt vincula brachiorũ & manuũ eius. & dicunt aliqui hebrei ꝙ significat fortificari seu roborari. vnde in p̃dicto loco ipsi legũt. Et fortificata seu roborata sunt brachia manuũ eius. Alii vero legunt sic. Et deaurata sunt brachia manuum eius. s. ꝑpter ornamenta aurea que in brachiis & manib⁹ portabat. Nam פָּז paz aurum siue obrizum significat p̃s. 20. Posuisti in capite eius coronam de lapide p̃cioso. ꝑ quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Pones in capite ei⁹ coronam de obrizo. Scribitur etiã cum mẽ in principio & dicitur מוּפָז Muphaz. 3. Reg. 10. Et vestiuit eũ auro fuluo nimis. Pro quo hebrei legũt. Et vestiuit eũ auro obrizo. Et aliquãdo scribitur cum aleph in principio & dicitur אוּפָז Vphaz. Dañ. 10. Et renes eius accincti auro obrizo.

פָּזַר pazar. dispergere. spargere. dissipare. p̃s. 88. Dispersisti inimicos tuos. p̃s. 111. Dispersit dedit pauperib⁹. p̃s. 147. Nebulam sicut cinerem spargit. Prouer. 11. Alii diuidunt propria. i. dispergunt. Hiere. 3. Et dispersisti vias tuas alienis. & in eodem. 50. Grex dispersus israel. Ponitur etiã pro dissipare. p̃s. 52. Quoniam domin⁹ dissipauit ossa eorum. p̃s. 140. Dissipata sunt ossa nr̃a secus infernum.

פָּחַד Pachad. timere. formidare. expauescere. terreri. perterreri. admirari. Iob. 3. Quia timor quẽ timebã euenit mihi. p̃s. 13. Ibi trepidauerunt timore. i. timuerunt timore. Prouer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. Esa. 51. Et formidasti iugiter tota die. Hiere. 33. & timebunt & turbabũtur. Osee. 3. & pauebũt ad dñm & ad bonũ ei⁹. sigñat etiam terreri. Iob. 4. Et omnia ossa mea perterrita sunt. Esa. 33. Conterriti sunt in sion peccatores. Sigñat etiam mirari. Esa. 60. Et mirabitur & dilatabitur cor tuum. & inde פַּחַד pachad. i. pauor. formido. terror. Gẽ. 31. Et timor Isaac affuisset mihi. & in eodẽ. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac. idest per deum quem timebat isaac. p̃s. 52. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Esa. 24.

Formido & fouea & laque⁹. Et in plurali פְּחָדִים Pechadim. Iob.15. Sonitus terroris in auribus illius. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. sonitus terrorũ vel formidinũ. Reperitur etiam in genere feminino cum thau in fine. Hiere.2.& nõ esse timorẽ meum apud te: dicit dñs deus exercituũ. Itẽ פַּחַד Pachad. testiculus. & solum inuenitur in numero plurali. Iob.40. Neruí testiculorum eius perplexi sunt.

פֶּחָה Pecha. princeps. dux. Nee.5. Annonas que ducibus debebantur non comedimus. pro quo he. le. Panẽ principis vel ducis non comedi. & est sensus sicut in littera nr̃a. Et aliquando scribitur cum aleph loco he. Esd.5. Quem & principem cõstituit. Et quãdo post se regit genitiuũ: mutat he in tau & dicitur פַּחַת P achath. Esa.36. Et quomodo sustinebis faciem ducis vnius ex seruis dñi mei. Aggei.1. filium salathiel ducem iuda. Malach.1. offer illud duci tuo. Scribitur etiã cum mẽ in fine loco he. פֶּחָם Pecham. Nee.5. vt essem dux in terra iuda. Et in plu. פַּחוֹת Pachoth. siue פַּחֲוֹת Pachauoth. Nee.2. Epistolas dedit mihi ad duces regionis transflumen. & in eodẽ. Et veni ad duces regionis. & in eo.5. Duces autem qui fuerunt ante me grauauerunt populũ. Ezech.23. Pricipes & magistratus iuuenes cupidinis. & in lingua chaldaica dr̃ פַּחֲוָתָא Pachauatha. Dañ.3. Magistratus & duces & tyrãnos.

פָּחַז Pachaz. vagum esse. vagari. festinare. temere agere. Iudi.8. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos Hiere.3. Prophete eius vesani. pro quo hebrei legunt. Prophete eius festinantes siue temerarij. Et inde פַּחַז pachaz. i. festinatio seu temeritas. Gen.49. Effusus es sicut aqua. ꝑ quo hebrei legũt. Festinatio. s. tua sicut aqua. i. sicut aqua festinat in preceps: sic tu egisti temere & festinãter. Hiere.23. Qui seduxerunt populum meũ in mendaciis suis: & in miraculis suis. vbi ponitur pro miraculis. pro quo hebrei legũt. In mẽdaciis suis & in festinatiõe seu in temeritate sua.

פֶּחָם Pecham. carbo. pruna. Prouer.26. Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignẽ. Esa.44. In prunis & in malleis formauit illud. Ponitur etiã pro duce vel principe. De quo vide supra in dictione פֶּחָה pecha.

פְּחַר Pechar. in lingua chaldaica significat figulũ. Dañ.2. Quia vidisti pedũ & digitorũ partes ex testa figuli.

פַּחַת Pachath. fouea. fossa. 2. Reg.18. Et proiecerũt eum in saltu in foueã grãdem. Esa.24. Formido & fouea & laqueus sup te. & in plurali פְּחָתִים Pechathim. 2. Reg.17. Forsitã nunc latitat in foueis. Et inde פְּחֶתֶת Pechetheth. i. cõfossio seu corrosio. Leuit.13. Eo quod infusa sit in supficie vel per totum lepra. pro quo hebrei legunt. Corrosio seu confossio est. s. lepre.

פִּטְדָה Piteda. topazius. lapis preciosus. & scribitur cũ he vel thau in fine. Exo.28. In primo versu erit lapis sardius & topazius. Iob.28. Non adequabitur ei topazius de ethiopia.

פָּטַר Patar. aperire. soluere. dissoluere. dimittere. remittere. declinare. Exo.34. Omne quod aperit vuluam meã erit. Nu.8. Pro primogenitis q̃ aperiunt omnẽ vuluã 1. Reg.19. Et declinauit dauid a facie saul. 1. Paralipo.25. Hi sunt principes cãtorũ per familias leuitarũ qui in exhedris morabantur. ꝑ quo hebrei legunt. Hi sunt cantores principes patrũ leuitarũ i exhedris dimissi vel soluti. i. soluti ab aliis operib⁹: quia erãt occupati in cãticis. 2. Paralipo.23. Si quidem ioiada non dimiserat abire turmas. p̃s.21. Locuti sunt labiis: mouerunt caput. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Dimittũt labiũ: mouẽt caput. Prouer. 28. Qui dimittit aquã caput est iurgiorũ. Et inde פְּטוּרִים peturim. siue פְּטוּרֵי peture. i. ꝓminẽtes sculpture: q̃si emittãtur & egrediantur foras. 3. Reg.6. Et picturas varias quasi prominentes de pariete & egrediẽtes. & in eodem. Et celaturas valde prominentes.

פַּטִּישׁ Patis. malleus. Esa.41. faber erarius percutiens malleo. Hiere.23. Et quasi malleus cõterens petrã. Item פַּטִּישׁ pates. in lingua chaldaica significat quoddã genus vestimẽti. Pro quo beatus hiero. transtulit thiarã. Dañ.3. Vincṫis cum brachis suis & thiaris.

פִּיד Phid. interit⁹. ruina. Iob.30. Et si corruerint ipse saluabit. ꝑ quo he. le. Si in interitu vel ruina ipsius salus. s. erit Et ẽ sensus sicut in littera nr̃a. & in eo.31. Si gauisus sum ad ruinã ei⁹ q me oderat. puer.24. & ruinã vtriusq̃ qs nouit.

פִּים Pim. pinguedo. aruina. & scribitur cũ he in fine & dr̃ פִּימָה pima. Iob.15. Et de lateribus ei⁹ aruina depẽdet.

פָּכָה Pacha. redundare. egredi. Ezech.47. Et ecce aque redundantes a latere dextero. Et inde פַּךְ pach. i. lagunculã seu lenticula. 1. Reg.10. Tulit ergo samuel leticulam olei.

פָּלַל Palal. iudicare. diiudicare. arbitrari. orare. rogare. seu placare. Gen.46. Non sum fraudatus aspectu tuo. pro quo hebrei legunt. Videre faciem tuam non iudicaui. i. nõ putaui aut non diiudicaui. 1. Reg.2. Si peccauerit vir in virum: placari ei potest deus: si autẽ in deum peccauerit: quis orabit pro eo. ꝑ quo hebrei legunt. Si peccauerit vir in virum: iudicabit eum deus: siue iudicabunt eum iudices: qui dicuntur dii participatiue: vt dictum est supra in dictione אֱלֹהִים Elohim: sequitur si aũt i dñm peccauerit vir: quis iudicabit pro eo. potest etiam legi sicut est in littera nr̃a. Nam predicta dictio etiã significat placari vel orare: vt infra dicetur. p̃s.105. Stetit autem phinees & placauit. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. stetit autem phinees & diiudicauit. Ezech.16. Que vicisti sorores tuas. pro quo he. le. Que iudicasti vel diiudicasti sorores tuas. Et in codẽ. 28. Et corruent interfecti in medio eius gladio. pro quo hebrei legũt. Et iudicabitur interfectus seu vulneratus in medio eius gladio. potest etiã deriuari a dictione נָפַל Naphal: que sigñat corruere: sicut est in littera nr̃a. Et inde פְּלִילִים pelilim. i. iudices arbitri. Exo.21. Et arbitri iudicauerint. & inde פְּלִילִי pelili. i. iudicãdus: seu reus iudicio. Iob.31. Que est iniquitas maxima. ꝑ quo hebrei legunt. Que est iniquitas iudicanda. i. rea iudicii. Scribitur etiã cum mẽ in fine & dicitur פְּלִילִים pelilim. vt supra in eodem. Hoc enim nefas est & iniquitas maxima. i. iniquitas iudicãda. Et inde פְּלִילָה pelila. i. iudicatio seu iudiciũ. pro quo btũs hiero. transtulit consiliũ. Esa.16. Ini cõsiliũ: coge consiliũ. Scribitur etiam cum duplici iod & dr̃ פְּלִילִיָּה pelilia. Esa.28. Et ignorauerũt iudiciũ. & q̃ ꝑdicta dictio פָּלַל palal. ẽ verbũ quarte cõiugationis: tunc sigñat orare. vel placare. Gen.20. Orabit pro te quia ꝑpheta est. & in eodẽ. Orãte autẽ abrã sanauit deus abimelech. 1. Reg.1. Orauit ad dñm flens largiter. Et in eodẽ.2. Et orauit anna & ait. 3. Reg.8. Et orauerint & de precati te fuerint. p̃s.5. Quoniã ad te orabo. Et inde תְּפִלָּה Thephila. i. oratio. 4. Reg.20. Audiui orationẽ tuã. p̃s.16. Auribus percipe orationẽ meã. & in titulo. p̃s.89. Vbi dr̃ oratio moysi hominis dei. p̃s.101. Respexit in orationẽ humilium. Abach.3. Oratio abachuc prophete.

פָּלָא Pala. mirificare. mirabiliter agere. mirabilẽ esse. occultum seu absconditum esse. aut difficile esse. separare. vel segregare. Deut.28. & augebit dñs plagas tuas & plagas seminis tui. ꝑ quo he. le. Et mirificabit dñs plagas tuas & plagas seminis tui. i. plagas admirãdas inferet tibi. 2. Reg.1. Et amabilis sup amorẽ mulierũ. ꝑ quo he. le. Mirabilis fuit amor tuus mihi sup amorẽ mulierũ. Iob.10. Reuersus mirabiliter me crucias. Esa.29. Ecce ego addã vt admirationem

faciã populo huic miraculo grandi. Ioel.2. Qui fecit mirabilia vobiscũ. & aliqñ scribitur cũ he in fine loco aleph. Vt p̃s.16. Mirifica misericordias tuas. p̃s.30. Qm̃ mirificauit misericordiã suã mihi. Et inde פֶּלֶא Pele. i. miraculũ seu mirabile: mirificum. miraculosum. Exo.15. Faciens mirabilia Quod in hebreo legitur singulariter. s. faciẽs mirabile seu faciens miraculũ. Esa.9. Et vocabitur nomẽ eius admirabilis cõsiliari⁹. i. miraculosus seu mirabilis aut mirificus. & in eodẽ.25. Qm̃ fecisti mirabilia. ꝑ quo he. le. Qm̃ fecisti mirabile seu miraculũ. Et ide פִּלְאִיָה pelia. i. mirabilis. p̃s.138. Mirabilis facta ẽ sciẽtia tua ex me. Et in plu. פְּלָאוֹת pelaoth siue פְּלָאִים Pelaim. p̃s.118. Mirabilia testimonia tua. Threñ. 1. Et deposita est vehemẽter. ꝑ quo he. le. & descẽdit aut deposuit seu parui pendit miracula. Põt etiã intelligi sicut est in littera nr̃a. Dañ.12. Vsq̃quo finis horũ mirabiliũ. Et aliqñ scribitur cum nũ in principio & dr̃ נִפְלָאוֹת Niphlaoth. siue נִפְלָאִים Niphlaim. p̃s.104. Memẽtote mirabiliũ suorũ. p̃s. 129. Nec ambulaui in magnis: nec in mirabilibus sup me. p̃s.138. Mirabilia opera tua. & aliqñ ꝑponitur in littera mẽ & dr̃ מִפְלָאוֹת Miphlaoth. Iob.37. Magnas & pfectas sciẽtias. sigñat ẽt ꝑdicta dictio occultũ seu abscõditũ aut difficile. Deut.17. Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ esse perspexeris. ꝑ quo he. le. Si occultũ vel abscõditũ aut ignotum fuerit a te verbũ iudicii. & in eo.30. Mãdatũ hoc quod ego ꝑcipio tibi hodie nõ supra te est. i. nõ est occultũ vel absconditũ a te. Iudi.13. Cur queris nomẽ meũ quod est mirabile. Pro quo he. le. Quod ẽ occultũ seu abscõditũ. Põt etiã legi secundũ primã significationẽ sicut est in littera nr̃a. Et inde ille cuius nomẽ ignoratur vel tacetur i scriptura dr̃ פְּלֹנִי Peloni. i. ille talis. 4. Reg.6. In loco illo & illo ponamus insidias. Ruth.4. Sede hic vocãs eũ noie suo. ꝑ quo he. le. Sede hic talis viduus. dicitur ẽt פַּלְמוֹנִי Palmoni. Dañ.8. Et dixit vn⁹ sctõs alteri nescio cui loquẽti. vbi ponitur pro eo quod in littera nr̃a est alteri nescio cui. sigñat etiã predicta dictio segregare vel separare. Nu.6. Cũ fecerit votũ vt sctificẽtur. Pro quo he. le. Cũ segregauerint vel separauerint se ad vouẽdum votũ nazarei. & in eo.15. Vota soluentes aut sponte offerẽtes. pro quo he. le. Ad segregandũ vel separãdũ votũ aut spõte. s. offerẽtes. vide ẽt de hoc ifra i dictiõe פָּלָה Pala.

פֶּלֶג Palag. diuidere. Gen.10. Nomẽ vni phaleg: eo quod in diebus eius diuisa sit terra. Iob.38. Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum. ꝑ quo he. le. Quis diuisit vehemẽtissimo imbri aqueductũ. p̃s.54. Precipita dñe & diuide linguas eorũ. Dañ.2. Regnũ diuisum erit. Et inde פְּלַג Pelag. i. diuisio seu dimidiũ. Dañ.7. Vsq̃ ad tẽpus & tẽpora & dimidium tẽporis. Et inde פְּלֻגָּה pelugath. i. diuisio. 2. Paralipo. 35. Et ministrate in sanctuario per familias turmasq̃ leuitarum. pro quo he. le. Et state in sanctuario secundũ diuisionẽ dom⁹ patrũ pro fratrib⁹ vr̃is filiis populi & per diuisionẽ domus leuitarũ. Et beatus hiero. trãstulit sensum. Et in plu. פְּלַגּוֹת Pelagoth. Iudi.5. Diuiso cõtra se ruben. pro quo he. le. In diuisionibus ruben. Scribitur etiã cũ mẽ in principio & dr̃ מִפְלַגּוֹת Miphlagoth. 2. Paralipo.35. vt darent per domos & familias singulorũ. i. secũdũ diuisiones domorũ patrũ. Et inde פֶּלֶג Peleg. i. riuus seu flumẽ qui ab alio magno flumine diuisus est. p̃s.84. Flumen dei repletũ est aquis. Et in plu. פְּלָגִים Pelagim. p̃s.1. Et erit tanq̃ lignũ quod plãtatũ est secus decursus aquarũ. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Et erit tanq̃ lignũ trãsplantatũ iuxta riuulos aquarũ. p̃s.45. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei. Pro quo beatus hiero. trãstulit fluminis diuisiones letificãt ciuitatẽ dei. Esa.30. Riui currẽtiũ aquarum. Reperitur etiã פְּלַגּוֹת Pelagoth. secundum terminationẽ femininorũ. Iob. 20. Nõ videat riuulos fluminis: torrentes mellis & butyri.

פִּלֶגֶשׁ Pileges. cõcubina. Gen.22. cõcubina vero illi⁹ noie roma. & i eo.35. & dormiuit cũ bala cõcubina pr̃is sui. & i eo.36. Erat ãt thãna cõcubina eliphaz. Et i plu. פִּלַגְשִׁים Pilagsim secundũ terminationẽ masculinorũ. Gen.25. Filiis aũt concubinarum largitus est munera. 2. Reg.20. Decẽ mulieres cõcubinas. Cãti.6. & octoginta cõcubine. Ponitur etiã ꝑ cõcubitu. Ezech.23. Et isaniuit libidine sup cõcubitũ eorũ.

פֶּלֶד Pelad. habena. secundũ trãslationẽ nr̃am. Et solũ inuenitur in numero plurali. s. פְּלָדוֹת Peladoth. Nau.2. Ignee habene currus. Hebrei tñ dicunt q̃ sigñat lãpades sicut לַפִּיד Lapid de quo supra dictum est in littera lãmed.

פָּלָה Pala. separare. diuidere. mirificare. mirabile facere. Exo.8. Faciãq̃ mirabile i die illa in terra gesen. Pro q̃ he. le. Et separabo i die illa terrã gesen. Põt etiã legi sicut est in littera nr̃a: vt infra dicetur. & in eo.9. Et faciet dñs mirabile inter possessiones israel & egyptiorum. pro quo he. le. Et diuidet dñs inter possessiones israel & egyptiorũ. & in eodẽ.11. Vt sciatis quanto miraculo diuidat dñs egyptios & israel. Et in eo.33. Vt glorificemur ab oibus populis. ꝑ quo he. le. Vt diuidamur ego & populus tuus ab oibus populis Potest etiã legi vt mirificemur. p̃s.4. Et scitote qm̃ mirificauit dñs sanctum suum. Vide etiam de hoc supra in dictione פָּלָא pala cum aleph in fine.

פָּלַח Palach. diuidere. scindere. concidere. secare. disfecare. 4. Reg.4. Et reuersus concidit in olla pulmenti. Iob.16. Cõuulnerauit lũbos meos. Pro quo he. le. Secuit vel concidit renes meos. p̃s.14. Sicut crassitudo terre erupta est super terrã. Pro quo btũs hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Sicut agricola qui scindit terrã. Prouer.7. Donec trãsfigat sagitta iecur ei⁹. i. donec diuidat vel scidat. Et ide פֶּלַח pelach. i. fragmẽ. Iudi.9. Et ecce vna mulier fragmẽ mole desup deiiciẽs. Cãti.4. Sicut fragmẽ mali pũici. & i eo.6. Sicut cortex mali punici. vbi ponitur pro cortice. Ponitur ẽt pro malleatore. eo quod diuidit & cõcidit. Iob.41. Et strin getur q̃si malleatoris inc⁹. Itẽ פְּלַח Palach. In ligua chaldaica sigñat seruire siue colere. Dañ.3. Deos tuos non colunt Et in eo. Quia deos tuos nõ colimus. Et in eo.6. Deus tu⁹ quẽ colis semper. & inde פָּלְחָן pulchan. i. seruit⁹. ministerium. Esd.6. vasa quoq̃ que dantur tibi in ministerium domus dei tui.

פָּלַט Palat. euadere. saluare. saluari. eruere. Eripere. libera re. eiicere: siue expellere. pere. 2. Reg.22. saluabis me a cõtradictiõibus populi. p̃s.16. Eripe aĩam meã ab impio. p̃s.17. Refugium meum & liberator meus. p̃s.31. erue me a circundantibus me. p̃s.55. Pro nihilo saluos facies illos. Ezech.7. Et saluabũtur qui fugerint ex eis. Mich.6. et apprehendes & nõ saluabis: & quos saluaueris in gladio dabo. Hebrei tñ in ꝑdicto loco legũt. et appñhedes & nõ eiicies & q̃s eieceris gladio dabo. Sigñat ẽt parere. Iob.21. vacca pepit & nõ est priuata fetu. ponitur ẽt ꝑ amplexari. Esa.5. & aplexabitur & non est qui eruat. & inde פְּלֵטָה peleta. i. euasio. liberatio. siue illud quod euadit vel liberatur. Gen.32. Alia turma q̃ reliq̃ est saluabitur. ꝑ quo he. le. & erit alia turma i liberationẽ vel in euasionẽ. Et est sensus sicut in littera nr̃a. Exo.10. Sed comedatur q̃d residuũ fuerit grandini. i. q̃d liberatũ fuerit a grãdine. Et inde פָּלִיט Palit. i. ille qui euasit vel effugit mortẽ vel piculũ. Gen.14. & ecce vnus qui euaserat. Threñ.2. Et nõ fuit i die furoris dñi qui effugeret. & in plu. פְּלֵטִים peletim. Iudi.12. quia dixerant fugitiuus est galaad de ephraim. q̃d in hebreo legitur i. plu. s. fugitiui estis vos galaad de ephraim. Esa.66. Et mittã ex eis qui saluati fuerint ad gentes. & in abdia. nec stabis in exitibus ve

interficias eos qui fugerint.

פלך Pelech. fusus. baculus. vicus. 2. Reg. 3. & tenēs fusū & cadēs gladio. & aliqui he. dicūt ꝙ in pdicto loco significat baculū. Prouer. 31. & digiti eius apprehēderunt fusum. Significat etiam vicum seu pagum. Nee. 3. Princeps vici ierusalem. & in eodem. princeps pagi maspha.

פלס Palas. pōderare. dirigere. rectificare. ps. 77. Viā fecit semite ire sue. ꝑ quo he. le. Pōderauit siue direxit semitā furori suo. Beatus hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. Muniuit semitā furori suo. puer. 4. Dirige semitā pedibꝰ tuis. & in eo. 5. Per semitā vite nō ābulat. ꝑ quo he. le. Semitā vite nō diriget vel ne dirigetur i ea: cuius expositionē vide supra in dictione פן Pun. Esa. 26. Rectus callis iusti ad ābulādū. ꝑ quo he. le. Rectū calle iusti pōderabis seu diriges. & in eodē פלס Péles. i. pōdus. Prouer. 16. pondus & statera iudicia dn̄i sunt. Esa. 40. Et librauit in pondere montes.

פלץ Palas. cōcutere. cōcussum eē. tremere. Iob. 9. Et colūne eius cōcutiūtur. Et inde פלצות Palasuth. i. tremor. cōcussio. Iob. 21. & cōcutit carnē meā tremor. Ezech. 7. & operiet eas formido. In alio vero loco beatus hiero. transtulit tenebras seu caligīnē. ps. 54. Et cōtexerūt me tenebre. Esa. 21. Tenebre stupefecerūt me. Sed ēt i pdictis locis hebrei interpretātur tremorē seu concussionē. Et inde מפלצת Miphlèseth. i. idolū priapi: secūdū trāslatione nr̄am. 3. Reg 15. Insup & maacha matrē suā amouit ne esset pncps in sacris priapi. & in eo. Subuertitq; specū eius & cōfregit simulachrū turpissimū. Et aliqn̄ scribitur cū thau i principio & dr̄ תפלצת Thiphlèseth. Pro quo beatus hiero. trāstulit arrogantiā. Hiere. 49. Arrogantia tua decepit te.

פלש palas. inuoluere. cōspergere. s. cinere vel puluere: qd̄ fiebat in signū luctus & tristitie. Hiere. 6. & cōspergere cinere. & in eo. 25. Et aspergite vos cinere. Ezech. 27. Et cinere cōspergētur. Mich. 1. puluere vos conspergite.

פלש palas. cū pūcto cebolet. extēdere siue expādere. & solum inuenitur nomē plurale ab eo deriuatū. s. מפלשי Miphlese. i. extēsiones siue expāsiōes. ꝑ quo beatus hiero. trāstulit semitas. Iob. 37. Nunquid nosti semitas nubium. i. quibus viis vel semitis nubes expandatur super terram.

פם Pum. in lingua chaldaica significat os. Dan. 4. Cumq; sermo adhuc esset in ore regis.

פן Pen. Ne forte. Gen. 26. Ne forte interficerēt eū. Et in eo. Ne morerer ꝑpter eā. i. ne forte morerer. vide ēt de hoc supra in dictiōe פם pum. Itē פנה pina. angulus. ps. 117. Hic factus est in caput anguli. Prouer. 7. Transit per plateā iuxta angulū. & in eo. Iuxta oēm angulū insidiās. Et secundū hebreos he vltimū est generis feminini: & ideo eiꝰ primitiuū est pdicta dictio פן Pen. alii vero dicūt ꝙ deriuatur a sequēti dictione פנן penin. & in plu. פנות pinoth. Exo. 27. Cornua autē per qttuor angulos ex ipso erunt. Iob. 1. Et cōcussit qttuor angulos domus. Soph. 1. Et sup ciuitates munitas & sup angulos excelsos. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ in predicto loco ponitur pro turribꝰ firmissimis: sicut firmitas domus est in angulis. Et quia in angulis ponūtur lapides maiores & meliores. ideo maiores & pricipes populi appellātur hoc noīe. Iudi. 20. Oīs āguli populorū. Reperitur etiā פנים pinim i gn̄e masculino. Zach. 14. Et vsq; ad portā angulorū.

פנן Penin. gēma. seu margarita. & solū inuenitur i numero plu. s. פנינים peninim. Prouer. 3. Preciosior est cunctis opibus. i. cūctis gēmis. & i eo. 20. Est aurū & multitudo gēmarū. & in eo. 31. Procul & de vltimis finibus pciū eius. ꝑ quo he. le. Et pcul siue lōge magis q̄ gēme preciū eius. i. lōge pciosius gēmis preciū eiꝰ. Thren. 4. Rubicūdiores ebore antiquo. ꝑ quo he. le. Rubicūdiores osse plusq̄ gēme. i. plusq̄ gēme rubicūde. & dicunt aliqui qd̄ a predicta dictione deriuatur פנה pinna. i. angulus: & ponitur ibi dages in littera nun ꝑpter defectū alterius nun. alii vero dicunt qd̄ deriuatur a dictione פן pen: de qua supra dictū est.

פנג panag. balsamū. vnguētum preciosum. Ezech. 27. Balsamū & mel & oleū & resinā ꝑposuerūt i nūdinis tuis.

פנה pana. respicere. intueri: aduertere. aiaduertere. vertere. auertere. declinare. parare. seu ꝑparare. Exo. 2. Cūq; circūspexisset huc atq; illuc. & in eodē. Et reuersus est moyses de monte. pro quo he. le. Et respexit & descēdit moyses de mōte. Leuit. 26. Respiciā vos & crescere vos faciā. Deut. 31. Quia secutꝰ est deos alienos. pro quo he. le. Quia respexit seu diuertit ad deos alienos. Iudi. 20. Beniamin quoq; respiciens retro. Iob. 6. Verūtamen quod cepistis explete. Pro quo he. le. Et nunc animaduertite: respicite in me: vel sic. Et nunc quia cepistis: respicite in mē. ps. 101. Respexit in orationem humiliū. ps. 118. respice in me & miserere mei. Hiere. 47. Non respexerūt patres filios. Ezech. 9. Que respicit ad aquilonē. & in eodē. 11. Que respicit ad solis ortū. Significat etiā vertere vel auertere. siue diuertere: aut declinare. Deut. 2. Profectiq; inde venimus in solitudinem. pro quo hebrei legunt. Et diuertimus siue respeximꝰ: & ꝑfecti sumus ad solitudinē. & in eodē. Ite contra aquilonē. i. vertite vel diuertite contra aquilonē. Iosue. 22. 29. Cuius cor auersus est a dn̄o deo vr̄o. Iudi. 15. Caudasq; earum iungit ad caudas. pro quo he. le. Et vertit caudā ad caudā. i. fecit vt mutuo respicerēt. Et in eo. 20. Quod cum vidissent filii beniamin in fugā versi sūt. 1. Reg. 10. Cum auertisset humerum suū vt abiret. & in eodē. 14. Quocūq; se verterat superabat. Esa. 56. Omnes in viā suā declinauerunt. Hiere. 2. verterunt ad me tergum & non faciē. Et in eodē. 6. Ve nobis quia declinauit dies. & in eodē. 49. Quomodo deiecit ceruicem moab. pro quo he. le. Quomodo vertit ceruicē moab. scilicet vt fugeret. & in eo. 4. fugite & terga vertite. Et in eodem. Versa est vt fugeret. Ezech. 43. Gradus aūt eius versi ad orientē. Potest etiā legi secundū primā significationē. Respiciētes ad oriētē. & inde פנות penoth. i. primo mane. s. qn̄ mane vel aurora respicit ab oriēte. Et scribitur cū lāmed i pricipio & dr̄ לפנות liphnoth. Exo. 14. reuersusq; est prio diluculo ad priorē locū. ps. 45. Adiuuauit eā deꝰ māe diluculo. pōitur ēt ꝑ tpe vespertino. & inde פנים panim. i. facies. vultus. aspectꝰ. & declinatur tm̄ plr: & cōiter ē gn̄is masculini. Gen. 1. Et tenebre erāt sup faciē abyssi: & spūs dn̄i ferebatur sup aq̄s. ꝑ quo he. le. sup faciē aquarū. & in eo. 4. & cōcidit vultꝰ eius. & in eo. & cur cōcidit facies tua. & in eo. 32. vidi dn̄m facie ad faciē. & in eo. 33. Sic eni vidi faciē tuā: quasi viderim vultū dei. Exo. 33. loq̄batur dn̄s ad moysen facie ad faciē. & in eodē. Nō poteris videre faciē mea. Nu. 6. Cōuertat dn̄s vultū suū ad te. Deut. 4. eduxitq; te pcedēs. ꝑ q̄ he. le. Et eduxit te in facie sua. i. in presentia sua. Et est sensus sicut in lr̄a nr̄a. 2. Reg. 2. & leuare nō potero faciē meā. Et in eo. 11. Ponite vriā exaduerso belli. Pro quo he. le. Ponite vriā exaduerso faciei belli. i. in prima acie belli. ps. 33 Et facies vero nō cōfundentur. Prouer. 25. Et facies tristis linguā detrahētē. & in eo. 28. qui cognoscit i iudicio faciē: nō bene facit. Reperitur ēt in ge. fe. Ezech. 21. Quocūq; faciei tue est appetitꝰ. & ꝑponitur ei lr̄a lāmed & dr̄ לפנים lephanim siue לפני Liphne. i. corā. i cōspectu. ante. anteq̄. Ab initio. Gen. 6. Corrupta est autem terra coram domino. & in eodē. 10. Erat aūt robustus venator corā dn̄o. & in eodem. 13. Ecce vniuersa terra coram te. Et in eo. 24. & appositus est in cōspectu eius panis. & in eodem. 46. Misit aūt iacob iudam ante se. Ruth. 4. Hic autem erat mos antiquitus in israel. Pro quo hebrei legūt. Hoc autem erat ante. i. ab antiquo in israel. 1. Reg. 8. & egredietur ante nos. Nee. 5. Duces autem primi qui fuerūt ante me. Iob. 8. Et ante omnes herbas arescit. ps. 71. Ante solem pmanet nomen eius. ps. 101. Initio tu dn̄e terrā fundasti. Prouer. 17. Cum spoponderit pro amico suo. pro quo hebrei legunt. Cum spopōderit coram amico suo. siue ante amicum suū. & in eodē. 18. Anteq̄ conteratur exaltatur cor hominis: & anteq̄ glorificetur humiliatur. Malach. 4. Anteq̄ veniat dies dn̄i. Significat etiā velut aut quasi. 1. Reg. 1. Ne reputes ancillam tuā quasi vnā de filiabus belial. Iob. 4. Cōteretur velut a tinea. Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מפני Mipene. i. a facie. a cōspectu. Gen. 3. Abscondit se adam & vxor eius a facie dn̄i. & in eodem. 16. A facie sarai dn̄e mee ego fugio. & in eodem. 35. Cum fugeret a fratrē suum. Pro quo hebrei legunt. Cum fugeret a facie Esau fratris sui. Hiere. 5. Et a facie mea non dolebitis. Est etiā redditiuū rationis. Exo. 19. Eo quod descendisset dn̄s sup eū in ignē. Scribitur etiā cū lāmed in principio & dr̄ מלפנים Milephanim. siue מלפני Miliphne. i. a facie. de vultu. de cōspectu. ab āte: siue ab antiquo. Gen. 4. Egressusq; cain a facie dn̄i. Exo. 35. Egressa ē ois multitudo filiorū israel de cōspectu Moysi. ps. 16. de vultu tuo iudiciū meum ꝑdeat. ps. 113. A facie dei mota est terra: a facie dei iacob. Ione. 1. Vt fugeret in tharsis a facie dn̄i. Et aliqn̄ preponitur ei dictio על Al. vel dictio אל El. & dr̄ על פני Aal pene. siue אל פני El pene. i. ad faciē. in faciē. in cōspectu. ante faciē. corā. Gen. 11. Mortuꝰ est autē arā ante thare prem suū. i. viuēte thare. & in eodē. 25. Corā cūctis fratribus suis obiit. i. eis viuētibus. Exo. 20. Nō habebis deos alienos corā me. Nu. 3. Functiq; sunt sacerdotio Eleazar & ithamar corā aaron patre suo. Deut. 7. & reddēs odiētibus se statim: ita vt dispderet eos. pro quo he. le. & reddēs odiēti se in facie sua. i. in vita sua. & in eo. Protinus eis restituens quod meretur. Pro quo he. le. In faciem suā reddēs ei. Iob. 1. Nisi in faciem benedixerit tibi. & in eodem. 6. Et prebete autem & videte an mentiar. ꝑ quo hebrei legunt. Et in facie vr̄a si mētiar. & est sensus sicut in littera nr̄a. & in eodē. 21. Quis arguet corā eo vias eius. Item פנים Panim. i. intus siue interiꝰ. Ezech. 2. Qui erat scriptus intus & foris. Potest etiā legi ante & retro. Scribitur etiā cum he i fine & dicitur פנימה Penima. 3. Reg. 6. & cedro ois domus intrinsecus vestiebatur. ps. 44. Omnis gloria eius filie regis ab intus. Et inde פנימי Penimi. i. interior. Ezech. 40. Et itrodūxit me in atrium interius. & in eodē. 41. Vsq; ad domū interiorē. Et in eodem. Intrinsecus & forinsecus. & in genere feminino פנימית Penimith. vt in eodem. 44. Cum ingredientur portam atrii interioris. Et in plurali פנימים Penimim. siue פנימיות Penimioth. 1. Paralipo. 28. Et cellariorum eius interiorum. 2. Paralipo. 4. Et ostia celabit tēpli interioris. ꝑ quo hebrei legunt. Et ostia eius interiora. Et aliquādo scribitur cum lāmed in principio & dicitur לפני Liphnai. 3. Reg. 6. Porro quadragita cubitorum erat ipsum tēplū pre foribus oraculi. Pro quo hebrei legunt. Porro quadraginta cubitorum erat domus: hoc est tēplum interius. Scribitur etiā cū mē in principio & dicitur מלפנים Miliphnim. vt in eodē. Quasi pminentes de pariete: et egredientes. pro q̄ hebrei legunt. Ab intrinseco & foris. s. egrediētes. Et quia ira ostēditur in facie: ideo ponitur פנים Panim. i. facies pro ira. Gen. 32. Dixit eni placabo illū muneribus. pro quo he. le. Dixit enim placabo irā eius munere. Leuit. 20. Ponā faciē meā sup hominē illum. i. ponā iram meā. Iob. 9. Cōmuto faciem meā. pro quo he. le. Relinquā faciem meā. i. iram vel indignationē meā. ps. 33. Vultus autē dn̄i sup facientes mala. Hiere. 3. Nō auertam faciem meā a vobis. pro quo he. le. Non imitam iram meā in vobis. Thren. 4. facies dn̄i diuisit eos. i. ira dn̄i. Item פנה Pinna. i. parare. ꝑparare. expurgare. Gen. 24. Preparaui domū & locū camelis tuis. Esa. 40. Parate viam dn̄i. & in eo. 57. Declinate de semita. pro quo he. le. preparate siue expurgate semitā. i. lapides ab ea tollite. vnde sequitur auferte offendicula de via populi mei. potest etiā significare declinare sicut est in littera nr̄a: vt supra dictum est. & in eodem. 62. Preparate viā populo. Soph. 3. Auertit inimicos tuos. ꝑ quo hebrei legūt. Expurgauit inimicos tuos. i. abstulit eos de terra tua. Potest etiā significare auertere sicut est in littera nr̄a: vt supra dictū est. Item פנה Pinna. i. angulus. Nee. 3. vsq; ad flexuram & vsq; ad angulum. & in eodem. Et contra cenaculum anguli. Hiere. 31. Vsq; ad portam anguli. de quo vide supra in dictiōe פן pen.

פנק Panac. i. deliciis nutrire. seu delicate nutrire. Prouer. 29. Qui delicate nutrit a puericia seruū suū. & solum inuenitur in predicto loco.

פס Pas: siue פסה pisa. fragmētum. particula. Dan. 5. Et rex aspiciebat articulos manus scribētis. pro quo hebrei legunt. Et rex aspiciebat particulā seu fragmentū manus scribentis. Et in eo. Idcirco ab eo missus est articulꝰ manus. Et in plurali פסים pasim. Gen. 37. Fecitq; ei tunicā polymitā. idest ex multis fragmentis seu pitaciis diuersorum colorū siue ex multis filis diuersorum colorum contexta. nam polymita est dictio composita a poly quod grece signat multum: & mitos filum seu licium. Ponitur etiam pro talari. 2. Regum. 13. que induta erat talari tunica. & inde פסה Pisa. idest fragmentum vel placenta aut placentula. ps. 71. Erit firmamentū in terra in sūmis montiū. pro quo he. le. Erit fragmentum val placentula tritici in terra. Et beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. erit memoriale tritici i terra.

פסס pasas. finire. deficere. diminui. & scribitur cū simplici sāmach. ps. 11. Quoniā diminute sunt veritates a filiis hoim. Et aliqui hebrei dicunt quod inde deriuatur dictio פס pas. siue פסה pisa. idest fragmentum seu particula. De quo dictum est in dictione precedenti.

פסג pasag. distribuere. secundum translationem nr̄am. ps. 47. Distribuite domos eiꝰ. hebrei vero dicūt ꝙ signat exaltare seu munire: & quod deriuatur a dictiōe פסגה phasga. quod est locus altus & munitus. Deut. 3. Ascende cacumen phasge.

פסח pasach. claudicare. claudū fieri. trāsilire. trāsire. 2. Reg. 4. Cecidit & claudꝰ effectꝰ est. 3. Reg. 18. Vsq; quo claudicatis in duas partes. & inde פסח pisach. idest claudus. Leuit. 21. Si cecus fuerit: si claudus. 2. Reg. 9. Claudus vtroq; pede. Esa. 35. Tunc saliet sicut ceruus claudus. & in plurali פסחים pischim. 2. Reg. 5. nisi abstuleris cecos & claudos. Esa. 33. claudi diripiēt rapinā. Signat ēt pdicta dictio trāsilire vel trāscēdere. Exo. 12. trāscēdet ostiū domꝰ. & i eo. & videbo sanguinē & trāsibo vos. i. trāsiliā. 3. Reg. 18. Trāsiliebātq; altare qd̄ fecerāt. Esa. 31. trāsiēs & saluās. & ide פסח pésach i. trāsitꝰ. eo qd̄ trāsiliuit domos israelitarū. Exo. 12. victima trāsitꝰ dn̄i est. qn̄ trāsiuit sup domos filiorum israel: vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.

פסל pasal. dolare. pscindere. sculpere. Exo. 34. pcide ait tibi duas tabulas lapideas. & in eo. Excidit ergo duas tabulas lapideas. Deut. 10. dola tibi duas tabulas lapideas. & i eo. Cūq; dolasset duas tabulas lapideas. & inde פסל pesel. idest idolum. sculptile. Leuit. 29. Non facietis vobis idolum & sculptile. Esa. 40. Nūquid sculptile conflabit faber. & in eo. Quō statuat simulachrū qd̄ nō moueatur Et in eo. 42. Cōfundantur confusione qui confidūt in sculptile. Et

in eo.44. Plaste idoli omnes nihil sunt. Et in eodē. Quis formauit deum: & sculptile formauit. & in eodem. 45. Qui leuant lignum sculpture sue. Et in plurali. פְּסִילִים Pesilim. Deut. 7. Sculptilia eorū igne comburite. Iudi. 3. Et pertransiuit locum idolorum vnde reuersus fuerat. p̄s. 77. Et in sculptilibus suis ad emulationē eū ꝓuocauerunt. Esa. 4. Et laudem meam sculptilibus.

פְּסַנְתֵּרִין Pesantherin. in lingua chaldaica sigñat instrumentum musicum. pro q̄ beatus hiero. trāstulit. psalteriū. Dañ. 3. Et cithare & psalterii & symphonie.

פָּעָה Paa. clamare. ingemiscere. Esa. 44. Sicut parturiēs loquar. Pro quo hebrei legunt. Sicut parturiens clamabo seu vociferabo. & inde אֶפְעֶה Ephee. quod sigñat serpentis genus. Pro quo beatus hieronymus transtulit viperam. Esa. 30. vipera & regulus volans.

פָּעַל Paal. operari. facere. Iob. 35. Si peccaueris: quid ei nocebis. Pro quo he. le. Si peccaueris quid operaberis cōtra eū. Et est sensus sicut in lr̃a nr̃a. Esa. 41. quis hec opatus est & fecit. & in eodem. 44. Et operatus est in brachio fortitudinis sue. Et in eo. De reliquo autē operatus est deum. Mich. 2. Et operamini malum in cubilibus vestris. Et inde פֹּעַל Poal. idest opus. Ps. 9. In ope manuū suarū cōprehensus est peccator. Hiere. 22. Et mercedem non reddet ei. Pro quo he. le. & opus suū. i. mercedē operis sui nō reddet ei. & in plurali פְּעָלִים Pealim. 2. Reg. 23. Banaias filius ioiade viri fortissimi magnorum operū. & in ge. fe. פְּעֻלָּה peula. seu פְּעֻלַּת Peulath. Leuit. 19. Non morabitur opus mercenarii apud te. Esa. 40. Et opus illius coram illo. & in plu. פְּעֻלּוֹת Peuloth. p̄s. 16. Vt non loquatur os meum opera hominū. scribitur etiam cū mem in principio & dicitur מִפְעָלוֹת Miphaaloth. p̄s. 45. Venite & videte opera dñi.

פָּעַם Paam. terrere. perterrere. pulsare. Geñ. 41. Et facto mane pauore pterritus. Pro quo hebrei legunt. & perterritus est spiritus eius. Iudi. 13. Cepitq̧ spūs dñi esse cū eo. pro quo he. le. Cepitq̧ spiritus domini pulsare eū siue expergefacere eum. Dañ. 2. Et conterritus est spiritus eius. Item פַּעַם paam. i. vicis. vna vice. semel. nunc. Geñ. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis. Potest ēt legi sic. hac vice os ex ossibus meis. Et in eo. 18. obsecro domine ne irascaris si loquar adhuc semel. Iudi. 16. Et redde mihi nunc fortitudinem pristinam. 2. Reg. 17. Non est bonū consiliū quod dedit achitophel hac vice. Prouer. 7. Nunc foris nūc i plateis Et in plu. פְּעָמִים peamim. Geñ. 33. & adorauit ꝓnus i terra septies. i. septemvicibus. Leuit. 4. Asperget septies. Nume. 14. Et tentauerunt me iam per decē vices. Ezech. 41. Latera autem: latus ad latus bis trigīta triū. pro quo he. le. Lat9 ad latus trigīta & tribus vicib9. & in numero duali פַּעֲמַיִם Paamaim. i. duabus vicibus seu bis. Geñ. 27. & supplātauit me en altera vice. i. bis. & in eo. 43. Si nō intercessisset dilatio: iam vice altera venissemus. Nu. 20. Cūq̧ eleuasset moyses manū pcutiēs virga bis silicē. & inde dicūt aliqui ꝙ deriuatur verbū פַּעַם Paam. Iudi. 13. Cepitq̧ spūs dñi esse cū eo. i. hac prima vice cepit eē cū eo. de quo supra dictū est. ponitur etiā פַּעַם Paam ꝓ tūc tēporis. Esa. 41. Eū qui cudebat tūc tp̄is. Hebrei vero dicūt ꝙ sigñat malleū. vñ in p̄dicto loco ipsi legunt. Eū qui cudebat malleo. Itē פַּעַם Paam. i. uestigiū seu plāta pedis. & solū inuenitur in nu. plu. s. פְּעָמִים peamim. Iudi. 5. quare tardauerūt pedes quadrigarum illius. p̄s. 16. Vt non moueātur vestigia mea. p̄s. 73. Leua manus tuas in supbiā eorū in finē. pro q̄ btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. Sublimitas pedū tuorū dissipata est vsq̧ in finē Prouer. 29. rete expādit gressibus ei9. Cāti. 7. quā pulchri sunt gressus tui i calciamētis. Esa. 26. Pes pauperis: gressus egenorū. ponitur ēt ꝓ angulis. Exo. 25. quos pones p q̄ttuor arce angulos. & ponitur ibi פַּעֲמֹת paamoth in ge. fe. Itē פַּעֲמֹן Paamon. i. tintinabulū. Exo. 28. Mixtis in medio tintinabulis: ita vt tintinabulū sit aureū & malum punicū: rursumq̧ tintinabulū aliud aureū. Vbi ponitur tā in singulari q̄ȝ in plurali.

פַּעְנֵחַ Paaneach. mūdus: seu orbis: secundū trāslationē nostrā. & est vocabulū egyptiacū: & solū inuenitur. Geñ. 41. Vbi dr̄ & vocauit eū lingua egyptiaca saluatorē mūdi. vbi ponitur צָפְנַת פַּעְנֵחַ Saphnath paaneach. & dicunt aliqui hebrei ꝙ sigñat abscōditorū reptorē. vñ btūs hiero. in libro de hebraicis questionibus sup predicto loco sic ait Licet hebraice hoc nomē צָפְנַת פַּעְנֵחַ Saphnath Paaneach. absconditorū repertorē sonet. tamen quia ab egyptio ponitur ipsius lingue debet habere rationē. interp̄tatur ergo sermone egyptio saluator mundi: eo ꝙ orbē terre ab īminēte famis excidio liberauerit. hec hieronymus.

פָּעַר Paar. apire. s. os. hiare. Iob. 16. aperuerūt sup me ora eorū. & in eo. 29. & os suū apiebant q̄si ad ībrē serotinū. p̄s. 118. Os meū apui. Esa. 5. Et aperuit os suū.

פָּצָה Pasa. aperire. liberare. eruere. Iudi. 11. Aperui enim os meum ad dñm. Iob. 35. Ergo Iob frustra aperit os suū. p̄s. 65. Que distinxerunt labia mea. pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. que promiserūt labia mea. i. pro quibus apta sunt labia mea. Esa. 10. & nō fuit qui moueret pēnam & aperiret os. Ezech. 2. Aperi os tuū & comede. Sigñat ēt redimere vel eripere. Ps. 143. qui redemisti dauid seruū tuū. & in eo. Eripe me & erue me.

פָּצַח Pasach. cantare. gaudere. iubilare. vociferari. confringere. p̄s. 97. Cātate & exultate & psallite. Esa. 14. Gauisa est: & exultauit. Et in eo. 54. Decanta laudē & hinni q̄ nō pariebas. & in eo. 55. Montes & colles cantabūt corā vobis laudē. sigñt ēt cōfrigere. Mich. 3. & ossa eorū cōfregerīt.

פָּצַל Pasal. decorticare. Geñ. 3. Ex parte decorticauit eas: detractisq̧ corticibus. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū. & in eo. quas decorticauit.

פָּצַם Pasam. Rūpere. dirūpere. Ps. 59. cōmouisti terrā: & cōturbasti eā. pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. Dirupisti eā. & solū inuenitur ī p̄dicto loco.

פָּצַע Pasaa. vulnerare. cōterere. 3. Reg. 20. qui pcussit eū: & vulnerauit. Canti. 5. Percusserunt me: vulnerauerunt me. & inde פֶּצַע pesaa. i. vulnus. Exo. 21. vulnus pro vulnere. & inde פְּצוּעַ pasūach. i. ille qui habet attritos testiculos. Deu. 23. nō ītrabit eunuch9 attritis vl̄ āputatis testiculis.

פָּצַר Pasar. cōpellere. cogere. vim facere. perfidū eē. Geñ. 19. cōpulit illos oppido. & in eo. vimq̧ faciebāt loth vehemētissime. Iudi. 19. Et nihilomin9 obnixe cum socer tenuit. ꝓ quo he. le. cōpulit siue coegit eū socer ei9. 4. Reg. 2. Coegerūtq̧ eū donec erubesceret. & in eo. 5. cūq̧ vim faceret: penitus nō acquieuit. & inde פְּצִירָה pesira. ꝓ q̄ btūs hiero. trāstulit. retusum. 1. Reg. 13. Retuse itaq̧ erāt acies vomerū. Hebrei vero dicūt ꝙ sigñat limā ferreā q̄ habet ora multa. nā iugitur cū dictiōe פִּים pim: que significat ora.

פָּקַד Pacad. visitare. requirere. censere. numerare. statuere constituere. preficere. p̄fectum esse. p̄cipere. deesse. deficere. Geñ. 21. Visitauit aūt dñs saram. Exo. 3. Visitās visitaui vos. Et in eodē. 32. Ego autē in die vltiōis mee visitabo & hoc peccatū eorū. pro quo he. le. & in die visitationis mee: & visitabo super eos peccatū eorū. Et in eodē. 34. Qui reddis iniquitatē patrū filiis ac nepotib9 eorū. pro quo he. le. visitans iniquitatē patrum super filios & filios filiorum Leuit. 18. Cuius ego scelera visitabo. & in eodem. 26. Visitabo vos velociter in egestate. Nu. 14. Qui visitas peccata

patrū in filios. Iudi. 15. Venit ergo samson inuisere volēs vxorē suam. pro quo he. le. Et visitauit samson vxorem suā 1. Reg. 14. Requirite & videte quis abierit ex nobis. i. visitate. & in eodē. 17. Et fratres tuos visitabis. & in eo. 20. Et requireris: requiretur enī sessio tua. 2. Reg. 3. Et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie. Iob. 7. Et visitas eū diluculo. & in eodē. 35. Nunc enī non infert furorē suū. Pro quo he. le. Nunc enim qm̄ non visitat siue nō statuit furorē suū. p̄s. 8. Aut fili9 hominis quoniā visitas eum. p̄s. 64. Visitasti terrā & inebriasti eā. p̄s. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. Esa. 27. Visitabit dñs in gladio suo duro & grādi. & in eodem. Ne forte visitetur contra eam. Potest etiam legi. Ne forte deficiāt folia eius. & in eo. 34. Alter alterū nō quesiuit. Hiere. 6. Hec est ciuitas visitatiōis. Pro quo he. le. Hec est ciuitas que visitata est. & in eo. 32. Et ibi erit donec visitem eū. Et inde פְּקֻדָּה Pecuda. i. visitatio. Nu. 19. Et visitauerit eos plaga: qua & ceteri visitari solent. pro quo he. le. Et visitatione omniū hoīm visitabitur super eos: & ē sensus sicut in littera nostra. Iob. 10. Et visitatio tua custodiuit spūm meū. Esa. 10. quid facietis in die visitationis. Et in eo. 15. Secundū magnitudinē operis: & visitatio eorū. & in eo. 60. & ponā visitationē tuā pacē. Hiere. 6. In tp̄e visitationis sue corruent. Osee. 9. Appropinquauerunt dies visitationis. & in plu. פְּקֻדּוֹת pecudoth. Ezech. 9. Appropinquauerunt visitationes vrbis. Ponitur etiā pro custodia vel p̄fectura. Nu. 3. Erunt sub custodia eorū tabule tabernaculi. 4. Reg. 11. Et posuit sacerdos custodias in domo dñi. 2. Paralipo. 34. Vt deferrent arcā corā rege. ꝓ quo he. le. vt deferrent arcā ad visitationē regis. i. vt rex eā visitaret & requireret. Hiere. 37. Erat ibi custos porte per vices. ꝓ quo hebrei legunt. Habens custodias vel prefecturas. & in eodem. 52. Et posuit eū in domo carceris. i. in domo custodie. Pōitur etiā ꝓ episcopatu. p̄s. 108. Et episcopatū eius accipiat alter. Item פָּקַד pacad. i. numerare. cōputare. censere. recensere. Exo. 30. Et non erit plaga in eis cū fuerint recensiti. Et in eo. 38. Hec sunt instrumenta tabernaculi que enumerata sunt. Pro quo he. le. He sunt numerationes seu computus tabernaculi testimonii que enumerata sūt. Vbi ponitur nomen & verbū ab eo deriuatū. Nu. 1. Numerabitis eos per turmas suas. & in eodē. Hi sunt quos numerauerūt moyses & Aarō. & in eo. Leuite aūt in tribubus familiarū suarum nō sunt numerati cum eis. & in eodē. 2. Vniuersi qui in castris Iude annumerati sunt. & in eo. 3. Numera filios leui. & in eodem. Numerauit eos moyses vt preceperat dñs. Iudi. 20. Inuentiq̧ sunt vigintiquinq̧ millia de beniamin educētium gladium: preter habitatores gabaa qui septingenti erāt viri fortissimi: Pro quo hebrei legūt. Et numerati sunt seu recensiti sunt filii beniamin in die illa de ciuitatibus: viginti quinq̧ millia educētium gladiū: preter habitatores gabaa qui numerati sunt septingenti viri iuuenes. & in eo. virorum quoq̧ israel absq̧ filiis Beniamin inuenti sunt. i. recensiti sunt quadringenta millia. & in eo. 21. Eo quoq̧ tp̄e cum essent in silo: nullus ex eis ibi reptus est. Pro quo he. legunt. Et recēsitus est populus: & ecce nullus erat ibi de habitatoribus iabes galaad. 1. Reg. 13. Et recensuit saul populum. & in eodē. 15. Et recēsuit eos quasi agnos. 1. Paralipo. 23. in vna familia vnaq̧ domo computati sunt. Sigñat etiā constituere vel statuere: aut preficere seu prefectū esse. Geñ. 39. A quo prepositus oib9: gubernabat prepositam sibi domū. ꝓ quo he. le. Et constituit eū siue preposuit eum super domum suam. Et in eodē. 4. at custos carceris tradidit eos ioseph. pro quo he. le. Et prefectum fecit seu constituit princeps militū ioseph cum eis. i. p̄posuit ioseph eis i custodia Nu. 1. Sed constitues eos super tabernaculum testimonii. & in eodē. 3. Aaron autē & filios eius constitues super cultum sacerdotii. & in eodē. 17. Prouideat dñs de9 spirituū omnis carnis hominē: qui sit super multitudinē hanc. i. constituat Deut. 20. Vnus quisq̧ suos ad bellandū cuneos preparabit. Pro quo hebrei legunt. Et constituent duces exercitus in capite populi. Ios. 10. Et ponite viros industrios qui clausos custodiāt. i. cōstituite. 1. Reg. 29. & sedeat in loco suo in quo constituisti eū. 3. Reg. 11. Cōstituerat eum prefectum sup tributa domus ioseph. 4. Reg. 25. Et prefecit godoliā filium ahichā. & in eo. Quod constituisset rex babylonis godoliā. 1. Paralip. 26. preposuit aūt eos dauid rex rubenitis & gaditis. i. prefecit. 2. Paralipo. 24. Qui preerāt operariis in domo dñi. i. prefecti vel prepositi erant. Nee. 7. Et censui ianitores & cantores & leuitas. pro quo hebrei legūt. & cōstituti sunt ianitores & cantores. & in eodē. 12. Recensuerunt quoq̧ in die illa viros super gazophylacia. Iob. 34. Quē constituit alium sup terrā. p̄s. 108. Constitue sup eum peccatorem. Hiere. 1. Ecce cōstitui te hodie sup gentes & sup regna. & in eodē. 51. Numerate contra eā taphsar. pro quo hebrei legūt. cōstituite super eā taphsar. i. principē seu ducem exercitus. Et inde פָּקִיד Pachid. i. prefectus. prepositus. 4. Reg. 25. Qui erat prefectus super bellatores. 2. Paralipo. 24. Et quē primus sacerdos cōstituerat. Pro quo he. le. Et prepositus seu prefectus sacerdos primus. & in plu. פְּקִידִים Pechidim. Geñ. 41. Qui cōstituat prepositos per cūctas regiones. Ester. 2. Et mittantur qui considerēt per vniuersas prouincias. Pro quo hebrei legunt. Et cōstituat siue preponat rex prepositos per vniuersas prouincias. Sigñat ēt predicta dictio reponere vel comēdare aliquid in aliquo loco aut alicui. 4. Reg. 5. Tulit de manu eorū & reposuit in domo. Esa. 10. Apud machmas comēdauit vasa sua. i. reposuit Hiere. 36. Porro volumen cōmendauerunt in gazophylacio. & in eo. 37. vt traderetur hieremias in vestibulū carceris. Pro quo he. le. Et cōmēdauit vl̄ reposuit hieremiam in vestibulo carceris. & inde פִּקָּדוֹן pichadon. idest depositum siue repositum. Geñ. 41. Et p̄paretur future septē annorū fami. pro quo he. le. Et erit cibus in depositū seu repositum terre septē annis famis. Leuit. 6. Et negauerit proximo suo depositū. Item פָּקַד Pachad. i. precipe. impare. Esdre. 1. Et ipse precepit mihi vt edificarē ei domū. Esa. 13. Dñs exercituū precepit militie belli. & īde פִּקּוּדִים picudim siue פִּקּוּדֵי Picude. i. precepta siue mandata. p̄s. 18. Iustitie dñi recte letificātes cor. pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit Precepta dñi recta letificantia cor. p̄s. 118. Tu mandasti mādata tua custodiri nimis. & in eodē. In mādatis tuis exercebor. & inde מִפְקַד Miphcad. i. preceptum seu imperium. 2. Paralip. 31. Ex imperio ezechie regis. Ponitur ēt pro loco separato. Ezech. 34. & cōbures eū in separato loco dom9. Potest etiam legi sic. & cōbures eum secundū ritū domus. Sigñat ēt predicta dictio deficere vel deesse: & tunc ponitur in voce passiua. Nu. 31. Et neq̧ vnus quidem defuit. 1. Reg. 25. Nec aliqū defuit quicq̧ eis. 2. Reg. 2. & defuerunt de seruis dauid decem & nouē viri. 3. Reg. 20. Qui si lapsus fuerit: erit aīa tua pro aīa eius. pro quo he. le. Si defuerit. Esa. 38. Quesiui residuum annorum meorum. pro quo hebrei legunt. Defeci siue defui residuo. idest in residuo annorū meorū. Potest etiā legi sicut est in littera nr̄a. secundū primā sigñationē. Hiere. 23. Nō pauebunt: & nullus q̄retur ex nūero. ꝓ quo he. le. nō pauebūt: & non deficient. Item. פְּקוֹד Pecod. nomē ꝓpriū gētis vel ꝓuincie: secundū hebreos. ꝓ q̄ btūs hiero. trāstulit nobiles. Ezech. 23. filios babylonis & vniuersos chaldeos: nobiles tyrānosq̧ & pricipes.

פָּקַח Pacach.apire. Geñ.3.apientur oculi vñ. Et in eo. & apti ſunt oculi amborum. Et in eo.21. Aperuitq; oculos eius deus.4.Reg.4.Apuitq; oculos ſuos. Et in eo.6. Domine api oculos pueri huius. Iob.14. Et dignum ducis ſup huiuſcemodi apire oculos tuos. Ps.145. Dñs illumĩat cecos.ꝓ quo he.le.dominus apit cecos.i.apit oculos eorũ. Eſa.35.Tũc apientur oculi cecorũ.& in eo.42.vt apias oculos cecorũ. Et in eo. Qui apertas habes aures nõne audies. Hiere.32. Cuius oculi aperti ſunt ſuper vias filiorũ adã. Zach.12.& ſup domũ iuda apiam oculos meos.& inde פִּקֵּחַ Pichéach.i.vidẽs ſiue ille qui habet oculos aptos: vel prudens. Exo.4. Videntẽ & cecũ.& in eo.23. Nec accipias munera: que ẽt excecãt prudẽtes.i.vidẽtes. & inde פְּקַחְקוֹחַ pecachcóach.cũ duplici cof & cũ duplici cheth.i.apertio. Eſa.61. Et clauſis aptionẽ.& aliqui hebrei dicunt ꝙ ſunt due dictiones:& legunt ſic.& clauſis aptionem carceris.

פַּקֻּעַ Pacúa.colocynthis.genus herbe amariſſime.& ſolũ inuenitur in nu.plu.ſ.פְּקֻעֹת pecuoth.4.Reg.4. Et collegit ex ea colocynthidas. Et dicunt hebrei ꝙ ſignãt cucumeres ſilueſtres venenoſos atq; mortiferos. Signãt ẽt ſculpturas ſimiles herbe p̃dicte.3.Regum.7. Et ſculptura ſubter labium circuibat illud.

פַּר Par.taurus.vitulus. Exo.29. Tolle vitulum de armẽto. Leuit.4. Offeret ꝓ peccato ſuo vitulũ ĩmaculatũ dño. Iudi.6. Tolle taurũ pris tui: & alterum taurum annorũ ſeptẽ. Et in plu.פָּרִים parim. Exo.24. imolauerũt victimas pacificas dño vitulos. Nu.28. offeretis holocauſtũ domino vitulos de armẽto duos. p̃s.21. Circũdederunt me vituli multi. Eſa.34.& tauri cum potentibus.& in gñe feminino פָּרָה Para.i.vitula ſeu vacca. Nu.19. vt adducãt ad te vaccã ruffã. Eſa.11. vitulus & vrſus paſcentur.ꝓ quo he.le. Vitula & vrſus paſcentur. Et in plu.פָּרוֹת paroth. Amos.4. Audite verbum domini vacce pingues.

פָּרוּר Parur.olla.cacabus.& ſcribitur cũ vau in ſecunda ſyllaba. Nu.11. Coquẽs in olla.1.Reg.2. Aut in ollã ſiue in cacabũ. Scribitur ẽt cũ aleph in prĩa ſyllaba. Ioel.2. oẽs vultus redigentur in ollã.i.redigentur in nigredinẽ ſicut olla.

פֶּרֶא Pére.onager.ferꝰ.ſilueſtris. Geñ.16. Hic erit ferꝰ hõ. ideſt ſilueſtris ſicut onager. Iob.6. nunquid rugiet onager cũ habuerit herbã. Oſee.8. Onager ſolitarius ſibi ephraim.& aliqñ ſcribitur cũ he in fine loco aleph. Hiere.2. Onager aſſuetus in ſolitudine.& in plu.פְּרָאִים peraim. Iob 24. Alii quaſi onagri in deſerto. p̃s.103. Expectabũt onagri in ſiti ſua. Item פָּרָא para.i.diuidere. Oſee.13. Quia ipſe inter fratres diuidet.ideſt faciet eos habitare ſolitarios ſicut onagri in ſolitudine.

פָּרַד Parad.diuidere.ſeparare.recedere.diſpergere. Geñ.10. Ab his diuiſe ſunt gentes in terra poſt diluuiũ. Et in eo.13. Recede a me obſecro.i.diuidere vel ſeparare a me. & in eodem.25. Et duo populi de ventre tuo diuidentur. Et in eodem.30. Diuiſitq; gregem iacob. Deut.32. Quãdo ſeparabat filios Adam. Iudi.4. Haber autem cineus receſſerat quondam a ceteris cineis.i.diuiſus fuerat. Ruth.1. Si nõ ſola mors me & te ſeparauerit. Iob.4. Et catuli leonũ diſſipati ſunt.ideſt diuiſi vel ſeparati ſunt: aut diſperſi ſunt. Ps.21. Et diſperſa ſunt oĩa oſſa mea. Prouer.17. qui altero ſermone repetit ſeparat federatos. Et in eo.18. Occaſionẽ querit qui vult recedere ab amico. Ezech.1. Et penne eorũ extente deſuper.ideſt ſeparate vel diuiſe erant. Oſee.4. quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur. pro quo hebrei legunt. Quoniam ipſi cum meretricibus ſeparabantur.& inde פֶּרֶד péred.ideſt mulus ex equa & aſino gñatus. eo quod tale animal non poteſt generare.& eſt quaſi ſeparatus & ſolus.2.Regum.13. Aſcenderunt ſinguli ſuper mulas ſuas. Pro quo hebrei legunt Aſcenderunt vnuſquiſq; ſuper mulum ſuum. Et in eo.18. Accidit autem vt occurreret Abſalon ſeruis dauid ſedens mulo: cumq; ingreſſus fuiſſet mulus. p̃s.31. nolite fieri ſicut equus & mulus. & in plurali פְּרָדִים peradim. Eſa.66. In mulis & in carrucis. & in genere feminino פִּרְדָּה pirda.ideſt mula.3.Reg.1. Et imponite ſalomonẽ filium meum ſuper mulam meam. Et in eo. Et impoſuerunt ſalomonem ſuper mulam. Et in plu. פִּרְדוֹת pirdoth ſiue פְּרֻדוֹת perudoth. pro quo beatus hiero. tranſtulit iumenta. Ioel.1. computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. hebrei tamen ſecundũ primam ſignificationẽ dicunt ꝙ ſignificat grana ſeminis diſperſa vel diſſeminata ſub terra. vnde in predicto loco ipſi legunt. Computruerũt diſſeminata ſub glebis ſuis.

פַּרְדֵּס Pardes.paradiſus.hortus.pomerium. vnde licet paradiſus ſit dictio greca & ſignificet idem qđ hortus tamen ab hebreo traxit originẽ. Canti.4. paradiſus malorũ punicorũ. Ponitur etiam pro ſaltu vel ſilua. Nee.2. Ad aſaph cuſtodem ſaltus regis. & in plurali. פַּרְדֵּסִים pardeſim Eccl's.2. feci hortos & pomeria.

פָּרָה Para.creſcere.augere.fructificare. Geñ.1. Creſcite & multiplicamini. Et in eo.17. Et multiplicabo te vehementer nimis.ideſt creſcere te faciam. Et in eodem. & augebo & multiplicabo eum valde. Et in eo.26. Nunc dilatauit nos dñs & fecit creſcere ſuper terrã. Et in eo.42. Creſcere me fecit deꝰ ĩ terra pauptatis mee. & ĩ eo.49. filiꝰ accreſcens Ioſeph. Ps.104. Et auxit populum ſuum vehementer. Ps.127. vxor tua ſicut vitis abundãs.i. fructificãs. Eſa.11. Et flos de radice eius aſcendet.ideſt creſcet ſeu fructificabit. Ezech.19. fructus & frondes eius creuerunt ex aquis. & inde פְּרִי peri.ideſt fructus Geñ.1. Lignũ pomiferũ faciens fructũ. Leuit.23. Et fructũ arboris pulcherrime. Deut.28. Et benedictus fructus ventris tui. Ps.1. quod fructũ ſuũ dabit in tpe ſuo. Ps.57. Si vtiq; eſt fructus iuſto. Ezech.36.& fructũ veſtrum afferatis populo meo. Amos.9. Faciẽt hortos & comedent fructus eorũ.& inde dicunt hebrei ꝙ deriuatur אַפִּרְיוֹן Apirion.ideſt ferculũ a ferẽdo dictũ. ſeu carruca. Canti.3. Ferculum fecit ſibi rex ſalomõ de lignis libani.& aliqui hebrei dicunt ꝙ ſignificat thalamum.

פַּרְוַיִם Paruáim.nomẽ propriũ loci vnde ferebatur aurũ probatiſſimũ.2.Paralip.3. Porro aurũ erat probatiſſimũ. pro quo he.le. Et aurũ erat aurũ pharuáim. & ſolũ inuenitur in predicto loco.

פַּרְוָרִים Paruarim.ſuburbana.& ſolũ reperitur in nu.plu. tranſlatio nrã poſuit pro nomine proprio. vt.4.Reg.23. Iuxta exhedram nathan melech eunuchi qui erat in pharurim. pro quo he.le. Qui erat in ſubvrbanis.i. qui erat prefectus in ſuburbanis ciuitatis.

פְּרָז Peraz. Rus.vicus ſeu villa abſq; muro. & ſolum inuenitur in numero plurali.ſ.פְּרָזוֹת perazoth. Eſter.9. Hi vero iudei qui in oppidis non muratis ac villis morabantur. Zach.11. Abſq; muro habitabitur ieruſalem.ideſt ĩ villis abſq; muro.& inde פְּרָזִים perazim.i. hoĩes habitantes in villis abſq; muro. Eſter.9. Hi vero iudei qui in oppidis nõ muratis morabũtur. ponitur etiam ꝓ bellatoribus ſeu viris robuſtis & fortiſſimis. Abach.3. Maledixiſti ſceptris eius capiti bellatorum eius. Scribitur etiam cum nun in fine & dicitur פְּרָזוֹן perazon. Iudi.5. Ceſſauerunt fortes in iſrael. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. ceſſauerũt rura ſeu ville in iſrael. quia propter timorem inimicorum non audebant habitare niſi in vrbibus muratis. Et in eodẽ Et clementia in fortes iſrael.

פַּרְזֶל Parzel.ſiue פַּרְזְלָא parzela.in lingua chaldaica ſignificat ferrũ. Dañ.2. Tibie aũt ferree.& in eodẽ. Quedam pars erat ferrea: quedam autem fictilis.& in eo. Quomodo ferrum comminuit & domat omnia.

פָּרַח Parach.florere.germinare.oriri.volare. Geñ.40. creſcere paulatim in gẽmas: & poſt flores vuas matureſcere. Leuit.13. Sin aũt effloruerit diſcurrens lepra in cute. Et in eo. Plaga enim lepre orta eſt in vlcere. Nu.17. quẽ ex his elegero germinabit virga eius.& in eo. Inuenit germinaſſe virgã Aaron in domo leui. Iob.14. Ad odorẽ aque germinabit. p̃s.71. orietur in diebus eius iuſtitia.ideſt germinabit ſiue florebit. p̃s.91. Iuſtus vt palma florebit.& in eo. In atriis domus dei nñi florebunt. Prouer.14. Tabernacula iuſtorũ germinabũt. Canti.6. Si floruiſſent vinee. Eſa.35. Et florebit quaſi liliũ.& in eo. Germinãs germinabit. Ezech.7. floruit virga: germinauit ſuperbia. Et in eo.17. Frondere feci lignũ aridũ.ꝓ quo he.le. Florere vel germinare feci lignũ aridũ. Abach.3. Ficus enim nõ florebit. ponitur ẽt pro turgere. Exo.9. Erũtq; in hoĩbus & iumentis vlcera & veſicce turgẽtes.& in eo. facta ſũt vlcera veſiccarũ turgentiũ.& inde פֶּרַח pérach.i. flos.liliũ. Exo.25. Spherulas ac lilia ex ipſo ꝓcedẽtia. & in eo. Spheruleq; ac lilia. Nu.17.& turgẽtibus gẽmis eruperãt flores.3.Reg.7.& folium repandi lilii. Scribitur ẽt cũ he in fine & dicitur פִּרְחָה pircha.& ſcđm hebreos ſignãt pueros vel iuuenes qui ſunt in flore iuuẽtutis. Iob.30. Ad dexterã orientis calamitatis mee illico ſurrexerunt. pro quo he.le. Ad dexterã pueri vel iuuenes ſurrexerũt. poteſt ẽt legi ſic. Ad dexterã germinãtis ſiue orientis: ſupple calamitatis mee. ſicut eſt ĩ lrã nrã. Signãt ẽt p̃dicta dictio volare. Ezech.13. Ecce ego ad puluillos veſtros quibus vos capitis animas volantes.& in eo. Quas vos capitis animas ad volandũ.& inde אֶפְרֹחִים ephrochim i.pulli.ſ.auiũ. Deut.22. Et matrem pullis vel ouis deſuper incubantem.

פָּרַט Parat.canere. Amos.6. Qui canitis ad vocem pſalterii.& ſolum inuenitur in p̃dicto loco.& ſcđm hebreos ſignãt pticularizare: ſicut fit in inſtrumẽtis muſicis vario tactu digitorum. vnde apud hebreos particulare dicitur פְּרָט Perat. Itẽ פֶּרֶט péret.i. racemus paruus: ſeu grana vuarum decidentia tempore vindemie. Leuit.19. nec in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis.

פֶּרֶךְ Phárech.oppſſio.dura ſeruitus.violẽtia. Exo.1. omniq; famulatu quo in terre opibus p̃mebantur. pro quo he.le.& in oĩ ope in agro ac omni famulatu eorũ quo ſeruiebant oppreſſione aut dura ſeruitute. Et in eo. Et affligebãt illudẽtes eis. pro quo he.le.& ſeruire fecerunt egyptii filios iſrael dura ſeruitute. Leuit.25. Non affliget eũ violenter in conſpectu tuo. Ezech.34. Sed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia.i.cum violentia.

פַּרְבָּר Parchar. Cellula.2.Paralipo.26. In cellulis quoq; ianitorũ ad occidentem quattuor in via: biniq; per cellulas.& ſolum inuenitur in predicto loco.

פָּרַם Param.ſcindere.rumpere.diſſoluere. Leuit.10. Veſtimẽta vrã nolite ſcidere.& in eo.21. veſtimẽta nõ ſcindet.& in eo.13. Habebit veſtimẽta diſſuta: caput nudum.

פָּרַס Paras.diuidere.frãgere.ſcindere.ſeu concidere. expãdere. Leuit.11. omne quod habet diuiſam vngulã. & ĩ eo. Sed vngulã nõ diuidit. Eſa.58. Frange eſuriẽti panẽ tuum. Hiere.16.& nõ frãgẽt inter eos lugẽti panẽ. Scribitur ẽt cum ſin in fine loco ſamach. Threñ.4.& nõ erat qui frãgeret eis. Mich.3.& conciderunt ſicut in lebete. Signãt etiam expandere. vel extendere. Hiere.4. Expandens manꝰ ſuas. Threñ.1. Expandit ſion manus ſuas. De quo vide inſra in dictione פָּרַשׂ paras. cum ſin in fine. & inde פַּרְסָה parſa.ideſt vngula. Exo.10. Non remanebit ex eis vngula. Leuit.11. Omne quod habet diuiſam vngulam. Et in plurali פְּרָסוֹת parſoth. Deut.14. Omne animal quod in duas partes vngulas findit. Eſa.5. Vngule equorũ eius vt ſilex. reperitur etiam in genere maſculino. vt Zach.11. & vngulas eorum diſſoluet.& inde verbum ſiue participium מַפְרִיס Maphris.ideſt vngulas producens. p̃s.68. Et placebit dño ſuper vitulum nouellum cornua producentem & vngulas & inde פֶּרֶס peres.i.gryphus. Leuit.11. Aquilam & gryphũ & halietum. Item פָּרַס Paras.perſia.nomẽ prouincie.2.paralip.36. Anno primo cyri regis perſarum. ideſt regis perſie. Eſter.1. Fortiſſimis perſarum & medorum. Ezech.38. Perſe ethiopes & libyi.

פָּרַע Paraa.vacare.ocioſum eſſe.deſerere.abiicere. tranſire.diſſipare.nudare.diſcoopire. Exo.5. Quare moyſes & Aaron ſolicitatis populũ ab opibus ſuis.i. vacare facitis populũ ab operibus ſuis. Prouer.1. Et deſpexiſtis omne conſilium meum. pro quo hebrei legunt. & deſeruiſtis. Et in eodem.4. Fuge ab ea: nec tranſeas per illam. pro quo hebrei legunt. Deſere ſiue abiice eam: nec tranſeas p illam. Et in eodem.8. Et nolite abiicere eam.& in eodẽ.13. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinã. Et in eo.15. Qui abiicit diſciplinam deſpicit animam ſuam. & in eodẽ 29. Cum prophetia defecerit diſſipabitur populus. Ezech 24. Non tranſeam nec parcam. vbi ponitur pro tranſire. ſignificat etiam nudare vel diſcooperire. Exo.32. Vidẽs ergo moyſes populum ꝙ eſſet nudatus: expoliauerat enim eum Aaron.ideſt nudauerat. Leuit.10. Capita veſtra nolite nudare.& in eo.13. Habebit veſtimenta diſſuta: & caput nudum.& in eodem.21. Caput ſuum non diſcooperiet. Nu.5. Diſcooperiet caput eius.& inde פֶּרַע péraa.ideſt coma. ſeu ceſaries capitis. Nu.6. Creſcente ceſarie capitis eius. Item פְּרָעָה peraa.ideſt vindicta vltio: ſecundum hebreos.& ſolũ inuenitur in numero plu. ſcilicet פְּרָעוֹת peraaoth. Deut.32 Nudati inimicorum capitis. pro quo hebrei legunt. de capite vltionum inimici. Poteſt etiam ſecundum precedentem ſignificationem legi: ſicut eſt in littera noſtra. Iudi.5. Qui ſponte obtuliſtis de iſrael animas vrãs ad periculũ: benedicite domino. pro quo hebrei legunt. In vindicãdo vindictas in iſrael: in offerendo ſe ſponte populus: benedicite domino.ideſt cum ſe obtulit ſponte ad vindictas: ſuſtinendo periculum animarum ſuarum. vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum.

פַּרְעֹשׁ Paroos.pulex.1.Regum.24. Canem mortuũ perſequeris & pulicem vnum.

פַּרְפַּר Parpar. Conterere.confringere. Iob.16. Repẽte cõtritus ſum.

פָּרַץ Paras. Diuidere.vel dirumpere. confringere. percutere.diruere.diſſipare.aperturam in muro facere. creſcere.dilatare.cogere. Geñ.38. quare diuiſa eſt pp te maceria. Exo.19. Ne percutiat eos.2.Reg.16. Contriſtatus ẽ aũt dauid eo quod percuſſiſſet dñs ozam.2.Paralip.20. Percuſſit dominus opera tua.ideſt diſſipauit vel diruit. Nee.1. Et murus ieruſalẽ diſſipatus eſt. & in eo.2.& conſiderabã murũ ieruſalẽ diſſipatũ. Iob.16. Concidit me vulnere ſup vulnus. pro quo hebrei legunt. Diuiſit vel dirupit me ſeu confregit me diuiſione ſuper diuiſionem ſeu confractione ſuper confractionem. Et in eodem.28. Diuidit torrens a populo peregrinante. Et in eodem.30. Quaſi rupto muro & aperta ianua.ideſt diuiſo vel diſſipato muro. Prouerb.25. Sicut vrbs patens abſq; murorum ambitu.ideſt ſicut vrbs diruta. Eſa.5. Diruam maceriam eius. Oſee.

4.Inundauerunt:& sanguis sanguinē tetigit. pro quo he. le.Diruerunt seu dissipauerūt aut diruperunt.Mich .2. Diuident & transibunt.Ponitur ēt p egredi.1.Paralip . 13. Si placet vobis & a dño deo nro egredietur sermo . & i de פֶּרֶץ Péres.i.diuisio.pcussio.confractio.diruptio.interruptio. Geñ.38.Quare ppter te diuisa est maceria.pro quo he.le. Quare diuisa est ppter te diuisio:siue quare diuisisti super te diuisionē.vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū .2. Reg.6.Et vocatū est nomē loci illius pcussio oze . Esa. 30. Propterea erit vobis iniquitas hec sicut interruptio cadēs. Et in plu.פְּרָצִים.perasim.2.Regū.5. Diuisit dñs inimicos meos corā me:sicut diuidūtur aque:propterea vocatum est nomen loci illius baalpharasim .i. habens diuisiones . vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū.Amos . 4.& per aperturas exibitis altera contra alteram.& in eo.9. Et reedificabo aperturas murorum eius.& in ge.fe.פְּרָצוֹת perasoth Ezech.13.Et nō ascendistis ex aduerso:nec opposuistis murū p domo israel.pro quo he.le.Et nō ascēdistis in ruptis.s. locis murorū:vnde aduersarii possent intrare ciuitatē: nec opposuistis murum pro domo israel.Scribitur ēt cū mem in principio & dr̄ מִפְרָצִים miphrasim.Iudi.5.& in portubus eius morabatur.vbi ponitur p portubus.Et inde פָּרִיץ paris.i.predo.latro.qui rūpit & perfodit domos: seu preuaricator.p̄s.16.Ego custodiui vias duras.pro quo btūs hieronymus in psal. iuxta he.ve.transtulit.Ego custodiui vias latronis.Ponitur ēt pro mala bestia & fera:que rūpit & dilacerat.Esa.35.Et mala bestia nō ascēdet p eā.& in plu.פָּרִיצִים Parisim.Hiere.7.Nūquid spelunca latronum facta est domus ista.Ezech.7.& intrabunt in illud emissarii :& cōtaminabunt illud.i.intrabunt in illud latrones seu preuaricatores.Dañ.11.Filii quoq preuaricatorū populi tui extollentur.Et inde verbū p̄uaricari vel latrocinari.1.Reg.25. Hodie icreuerūt serui qui fugiunt dños suos.i.qui p̄uaricātur contra dños suos.Sigñat ēt p̄dicta dictio פָּרַץ Paras multiplicari vel dilatari:seu augeri:aut crescere.Geñ.28. Dilataberis ad orientem & occidentē.Et in eo.30. Ditatusq ē hō vltra modū.i.multiplicatus siue auctus est diuitiis . Exo.1. Tāto magis multiplicabātur & crescebant.1.Reg.3.Non erat visio manifesta.Pro quo he.le.Non erat visio multiplicata.vnde p̄mittitur.& sermo dñi erat preciosus in diebus illis.i.rarus.2.Paralip.31 . Quod cū percrebuisset in auribus multitudinis.pro quo he.le.& cū multiplicatū vel augmentatū esset verbū:siue cū multiplicata esset res.Iob.1.& possessio eius creuit in terra.p̄s.105.& multiplicata est i eis ruina.Prouer.3.& vino torcularia tua redūdabūt.i.augebūtur Esa.54.Ad dexterā enim & ad leuam penetrabis.idest.cresces vel dilataberis.Osee.4.Fornicati sunt & non cessauerunt.pro q he.le.fornicati sunt & nō multiplicabūtur:siue nō augebūtur.Sigñat ēt cogere seu flagitare.1.Reg.28.coegerūt aūt eū serui sui.2.Reg.13.Cū aūt cogeret eū & noluisset.Et in eo.Coegit itaq Absalom eū.4 .Reg.5 . & coegit eum:ligauitq duo talenta.

פָּרַק Parac.Redimere.liberare.excutere . soluere . diuidere.lacerare.Ps.135.Redemit nos ab inimicis nostris. Threñ.5.Nō fuit qui redimeret de manu eorū.Dañ.4.peccata tua elemosynis redime . Sigñat ēt excutere vel soluere.Geñ. 27. Cum excutias & soluas iugū eius de ceruicibus tuis.Exo.32. Tollite inaures aureas de vxorū filiorumq & filiarū vr̄arū auribus.i.dissoluite vel dilacerate aut dirūpite.Et in eo.fecit populus quod iusserat :deferētes inaures ad aaron.pro quo he.le.& dissoluit populus inaures aureas que erāt in auribus suis:& detulerunt ad aaron. p̄s.7. Dum nō est qui redimat neq qui saluum faciat. pro q beatus hiero.in ps.iuxta he.ve.trāstulit.laceret & non sit qui eripiat.Zach.11.& vngulas eorum dissoluet. Ponitur ēt pro subuertere.3. Reg.19.Subuertēs mōtes & conterēs petras. & inde פֶּרֶק pérec.i.dilaceratio:siue diuisio.Naum . 3. Dilaceratiōe plena.ponitur ēt pro biuio itineris.s. vbi vie diuiduntur:siue p exitu viarum.vt in abdia.Nec stabis in exitibus.& inde מַפְרֶקֶת Maphrécheth. quod sigñat ossa ceruicis.1.Reg.4.Et fractis ceruicibus mortuus est.

פָּרַשׁ Paras.declarare.explanare.exponere.separare. dispgere.diuidere. pungere. Leuit. 24 . Donec nossent quid iuberet dñs.Pro quo he.le . Vt declararetur vel exponeretur eis ex ore dñi.Nu.15.nesciētes quid sup eo facere deberēt.pro quo he.le.Quia nō erat expositū vel declaratum quid fieret ei.& inde מְפֹרָשׁ mephoras.i.expositum.declaratum.distinctum.seu distincte.Nee.8.& legerunt in libro legis distincte & aperte.& inde פָּרָשָׁה parasa.i.declaratio.explanatio.Ester.4.Quomodo aman promisisset vt in thesauros regis pro iudeorum nece inferret argentum. pro quo he.le.Et declarationē seu explanationē argēti quā aman dixerat vt inferret in thesauros regis pro iudeis vt dispderet eos.& in eo.10.& dignitas atq sublimitas qua exaltauit mardocheum.pro quo he.le.& declaratio seu explanatio magnitudinis mardochei.sed beatus hiero. trāstulit sensum.Sigñat ēt p̄dicta dictio dispgere vel diuidere.Ezech.34.In die qñ erit in medio ouium suarum dissipatarum.i.disp̄sarū.Itē sigñat pungere:scd̄m hebreos.Prouer. 23.Et sicut regulus venena diffundet.Pro quo he.le. Et sicut regulus seu basiliscus punget.& īde פָּרָשׁ Paras.i.eques eo quod pungit equum cum calcaneis.Hiere.4.A voce equitis & mittentis sagittam.Naum.3.Et equitis ascendentis.& in plu.פָּרָשִׁים parasim.Exo.14. Super currus & equites eorum.& in eo.& operuerunt currus & equites.Et ī eo. 15.Ingressus est eni equus pharaonis cum curribus & equitibus in mare.Ezech.27.Equos & equites & mulos adduxerunt in forum tuum.Abach.1. Et diffundentur equites eius.Ponitur ēt pro lapillis plaustri qui sunt acuti quasi vngule.Esa.28.Nec vexauit eum rota plaustri : nec vngulis suis comminuet eum.Item פֶּרֶשׁ Péres.Stercus.fimus. Leuit.4.& pedibus & instentinis & fimo & reliquo corpore. Nume.19.Tam pelle & carnibus eius quam sanguine & fimo flamme traditis.Malach.2.et dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum.

פָּרַשׂ Paras.cum puncto cebóleth.extendere.tēdere.expādere.dispergere.diuidere.Exo . 9.Extendam palmas meas ad dominum.Et in eodem.Tetendit manus suas ad dominum.Et in eodem.25 . Expandentes alas & operientes oraculum.Nume.4.Extendentq desuper pallium totum hyacinthinum.2.Regum.17. Et expādit velamen super os putei.3.Regum.8. Et expanderit manus suas in domo hac.4.Regum.19.Et expandit eas coram domino.Iob.36.Si voluerit extendere nubes . Et in eodem . Et fulgurare lumine suo desuper. pro quo hebrei legunt. Ecce expandit super eum lumē suum.Et in eo.39.expādēs alas suas ad austrum.p̄s.43.Et si expandimus manus nostras ad deum alienum.Ps.104.Expandit nubē in protectionem.Ps.139. Et funes extenderunt in laqueum . Ps. 142.Expandi manus meas ad te.Esa.1.Et cum extenderitis manus vestras.Et in eo.19.Et expandētes rete super faciem aquarum.Et in eodem.25. Et extendet manus suas sub eo: sicut extendit natans ad natandum . Et in eodem . 63.Expandi manus meas tota die.Threñ.1.Expandit sion manus suas.Ezech.2.Et expandit illum coram me . Osee. 5.Et quasi rete expansum super thabor . Ioelis . 2 . Sicut

mane expansum super montes.sigñat ēt dispergere vel diuidere. aut separare.p̄s.67.Dum discernit celestis reges super eā.pro quo btūs hiero.in psal.iuxta he.ve.trāstulit.Dum diuideret robustissimus reges in ea.Ezech.17. Residui aūt in oēm ventū dispgentur.Zach.2.qm̄ in quattuor ventos celi dispersi vos.Significat etiam concidere.Mich.3.& cōciderunt sicut in lebete.

פַּרְשֶׁגֶן Parségen.in lingua chaldaica sigñat exēplar siue trāsumptum . Esdre.4.Hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum.Et in eo . Exemplum edicti artaxerxis regis lectum est.

פַּרְשְׁדֹנָה Parsedona. Secessus seu stercus alui.Iudi.3 .Statimq per secreta nature alui stercora prorūperunt.& solum inuenitur in predicto loco.

פַּרְשֵׁז Parsez.expandere. Iob.26.& expandit super illud nebulam suam.& solum inuenitur in predicto loco

פְּרָת Perath.Euphrates.Geñ.4.fluuius autē quartus ipse est euphrates.

פַּרְתַּם Partham.inclytus.prefectus.preses.& solum inuenitur in nu.plu.scilicet פַּרְתְּמִים Parthemim . Ester. 1.Fortissimis persarum & medorum inclytis.& in eo.6.Et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equū eius vbi ponitur pro tyrannis.

פָּשָׂה Pasa.crescere.expandi.Leuit.13 . Et siquidem lepra vltra non creuerit.Et in eo.Et non creuerit in cute . Et in eo. Iterum lepra creuerit.i. se expanderit.

פָּשַׁח Pasach.confringere.Threñ.3.Semitas meas conuertit: & confregit me.& dicunt hebrei q significat scindere.vel concidere.

פָּשַׁט Pasat.spoliare.exuere.excoriare.pellem detrahere. nudare.irruere.s.ad predam:seu spolium inuadere. Geñ.37.Nudauerūt eū tunica talari & polymita.idest spoliauerunt seu exuerunt. Leuit.1. Detractaq pelle ostie. Et in eo.6.Spoliabitur prioribus vestimentis.Et in eo.16 .Et depositis vestibus quibus prius indutus erat . pro quo he. le.Et exuet siue spoliabit vestimenta sua.Nu.20 .Cūq nudaueris patrē veste sua.Et in eo.Cūq aaron spoliasset vestibus suis.1.Reg.17.Nā spoliauit se ionathas tunica qua erat indutus.& in eo.19.spoliauit se vestimētis suis.& ī eo.31. Venerūt philistiim vt spoliarēt iterfectos.2.Reg.23.& populus qui fugerat reuersus est ad cesorū spolia detrahēda.Iob.19. Spoliauit me gl'ia mea.& in eo.22.& nudos spoliasti vestibus.Canti.5.Spoliaui me tunica mea.Esa .32 . Exuite vos & cōfūdemini .Ezech.16.& denudabūt te vestimentis tuis. & in eo.26.Et vestimēta sua varia abiicient.i . spoliabūt vel exuēt.Osee.2.Ne forte spoliem eā nudā.Mich. 3. & pelles eorū desup excoriauerūt.Sigñat ēt irruere vel inuadere.s. p̄dā vel spoliū.Iudi. 9.Et primo mane oriēte sole irrue super ciuitatē.Et in eo. Surrexit & irruit in eam.1 . Reg . 27. Et agebāt p̄das de gesuri.i.inuadebāt p̄das siue irruebāt ad p̄das.& in eo. In quē irruistis hodie.& in eo.30.Amalechite impetū fecerūt ex parte australi.i.irruerūt vel inuaserūt Et in eo.Siquidē nos erūpimus ad australē plagam. Iob.1. Et inuaserunt camelos et tulerunt eos.

פָּשַׁע Pasaa.p̄uaricari.rebellare.recedere.peccare.3 . Reg. 12.Recessitq israel de domo dauid.pro quo he.le. & p̄uaricatus est siue rebellauit israel in domo dauid.4.Reg. 1.p̄uaricatus est aūt moab in israel.2.Paralip.21.In diebus illis rebellauit edō ne esset subditus Iude.& in eo.eo tpe & lobna recessit ne eēt sub manu illius.i.rebellauit.Prouer.28 & pro buccella panis deserit veritatē.p quo he.le. & p buccella panis p̄uaricatur vir.Esa.1.ipi vero spreuerūt me.pro q he.le.Ipsi vero p̄uaricati sunt in me.& in eo.43.& interpretes tui p̄uaricati sūt in me.& in eo.59.peccare & mētiri cōtra dñm.Hiere.33.& spreuerūt me.i.& p̄uaricati sunt in me.siue rebellauerūt in me.Amos.4. venite ad bethel & impie agite:& ad galalā & multiplicate p̄uaricationē.& eius passiuū ponitur p adiuuari.Prouer.18.Frater q adiuuatur a fratre q̄si ciuitas firma.Et inde פֹּשֵׁעַ Poseaa.i.p̄uaricator trāsgressor.rebellis.sceleratus.Esa.48.& trāsgressorē ex ventre vocaui te.& in plu.פֹּשְׁעִים posiim.Esa.46. Redite p̄uaricatores ad cor.& in eo.53.Et cū sceleratis reputatus est . Et in eo .Et pro trāsgresoribus rogabit.Dañ.8. Et post regnū eorū cū creuerint iniquitates.pro quo he.le.Cū cōsumati fuerit p̄uaricatores.Osee.14.& p̄uaricatores corruēt in eis.et inde פֶּשַׁע pesaa.i.p̄uaricatio.trāsgressio.iniquitas scelus.Geñ.30.Quā ob culpā meā:et ob qd̄ pctūm meum sic exarsisti post me.p quo he.le.que est trāsgressio mea vel iniquitas mea:et qd̄ est peccatū meū.Exo.22.Ad ppetrandā fraudē.i.p̄uaricationē seu iniquitatē.Et in eo . 34 .qui aufers iniquitatē et scelera atq pctā.p̄s.31.beati quorū remisse sunt iniquitates.p quo btūs hiero .in psal . iuxta he . ve.trāstulit.btūs cui dimissa est iniquitas.et in plu. פְּשָׁעִים pesaiim.siue פִּשְׁעֵי pisee.Leuit.16.ab īmūdiciis filiorū israel et a p̄uaricatiōibus eorū.Prouer.10.Et vniuersa delicta operit charitas.Hiere.5.qa multiplicate sūt p̄uaricatōes eorū

פָּשַׂע Pasaa:cū pūcto cebóled.incedere.deambulare.gradiri.Esa.22.Gradiar super eā.& inde פֶּשַׂע pésaa.i.gressus.pasus pedū.btūs hiero.trāstulit gradum.1.Reg.20.viuit dominus & viuit anima tua quia vno tantum vt ita dicam gradu ego morsq diuidimur.

פָּשַׂק Pasach. Aperire.s.labia:seu inconsiderate loqui.diuidere.Prouer.13.Qui autem inconsideratus est sētiet mala.Pro quo he.le.& qui apit labia sua sētiet mala.Ezech. 16.& diuisisti pedes tuos omni trāseūti.

פְּשַׁר Pasar.interp̄tari.Dañ.5.Porro ego audiui q possis obscura interp̄tari.& inde פֵּשֶׁר péser.siue פִּשְׁרָה pisra.i.expositio.solutio.interp̄tatio.Eccl's. 7.& quis cognouit solutionē verbi.Dañ.2.& interp̄tationē eius indicabimus.& in eo.vt solutionem somnii indicarent mihi.

פִּשְׁתָּה Pistha.linū.& scribitur cū he in fine.Exo. 9 . Linū ergo & hordeū lesum est.& in eo.& linum iam folliculos germinaret.Esa.42.& linū fumigās nō extinguet. & licet sit gñis feminini:declinatur pluraliter פִּשְׁתִּים pisthim secūdū terminationē masculinorū.Deut.22.Non indueris vestimēto quod ex lana linoq cōtextū est.Ios.2.Et operuit eos lini stipula.Iudi.15 . Sicut solent ad ardorem ignis lina consumi.

פָּתַת Pathath.frāgere.diuidere.s.in frustra seu minutatim. Leuit.11. Diuides eā minutatim.& inde פַּת path.i. fragmētū.seu buccella panis.Geñ.18.ponāq buccellā panis.Ruth.2.Intinge buccellā tuā in aceto.Iob.31.Sic comedi buccellā meā.Prouer.17.Melius est buccella sicca cū gaudio.Ponitur ēt pro pane vel cibo.2.Reg.11. De pane illius comedēs.Prouer.23.cibos q's comederas euomes.qd̄ ī hebreo legitur singl'r.s.panē vel cibū.& in plu.פִּתִּים pithim. Leuit.11.Diuides eā minutatim.p q he.le.diuidēs eā ī buccellas.p̄s.147 mittit crystallū suā sicut buccellas.repitur ēt פִּתּוֹת pithoth scd̄m terminationē femininorū.Ezech.13 & violabāt me ad ppl'm meū pp pugillū hordei & fragmēta panis.& iūgitur cū dictiōe בַּג bag.& dr̄ פַּת בַּג pathbag. De quo vide supra in dictiōe בַּג bag.Itē פָּתָה pathath.i.lactare vel seducere.Prouer.24. ne lactes quenpiam labiis tuis. De quo vide infra in dictione פָּתָה patha.

פִּתְאֹם Pithom.subito.statim.confestim . De quo vide in dictione פָּתָה patha.

פִּתְגִל Pethigil.fascia pectorali.Esa.3.& pro fascia pectorali cilicium.& solum inuenitur in predicto loco.

פִּתְגָם Pithgam.siue פִּתְגָמָא pithgama.verbũ.res.sentẽtia Ester.1.Et hoc in omne quod latissimum est prouinciarum tuarum diuulgetur imperiũ.pro quo hebrei legũt. Et audietur verbum regis quod faciẽdũ est in omni regno eius.Dañ.3.Non oportet nos de hac re respondere tibi.i.de hoc verbo.Eccls.8.Quia nõ profertur cito contra malos sententia.

פָּתָה Patha.seducere.decipere.lactare.suadere. persuadere dilatare.Exo.23.Si seduxerit quis virginem.Deut.11 Ne forte decipiatur cor vestrum.3.Reg.22.quis decipiet achab regem israel.Et in eodẽ.Decipies & preualebis.Iob. 31.Si deceptum est cor meum super mulierem.Et in eo.Et letatum est in abscondito cor meum.Debet legi lactatũ.i. seductũ vel deceptum.sicut Prouer.1.Si te lactauerint peccatores.idest seduxerint.Hiere.20. Seduxisti me domine & seductus sum.Potest etiam legi.persuasisti me domine& persuasus sum.Ezech.14.& propheta cum errauerit. idest cum deceptus fuerit.Et in eodem.Ego dominus decepi ꝓphetam illum.Osee.2.Ecce ego lactabo eam.idest persuadam vel seducam eam.& in eo.Quasi columba seducta nõ habens cor.& inde פְּתַיּוּת pethaiuth.idest persuasio vel deceptio.pro quo beat⁹ hieronymus trãstulit illecebras. Prouer.9.Plenaq; illecebris:& nihil omnino sciẽs.& inde פֹּתֶה Pothe.idest insipiens.stultus.paruulus.scilicet intellectu:q facile seducitur. Iob.5. Et paruulum occidit inuidia. Et communiter scribitur cum iod in fine loco he & dicitur פֶּתִי Pèthi.ps.18.Sapientiam prestans paruulis. Quod in hebreo legitur singulariter.scilicet paruulo vel insipiẽti. Prouer.14.Innocens credit omni verbo.idest insipiens.Et in eo.19.Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Ponitur etiam פֶּתִי Pèthi.pro infantia.vt Prouer.1.Vsq;quo paruuli diligitis infantiam.idest insipientiã.& in plu.פְּתָיִם petha im.siue פְּתָיִים pethaim cum duplici iod.ps.118. Intellectũ dat paruulis.Prouer.1.Auersio paruulorum interficit eos. Et in eo.22.Innocens pertransiit& afflictus est damno.qđ in hebreo legitur pluraliter.scilicet innocentes vel insipiẽtes transeunt.Et aliquando scribitur cũ aleph & dr̃ פְּתָאיִם Pethaim.ps.114.Custodiens paruulos dominus. Prouer. 1.vt detur paruulis astutia.Et in eodem.7.Et video paruulos.Et in eodem.8.Intelligite paruuli astutiã.& inde פִּתְאֹם pithom.idest subito.confestim.Statim.Nu.12.statim locutus est dominus ad eum.Prouer.6.Huic extemplo veniet perditio sua.idest statim veniet.Malach.3.Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis. Itẽ פָּתָה patha.idest dilatare.Geñ.9.Dilatet deus iapheth. Prouer. 20.Et dilatat labia sua.& inde פְּתָה petha.i. latitudo. Dañ. 3.Latitudine cubitorum sex.

פָּתַח Pathach.aperire.patere.pandere.soluere. dissoluere. incipere.sculpere seu proscindere. Geñ.8.apiens noe fenestram arce.& in eodem.4.Aperuitq; ioseph vniuersa horrea.Nu.14.Vas quod non habuerit operculum, pro quo hebrei legunt.Et omne vas apertum quod non habuerit operculum.Deut.15.Vt aperias manum fratri tuo. Et in eodem.20.Et aperuerit tibi portas.Et in eo.28. Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimum:celum. Iudi.3. Et videntes ꝙ nullus aperiret.4.Reg. 9. Aperies ostium & fugies.Et in eodem.15.Noluerant enim aperire ei.2.Paralipo.6.Et aperiantur oculi tui super domum istã.Nee.6. Et epistolam habebat in manu sua.pro quo hebrei legunt. Et epistola aperta in manu sua.scilicet erat.Et in eodem.8. Et aperuit esdras librum.Iob.12.Si incluserit hoiem:null⁹ est qui aperiat.ps.77.& ianuas celi aperuit.Esa.14. Vinctis eius nõ aperuit carcerem.& in eo.26. Aperite portas. Et in eo.35.Et aures surdorum patebunt.idest aperiẽtur. Et in eo.48.Nec ex tunc aperta est auris tua. & in eodem. 60. Et aperientur porte tue iugiter. Hiere.1.Ab aquilone pandetur omne malum.idest apetietur. vel secundum hebreos incipiet. Ezech.37. Cum aperuero sepulchra vestra.Et in eodem.44.porta hec clausa erit & non apietur. Zach.13.In die illa erit fons patens domui israel.Signãt ẽt soluere.seu dissoluere.Geñ.24.destrauit camelos.i.stramẽta dissoluit.3.Reg.20.non glorietur accinctus eque vt discinctus.pro quo hebrei legunt.Non glorietur qui accingitur sicut qui dissoluit.idest qui dissoluit a se baltheum militarẽ postquam vicerit.Iob.12.Baltheum regum dissoluit.& in eodem.30.pharetram suam aperuit.pro quo hebrei legunt.Chordam meam dissoluit.potest etiam significare aperire vt supra dictum est.ps.101.vt solueret filios interẽptorum.Esa.5.Nec soluetur cingulum renum eius. Et in eodem.20.Solue saccum de lumbis tuis.Et in eodẽ.52.solue vincula colli tui. Significat etiam quando flores aperiuntur & incipiunt emittere fructus immaturos. Canti.7 Si flores fructus parturiunt.& inde מִפְתָּח Miphthach. idest apertura siue apertio.Prouer.8.Et aperientur labia mea vt recta predicem.pro quo hebrei legunt. & apertio labiorũ meorum recta.& scribitur etiam sine mem & cum nun in fine & dicitur פִּתְחוֹן pithchon.idest apertura.Ezech.29 Et tibi dabo apertum os in medio eorũ.pro quo he.le. Aperturam oris.& inde פֶּתַח péthach.i. ostiũ.porta.ianua.fores Geñ.4.In foribus peccatum tuum aderit.idest in ostio vel in ianua.& in eo.6.Ostium autem arce pones in latere. Et in eo.18.Sedenti in ostio tabernaculi.Et in eo.19.Egressus ad eos loth post tergum accludens ostium.ps.118. Declaratio sermonum tuorum illumina.pro quo beatus hiero. in ps.iuxta he.ve.transtulit. Ostium sermonum tuorum lucidum.Prouer.17.Qui altam facit domum suam querit ruinam.pro quo he.le.Qui exaltat ostium suum siue ianuam suam querit ruinam.Ezech.46.& adorabit populus terre ad ostium porte illius.& ĩ plu.פְּתָחִים pethachim: siue פִּתְחֵי pithche.ps.23.& eleuamini porte eternales. pro quo beatus hieronymus transtulit.& eleuamini ianue sempiterne. Esa.13.Et ingrediãtur portas duces.Mich.7. Custodi claustra oris tui.pro quo hebrei legunt.Custodi ostia oris tui. & inde מַפְתֵּחַ maphthéach.idest clauis: qua ostia aperiũtur Iudi.3.Tulerunt clauem & aperientes inuenerunt dominum suum.Esa.22.Et dabo clauem domus dauid super humerum eius.ponitur etiam pro apertura.1. Paralip. 9. Vt quando tempus fuisset:ipsi mane aperirent fores.Pro quo hebrei legunt.Et ipsi super aperturam in mane. & est sensus sicut in littera nostra.Item פָּתַח pathach. idest sculpere vel proscindere. Exo.28.Et sculpes ĩ eis nomina filiorum israel.& in eo.Sculpes eos in nominibus filiorum israel.3. Reg.7.Sculpsit quoq; in tabulis illis.Esa.28.proscindet & sarriet humum suam.& inde פִּתּוּחַ pithuche.idest sculpture:seu celature.Exo.28.opere sculptoris & celatura gẽmarii.3.Regum.6.Sculpsit variis celaturis in torno. ps.63. Exciderunt ianuas eius in idipsum.pro quo beatus hiero. in psal.iuxta he.ve.transtulit.Et nunc sculpturas eius pariter.& inde פְּתִיחוֹת pethichoth.idest gladii seu lãcee.ps.54 Et ipsi sunt iacula.pro quo beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Cum sint lancee.Mich.5.Et pascent terram asur in gladio:& terram nembrod in lanceis suis.& inde verbum פָּתַח pathach.idest euaginare.ps.36. Gladium euaginauerunt peccatores.

פָּתַל Pathal.cõparare.peruertere. Geñ.30. Cõparauit me dñs cum sorore mea. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ significat in predicto loco addere vel adiungere. Vnde in predicto loco ipsi legũt. Additione dei addita sum cum sorore mea.siue cõiunctione dei adiuncta sum cum sorore mea.Signãt etiã predicta dictio.peruertere vel subuertere.Ps.17. Cum peruerso peruerteris. Scribitur etiam cũ pe post thau 2.Reg.22.& cũ peruerso puerteris.vbi põitur תִּתַּפָּל thithapal pro תִּפַּתָּל Thipathal. Et inde נִפְתָּל Niphtal.idest puersum seu prauũ.Prouer.8.Nõ est in eis prauũ quid neq; peruersum.Et in plurali נִפְתָּלִים Nipthalim.Iob.5.Et consiliũ prauorum dissipat.& inde פְּתַלְתֹּל pethalthol.i. peruersum seu peruersa.Deut.32. Generatio praua atq; peruersa. Itẽ פְּתִיל pethil.i.filum seu vitta ex filis duplicatis. Nu.15. Ponẽtes ĩ eis vittas hyacinthinas.Iudi.16. Quomodo si rũpat quis filũ de stupa.& in plu.פְּתִילִים pethilim. Exo.39. Et extenuauit in fila. Ponitur etiam פְּתִיל Pethil. pro ligatura que fit cũ filo vel cum vitta.Nu.19.Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper ĩmundum erit. Ponitur etiã pro armilla facta ex filis aureis vel argenteis. Geñ.38.Annulũ tuũ & armillã & baculũ quẽ manu tenes. Et in eo.cognosce cuius sit annulus & armilla & baculus.

פֶּתֶן Péthen.siue פָּתֶן Pàthen.aspis serpentis genus.ps.57. Sicut aspidis surde.ps.90.Super aspidem& basiliscum ambulabis.Vbi ponitur ꝓ basilisco.Esa.11. Et delectabitur infans super foramen aspidis. & in plu. פְּתָנִים Pethanim. Iob.20.Caput aspidum sugget.Et in eodem.Fel aspidũ intrinsecus.Significat ẽt limen porte:& tũc scribitur cũ mẽ ĩ principio & dicitur מִפְתָּן Miphthan.1.Reg.5. Et due palme manuum eius abcise erant super limen.Ezech.46. Et adorabit super limen porte.

פֶּתַע Péthaa.subito.fortuitu. casus seu euentus. Nu.6. Sin aũt mortu⁹ fuerit quispiam coram eo..i.si subito mortuus fuerit. & in eodem.35. Quod si fortuitu absq; odio & inimicitiis quicq; horũ fecerit.Prouer.6.Subito cõteretur nec habebit vltra medicinam.

פָּתַר Pathar.interpretari.s.sõnium aut exponere.vel coniicere. Geñ.40. Et non est qui interpretetur nobis. & in eo. Vt coniectoris veritas probaretur. Pro quo hebrei legunt. Sicut coniecit vel interpretatus est eis ioseph. & in eo.41.Audiuimus quidquid postea rei probauit euentus. Pro quo hebrei legunt.Et factum est sicut interpretatus est nobis: ita fuit.& in eo.vidi somnium nec est qui edisserat.i. qui exponat vel interpretur.& in eodem. Audiui te sapientissime cõiicere.& inde פִּתְרוֹן pithron.i.interꝑtatio. coniectura. Geñ.40.Iuxta interpretationem congruam sibi. & in plu. פִּתְרֹנִים Pithronim. vt in eo. Nunquid non dei est interpretatio.quod in hebreo legitur pluraliter.s.nũquid nõ dei sunt interpretationes.

פַּתְשֶׁגֶן Pathségen.exemplar. Sũma seu copia scripture. Ester.3.Sũma autem epistolarum hec fuit.& in eodem.4.Exẽplar quoq; edicti qđ pẽdebat in susis dedit ei. & ĩ ligua chaldaica scribitur cũ res loco tau & dr̃ פַּרְשֶׁגֶן parségen.Esdre.4.Hoc ẽ exẽplar epistole quã miserũt ad eũ.

De incipientibus a littera. צ sadich

צֶאֱל Seel.vmbra.Iob.40.Sub vmbra dormit in secreto calami.Et in eo.Protegũt vmbre vmbrã eius.vbi ponitur tã in singlĩ ꝙ in plĩ.& cõiter scribitur sine aleph. De quo vide infra in dictione צֶלֶל Salal.

צֹאן Son.ouis.pecus.Et declinatur tantum singulariter:& caret numero plu.& põitur singulare pro plurali. De quo vide infra in dictione צוֹן son.cum vau in medio.

צָב Sab.tegumen.aut plaustrũ.vel lectica desup tecta. Nu. 7.Sex plaustra tecta.idest sex plaustra quodlibet cũ tegumento suo.Et in plurali צַבִּים Sabim.Esa.66. Et in lecticis & in mulis & in carrucis.

צָבָא Saba.militare.pugnare.dimicare. exercitũ ducere. ad bellum ꝓcedere.excubare.Nu.31.Cũq; pugnassent contra madianitas.Esa.29.multitudo oĩm gentiũ que dimicauerũt cõtra ariel.Et in eodẽ.Sic erit multitudo omnium gentium:que dimicauerunt contra mõtẽ siõ. Zach. 14. Omnes gentes que pugnauerunt aduersus ierusalem. Et aliqñ scribitur sine aleph.Esa.29.Et omnes qui dimicauerunt & obsederunt & preualuerunt aduersus eam. Et inde מַצְבִּא Masbi:quod est participiũ tertie coniugationis. idest militare faciẽs. Pro quo beatus hieronymus trãstulit. Qui probat tyrones.idest qui probat nouos milites vtrũ sint apti ad militiam vel exercitum.4.Reg.25. Et sopher principẽ exercitus qui probabat tyrones de populo terre. Hiere.52.Et scribam principem militum qui probabat tyrones. Significat etiam predicta dictio excubare seu stare in excubiis in modũ exercitus.aut ministrare. Exo.38. De speculis mulierũ que excubabant ad ostium tabernaculi. Nu.4. Omnes qui ingrediuntur vt stent & ministrẽt in tabernaculo federis.& in eo. Omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo federis.Et ĩde צָבָא Saba.siue צְבָא Seba.i.exercitus siue militia aut bellũ.Nu.1. Omnium virorum fortiũ in israel. Pro quo hebrei legũt:omnes qui ingrediuntur in exercitu siue in militia.Et in eo.2. Ad orientem iudas figet tẽtoria per turmas exercitus tui.Et in eodẽ. & cunctus exercitus pugnatorum eius.Et in eo.31.Armate inquit ex vobis ad pugnam.Ios.5.Sed sum princeps exercitus domini.Iudi.8. Vt demus exercitui tuo panes. Et in eodem.9.Congrega exercitus multitudinem & veni.Esa. 13.Dñs exercituum precepit militie belli. Et in eo.24.In die illa visitabit dñs super militiam celi in excelso. Et in eodem.40.Quoniam cõpleta est malitia eius:debet legi militia eius.Scribitur etiam cum he in fine loco aleph. Zach. 9.Et circundabo domũ meã ex his qui militãt mihi.significat etiam צָבָא Saba tempus determinatum seu statutum secundum hebreos:sed beatus hieronymus secundum precedentem significationem transtulit militiam: seu robur aut fortitudinem Iob.7.Militia est vita hominis sup terrã Pro quo hebrei legũt.Terminus.i.tempus determinatũ est homini sup terrã.& in eo.10.Et pene militant in me. Pro quo he.le.Mutationes & terminus mecũ.& in eo.14.Cunctis diebus quibus nunc milito expecto.pro quo he.le.Cũctis diebus termini mei.i.tẽporis determinati vite mee expecto.Esa.40.Quoniam completa est malitia eius.debet legi militia eius.Pro quo he.le. Quoniã cõpletus est terminus eius.Dañ.8.Robur aũt datũ est ei contra iuge sacrificium.Pro quo he.le.& terminus datus est super iuge sacrificium.Et in eo.10.Et verbũ verũ & fortitudo magna.pro ꝙ he.le.Et terminus magnus.& in omnibus predictis locis potest ẽt legi sicut est in lra nr̃a.& ĩ plu.צְבָאוֹת sebaoth.i.exercitus.turme.Exo.12.Egressus est omnis exercitus domini de terra egypti.quod in hebreo legitur pluraliter.s.egressi sunt omnes exercitus domini.& in eodẽ.Eduxit dominus filios israel de terra egypti per turmas suas.idest per exercitus suos.Ps.24.Dominus virtutum ipse rex glorie.pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Dominus exercituum ipse rex glorie.Esa.6.Sanctus.sanctus.sanctus dominus deus exercituum. pro quo sabaoth canit ecclesia. Osee.12.Et dominus deus exercituum domin⁹ memoriale eius.Reperitur etiam in genere masculino.ps.102.Bene

dicite domino omnes virtutes eius.i.offes exercitus eius. Item צבא Saba.in ligua chaldaica significat velle. Dañ.2. Cuicūq; voluerit dabit illud.& in eodem.5.Quos volebat interficiebat:& quos volebat percutiebat.Et inde צבו Sebu idest voluntas.vt in eodem. Ne quid fieret cōtra danielem. Pro quo hebrei legunt.Ne mutaretur voluntate.i.aduersariorum contra danielem.

צבה Saba.tumere.intumescere.inflari. Nu.5. Et tumens vterus tuus dirumpatur.& in eodē. Et vtero tumescēte putrescat femur.& in eodē.Et inflato ventre cōputrescet femur. Et inde צבי Sebi.i.hinulus:capreolus:seu caprea. Deut.12.Sicut comeditur caprea & ceruus.& in eodem.14. Ceruum & capream. Canti.2. Similis est dilectus meus capree.& i genere feminino צביה Sebiia.Canti.4:Duo vbera tua sicut duo hinuli capree. & in plurali צבאים Sebaim. siue צבאות Sabaoth.1.Paralipo.12.Et veloces quasi capree in montibus. Canti.2. Adiuro vos filie ierusalem per capreas ceruasq; camporum. Significat etiam צבי Sebi inclytum:siue pulchrum vel decorū:seu egregium:aut precipuū siue preclarum.vel gloriā aut magnificētiā.2.Reg.1.Inclyti israel super montes tuos interfecti sunt. & ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali. Hiere.3. Et tribuam tibi hereditatem preclaram.Ezech.20.Que est egregia inter omnes terras.& in eodem.Precipuam terram omniū.& in eodem.25. Et de ciuitatibus eius inclytis terre bethsimuth. Dañ.8.Et factū est grande contra meridiē & contra orientem & contra fortitudinem.vbi ponitur pro fortitudine.& dicunt hebrei φ ponitur ibi pro terra promissionis:que est terra inclyta & precipua terrarū. vt habetur Ezech. 20. Vt supra dictum est.& in eodem.11. Et stabit in terra inclyta.& in eodem.Super montem inclytū & sanctum. Ponitur etiā pro gloria vel magnificentia. Esa.4. In die illa erit germē dñi in magnificentia & gloria. & in eodem.23. Vt detraheret superbiam omīs glorie.& in eodem.24. In finibus terre laudes audiuimus gloriā iusti. & in eodē.28. Et flori decidenti glorie exultationis eius.& in eodem. In die illa erit dñs exercituū corona glorie. Ezech.26. Cum dedero gloriam in terra viuentiū.Ponitur etiā pro ornamēto. Ezech. 7.Et ornamentum monsliū suorum.

צבו Sebu.in lingua chaldaica significat volūtatē. De quo vide supra in dictione צבא saba.

צבט Sabat.porrigere.congerere.Ruth.2.Et congessit polentā sibi.pro quo he.le. Et porrexit ei polentā.& solum inuenitur in predicto loco.

צבע Sabaa.intingere. Dañ.4. Et de rore cēli intingatur. Et ide צבע Sebaa.i.tinctura.s.diuersorū colorum:seu vestis tincta diuersorū colorū.Iudi.5.vestes diuersorū colorum sisare traduntur in predā:& supellex varia ad ornanda colla congeritur. vbi ponitur tam in singuli φ in plurali. Hiere.12. Nunquid auis discolor hereditas mea mihi.i.tincta diuerso seu vario colore.Et inde אצבע Esbaa.i.digitus. Exo.18.Digitus dei est.Nu.19.Et tingens digitū in sanguine eius.Et in plurali אצבעות Esbaoth.ps.143.Et digitos meos ad bellum.

צבר Sabar. colligere. congregare. coaceruare.cōportare. Geñ.41.Et ome frumentum sub pharaonis potestate condatur.i.congregetur vel colligatur.& in eodē. Tantaq; fuit abūdātia tritici vt arene maris coequretur. p quo he.le. Cōgregauit ioseph frumētū φsi arenā maris pre multitudine.Exo.8.Cōgregauerūt eas i imēsos aggeres. Iob.27.Si cōportauerit φsi terrā argētū. Abach.1. Et cōportabit aggerē:& capiet eā.& inde צבור Sibur.i.cōgregatio seu collectio aut aceruus.& solum inuenitur in numero plurali.4.Reg.

10.Ponite ea ad duos aceruos.

צבת Sebath. manipulus. & solum inuenitur in numero plurali.Ruth.2.Et de vestris quoq; manipulis proiicite de industria.

צדד Sadad.latus. & semp scribitur cū simplici daled & dr צד Sad.Geñ.6.Ostiū aūt arce pones in latere deorsū. Exo.25.Tres ex vno latere:& tres ex altero latere.1.Reg.20 Ego autem tres sagittas mittam iuxta eum.i.in latere eius. & in eodem.Et sedit abner ex latere saul.ps.90.Cadent a latere tuo mille.Esa.60.Et filie tue de latere surgent. & aliqñ ponitur pro contra.& tunc preponitur ei littera lamed & dicitur לצד Lesad. Dañ.7. Et sermones contra excelsum loquetur.Et in plurali צדים Sidim.Exo.25. Sex calami egredientur de lateribus eius.& in eodem.26. Vtrūq; latus tabernaculi protegens.Ponitur etiā pro hostibus.Iudi.2. Vt habeatis eos hostes.De quo vide supra in dictione צוד Sud.

צדה Sada.insidiari.desolare.Exo.21.Qui autem nō est insidiatus.1.Reg.24. Tu autem isidiaris anime mee:vt auferas eam.Significat etiā desolare vel deuastare:cui verbum passiuū ponitur. Soph.3.Vbi dicitur desolate sunt ciuitates eorum. Et ide צדיה Sediia.i.insidiatio.siue insidie. Nu.35. Vel iecerit quippiam in eū per insidias. vide etiam de hoc infra in dictione צוד Sud. Item צדא Seda.in lingua chaldaica significat vere ne.seu nunquid. Et scribitur cum he in principio. Dañ.3. Vere ne sydrach Misach & abdenago deos meos non colitis.

צדק Sadac.iustificare.iustū esse.iuste iudicare.vt Geñ.38. Iustior me est. & in eodē. 44. Quid loquemur aut iuste poterimus obtinere. Pro quo he.le. Quid loquemur aut quo iustificabimur. Exo.23. Quia auersor impiū. Pro quo hebrei legunt. Quia non iustificabo impiū. Deut.25. Quem iustum esse prospexerint:illi iustitie palmā dabunt. Pro quo he.le.Et iustificabūt iustū.& est sensus sicut in littera nostra.2.Reg.15.vt ad me veniāt omnes qui habent negocium:& iuste iudicem.Iob.4. Nunquid homo dei cōparatiōe iustificabitur.& in eodem. 9.Si iustificare me voluero.& in eodem.33. Volo enim te apparere iustū.i.volo te iustificare.ps.18. Iustificata in semetipsa.s.sunt.ps.50. Vt iustificeris in sermonibus tuis.ps.81.Humilem & pauperem iustificate.ps.142. Quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.Prouer.17.Et qui iustificat impiū. Esa.43. Dent testes eorū:& iustificētur. Hiere.3. Iustificauit animā suā auersatrix israel.Ezech.16.Et iustificasti sorores tuas.& in eo. Iustificate eni a sūt te. Dañ.8. Et mūdabitur sanctuariū.Pro quo hebrei legūt. Et iustificabitur sanctuariū.& in eodem.12.Et qui ad iustitiam erudiūt multos. Pro quo he.le.& qui faciūt iustificari multos.& e sensus sicut i littera nostra.Et inde צדיק Sadic.i.iustus.Geñ.6.Noe vir iustus atq; perfectus fuit.& in eo.18. Nunquid perdes iustū cū impio. Exo.9. Dominus iustus. ps.7. Deus iudex iustus . Esa.3. Dicite iusto quoniam bene.& in eodem.49. Aut quod captum fuerit a robusto saluum esse poterit. Pro quo hebrei legunt. Aut quod captum fuerit a iusto.i.ab illo qui iuste accepit. Et in plurali צדיקים Sadicim.idest iusti.Deut.4.& vt habeat cerimonias iustaq; iudicia.& in eodem.16.Et mutant verba iustorum.3.Reg.2. Quia interfecit duos viros iustos melioresq; se.ps.36.Oculi dñi sup iustos.Ezech.23. Viri ergo iusti sunt ipsi iudicabūt eas. Et inde צדק sedec.i. iustitia. Deut.16. Iuste quod iustū est persequeris. Pro quo hebrei legunt. Iustitiam iustitiam sequeris. Iob.29. Iustitia indutus sum.& in eodem.35.vt diceres iustior deo sum. p quo hebrei legunt. Iustitia mea a deo:siue maior φ dei. & est sensus sicut in littera nostra. & scribitur cū he vel thau

in fine & dicitur צדקה Sedaca.siue צדקת Sideath.Geñ.15. Et reputatum est ei ad iustitiam.& in eodem.30.Respondebitq; mihi cras iustitia mea. Deut.23.Et fecit iustitiam dñi. Et in plurali צדקות Sedacoth.ps.10. Quoniā iustus dominus & iustitias dilexit.Ponitur etiam pro elemosyna.Dañ. 4.Peccata tua elemosynis redime.

צהב Sahab.flauus:seu color auri. Leuit.13. Et capillus flauus solitoq; subtilior.Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מצהב Mushab.Esd.8.Et vasa eris fulgentis optimi duo:pulchra vt aurum.pro quo he.le.& vasa eris flaui.i.coloris auri optima duo:preciosa vt aurum.

צהל Sahal.exultare. exhilarare. gaudere.iubilare.hinire. Ester.8. Omnisq; ciuitas exultauit.ps.103. Vt exhilaret faciem in oleo.Esa.12. Exulta & lauda. Significat etiam hinnire vel mugire.Esa.10.Hinni voce tua filia galin.Et in eodem.24.Hinnient de mari.Hiere.5.Vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. & in eodem.50. Et mugistis sicut tauri.Et inde מצהלות Mishaloth.i.hinnitus in numero plurali.Hiere.8.A voce hinnituum equorum eius cōmota est omnis terra.& in eodē.13. Adulteria tua & hinitus tui.

צהר Sohar. fenestra. Geñ.6. Fenestram in arca facies. Et inde צהרים Sahoraim.idest meridies.s.cum sol est in medio celi vel in nostro meridiano. Geñ.43. Quoniā hodie mecum viri comesturi sunt in meridie. Iob.11. Et quasi meridianum fulgor cōsurget tibi ad vesperam.ps.36.Et iudicium tuum tāq; meridies.Canti.1. Vbi cubes in meridie. Et inde verbū יצהירו Iashiru.pro quo beatus hieronymus transtulit:meridiati sunt.i.sederunt in meridie.Iob.24.Inter aceruos eorum meridiati sunt. Hebrei vero dicūt φ deriuatur a sequēti dictione que significat oleum.vnde in predicto loco ipsi legunt. Inter aceruos eorum fecerūt oleum siue expresserunt oleum:aut oleificauerunt:si latine posset dici.Et inde יצהר Ishar.i.oleū:eo quod est lucidum & splēdidum. Deut.7. Oleo & armentis gregibus ouiū tuarum. & in eodem.10. Vt colligatis frumentum & vinum & oleū. & in eodem.28. Vt non relinquatur tibi triticum & vinum & oleū.2.Paralip.32. Apothecas quoq; frumēti & vini & olei.Zach.4. Isti sunt duo filii olei splendoris .vbi ponitur pro vtroq; .s.pro oleo & pro splendore.

צוא Soa.sordes.immunditia.& scribitur cum he in fine & dicitur צואה Soa.Prouer.30. Et tamen non est lota a sordibus suis.Esa.4.Si abluerit dñs sordes filiarum sion. & in eodem.7. Omnes enim mēse replete sunt vomitu for dium q;.& inde צואים Soim.idest fordidi. Zach.3.& iesus erat indutus vestibus sordidis.& in eodē. Auferte vestimenta sordida ab eo. Vide et de hoc supra in dictione יצא Iasa.

צוד Sud .venari.venatione capere.insidiari.Geñ.27.cum φ venatu aliquid apprehenderis.& in eo.vt iussionē patris impleret.pro quo hebrei legunt. Ad venandum venationem vt afferret.sed beatus hieronymus trāstulit sēsū. & in eodem. Qui dudum capta venatione attulit mihi. Leuit.16 . Si venatione vel aucupio ceperit auem vel feram. Hiere.4.Mittam eis multos venatores & venabuntur eos Et in eo.13.Et faciunt ceruicalia sub capite vniuerse etatis ad capiendas animas.idest ad venandas animas . Et in eo. Et cū ceperint aīas populi mei.& in eo . Quibus vos capitis animas volantes.& in eo.& dimittā animas quas vos capitis.Threñ.3.Venatione ceperunt me inimici mei. & in eo.4.Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum.pro quo he.le. Venati sunt siue insidiati sunt vestigia nostra:ne ambularent in plateis nostris.idest inimici nostri prohibuerunt nos ne ambularem in plateis nostris Vide etiam de hoc supra in dictione צדה Sada.inde ציד sa

id.siue ציד Sed.idest venatio.Geñ.10.Et erat robustus venator coram domino.pro quo hebrei legunt. Ipse erat robustus venatione coram domino.& in eo.25.Eo quod venatione illius vesceretur. Et in eo.27.Affer mihi de venatione tua.& inde מצוד Mesud.siue מצודה Mesuda. idest rete:vel laqueus:aut hamus:siue sagena. Iob.19. Et flagellis suis me cinxerit.pro quo hebrei legunt. Et reti suo me cinxerit. Eccls.9.Sed sicut pisces capiuntur hamo. Ezech. 12.Et capietur in sagena mea. Et in eo. Neq; erunt vltra in manibus vestris ad predandum. Pro quo hebrei legunt. Neq; erunt vltra in manibus vestris in rete siue in sagenā. Et in plu. מצודים Mesudim.siue מצודות Mesadoth. Eccls. 7.Que laqueus venatorum est & sagena cor eius. quod in hebreo legitur pluraliter.scilicet laquei. Ezech.17.miserūt φ eū in carcerē. Vbi ponitur pro carcere. Significat etiam arcem seu fortaliciū. De quo vide supra in dictione מצד Mesad. Et inde צדים Sadim.idest venatores.Hiere.8. Mittam eis multos venatores. Significat etiam hostes vel insidiatores. Hiere.2.vt habeatis eos hostes. Item ציד Sed. siue צד Said.aut צדה Seda.idest viaticum seu cibaria. Iof.1.Preparate vobis cibaria. Et in eo.9.Panes quoq; quos portabāt ob viaticum.& in eodem. Susceperunt igitur de cibariis eorum Nee.13.vt in die qua vendere liceret venderēt. p quo hebrei legunt. Venderent cibaria. ps.77. Cibaria misit eis in abundantiā. Ps.131. Viduam eius benedicens benedicā. Pro quo hebrei legunt. Cibaria seu viaticum eius benedicens benedicam. Et inde verbum הצטיידו histaiad. quod significat cibaria tollere vel cibaria preparare. Iof.9. Tulerunt sibi cibaria.& in eodem. En panes quando egressi fuimus de domibus nostris vt veniremus ad vos calidos sumpsimus. Pro quo hebrei legunt. En panis noster calidus erat quādo pro viatico tulimus eum de domibus nostris: in die quo egressi sumus vt veniremus ad vos.

צוה Siua.precipere.mandare.iubere.imperare. Geñ.2. pcepitq; eis dicens. Et in eodem.44. Precepit autem ioseph dispensatori domus sue. Leuit.6. Precipe aaron & filiis eius. Et in eo.10. Sicut preceptum est mihi. Et in eodē. 25. Dabo benedictionem meam vobis. Pro quo hebrei legunt. Et mandabo benedictionem meam vobis. Deut.4. Sicut mandauit mihi dominus. Et in eodem.26. Feci omnia sicut precepisti mihi. Et in eodem.28. Emittet dominus benedictionē in cellaria tua. Pro quo hebrei legūt. Mandabit dominus benedictionem.& in eodem.33.legem precepit nobis Moyses.2. Reg.14. Ego iubebo pro te. Esa.5. Et nubibus mandabo ne pluant super eam. Et in eodem. 13.Ego mandaui sanctificatis meis.& in eodem.23. Dominus mandauit aduersus chanaan. Et in eodem.28. Mādaremanda:specta:reexpecta.Esa.45.Super filios meos & super opus manuum mearum mandatis mihi. Et inde מצוה Misua.idest preceptum:seu mandatum. Deut.5. Vt loquar tibi omnia mandata mea & cerimonias. Quod in hebreo legitur singulariter.scilicet omne mandatum.& in eodem. 30.Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie:non supra te est. Nee.11. Preceptum quippe regis super eos erat. Ps.18. Preceptum domini lucidū.& in plu. מצות misuoth. Deut.4.Custodi precepta eius atq; mandata. Prouer. 7. Serua mandata mea & viues.

צוח Sauach .Clamare. vociferari. Esa. 44. De vertice montium clamabunt. Et inde צוחה Seuacha. idest clamor.vociferatio.vlulatus.Esa.24. Clamor erit super vinū in plateis. Hiere. 14. Et clamor ierusalem ascendit.& in eodem.46.Et vlulatus tuus repleuit terram.

צול Sul. profundū.s.aquarū & scribitur cum he in fine ad

denotandum genus femininum & dicitur צוּלָה Sula.i.pro
fundum. Esa.44. Qui dico profundo desolare. & cõmuni
ter scribitur cum mẽ in principio & dicitur מְצוּלָה Mesula
ps.68. Infixus sum in limo ꝓfundi. & in eodem. Ne absor
beat me profundum. Ione.2. Et proiecisti me in profundo
in corde maris. Et in plurali מְצוּלֹת Mesuloth. Exo.15. De
scenderunt in profundum sicut lapis. Quod in hebreo le
gitur pluraliter.s.in profunda. ps.67. Conuertam in pro
fundũ maris. ps.87. In tenebrosis & in vmbra mortis. Pro
quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. In tenebris
& in profundis

צוֹם Sum. ieiunare. 1. Reg.31. Et ieiunauerunt septem die
bus. 2. Reg.12. Et ieiunauit dauid ieiunio. Ester.4. Et
orate pro me. pro quo hebrei legunt. Et ieiunate pro me.
& in eodem. Et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo.
Esa.58. Quare ieiunauimus & non aspexisti. & in eodem.
Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Zach.7. Nunquid
ieiunium ieiunastis mihi. Et inde צוֹם Som.i.ieiunium.3.
Reg.21. Predicauerunt ieiunium. Ps.34. Humiliaui in ie
iunio animã meam. Esa.58. In die ieiunii vestri inuenitur
volũtas vestra. Et in plurali צוֹמוֹת Somoth. Ester.9. Susce
perunt a se & a semine suo ieiunia atq clamores

צֹאן Son, ouis. pecus. grex. s. pecorum. & declinatur tantum
singulariter: & caret numero plurali: & ponitur aliquã
do singulare ꝓ plurali. ps.8. Oues & boues. & scribitur ibi
sine vau & cum he in fine & dicitur צֹנֶה Sone, in aliis vero
locis scribitur cum aleph in medio loco vau & dicitur צאן
Son. Geñ.4. Fuit autem abel pastor ouiũ. & in eodem.29.
Date ante potum ouibus. & in eodem.30. Qui pascebat re
liquos greges ei9.i.reliquas oues. & in eodem. Oues intue
rentur virgas. & in eodem.31. Et vide vniuersos masculos
ascendẽtes sup femĩas.i.sup oues, Exo.21. & quattuor oues
ꝓ vna oue. Leuit.1. De bobus & de ouib9 offerẽs victimas
Et in eodẽ. Quod si de pecoribus oblatio est. 1. Reg.8. Gre
ges quoq vestros addecimabit. 2. Reg.12. Diues habebat
oues & boues. Prouer.27. Diligenter agnosce vultum pe
coris tui. Canti.1. Abi post vestigia gregis. Esa.7. Nutriet
homo vaccam boum & duas oues. Põitur etiam pro arieti
bus. 3. Reg.4. Et centum arietes.

צוּף Suph. natare. enatare. inũdare. Deut.11. Quomodo
operuerint eos aque maris rubri. ꝓ quo hebrei legũt.
Quomodo natare siue inundare fecit dñs aquas maris ru
bri super faciem eorum. 4. Reg.6, Natauitq ferrũ. Threñ.
3. Innundauerunt aque super caput meum. Et inde צָפַת Sa
phath.i.inũdatio. Ezech.32. Et irrigabo terram fetore san
guinis tui. pro quo hebrei legunt. Innundatione sanguinis
tui. Itẽ צוּף Suph.i.fauus.s.mellis. Prouer.16. Fauus mellis
verba composita. Et in plurali צוּפִים Supim. ps.18. Et dul
ciora super mel & fauum. Pro quo hebrei legunt. Et dulcio
ra super mel & fauum fauorum.i.fauum dulcissimum. Pro
quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Fauum re
dundantem.

צוּק Suc. Augustiare. coartare. tribulare. fundere. Deut.28
In angustia & vastitate: qua opprimet te hostis tuus. ꝓ
quo hebrei legunt. In obsidione & angustia qua angustia
bit te hostis tuus. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo de
riuatum. Iob.32. Coarctat me spiritus vteri mei. & supra in
eodẽ.28. Et lapis solutus calore in es vertitur.i.angustiat9
vel coarctatus in fornace. Esa.29. Et circundabo ariel. Pro
quo hebrei legunt. Et angustiabo ariel. Et in eodem.51. A
facie furoris eius qui te tribulat. & in eodem. Vbi nunc est
furor tribulantis. Et inde צוֹק Soc.i.angustia. Dañ.9. Et rur
sum edificabitur platea & murus in angustia tẽporũ. Scri
bitur etiam cum he in fine & dicitur צוּקָה Suca. Esa.30. In
terra tribulationis & angustie. Et aliquando scribitur cum
vau & nũ in secunda syllaba & dicitur צָקוּן Sacun. Esa.26.
In tribulatione murmuris doctrina tua eis. Et aliquando
scribitur cum mẽ in principio & dicitur מָצוֹק Masoc. Deut.
28. In angustia & vastitate. 1. Reg.22. Et cõuenerunt ad eũ
omnes qui erant in angustia constituti. & quandoq scribi
bitur cum vau in prima syllaba & dicitur מוּצָק Musac. Esa.
8. Et nõ poterit auolare de angustia sua. Ponitur etiam pro
fundamento. Iob.36. Et non habente fundamẽtum subter
se. Ponitur etiam pro prominenti. 1. Reg.14. Vnus scopu
lus ꝓminens ab aquilone. Et in plurali מְצוּקִים Mesuchim.
Pro quo beat9 hieronymus trãstulit cardines. 1. Reg.2. Do
mini enim sunt cardines terre. Significat etiam predicta di
ctio fundere vel effundere. Ios.7. Proiecerũtq ea ante do
minũ.i.fuderũt ea. Iob.29. & petra fũdebat mihi riuos olei

צוּר Sur. obsidere. oppugnare. angustiare. tribulare. liga
re. vel includere. munire seu munitionem facere. for
mare seu figurare. aut fingere. Deut.2. Non pugnes contra
moabitas. Pro quo hebrei legunt. Non obsideas vel non an
gusties moabitas. & in eodem. Caue ne pugnes contra eos.
Et in eodem.20. Sin autem fedus inire noluerit: & ceperit
cõtra te bellum: oppugnabis eam.i.obsidebis eam. Et in eo
dem. Quando obsederis ciuitatẽ multo tempore. & in eo.
28. Et obsideris intra portas tuas. Iudi.9. Et oppugnãt ad
uersum te ciuitatem. 1. Reg.23. Et obsideret Dauid & viros
eius. Esa.1. Sicut ciuitas que vastatur. Pro quo hebrei legũt.
Sicut ciuitas obsessa. Et in eodem.21. Ascende clam obside
mede. & in eodem.29. Et faciã contra te aggerem. Pro quo
hebrei legũt. Et obsidebo sup te statiõe seu aggere. Ezech.
7. Qui relictus fuerit & obsessus fame morietur. Dañ.1. Et
obsedit eam. significat etiam angustiare vel tribulare. Geñ.
32. Timuit iacob valde: & perterritus diuisit populum. pro
quo hebrei legunt. Et timuit iacob valde: & angustiatus est
siue tribulatus est. Exo.23. Et affligam affligentes te.i.tri
bulabo tribulantes te. Iudi.2. & vehementer afflicti sunt.i.
tribulati sunt. 2. Paralipo.28. Qui affixit eum: & nullo resi
stente vastauit. Pro quo hebrei legunt. Qui angustiauit si
ue tribulauit eum. & in eodem.33. Qui postq coangustiat9
est orauit dominũ deum suum. Nee.9. Et dedisti eos in ma
nu hostiũ suorum: & afflixeũrt eos.i.tribulauerunt eos. ps.
12. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. ps.30. Mi
serere mei domine quoniam tribulor. ps.118. Multi sũt qui
persecuntur me & tribulant me. Esa.28. Et pallium breue
vtrumq operire non potest.i.angustum est. & in eodem.
63. In omni tribulatione eorum non est tribulatus. Hiere.
10. Et tribulabo eos: ita vt inueniantur. & in eodem.48. Si
cut cor mulieris parturientis. Pro quo hebrei legunt. Sicut
cor mulieris angustiate vel tribulate. Soph.1. Et tribulabo
homines. & inde צַר Sar.i.angustia vel tribulatio: aut angu
stians vel tribulans. 1. Reg.28. Coarctor nimis. Pro quo he
brei legunt. Angustia mihi valde. 3. Reg.22. Et sustentate
cum pane tribulationis. ps.4. In tribulatione dilatasti mi
hi. ps.118. Tribulatio & angustia inuenerunt me. Esa.5. Et
ecce tenebre tribulationis & lux obtenebrata est in caligi
ne eius. & in eodem.26. In angustia requisierunt te. Poni
tur etiam pro angusto. 4. Reg.6. Ecce locus in quo habita
mus coram te angustus est nobis. Esa.49. Angustus est mi
hi locus. Ponitur etiam pro hoste vel inimico aut emulo. 1.
Reg.2. Et videbis emulum in templo. Ester.7. Nũc autem
hostis noster est. & in eodem. Hostis & inimicus noster est
amã. Iob.16. Hostis meus terribilib9 oculis intuitus est me.
Esa.59. Cum venerit quasi fluuius violentus. Threñ.2.

Tetendit arcum suum quasi inimicus. Et in plurali צָרִים
Sarim. ps.26. Ne tradideris me in aĩas tribulãtiũ me. Esa.
9. Eleuabit dñs hostes rasin sup eum. & in eo.26. Et ignis
hostes tuos deuoret. scribitur etiã cũ duplici res & dr̃ צֹרֵר
Sorer. Ester.9. Extra decẽ filiorũ Amã agagites hostis iu
deorũ. & ĩ plurali צֹרְרִים Sorerim. Nu.25. Quia ipsi hosti
liter egerunt cõtra vos. Pro quo he. le. Quia ipsi hostes fue
runt vobis. Esa.11. Et hostes iuda peribũt. Vide etiã de hoc
infra in dictiõe צָרַר Sarar. Et inde צָרָה Sara.i.angustia: vel
tribulatio. Iob.27. Cũ venerit super eũ angustia. ps.9. De
spicis in opportunitatib9 in tribulatione. Hiere.4. Vocem
enim quasi parturiẽtis audiui: angustiã vt puerpere. Zach.
8. Neq exeunti erat pax pre tribulatione. & in eo.10. Et trã
sibunt in maris freto. Pro quo he. le. Et transibit in mari an
gustia vel tribulatione. Põt etiã legi sic. Et transibit in mari
angusto. Quod est idẽ sensus cũ littera nr̃a. Hiere.6. Tribu
latio apprehendit me. Ponitur etiã pro emula vel inimica
1. Reg.1. Affligebat quoq eã emula eius. Et in plurali צָרוֹת
Saroth. Iob.6. In sex tribulationibus liberabit te. Esa.
65. Qm̃ obliuioni tradite sunt angustie priores. Et inde
מָצוֹר Masor.i.obsidio. siue machina que fit ad obsidendas
vrbes. Deut.20. & extrues machinas donec capias ciuitatẽ.
Et in eo.28. In angustia & vastitate qua opprimet te hostis
tuus. ꝓ quo hebrei legunt. In obsidione & angustia. Hiere.
10. Cõgrega de terra cõfusionẽ tuã: que habitas in obsidio
ne. Ezech.4. Et ordinabis aduersus eã obsidionẽ. Et in eo.
Donec cõpleas dies obsidionis tue. Et in plurali מְצֻרוֹת Me
suroth. Esa.29. Et monumẽta ponã in obsidione tua. Pro
quo hebrei legunt. Et statuã contra te obsidiones. Ponitur
etiam pro munitiõe tam in singulari q̃ in plurali: eo quod
ciuitas munita non potest capi nisi longa obsidione & ex
tructiõe machinarum. 2. Paralipo.11. Ciuitates muratas ha
bẽtes portas & vectes.i.munitas. & in eodem. Et edificauit
ciuitates muratas in iuda. Pro q̃ hebrei legũt. Et edificauit
ciuitates pro munitione. ps.59. Quis deducet me in ciuita
tem munitã. Abach.2. Et figam gradum super munitionẽ.
Zach.9. Et edificauit tyrus munitionem suã. Scribitur etiã
cum he in fine. 2. Paralipo.14. Edificauit quoq vrbes mu
nitas in iuda. Pro quo hebrei legũt. Et edificauit vrbes mu
nitionis in iuda. Nañ.2. Qui custodiat obsidionẽ. Pro quo
he. le. Qui custodiat munitionẽ. Potest etiam legi sicut est
in littera nr̃a. ponitur ẽt pro aggere. Esa.19. Attenuabun
tur & siccabuntur omnes riui aggerũ. Significat etiam pre
dicta dictio צוּר Sur ligare. Deut.14. Et in precium rediges
portabisq manu tua. Pro quo he. le. Et dabis pro argẽto: &
ligabis seu includes argẽtũ in manu tua. 4. Reg.5. Ligauit
q duo talẽta argenti in duobus saccis. Esa.8. Liga testimo
niũ: signa legẽ. Ezech.5. & ligabis eos in sũmitate pallii tui
Itẽ ponitur pro effundere. 4. Reg.12. Effundebãtq & nu
merabant pecuniã. Sed etiã in predicto loco hebrei legunt
ligabantq.i.postq numerabant: ligabãt pecuniã. & est or
do ꝑposterus. Significat etiã formare seu figurare. Exo.32.
Formauitq opere fusorio. ps.138. Tu formasti me. Canti.
8. Si ostium est cõpingamus illud tabulis cedrinis.i.figure
mus vel formemus illud. Hebrei tñ secundũ ꝓcedẽtẽ signi
ficationẽ legũt. muniamus illud tabulis cedrinis. Esa.43.
Creãs te iacob: et formãs te israel. De quo vide etiã supra in
dictione יָצַר Iasar. Et inde צוּרָה Sura.i.forma vel figura.
aut exemplar. ps.48. Et auxiliũ eorum veterascet in infer
no. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et
figura eorum conteretur in infernum. Ezech.43. Et erube
scant ex omnibus que fecerunt: figuram domus & fabrice
eius. Et in plurali צוּרֹת Suroth. vt in eodem. Et in omnem
descriptionem eius. Pro quo hebrei legũt. Et in oẽs figuras
eius. Item צוּר Sur.i.petra. saxum. silex. Exo.17. En ego sta
bo ibi coram te supra petram. & in eodẽ. Percutiesq petrã.
Iob.14. Et saxum trãsferetur de loco suo. Et in eodem.18.
Et trãsferetur rupes de loco suo. Esa.2. Ingredere in petrã.
Ezech.3. Vt adamantem & silicem dedi faciem tuam. Et ali
qñ scribitur sine vau & dr̃ צַר Sar. Esa.5. Vngule equorum
eius vt silex. Ponitur etiã צוּר Sur pro forti. 1. Reg.2. Et nõ
est fortis sicut deus noster. Esa.26. Sperastis in domino in
seculis eternis: in dño deo forti in perpetuũ. Ponitur etiam
צוּר Sur. pro deo. Deut.32. Dei ꝑfecta sunt opera. Et in eo.
Deum qui te genuit dereliquisti. & in eodẽ. Nõne ideo quia
deus suus vendidit eos. & in eo. Nõ enim est deus noster vt
dii eorum. Et in plurali צוּרִים surim.i.fortes vel robusti
seu petre aut rupes. 2. Reg.2. Et vocatum est nomen loci
illius ager robustorum. Esa.2. Et introibunt in speluncas
petrarũ. Nañ.1. Et petre dissolute sunt ab eo. Reperitur etiã
צוּרוֹת Suroth. Iob.28. In petris riuos excidit. Ponitur etiã
צוּר Sur. pro petra acutissima vt gladius: seu pro gladio vel
pro cultro. Exo.4. Tulit illico sephora acutissimã petram.
Ios.5. Fac tibi cultros lapideos. ps.88. Auertisti adiutoriũ
gladii eius. Pro quo hebrei legũt. Auertisti acumen seu aci
em gladii eius. Sed beatus hieronymus in psalterio iuxta
hebraicam veritatem trãstulit. Auertisti robur gladii eius.
Vbi ponitur pro robore. Et inde צִיר Sir cum iod in me
dio loco vau. idest legatus siue nuncius. Prouer.25. Sicut
frigus niuis in die messis ita legatus fidelis. Hiere.49.
Et legatus ad gentes missus sum. Et in abdia. Et legatum
ad gentes misit. Et in plurali צִירִים sirim. Esa.18. Qui
mittit in mare legatos. Et in eodem.57. Et misisti lega
tos tuos procul. Ponitur etiam pro doloribus vel angu
stiis. 1. Reg.4. Irruerant enim in ea dolores. Esa.13. Torsio
nes & dolores tenebunt. Et in eodem.21. Et angustia posse
dit me quasi angustia perturiẽtis. Quod in hebreo legitur
in plurali.s.angustie vel dolores possederunt me quasi do
lores parturientis. Ponitur etiam pro erroribus. Esa.45.
Abierunt in confusionem fabricatores errorum. hebrei ta
men legũt. fabricatores idolorum. ponitur etiam pro com
pagibus. Dañ.10. In visione tua dissolute sunt compages
mee. Vnde est illud. 1. Reg.4. vbi dicitur irruerant enim in ea
dolores. Aliqui hebrei legunt dissolute fuerant in ea com
pages ei9. Ponitur etiam צִיר Sir. pro cardine. Prouer.26.
Ostium vertitur in cardine suo. Item צַוָּר sauar.i.collũ. cer
uix. Nee.3. Optimates autem eorum nõ supposuerunt col
lum suũ in opere dñi sui. & cõmuniter scribitur cum aleph
post vau. vt Geñ.41. & collo torquẽ aureã circuposuit. Esa.
8. Vsq ad collum veniet. Et in plurali צַוָּארִים sauarim. si
ue צַוָּארֵי sauare. Iudi.5. Et supellex varia ad ornanda colla
congeritur. Hiere.27. Subiicite colla vestra sub iugo regis
babylonis. Reperitur etiam צַוָּארוֹת Sauaroth secundum
terminationem pluralem femininorũ. Mich.2. vnde non
auferatis colla vestra. Et sepe ponitur in plurali licet loqua
tur de vno homine. Geñ.33. Stringensq collum eius. & in
eodem.45. Cũq amplexatus recidisset in collũ beniamin.
Et in eodem. Illo quoq similiter flente super collum eius.
Scribitur etiam sine aleph & cũ littera nũ & dicitur צַוְּרֹנִים
Saueronim. Canti.4. & in vno crine colli tui. Item צוֹר for
nomen prouincie.i.tyrus. ps.86. Ecce alienigene & tyrus.
Esa.23. Quis cogitauit hoc super tyrum. Hiere.47. Et dis
sipabitur tyrus & sidon.

צָחַח Sachach. Candere. lucidum vel clarum seu limpidum
esse. arere. aut aridum vel siccum esse. Canti.5. Dile
ctus meus candidus & rubicundus. Esa.18. Sicut meridiana

lux clara est. Hiere. 4. Ventus vrens in viis que sunt in deserto. Pro quo hebrei legunt vētus clarus. Potest etiā legi secundum aliam significationem ventus aridus vel siccus aut vrens sicut est in littera nostra. Ezech. 24. Super limpidissimam petram effudit illum. Et in eo. Dedi sanguinem eius super limpidissimam petram: ne operiretur. Threñ. 4. Nitidiores lacte. idest candidiores. & inde צחות Sachoth. idest verba clara & plana. Esa. 32. & lingua balborum velociter loquetur & plane. idest velociter loquetur verba clara seu plana aut polita. Scribitur etiam cum duplici sádic & cū duplici cheth & dicitur צחצחות Sachsachoth. pro quo beatus hieronymus transtulit splendores. Esa. 58. & implenit in splendoribus animam tuam. Significat etiam predicta dictio arere: aut siccum vel aridum esse. Esa. 5. Et multitudo eius siti aruit. & inde צחיחה Sechicha. idest siccitas. p̄s. 67. Similiter eos qui exasperant: qui habitant in sepulchris. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. increduli autem habitauerunt in siccitate. & inde צחיחים Sechichim idest loca arida & sicca que sunt in cacumine petrarum vel in circuitu murorum. Nee. 4. Statui in loco post murum per circuitum populum in ordine cum gladiis suis.

צחן Sachan. putredo. seu fetor. & scribitur cum he vel tau in fine. Ioel. 2. Et ascendet putredo eius: quia superbe egit. Et solum īuenitur in predicto loco.

צחק Sachac. ridere. ludere. iocari. illudere. siue irridere. Geñ. 17. Cecidit abraā in faciem suam & risit. Et in eodē. 18. Quo audito sara risit. Et in eodem. Negauit sara dicens nō risi. Et in eodem. 21. Quicunq̧ audierit corridebit mihi. Et in eodem. Cumq̧ vidisset filium agar ludentem cum isaac. Et in eodem. 26. Vidit eum iocantem cum Rebeca vxore sua. Exo. 32. Et surrexerunt ludere. Iudi. 16. Qui adductus de carcere ludebat ante eos. significat etiam illudere vel irridere. Geñ. 39. Vt illuderet nobis. & in eodem. vt illuderet mihi. Et inde צחק Sechoc. i. risus seu ludus. Geñ. 21. Risum fecit mihi dominus. Scribitur etiam cum sin loco sádic. De quo vide infra in littera sin in suo loco.

צחר Sachar. Candidum seu nitidum. Ezech. 27. Et lana coloris optimi. i. candida seu nitida. Et in plurali feminino צחרות Sechoroth. Iudi. 5. Qui ascenditis super nitentes asinas.

ציה Siia. siccitas. solitudo. desertum. Iob. 24. Ad nimiū calorem transient ab aquis niuium. pro quo hebrei legunt. Ad siccitatem & calorem. Ps. 77. In ira excitauerūt excelsum in inaquoso. idest in loco sicco vel deserto. Et in plurali ציות Sioth. p̄s. 104. Abierunt in sicco flumina. i. in locis siccis vel desertis. Et inde ציון Saion. Pro quo beatus hieronymus transtulit sitim. Esa. 25. Sicut estus in siti. & in eodem. 32. Sicut riui aquarum in siti. Hebrei vero dicunt ꝙ significat locum aridum & inaquosum. Et inde צי Si. i. nauis vł trieris. Esa. 33. Nec trieris magna trāsgredietur eū. Et in plu. צים sim. Nu. 24. venient in trieribus de italia. Ezech. 30. Egredientur nuncii a facie mea in trieribus. Scribitur etiam cum duplici iod & dicitur ציים Siim. Esa. 23. Asur fundauit eam. Pro quo hebrei legunt. Asur fundauit eam nauibus. idest fecit in ea portus pro nauibus vel trieribus. Dañ. 11. Et venient trieres & romani super eum. Ponitur etiam pro ethiopibus. Ps. 71. Coram illo ꝓcidēt ethiopes. p̄. 73. Dedisti eum escam populo ethiopum. Potest etiā legi populo nauium. idest nautis. significat etiam ציים siim animalia mōstruosa seu bestias feras. Esa. 13. Sed requiescēt ibi bestie. In alio vero loco beatus hieronymus transtulit demonia. Esa. 34. Et occurrēt demonia onocentauris.

ציון Sion. titulus. vel tumulus. 4. Regum. 23. Quis est titulus ille quem video. Ezech. 39. Statuent iuxta eum titulum donec sepeliant. & in plurali ציונים Siiunim. pro quo beatus hieronymus trāstulit speculas. eo quod sunt in loco eminētiori. Hiere. 31. Statue tibi speculas. Item ציון Saion. siccitas vel sitis. De quo vide supra in dictione precedenti.

ציץ Sis. florere. germinare. prospicere. Nume. 17. Et turgentibus gemmis eruperant flores. pro quo hebrei legunt. Et produxit gēmas: & floruit florem: siue germinauit florem. p̄s. 71. Et florebūt de ciuitate sicut fenū terre. Ps. 91. Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. & floruerit omnes qui operantur iniquitatem. p̄s. 131. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Esa. 27. Florebit & germinabit israel. Ezech. 7 Floruit virga: germinauit superbia. Significat etiam apparere. vel prospicere. Canti. 2. Prospiciens per cācellos. Et inde ציץ Sis. i. flos. Esa. 28. Et flori decidenti glorie exultationis eius. Et in eodem. 40. Exsiccatum est fenum: & cecidit flos. Scribitur etiam cum thau in fine & dicitur ציצת Sisath. Esa. 28. Et erit flos decidens. & inde ציצים Sisim. i. celature vel picture in similitudinē florum. 3. Regum. 6. Et picturas varias quasi prominentes de pariete & egredientes. & in eodem. Et celaturas valde eminentes. Item ציץ Sis. idest ala siue penna: secundum hebreos. Hiere. 48. Date florem Moab quia florens egredietur. pro quo hebrei legunt. Date alam siue pēnam moab: quia volans volabit. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide etiam supra in dictione נוץ nos. & in dictione נצה Nasa. & inde ציצית Sisith. idest ala seu fimbria vestimenti. Nume. 15. Vt faciant sibi fimbrias per angulos quattuor: ponētes in eis vittas hyacinthinas. & īde ציצת Sisath idest floccellus: vel cincīnus capitis. Ezech. 8. Et apprehendit me in cincīno capitis mei. Item ציץ sis. i. lamina aurea quam sacerdos gerebat in fronte. Exo. 28. Facies & laminā de auro purissimo. Et in eodem. 39. Fecerunt & laminam sacre venerationis.

ציר Sir. legatus. nuncius. vt in Abdia. & legatū ad gentes misit. De quo vide supra in dictione צור Sur.

צית Sith. succendere. comburere. Esa. 27. Succendam eam pariter. De quo vide supra in dictione יצת Iasath.

צל Sel. vmbra. De quo vide in dictione sequenti.

צלל Salal. vmbra. Iob. 40. Protegunt vmbre vmbrā eius. Et cōmuniter scribitur cum simplici lámed. & dicitur צל Sel. Geñ. 19. quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Iudi. 9. Venite & sub vmbra mea requiescite. Iob. 7. Sicut seruus desiderat vmbrā. Ps. 16. Sub vmbra alarum tuarum ptege me. p̄s. 143. Dies eius sicut vmbra pretereunt. Eccls. 8. Sed quasi vmbra transeant. Significat etiam presidium vel protectionem. Nu. 14. Recessit ab eis omne presidium. Eccls. 7. Sicut protegit sapientia: ita protegit pecunia. pro quo hebrei legunt. Sicut vmbra seu protectio sapientie: ita vmbra vel protectio pecunie. Et in plurali צללים Selalim siue צללי silele. Canti. 2. Et inclinentur vmbre. Hiere. 6. Quia longiores facte sunt vmbre vesperi. Et inde verbum צלל Silel. idest obumbrare. siue vmbram facere. Nee. 13. factum est autem cum quieuissēt porte ierusalem. pro quo hebrei legunt. cum obumbrassent. idest cum vmbre earū fierent lōgiores in vespere. Et inde מצל Mesal. i. obūbrans siue nemorosus: eo quod facit vmbram. Ezech. 31. Et floribus nemorosus. Itē צלל salel. i. tinire seu tremere. 4. Reg. 21. Vt quicunq̧ audierit tinniant ambe aures eius. Hiere. 19. vt omnis qui audierit tinniant aures eius. Abach. 3. A voce tremuerunt labia mea. Et inde מצלתים Mesilthaim. idest cymbala. 1. Paralip. 15. In organis musicorum nablis videlicet & lyris & cymbalis. Et in eodē. In cymbalis eneis concrepantes. Et inde מצלות Mesiloth. i. tintinabula que ferūtur super equū causa ornatus. Zach. 14. In die illa erit quod super frenū equi est sanctum dño. Scribitur etiam cū duplici sádic & cum duplici lámed: & dicitur צלצל Silsal. Esa. 18. Ve terre cymbalo alarum. Hebrei tamē secundum primā significationem legunt. ve terre obrūbrate alis: seu obumbranti alis. Vnde beatus hiero. in suis explanationibus sic ait. Verbum hebraicum צלצל Silsal ꝙ symmachus sonitum: theodotion aues interpretati sunt. & nos in cymbalum vertimus: aquila in vmbram transtulit. Sed sciendū ꝙ vmbra צל Sel dicitur: hic autem syllaba ipsa geminatur: pro quo possumus dictum intelligere. Ve terre que in vmbra alarum suarum pollicetur auxilium. hec hieronymus. Et in plurali צלצלים Silsalin. 2. Reg. 6. Et sistris & cymbalis. p̄s. 150. Laudate eum in cymbalis bene sonātibus: laudate eum in cymbalis iubilationis. Item צלצל Silsal. i. instrumētum quo pisces capiuntur. Pro quo beatus hieronymus transtulit gurgustium. Iob. 40. & gurgustiū pisciū capite illius. Item צלצל Selasal. i. rubigo que consumit fructus arborum & terre nascentia. Deut. 28. fruges terre tue rubigo cōsumet. Item צלל Sasal. i. submergi. Exo. 15. Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementib9. & inde צליל Selil. i. subcinericius panis. Iudi. 7. Videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui & in castra madiam descendere. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ deriuatur a dictione צלה Sala.

צלא Sala. in ligua chaldaica significat orare. Dañ. 6. Orabat: confitebaturq̧ coram deo.

צלה Sala. assare. Exo. 12. Edent carnes tantum assas igni. 1. Regum. 2. Da mihi carnem vt coquam sacerdoti. pro quo hebrei legunt. Da mihi carnem vt assem sacerdoti. vnde sequitur non enim accipiam a te carnē coctam. Esa. 44. Coxit pulmentum: & saturatus est. pro quo he. le. Assauit assaturam & saturatus est. Vbi ponitur verbum & nomē ab eo deriuatum. Et inde dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur dictio צליל Selil que significat panem subcinericium. i. coctū sub cinere vel sub prunis: de quo dictum est supra in dictione. צלל Salal.

צלח Salach. prosperari. siue prospere agere. Proficere. dirigere. transire. s. cum ꝓsperitate. insilire. irruere. cōburere. Geñ. 39. Et erat vir in cunctis prospere agens. Nu. 14. Quod vobis non cedet in prosperum. 3. Reg. 22. Ascēde & vade prospere. pro quo he. le. Ascende & prosperare. 1. Paralipo. 22. Sit dominus tecum & prosperare. Et in eodem. Tunc enim proficere poteris. idest prosperaberis. Et in eodem. 29. & cunctis placuit. Pro quo he. le. Et prosperatus est. 2. Paralipo. 18. Ascende in ramoth galaad: et prosperaberis. & in eodem. Ascendite: cūcta enim prospera venièt. i. prosperabimini. Et in eodem. 20. Et cuncta eueniēt prospera. p̄s. 1. Et omnia quecunq̧ faciet prosperabuntur. p̄s. 36. Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua. p̄s. 44. Intēde prospere. p̄s. 117. O domine bene prosperare. Hiere. 12. Quare via impiorum prosperatur. Et in eodem. 13. Ita vt nulli vsui aptum esset. pro quo he. le. Nulli vsui proficeret. Ezech. 16. Et profecisti in regnum. Significat ēt dirigere. Geñ. 24. Et diriget viam tuam. & in eodem. 39. Et omnia que gererentur ab eo dirigi in manu illius. Iosue. 1 Tunc diriges viam tuam. Nee. 1. Et dirige seruū tuū hodie. Hiere. 5. Causam pupilli non direxerunt. Significat etiam transire vel insilire aut irruere. 2. Reg. 19. Et irrumpentes iordanem ante Regem transierunt vada. 1. Regum. 10. & insiliet in te spiritus domini. & in eodem. Et insiluit in eum spiritus domini. Iudi. 14. Irruit autem spiritus domini in samson. Et in eodem. Irruit itaq̧ in eum spiritus domini. significat ēt cōburere. Amos. 5. ne forte cōburatur vt ignis dom9 ioseph. Item צלחת Saláchath. ascella: seu sinus. Prouer. 19. Abscōdit piger manum suam sub ascella. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ significat chaldariam. Item צלוחית Selochith. idest phiala: seu vas testeum. 4. Regū. 2. Afferte mihi vas nouum.

צלם Sélem. imago. similitudo. statua. Geñ. 1. faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram. Et in eodem. Et creauit deus hominem ad imaginem suam. Et in eodem. Et genuit ad imaginem & similitudinem suam. Ps. 38. Veruntamen in imagine pertransit homo. Sed aliqui hebrei in predicto loco ꝓ imagine legūt vmbrā seu tenebras: & dicūt ꝙ deriuatur a צל Sel quod signāt vmbrā: de quo supra dictum est. Et etiam in lingua arabica vel punica tenebre appellantur צלם Sélem. Vnde in predicto loco potest etiā legi. verūtamen in vmbra seu in tenebris pertransit homo. Et in plu. צלמים Selamim siue צלמי Salme. vt Nu. 33. Statuas cōminuite. i. imagines idolorum suorū. 1. Reg. 5. Vt faciatis similitudines anorum vestrorum: & similitudines murium. Et in lingua chaldaica aliquando scribitur cum aleph in fine tam in singulari q̃ in plurali. Dañ. 2. Statua illa magna. Item צלמות Salmaueth. idest vmbra mortis seu caligo mortis: compositū a צל Sel quod significat vmbram: & מות maueth quod significat mortem. Iob. 3. Obscurēt eum tenebre & vmbra mortis. & in eodē. 10. Ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. Et in eodem. Vbi vmbra mortis & nullus ordo. Et in eodem. 12. Qui producit in lucem vmbram mortis. p̄s. 22. Si ambulauero ī medio vmbre mortis nō timebo mala. p̄s. 43. Cooperuit nos vmbra mortis. Et inde dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur צלמון Salmon. i. locus obscurus & tenebrosus. p̄s. 67. Niue dealbabuntur in selmō. q. d. vbi est obscuritas & caligo: ibi erit niuis dealbatio.

צלע Sélaa. costa. latus. Geñ. 2. Et edificauit dominus deus costam quam tulerat de adam. Et in plurali צלעות Selaōth. vt in eo. Tulit vnam de costis ei9. Et quia coste sunt in vtroq̧ latere animalis: ideo significat etiam lat9: & est in hebreo communis generis. vt Exo. 25. Duo circuli sint in latere vno: & duo in altero. Et in eodē. Ad continēdas tabulas in vno latere tabernaculi. 3. Reg. 6. Ostium lateris medii in pariete erit. Hiere. 20. Custodientes latus meum Ezech. 41. Et latitudinem lateris quattuor cubitorum. & in eodem. Latera aūt latus ad latus bis triginta trium. & in plurali צלעות Selaoth. siue צלעים Selaim. vt in eodē. Que ingrederentur per parietem domus in lateribus. Et in eo. Et vidi in domo altitudinē per circuitum & fundata latera. Ponitur etiam pro tabulis vel tabulatis. 3. Regū. 6. Et texit pauimentum domus tabulis abiegnis. Et in eodem. Et ad posteriorem partem templi tabulata cedrina. Et in eodē. 7 Et tabulis cedrinis vestiuit totam cameram. Est etiam צלע Sélaa nomen proprium loci. Iosue. 18. Et sela & eleph & ieb9 que est ierusalē. Item צלע Salaa. i. claudicare. Geñ. 32. Ipse vero claudicabat pede. Michee. 4. Congregabo claudicantem. & inde צלע Sélaa. i. claudicatio seu fractura cruris vel pedis. Pro quo beatus hieronymus trāstulit plagam seu infirmitatem. p̄s. 34. Et aduersum me letati sunt & conuenerunt. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. Et in infirmitate mea letabantur. p̄s. 37. Ego autē in flagella paratus sum. Pro quo beatus hiero. transtulit. Ego autem ad plagas paratus sum.

צִלְצַל Selasal. rubigo. Deut. 28. Fruges terre tue rubigo consumet. Item צִלְצַל Silsal. Vas seu instrumentū quo pisces capiūtur. De q̃ vide supra in dictiōe צלל salal.

צַמָּם Samā. cincinus capillorū: seu coma capitis secundū hebreos: pro quo beatus hiero. trāstulit. id quod intrinsecus latet: & scribitur cum simplici mem & cum tau ī fine & dicitur צַמַּת Samath. Canti. 4. Absq; eo quod intrinsecus latet. In alio vero loco btūs hiero. trāstulit turpitudinem. vt Esa. 47. Denuda turpitudinem tuam. pro quo he. le. Denuda comam tuam seu cincinos capitis tui. Et inde dicunt aliqui hebrei q̃ deriuatur צַמִּים Samim. idest illi qui habitant in desertis: & habent longam comam & intōsam barbam. pro quo beatus hiero. transtulit sitientes. Iob. 5. & bibēt sitiētes diuitias eius. De quo vide in dictiōe sequēti.

צָמָא Sama. sitire. Exo. 17. Sitiuit ergo populus propter aque penuriam. Ps. 62. Sitiuit in te anima mea. Ps. 106. Esurientes & sitientes. Esa. 32. Et potum sitiēti aufert Et in eodē. 48. Non sitierunt in desertis. Et aliquando scribitur sine aleph. vt Iudi. 4. Da mihi obsecro paululū aque quia sitio valde. Ruth. 2. Sed etiam sitiens vade ad sarcinulas & bibe. Iob. 5. Bibent sitientes diuitias eius. Et in eodē. 18. Et exardescet contra eum sitis. pro quo hebrei legunt. Et preualebunt contra eum sitientes. Et inde צָמָא Sama. i. sitis. Exo. 17. vt occideres nos & liberos nostros in siti. Iudi. 15. Et in siti morior. p̃s. 68. Et in siti mea potauerūt me aceto. p̃s. 103. Expectabunt onagri in siti sua. Amos. 8. Nō fames panis nec sitis aque. & aliquando scribitur cum littera nun in fine & dicitur צִמָּאוֹן Simaon Deut. 8. Ac dipsas. idest sitis. nam grece dipsas idem est quod sitis latine. Ps. 106. Et exitus aquarum in siti.

צָמַד Samad. Iungere. adherere. concinare. Beatus hiero. transtulit initiari. Nume. 25. Initiatusq; est israel beelphegor. Et in eodem. qui initiati sunt beelphegor. p̄ quo hebrei legunt. iunctus est siue adhesit beelphegor. 2. Reg. 20. Et desuper accinctus gladio dependēte vsq; ad ilia. Pro quo hebrei legunt. Et desuper accinctus gladio adiūcto seu adherente super lumbos suos. p̃s. 49. Et lingua tua cōcinabat dolos. Et inde צָמִיד Samid. idest operculum quod ponitur super vas & cum eo iungitur. Nu. 19. Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper. & inde צֶמֶד semed. idest par seu iuga boum vel aliorum animaliū aut bini. Iudi. 19. Habēs in comitatu puerū & duos asinos. idest par asinorum. 3. Reg. 19. Tulit par boum & mactauit illud. Hiere. 51. Collidam in te agricolam & iugale ei9. Et in plu. צְמָדִים Semadim. 3. Reg. 19. Arantem in duodecim iugis boum. 4. Regum. 9. Memini enim quando ego & tu sedētes in curru sequebamur achab. pro quo hebrei legunt. Sedentes in iugis. idest in curribus qui vehebātur iugis equorum. Esa. 5. Decem iugera vinearum facient laguncülam vnam. idest vinee que decem iugis boum vno die possint arari. Item צָמִיד Samid. idest armilla. Nu. 31. periscelides & armillam. Et in plu. צְמִידִים semidim. Gen̄. 20. cūq; vidisset inaures & armillas.

צָמַח Samach. germinare. pullulare. oriri. crescere. Gen̄. 2. Omnemq; herbam regionis priusq; germinaret. & in eodem. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Et in eodē 41. Alie quoq; spice totidem tenues & percusse vredine oriebantur. idest pullulabant. Exo. 10. Corrodet enim omnia ligna que germinantur in agris. Leuit. 13. Porro si steterit macula & capilli nigri fuerint. Pro quo hebrei legūt. Et capillus niger pullulauerit siue creuerit. Deut. 29. Neq; virēs quippiam germinet. 2. Reg. 10. Manete in hierico donec crescat barba vestra. Et in eodem. 22. Nec est quicquā ex eo quod non germinet. p̃s. 103. Producens herbam iumentis. idest germinare faciens. p̃s. 146. Qui producit iumentis fenum. Eccls. 2. Vt irrigarent siluam lignorū germinantium. Esa. 44. Germinabunt inter herbas. & in eo. 55. Et infundit eā: & germinare eam facit. Ezech. 16. Et pillus tuus germinauit. Et inde צֶמַח Sémach. idest germen. Gen̄. 19. Vniuersos habitatores vrbium & cuncta terre virentia. Pro quo hebrei legunt. Et omne germen terre. Esa. 4. In die illa erit germen dn̄i in magnificentia. Zach. 3. ecce ego adducam seruum meum orientē. i. germen seu germinantem. Et in eodem. 6. Ecce vir oriens nomen eius.

צָמַק Samac. arere. siue aridum esse. Osee. 9. Da eis vuluā sine liberis & vbera arentia. Et inde vue passe dicuntur צִמּוּקִים Simucim. 1. Reg. 25. Centum ligaturas vue passe. Et in eo. 30. Et duas ligaturas vue passe.

צֶמֶר Sémer. lana. cacumē. s. arboris. seu medula. Deut. 22. Non indueris vestimentum quod ex lana linoq; cōtextum est. Prouer. 31. Quesiuit lanam & linum. Esa. 1. Velut lana alba erunt. Ezech. 27. In lanis coloris optimi. Pro quo hebrei legunt. In lana candida. Item צַמֶּרֶת Saméreth idest cacumen seu summitas arboris: vel medula arboris. Ezech. 17. Tulit medulam cedri. Et in eo. Et summam ego de medula cedri sublimis. & in eo. 31. Et inter condensas frondes elatum est cacumen eius. & in eo. Et dedit summitatem eius virentē atq; condensam. Et in eo. Neq; ponens summitatem suam inter nemorosa atq; frondosa.

צָמַת Samath. Disperdere. perdere. consumere. ad internitionem perducere. 2. Reg. 22. Obedientes me: & disperdam eos. Iob. 6. Tempore quo fuerint dissipati peribūt idest perditi erūt vel cōsumētur. Ps. 72. Perdidisti oēs qui fornicātur abs te. Ps. 87. terrores tui conturbauerunt me. Pro quo hebrei legunt. Terrores tui consumpserunt me. & Beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit oppresserunt me. p̃s. 93. Et in malicia eorum disp̄det eos: disperdet eos dominus deus noster. p̃s. 100. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. pro quo hebrei legunt. hūc disperdebā siue cōsumebā. p̃s. 118. Tabescere me fecit zelus meus. p̄ quo btūs hiero. ī ps. iuxta he. ve. trāstulit. cōsūpsit me zelus meus. Threñ. 3. Lapsa est in lacum vita mea. pro quo hebrei legunt. Disperierunt: seu consumpte sunt in lacu vite mee. & ponitur in hebreo in plurali. quia vita in hebreo est pluralis numeri: & caret numero singulari.

צֵנִן Senin. spina. siue vepres. translatio nostra traduxit lāceā seu sudē. & solū inuenitur in nūero plu. s. צְנִינִים seninim. Nu. 33. & lācee in lateribus vr̄is. Ios. 23. & sudes in oculis vr̄is. & inde צִנָּה Sina. i. scutū. 3. Reg. 10. fecit rex salomon cētū scuta de auro purissimo. Ps. 34. App̄hēde arma & scutū. p̃s. 90. scuto circūdabit te veritas eius. Amos. 4. Et leuabūt vos in cōtis. pro quo he. le. Et leuabūt vos ī scutis. & dicunt q̃ ponitur ibi p̄ nauiculis p̄uis ad modū scuti factis. & inde צִנִּים sinim. i. arma seu armati. Iob. 5. & ipsū rapiet armatus. Prouer. 22. Arma & gladii in via sup̄bi. hebrei tamen dicunt q̃ significat spinas seu tribulos.

צָנַח Sanach. figere. defigere. suspirare. Iudi. 4. Percussitq; malleo defixit in cerebrū vsq; ad terrā. sigñat ēt suspirare. Ios. 18. Suspirauitq; vt sedebat in asino. Iudi. 1. que cum suspirasset sedens in asino. hebrei tamen dicunt q̃ in duob9 locis p̄dictis sigñat descēdere seu declinare. vñ in p̄dictis locis ip̄i legūt. & descēdit seu declinauit de asino.

צְנֻם Senum. aridū. siccū. & solū īuenitur in nu. plu. & ī ge. fe. s. צְנֻמוֹת senumoth. Gen̄. 41. alie q̃q; septē tenues & p̄cusse vredine oriebātur. pro quo he. le. & ecce septē spice aride tenues & p̄cusse vrediē oriebātur post illas. & solū inuenitur in predicto loco. & dicunt aliqui q̃ significat minutas seu paruas.

צָנוּעַ Sanúaa. humilis. modestus. & solū iuenitur in nu. plu. s. צְנוּעִים Senuim. Prouer. 11. Vbi aūt est hūilitas: ibi & sapiētia. p̄ quo he. le. & cū humilib9 sapiētia. & ide הַצְנֵעַ hasnéa. i. humiliter. btūs hiero. trāstulit sollicitū. Mich. 6. & sollicitū ambulare cum deo tuo. & solū inuenitur in p̄dictis locis. in lingua vero chaldaica sigñat seruare seu obseruare

צָנַף Sanaph. circūuoluere. amicire. Leuit. 16. Cidarim mūdā ī ponet capiti. i. circūuoluet capiti. Esa. 22. coronās coronabit te tribulatiōe. Pro quo he. le. Circūuoluēs circūuoluet te inuolutione: siue amiciēs amiciet te amictu. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū. s. צְנֵפָה Senepha. & inde צָנִיף Saniph. i. vitta vel cidaris que capiti imponitur vel circūuoluitur aut amicitur. vt Zach. 3. Ponite cidarim mundam sup̄ caput eius: & posuerūt cidarim mūdā sup̄ caput eius. Scribitur ēt cū mem in principio & cū tau in fine & dr̄ מִצְנֶפֶת Misnépheth. Exo. 28. Cidarim & baltheū. Leuit. 16. Cidarim lineā imponet capiti. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatum. Ezech. 21. Aufer cidarim: tolle coronam. Et in plu. צְנִיפוֹת Seniphoth. Esa. 3. & sindones & vittas & theristra. vbi ponitur pro vittis.

צִנְצֶנֶת Sinséneth. genus vasis. vt lagūcula. Exo. 16. sume vas vnum & mitte ibi man. & solum inuenitur in predicto loco.

צִינֹק Sinoc. Carcer. Hiere. 29. vt mittas eum in neruum & in carcerem. & solum inuenitur in predicto loco.

צִנּוֹר Sinor. Fistula. canalis. seu cataracta. 2. Reg. 5. Et tetigisset domatū fistulas. Ps. 41. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.

צַנְתֵּר Santher. Canalis. btūs hiero. trāstulit rostrum. & solū inuenitur in nu. plu. Zach. 4. Que sūt iuxta duo rostra aurea: & solū inuenitur in predicto loco.

צָעַד Saad. Incedere. ambulare. deābulare. gradiri. cōculcare. Gen̄. 49. filie discurrerāt sup̄ murū. i. incedebant vel deābulabāt. Iob. 18. & calcet sup̄ eum quasi rex iteritus i. ābulet sup̄ eū. p̃s. 67. Cū p̄transieris per desertū. p̄ q̃ btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. & ambulares per desertū. Prouer. 7. Viā domus illius graditur. & in eo. 30. Tria sunt q̃ bene gradiūtur. Abach. 3. In fremitu cōculcabis terrā. & inde צַעַד sead. siue צְעָדָה seada. i. gressus. incessus, passus. 2. Reg. 5. & cū audieris sonitū clamoris gradiētis in cacumine pirorū. p̄ quo he. le. & erit cū audieris sonitū gressus. & in plu. צְעָדִים seadim. 2. Reg. 6. Cumq; trāscēdissent qui portabāt arcā dn̄i sex passus. p̃s. 17. dilatasti gressus meos subt9 me. Scribitur ēt cū mem ī p̄cipio. p̃s. 36. apud dn̄m gressus hoīs dirigūtur. Dañ. 11. per libyā quoq; & ethiopiā trāsibit. p̄ quo he. le. Libyi quoq; & ethiopes in gressib9 ei9 & inde אֶצְעָדָה Esaada. quod ē gen9 ornamēti. p̄ quo btūs hiero. trāstulit. periscelides qd̄ ē ornamētū cruris: a peri grece i. circū: & scelos. i. crus: eo qd̄ ponitur circū crura. Nu. 31. periscelides & armillas ānulos & dextralia. & aliqui hebrei dicūt q̃ est ornamentum brachii. 2. Regū. 1. Et tulit diadema quod erat in capite illius: & armillā de brachio eius. vbi ponitur pro armilla. Et aliquando scribitur sine aleph. Esa. 3. Et discriminalia & periscelides & murenulas.

צָעָה Saa. Gradiri. discurrere. īstabilē seu mobilē esse. sternere. Esa. 51. Cito veniet gradiēs ad ap̄iēdū. & in eo. 63. Gradiēs in multitudine fortitudinis sue. Hiere. 2. Sub omni ligno frōdoso tu prosternebaris meretrix. p̄ quo he. le. Tu discurrebas meretrix: siue instabilis eras. potest etiā significare sternere vel prosternere sicut est in lr̄a nr̄a. vt Hiere. 48. Et mittā ei stratores & sternent eum.

צָעַן Saan. moueri. seu transferri de loco in locū. Esa. 33. tabernaculū qd̄ nequaq; trāsferri poterit.

צָעִיף Saiph. Genus vestis: quo mulieres opiūt caput seu faciē. pro quo btūs hiero. trāstulit teristrū. Gen̄. 38. Assūsit teristrū & mutato habitu sedit in biuio itineris. & in eo. Depositoq; habitu quem sumpserat. pro quo in hebreo habetur. & deposuit teristrum suum de super se.

צַעֲצֻעַ Saasua. Statuarius. & solū inuenitur in nu. plu. scilicet צַעֲצֻעִים Saasuim. 2. Paralip. 3. Cherubim duo opere statuarii. Quod in hebreo legitur plu. s. statuariorum

צָעַק Saac. Clamare. exclamare. vociferare. cōuocare. seu cōgregare. Gen̄. 4 Vox sanguinis fratris tui clamātis ad me de terra. Exo. 5. & idcirco vociferātur dicētes eamus & sacrificem9 deo nr̄o. & in eo. 14. qd clamas ad me. & ī eo. 22. vociferabūtur ad me: & ego exaudiā clamorē eorū. & ī eo. Si clamauerit ad me exaudiā eū. 4. Reg. 2. helise9 aūt videbat & clamabat. p̃s. 33. Clamauerūt iusti & dn̄s exaudiuit eos. p̃s. 106. & clamauerūt ad dn̄m cū tribularētur. Hiere. 22. ascēde libanū & clama. Threñ. 2. Clamauit cor eorū ad dn̄m. Sigñat ēt cōuocare: siue cōclamare ad cōgregādū populū vel exercitū. vt Iudi. 7. Cōclamātes aūt viri israel. Et in eo. cōclamauitq; oīs ephraim & p̄ocupauit aquas. pro q̃ he. le. & cōuocat9 seu cōgregat9 est oīs ephraim. 1. Reg. 10. & cōuocauit samuel oēm pp̄lm ad dn̄m 4. Reg. 3. Conuocauerūt oēs qui accincti erāt baltheo. & ide צְעָקָה Seaca i. clamor siue vociferatio. Gen̄. 18. Vtrū clamorē qui venit ad me ope cōpleuerunt. Et in eodē. 27. Et rugiuit clamore magno. Exo. 3. & clamorē eius audiui. vide ēt de hoc supra in dictione זָעַק zaac.

צָעַר Saar. minui. diminutū seu minorē esse. Iob. 14. Siue nobiles fuerint filii eius siue ignobiles nō intelligit. p̄ quo he. le. honorātur filii ei9 & nescit: & minorātur siue diminuūtur & nō ītelligit. Hiere. 30. & glorificabo eos & nō attenuabūtur. i. nō minuētur. et inde צָעִיר sair. i. minim9 seu p̄uus. Gen̄. 43. et minimus iuxta etatē suā. p̄ q̃ he. le. minim9 seu minor iuxta minoritatē suā. Iob. 32. Iunior sum tp̄e. i. minor. Mich. 5. Et tu bethleem ephrata p̄uulus es in millibus iuda. et in plu. צְעִירִים seirim. Hiere. 14. Maiores miserūt minores suos ad aquā. Et in eo. 48. annūciate clamorē p̄uulis eius. Zach. 13. Et cōuertā manū meā ad p̄uulos. Et in ge. fe. צְעִירָה Seira. Gen̄. 19. Dixit maior ad minorē. Et in eo. Minor quoq; pep̄it filiū. Dañ. 8. Egressum est cornu vnū modicū. Et in hebreo est ge. fe. et inde מִצְעָר misaar. i. modicū. seu modica. vel paruum. Iob. 8. Et si priora tua fuerint parua. pro quo he. le. Et erit principium tuum modicum seu paruum. Esa. 63. quasi nihilum posederunt populum sanctum tuum. idest quasi modicum.

צָפַד Sapad. Adherere. Threñ. 4. Adhesit cutis eorum ossibus. et solum inuenitur in predicto loco

צָפָה Sapha. intueri seu respicere. speculari. cōtēplari. sperare. coopire. Gen̄. 31. Intueatur et iudicet dn̄s iter nos. Iob. 15. Circūspectās vndiq; gladiū. i. intuēs seu respiciens. Ps. 5. Mane astabo tibi & videbo. pro quo beatus hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. Mane preparabor ad te & cōtemplabor. p̃s. 65. Oculi eius super gentes respiciunt. Esa. 21. Contemplare in specula. Threñ. 4. Cum respiceremus ad gentem que saluare nos non poterat. Naum. 2. Contemplare diem. Abach. 2. & contemplabor vt videam quid dicat mihi. Signat ēt sp̄are. vt Mich. 7. Ego aūt ad dn̄m aspiciam. pro quo he. le. Ego aūt in domino sperabo. & inde צוֹפֶה sophe. i. speculator seu contemplator. Ezech. 3. Speculatorem dedi te domui israel. Osee. 9. Speculator ephraim cum deo meo. & in plurali צוֹפִים sophim. 1. Regum. 14. Et

respexerũt speculatores qui erant in gabaa. Esa. 66. Speculatores eius ceci sunt. & inde מִצְפָּה Mispe seu מִצְפָּה Mispa. idest specula.seu speculatio. Esa. 21. Sup speculã dñi ego sũ stans iugiter. Osee. 5. Laqꝰ facti estis speculationi. Michee 7. Dies speculatiõis tue. Est ẽt nomẽ propriũ loci excelsi & eminẽtis: vnde speculatores solent speculari. 1. Regũ. 10. & conuocauit samuel populũ ad dñm in maspha. Signãt ẽt p̄dicta dictio צָפָה Sapha. coopire aut tegere. Exo. 25. & deaurabis eã auro mũdissimo. i. cooperies. & in eo. 36. Quas operuit auro. & in eo. 38. Quas & ipsas vestiuit argento. i. operuit. 3. Reg. 6. & operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimẽtum domus: & in eodem. & operuit illũ atqꝫ vestiuit auro purissimo. Et in eodem. Domum quoqꝫ añ oraculum operuit auro purissimo. Prouer. 26. Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile. idest coopire velis. Et inde צִפּוּי Sipui. i. coopertorium. Nu. 16. Et producat ea in laminas: & affigat altari. pro quo hebrei legũt. & p̄ducat ea i laminas in coopertorium altari. Et inde צֶפֶת Sepheth. i. caput columne quo colũna operiebatur. 2. Paralip. 3. porro capita earum quinqꝫ cubitorũ. Itẽ צֶפֶת Saphath. idest fetor: secundũ translationẽ nostram. Ezech. 32. Et irrigabo terram fetore sanguinis tui. De quo vide supra in dictione צוּף Suph.

צַפַּחַת Sapachath. scyphus: aut phiala. vel lecythus. 1. Reg. 26. Tulit igitur dauid hastã & scyphũ aque. 3. Reg. 17. Et paululũ olei in lecytho. & i eodẽ. Neqꝫ lecythus olei minuetur. & i eo. 19. & ecce ad caput suũ subcinericiꝰ panis & vas aque. vbi ponitur pro vase. Item צַפִּיחִית Sapichith. idest laganum: siue massa oleo frixa & melle lita. Exo. 16. Gustusqꝫ eius quasi simile cum melle.

צָפַן Saphan. reseruare. celare. tegere. protegere. recondere. seruare. custodire. Exo. 2. Et abscondit tribus mensibus. & in eodem. Cũqꝫ iam celare non posset. Ios. 2. Tollẽs mulier viros abscondit eos. Iob. 10. Licet hoc celes in corde tuo. & in eodẽ. 14. Quis tribuat mihi vt in inferno p̄tegas me. Et in eo. 15. & numerus annorũ incertꝰ est tyrannidis eius. pro quo he. le. Et numerus annorũ absconditus est robusto seu tyranno. Et in eo. 17. Cor eorũ longe fecisti a disciplina. pro quo he. le. Cor eorum texisti seu celasti a disciplina. Ps. 16. Q̃m abscondit me in tabernaculo suo. Ps. 30. Quã abscõdisti timẽtibus te. p̄s. 55. Inhabitabunt & abscõdẽt. Ps. 118. In corde meo abscondi eloqa tua. Prouer. 1. abscondamus tendiculas contra insontem. & in eodem. Et moliuntur fraudes cõtra aĩas suas. pro quo he. le. & absconduntur pro aĩabus suis: siue cõtra aĩas suas. & in eodem. 10. Sapiẽtes abscõdũt scientiã. Hiere. 16. Et nõ fuit occultata iniqtas eorũ ab oculis meis. Significat etiã seruare: siue reseruare vel custodire. Prouer. 2. Et mandata mea absconderis penes te. i. seruaueris seu reseruaueris. & in eodẽ. Custodit rectorũ salutẽ. & in eo. 27. qui retinet eã: quasi qui vẽtũ teneat. pro quo he. le. Qui seruat eam: quasi qui seruat ventum. Canti. 7. Noua & vetera dilecte mi seruaui tibi. Significat etiã respicere. p̄s. 9. Oculi eiꝰ in pauperẽ respiciũt. Et inde צָפוּן saphum. i. abscõditũ siue arcanũ. Ps. 15. & de abscõditis tuis adimpletus est vẽter eorũ. p̄s. 82. Et cogitauerũt aduersus sanctos tuos. pro quo btũs hiero. in ps. iuxta he. ve. trãstulit. Et inierunt cõsilium aduersus arcanũ tuũ. Ezech. 7. & violabũt arcanũ meũ. Scribitur ẽt cũ mem in pricipio. vt in abdia. Inuestigauerunt abscondita eius. Et aliqñ scribitur cũ tau in fine & dr̃ צָפְנַת saphnath. Geñ. 41. Et vocauit eum lingua egyptia saluatorem mundi. Pro quo he le. & vocauit eũ absconditorũ reuelatorẽ. De quo vide supra in dictione פַּעְנֵחַ Pachneach. Itẽ צָפוֹן Saphon. i. aquilo seu ps septẽtrionalis. Geñ. 28. & dilataberis ad oriẽtẽ & occidẽtẽ & septẽtrionẽ & meridiẽ. Iob. 26. Qui extẽdit aquilonẽ super vacuũ. Esa. 43. Dicã aquiloni: da. Et inde צְפוֹנִי sephoni. idest aquilonaris seu ille qui est ab aquilone. Ioel. 2. & eũ qui ab aquilone est longe faciam a vobis.

צֶפַע Sephaa. serpentis genus. i. regulus seu basiliscus: aut aspis. Esa. 14. De radice enĩ colubri egredietur regulus. scribitur ẽt cũ nun in fine & dr̃ צִפְעֹנִי siphoni. Prouer. 23. Et sicut regulus venena diffundet. Esa. 59. Oua aspidis ruperũt. & in plu. צִפְעֹנִים Siphonim. Hiere. 8. Quia ecce ego mittã vobis serpentes regulos. Item צְפִיעַ Sephia. i. fimus. stercus. & solum inuenitur in nu. plu. s. צְפִיעֵי sephie. Ezech. 4. Ecce dedi tibi fimũ boum pro stercoribus humanis. & in ge. fe. צְפִיעוֹת sephioth: quod secundum hebreos significat nepotes. seu p̄geniẽ. Beatus hieronymꝰ trãstulit diuersa genera. Esa. 22. & suspendã sup eũ oẽm gloriã domus p̃ris eiꝰ: vasorũ diuersa genera. p quo he. le. & suspẽdã sup eũ oẽm gl̃iã domꝰ p̃ris eiꝰ filios & nepotes seu p̄geniẽ.

צִפְצֵף Siphsaph. garrire. gãnire. mussitare. Esa. 8. qui stridunt in incantationibus suis. Pro quo hebrei legũt. Qui garriunt & clamãt siue sonant. Et in eo. 10. Et nõ erat qui moueret pẽnã & aperiret os & gãniret. & in eodẽ. 29. & de humo eloquiũ tuum mussitabit. Et in eo. 38. Sicut pullus hirũdinis sic clamabo. i. garriã seu gãniã more auium. Itẽ צַפְצָפָה saphsapha. i. supficies. Ezech. 17. In supficie posuit illud. hebrei tñ dicũt q̃ signãt genus quoddã salicis.

צָפַר Saphar. Manicare. i. mane consurgere. Iudi. 7. Qui timidus & formidolosus est reuertatur. Pro quo he. le. Reuertatur & manicet. i. mane recedat. Et inde צַפְרָא Saphra: quod in lingua chaldaica significat mane siue tẽpus matutinum. & inde צְפִירָה Sephira. pro quo btũs hiero. trãstulit contritionẽ. Ezech. 7. Venit contritio sup te. & in eo. Egressa est contritio. hebrei vero dicunt q̃ signãt sententiã mane prolatã. Ponitur etiam pro corona vel serto. Esa. 28. Corona glorie & sertum exultationis. Item צִפּוֹר sipor i. auis seu volucris aut passer. & est cõmunis generis. Geñ. 7. Cunctũqꝫ volatile secundum genus suum. Leuit. 14. tinget i sanguine passeris immolati. Deut. 14. Omnẽ auem mundam comedite. Ps. 83. Et enim passer inuenit sibi domũ. Ps. 101. Sicut passer solitarius in tecto. Et in plu. צִפֳּרִים Siporim. Leuit. 14. Vt offerat duos passeres viuos. p̄s. 103. Illic passeres nidificabunt. Esa. 31. Sicut aues volantes sic proteget dominus exercituum ierusalem. Item צָפִיר Saphir. i. hircus. Dañ. 8. Ecce autem hircus caprarũ veniebat. Et in eodem. Hircus autem caprarũ magnus factus est nimis. & i eodem. Porro hircus caprarum rex grecorum est. Et in plu. צְפִירִים Sephirim. Nee. 8. Hircos pro pctõ duodecim. Item צִפֹּרֶן Siporen. vnguis siue vngula. Hiere. 17. Scriptum est stillo ferreo & vnguine adamãtina. & in plu. צִפָּרְנַיִם Sipornaim. Deut. 21. Et circũcidet vngues eius.

צְפַרְדֵּעַ Sephardea. rana. Exo. 8. Et ascẽderũt rane. quod in hebreo legitur singlariter. s. & ascendit rana. Et ponitur ibi singulare pro plurali. s. צְפַרְדְּעִים sephardeim. i. rane. vt in eo. & educ ranas super terram egypti.

צֶפֶת Sepeth. caput. s. colũne. 2. Paralip. 3. Porro capita earũ quiqꝫ cubitorũ. De q̃ vide supra i dictõe צָפָה sapha

צִקְלֹן Siclon. pera pastoralis. 4. Reg. 4. Et frumentũ nouum in pera sua.

צָרַר Sarar. Angustiare. tribulare. hostiliter agere. aduersari. claudere. ligare. Nu. 25. Hostes vos sentiant madianite. p quo hebrei legũt. Angustiare siue tribulare madianitas. Et in eodem. Quia ipsi hostiliter egerunt contra vos. Et in eodem. 33. Auersabuntur vobis in terra habitationis vestre. Leuit. 18. Sororẽ vxoris tue in pellicatum non accipies. pro quo he. le. & mulierem siue vxorem cum sorore sua non accipies ad tribulandũ siue ad auersandũ. i. vt vnaqueqꝫ sit hostis alterius siue auersetur alterã: & ad inuicẽ sint in angustiã & tribulationẽ. Hiere. 10. Et tribulabo eos ita vt inueniantur. Soph. 1. Et tribulabo hoĩes. & inde צָרָה Sara siue מֵצַר Mesar. idest angustia siue tribulatio. & inde צַר Sar. siue צוֹרֵר Sorer. idest angustiator siue tribulator aut hostis. De quo vide supra in dictione צוּר Sur. Significat etiam claudere seu ligare. 2. Reg. 20. Sed erãt clause vsqꝫ ad diem mortis sue. Iob. 26. Qui ligat aquas in nubibus suis. Prouer. 26. Sicut qui mittit lapidẽ in aceruum mercurii. pro quo he. le. Sicut qui ligat lapidem. Cuius expositionẽ vide infra in dictione רֶגֶם ragam. Et in eo. 3. quis colligauit aquas quasi in vestimento. vide ẽt de hoc supra ĩ dictione צוּר Sur. & inde צְרוֹר Seror. idest fasciculus. aut sacculus in quo pecunia ligatur. Cãti. 1. fasciculus myrrhe dilectus meꝰ mihi. Prouer. 7. Sacculũ pecunie secum tulit. Aggei. 1. Misit eas in sacculum pertusum. & in plu. צְרֹרוֹת Seroroth. Geñ. 42. Repererunt in ore saccorum ligatas pecunias. i. sacculos pecuniarũ. Item צְרוֹר Seror. lapillus: seu gleba parua que cadit de frumẽto qñ cribratur. Amos. 9. sicut cõcutitur triticũ in cribro: & non cadet lapillus super terrã.

צָרַב Sarab. Comburere. ardere. Prouer. 16. & in labiis eiꝰ ignis ardescet. Ezech. 20. Et comburetur in ea oĩs facies. & inde צָרֶבֶת Sarebeth. idest cicatrix que fit ex combustione. Leuit. 13. quia cicatrix est combusture.

צְרִי Sori. resina. & scribitur cũ iod loco he. Geñ. 43. modicum resine & mellis & storacis. Hiere. 8. Nunquid resina non est in galaad. Et in eodem. 43. Et tolle resinam virgo filia egypti. Ezech. 27. Et mel & oleum & resinam. Et aliqui hebrei dicunt q̃ significat theriacam.

צָרַח Sarach. vociferari. fortiter clamare. Esa. 42. vociferabitur & clamabit. Soph. 1. vox diei domini amara: tribulabitur ibi fortis. pro quo he. le. Vociferabitur siue clamabit ibi fortis. & inde צְרִיחַ Seriach. i. turris alta ex qua speculatores clamant. Iudi. 9. Ingressi sunt fanum dei sui berith. pro quo he. le. Ingressi sunt turrim fani dei sui berith. Et in eodem. Qui circumdantes presidium suscenderunt. i. turrim. & in plurali צְרִיחִים Serichim. pro quo beatus hieronymus transtulit antra. 1. Reg. 13. In petris quoqꝫ & in antris & in cisternis.

צָרַךְ Sarach. oportere. necessarium esse. indigere. 2. Paralipo. 2. Nos autem cedemus ligna de libano quot necessaria habueris. Et in lingua chaldaica frequenter ponitur pro indigere vel oportere.

צָרוּעַ Sarũa. Leprosus. Leuit. 13. quicunqꝫ ergo maculatus fuerit lepra. idest leprosus fuerit. Et in eo. 22. Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus. Scribitur ẽt cũ mem in principio & dr̃ מְצוֹרָע mesoraa. Leuit. 14. Hic est ritus leprosi. 2. Reg. 3. Nec deficiet de domo ioab fluxũ seminis patiẽs & leprosus. & in ge. fe. מְצֹרַעַת mesoraath. Exo. 4. p̄tulit leprosam instar niuis. & inde צָרַעַת Saraath. i. lepra. Leuit. 13. Plaga lepre si fuerit in homine. Item צִרְעָה siraa. nomẽ reptilis venenosi. Beatus hieronymus trãstulit scrabrones. Exo. 23. Emittens scrabrones prius qui fugabunt eueum & cananeum.

צָרַף Saraph. conflare. probare. examinare. purgare. s. sicut metalla probantur & purgantur conflãdo ea in ignẽ. Iudi. 7. Et ibi probabo illos. p̄s. 11. Argentum igne examinatum. p̄s. 16. Igne me examinasti. p̄s. 17. Eloquia domini igne examinata. Ps. 25. Vre renes meos & cor meũ. Pro q̃ beatus hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. cõfla renes meos & cor meũ. p̄s. 65. Igne nos examinasti sicut examinatur argentũ. Ps. 104. Eloquiũ dñi inflamauit eũ. pro quo btũs hiero. transtulit. probauit eum. p̄s. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. idest conflatum siue examinatum. pro quo btũs hiero. transtulit. probatus sermo tuus nimis. Esa. 1. Et excoquã vsqꝫ ad purũ scoriã tuã. i. igne purgabo. Et in eo. 48. Ecce excoxi te: sed non quasi argẽtũ. Hiere. 6. Frustra cõflauit conflans. Et in eo. 9. Ecce ego conflabo & probabo eos. Dañ. 12. Et quasi ignis probabuntur multi. & inde צוֹרֵף Soreph. i. conflator. seu argentarius. Iudi. 18. Et dedit eos argentario. Esa. 40. aut aurifex auro figurauit illud & laminis argenteis argentarius.

צָרְפַת Sarphath. nomen proprium prouincie: que in nr̃a translatione sarepta dicitur: vt in abdia. & trãsmigratio exercitus huius filiorum israel omnia loca chananeorum vsqꝫ ad sareptam. Hebrei tamen dicunt q̃ significat galliam seu franciam. Sed probabilius videtur esse nomen loci vel prouincie existentis in terra sidoniorum que est prope terram chanaã: vt habetur. 3. Reg. 17. Vbi dicitur vade in sareptam sidoniorum. Et in eodem. Surrexit & abiit in sareptam sidoniorum.

De incipientibus a littera. ק Coph.

קָאָה Caa. vomere. euomere. expellere. Leuit. 18. Ne & uos similiter euomat: sicut euomuit gentem que fuit ante vos. Iob. 20. Diuitias quas deuorauit euomet. Prouer. 23 Cibos quos comedisti euomes. & aliquando scribitur cum littera iod loco aleph. Hiere. 25. Bibite & inebriamini & vomite. & inde קִי Ci. idest vomitus. Prouer. 26. sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum. Esa. 28. Omnes enĩ mense replete sunt vomitu. Vide etiam de hoc infra in dictione קוֹא coa.

קָאֵם Caem. in lingua chaldaica significat stare seu consurgere. vt Dañ. 2. Stabat contra te.

קָאַת Caath. Nomen auis. p quo btũs hiero. trãstulit onochrotalum siue pelicanum. Leuit. 11. onochrotalũ & porphyrionem. p̄s. 101. similis factus sum pelicano solitudinis. Esa. 34. Et possidebunt eam onochrotalus & eritius. Soph. 2. & onochrõtalus & eritius.

קַב Cab. Cabus. genus mensure. 4. Reg. 6. Et quarta pars cabi stercoris columbarum quinqꝫ argenteis.

קָבַב Cabab. maledicere. imprecari. s. maledictiõe. Et scribitur cum simplici beth & ponitur punctus dagues p alio beth qd̃ deficit. Nu. 22. Veni & maledic ei. & in eo. veni & maledic pp̃lo isti. & i eo. 23. Quomodo maledicã cui nõ maledixit deus. Iob. 3. maledicant ei: qui maledicũt diei.

קֵבָה Ceba. vẽtriculꝰ. seu stomachꝰ. Deut. 18. dabũt sacerdoti armũ & vẽtriculũ. & dicũt hebrei q̃ signãt coagulum. Item קֻבָּה Cuba. idest lupanar. seu prostibulũ. Nu. 25. Ingressus est post virũ israelitã in lupanar. Ponitur ẽt p loco genitaliũ. vt in eo. Et pfodit ambos simul virum. s. & mulierẽ i locis genitalibus. & aliqui hebrei secundum primã significationem legunt. In ventriculum seu in stomachũ.

קַבֵּל Cabel. recipe. suscipe. acceptare. acqescere. 1. Paralip. 21. hec dicit dñs elige qd̃ volueris. p q̃ he. le. hec dicit dñs suscipe siue acepta tibi. s. vnũ de tribꝰ. & in eo. 12. suscepit ergo eos dauid. 2. Paralip. 29. & susceperũt sanguinẽ sacerdotes. Dañ. 2. & honorẽ multũ accipietis a me. & in lingua chaldaica signãt ẽt acqescere. seu obedire. Itẽ קְבֵל cebal siue קֳבֵל cobel. i. corã: seu cõtra: aut e regiõe. 4. Reg. 15. & p̄cussit eũ palã & interfecit. p q̃ he. le. & pcussit eũ corã pp̃lo seu cõtra pp̃lm. Dañ. 5. stabãt aũt in cõspectu statue. i. cõtra statuã. & in eo. 5. Quasi manus hominis scribentis contra

cādelabrum. Et quando preponitur ei dictio כל col: que significat omne: tuncambe dictiones in lingua chaldaica significāt propter. propterea. ideo. quia. eo q̄ quod. secundū. sicut. ergo. quāuis. statim. post. Dan̄.2. Scientes q̄ recesserit a me sermo. p quo he.le. Propterea q̄ vidistis q̄ recesserit a me sermo. Potest etiā legi sic. Postq̄ vidistis. & in eo. Sed neq̄ regum quisquam magnus & potens. pro quo he.le. Eo q̄ omnis rex magnus & potens. & in eodem. Quo audito rex in furore & ira precepit. p quo he.le. Propter hoc rex in furore & ira. & in eodem.4. Quia omnes sapientes regni non queūt solutionem edicere. Et in eodem.5. quia spiritus amplior & prudentia intelligentiaq̄. & in eodem. 6. Quia spiritus dei amplius erat in eo. Et in eo. Eo quod fidelis esset. Esd.4. Possessionem trās fluuiū non habebis. pro quo he.le. Propter hoc possessio trans fluuium nō erit tibi. Significat etiam quomodo vel secundum: aut sicut. vt Dan̄.2. Quomodo ferrum comminuit & domat omnia. & in eodem. Secundum q̄ vidisti ferrum mixtum teste. & in eodem.6. Sicut & ante consueuerat. Item ponitur p ergo. vt Esd.4. Nos ergo memores salis q̄ in palatio comedimus. Item ponitur pro quāuis. Dan̄.5. Cū scires hec omnia. i. quāuis scires hec omnia. Ponitur etiam pro statim. vt in eo.3. Statimq̄ in ipso tempore. Item ponitur pro post. vt in eodem.2. Post hec daniel ingressus est ad arioch. & in eodem.3. Post hec igitur. Item קבל Cabal. i. instrumentū bellicum: quod ponitur ad diruendos muros ciuitatis. pro quo Beatus hieronymus transtulit arietes. Ezech.26. Et arietes temperabit in muros tuos. & deriuatur a predicta dictione קבל Cebal. siue קבל Cobel: que significat cōtra siue corā: eo quod ponitur cōtra muros ciuitatis. Et inde מקביל Macbil. idest illud quod ponitur cōtra aliud siue e regione ipsius. Exo.26. Vt ansa contra ansam veniat: & altera alteri possit aptari.

קבע Cabaa. affigere. configere. Prouer.22: Et configet eos qui cōfixerunt animā eius. Malach.3. Si configet homo deum: quia vos configitis me: & dixistis in quo con figimus te. Et aliqui hebrei dicunt q̄ significat violentare seu iniuriam vel vim facere. Itē קבע Cobaa. idest galea siue alia armatura capitis. 1. Reg.17. Et imposuit galeam ereum sup caput eius. Ezech.23. Lorica & clypeo & galea armabūtur contra te. Et aliquando scribitur cum caph loco coph. De quo vide supra in littera caph. Item קבעת Cubaath. i. fex. seu fundus calicis vel vasis. Esa.51. vsq̄ ad fūdum calicis soporis bibisti. Et in eodem. Fundum calicis indignationis mee.

קבץ Cabas. congregare. colligere. coadunare. Gen̄.41. Per septem ānos fertilitatis qui iam nunc futuri sunt cōgreget in horrea. Et in eodem. Congregate sunt in horrea egypti. Ios.9. Et congregati sunt pariter vt pugnarent contra iosue. 2. Reg.12. Mitte & congrega ad me vniuersū israel. & in eodem. Et congregauit prophetas in monte carmeli. Nee.5. Et omnes pueri mei congregati ad opus erāt. Prouer.13. Que autem paulatim colligitur manu: multiplicabitur. Et in eodem.28. In pauperes congregat eas. Esa. 22. Et congregastis aquas piscine inferioris. Et in eodem. 34. Illic congregati sunt milui. & in eodem.60. Omne pecus cedar cōgregabitur tibi. Hiere.31. Et cōgregabo eos ab extremis terre. Ioel.2. Coadunate senes. idest cōgregate. Naum.2. Et facies omnium sicut nigredo olle. pro quo he.le. Et facies omniū collegerunt nigredinem. vel sic congregate. idest contracte sunt nigredine. Soph.3. Et colligam regna. Et inde קבוץ Cibus. siue קבוצה Cebusa. i. congregatus vel congregatio siue collectio. Esa.57. Cum clamaueris: li-

berent te congregati tui. Ezech.22. Et congregabo eos in medio ierusalem congregatione argenti & eris. Mich.1. Quia de mercedibus meretricis congregata sunt.

קבר Cabar. sepelire. humare. Gen̄.15. Sepultus in senectute bona. pro quo hebrei legunt. Sepelieris in senectute bona. & in eodem.23. Vt sepeliam mortuū meum. Et in eodem. Atq̄ ita sepeliuit abraam saram vxorem suam. Et in eodem.49. Sepelite me cum patrib9 meis. & in eodem. Ibi sepelierunt eum & saram vxorem eius. Nu.33. Videntibus cunctis egyptiis & sepelientibus primogenitos suos. Deut.34. & sepeliuit eum in valle terre moab. Hiere.14. & non erit qui sepeliat. Et inde קבר Geber. siue קבורה Cebura. idest sepulchrum aut sepultura. Gen̄.23. Date mihi ius sepulchri. & in eodem.35. Erexitq̄ iacob titulum super sepulchrū eius: hic est titulus monumenti rachel. idest sepulchri rachel.3. Reg.13. Sepelite me in sepulchro in quo vir dei sepultus est. Eccl's.6. Sepulturaq̄ careat. Ezech.38. Et facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius. & in plurali קברים cebarim siue קברות cebaroth. Exo.14. Forsitā non erant sepulchra in egypto. Nu.11. Vocatusq̄ est ille locus sepulchra concupiscētie. Iob.21. & ipse ad sepulchra ducetur. Ezech.32. In circuitu illius sepulchra eorum.

קדד Cadad. inclinari. humiliari. adorare. Gen̄.24. Inclinauit se homo & adorauit dominum. Exo.4. & proni adorauerunt. pro quo hebrei legunt. Et inclinauerunt se: & adorauerunt. 1. Regum.24. Et inclinans se dauid pronus in terram adorauit. Et secundum hebreos significat predicta dictio verticem capitis terre demittere: & dicunt q̄ deriuatur a dictiōe קדקד Codcod. que significat verticē capitis Gen̄.49. Et in vertice nazarei inter fratres suos. Deut.28. A plāta pedis vsq̄ ad verticem tuū. & in codē.33. Et super verticem nazarei inter fratres suos. & in eodem. Ceperitq̄ brachium & verticem. ps.7. Et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. ps.67. Verticem capilli perambulantium in delictis suis.

קדה Cida. casia. species aromatica. Exo.30. Casie autem quingentos siclos.

קדח Cadach. Succedere. accendere. ardere. Deut.32. ignis succensus est in furore meo. Esa.50. ecce vos omnes accendentes ignem. & in eodem.64. Sicut exustio ignis tabescerēt. i. sicut exurit vel ardet ignis. Hiere.15. quia ignis succensus est in furore meo. Pro quo hebrei legunt. Quia ignem succendistis in furore meo. & inde קדחת caddachath i. ardor. seu febris. Deut.28. Percutiet te dominus egestate: febre & frigore. & inde אקדח ecdach. idest lapis preciosus coloris ignei. pro quo beatus hiero. trāstulit sculptos. Esa. 54. Et portas tuas in lapides sculptos.

קדם Cadam. Anticipare. preuenire. preoccupare. ante ire. ante ponere. ante stare. Deut.23. Eo q̄d noluerūt vobis occurrere in pane & aqua. pro quo he.le. Eo quod non anticipauerunt vobis. idest eo quod non preuenerunt. Iob 1. Quare exceptus genibus. pro quo he.le. Quare anticipauerunt me genua vel genibus: siue preuenerunt me genua vel genibus. Et in eodem.30. Preuenerunt dies afflictiōis. & in eodem.41. Quis ante dedit mihi vt reddam ei. i. quis preuenit me. Ps.16. domine preueni eum & supplanta eum. ps.20. Quoniā preuenisti eum in benedictionib9 dulcedinis. Ps.67. Preuenerunt principes coniuncti psallentibus. ps.118. Preueni in maturitate & clamaui. & in eodem. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo. Amos.9. Non appropinquabit neq̄ veniet super nos malum. i. neq̄ preueniet vel preoccupabit. Ione.4. Propter hoc preoccupaui vt fugerē in tharsis. Mich.6. Quid dignū offerā dn̄o. Pro quo he.le.

In quo preoccupabo dn̄m: siue anticipabo aut preueniā dominū. Et beatus hieronymus trāstulit sensum. Et inde קדם Cedem. i. ante. olim. anteq̄. pristinū. antiquū. eternū. oriēs siue regio orientalis. Gen̄.3. Et collocauit ante paradisum voluptatis cherubim. ps.118. initio cognoui de testimoniis tuis. i. ante cognoui siue prius cognoui. Esa.2. Quia repleti sūt vt olim. ps.128. Quod priusq̄ euellatur exaruit. & scribitur in predicto loco cū thau in fine. Et inde קדמה Cadmaa. siue קדמא Gadma. Quod in lingua chaldaica significat primū. & in genere feminino קדמתא cadmatha. Dan̄. 7. Prima quasi leena. Significat etiam קדם cēdem. pristinū seu antiquū vel eternū. Deut.33. De vertice collium eternorūm. ps.76. Cogitaui dies antiquos. Prouer.8. Et ex antiquis anteq̄ terra fieret. Esa.23. Que gloriabatur a diebus pristinis. Mich.9. A dieb9 antiquis. Et inde קדמות cadmuth. i. antiquitas. Ezech.16. Reuertantur ad ātiquitatē suā. & in eodem. Reuertemini ad antiquitate vestrā. Et inde קדמוני Cadmoni. i. antiquus. 1. Reg.24. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur. Et in plu. קדמונים cadmonim. siue קדמונית Camonioth. Esa.43. Et ātiqua ne intueamini. Ezech.38. Tu ergo ille es: de quo locutus sum in diebus antiquis. Malach.3. Et sicut āni antiqui. est etiā קדומים cedumim nomē proprium loci. Iudi.5. Torrens cadumim torrēs cison. Itē קדם cēdem. siue קדמה cēdma. aut קדמת cidmath. oriēs siue pars oriētalis mundi. Gen̄.2. Ipe vadit contra assyrios. pro quo he.le. Ipse vadit ad orientē asur. Nu.2. Ab oriente iudas figet tentoria. & in codē.23. De montibus orientis. Iob 23. Si ad orientē abiero nō apprehendā eū. Et inde קדמוני Cadmoni. i. orientalis. Ioel.2. Facies eius cōtra mare orientale. Zach.14. Mediū earum ad mare orientale. Et in genere feminino קדמונה cadmona. Ezech.47. Aque iste que egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis. Et inde קדים cadim. i. ventus orientalis: qui est ventus vrēs & siccus. Exo. 10. Et dn̄s induxit ventū vrente tota die illa & nocte: & mane facto ventus vrens leuauit locustas. & in eodem.14. flante vento vehementi & vrēte tota nocte. ps.77. Transtulit austrum de celo. Pro quo he.le. Transtulit ventum oriētalem in celo. Item קדם codam. in lingua chaldaica significat coram: siue in conspectu: aut ante. Dan̄.2. Respondētes ergo chaldei corā rege dixerūt. & in codē. Et honorē multū accipietis a me. Pro quo hebrei legunt. Accipietis a conspectu meo. & in eodem. Tam crudelis sententia a facie regis esset egressa. i. a conspectu regis.

קדקד Codcod. vertex. s. capitis. De quo vide supra i dictione קדד cadad.

קדר Cadar. obscurari vel contenebrari. nigrescere. nigrū vel denigratū esse: tristem vel mestum esse.3. Reg.18 Ecce celi cōtenebrati sunt. Iob.6. Qui timent pruinā. Pro quo he.le. Qui denigrati sunt gelu vel pruina. Hiere.14. Et porte eius corruerunt: & obscurate sunt in terra. Ezech. 32. Et nigrescere faciam stellas eius. Ioel.2. Sol & luna obtenebrati sunt. Mich.3. Et obtenebrabitur super eos dies. Significat etiam merere vel contristari. Iob.6. Et merētes erigit sospitate. Et in eodem.30. Merēs incedebam sine furore. ps.34. Quasi lugens & contristatus sic humiliabar. ps.41. Quare tristis incedo: dū affligit me inimicus. Hiere. 4. Lugebit terra & merebūt celi. Potest etiam legi. Obscurabuntur vel obtenebrescent celi. Et in eodem.8. Contristatus sum & contristatus. Ezech.31. Cōtristatus est super eum libanus. Potest etiam legi secūdum primā significationem contenebratus vel obscuratus est super eum libanus. Et inde קדרות cadruth. siue קדרנית cedoranith. i. nigredo: vel obscuritas: aut tenebre: vel tristitia. Esa.50. Induam celos

tenebris. Malach.3. Et quia ambulauimus tristes coram domino exercituum.

קדש Cadas. sanctificare. consecrare. initiari. preparare. in stituere. Gen̄.2. Et sanctificauit illum. Exo.13. Sanctifica mihi omne primogenitum. Et in eodem.29. Consecratisq̄ ipsis & vestibus. & in eodem. Eritq̄ sanctum sanctorū: omnis qui tetigerit illud: sanctificabitur. Potest etiam legi. Omne quod tetigerit: sanctificabitur. & secūdū hebreos refertur ad illud quod offerebatur in altare: quia ex quo tāgebat altare sanctificabatur: & non poterat applicari cōmunibus vsibus. Leuit.6. Omnis qui tetigerit illa sanctificabitur. & in eodem.10. Sanctificabor in his qui appropinquāt mihi. & in eodem.22. Vt sanctificer in medio filiorum israel. Nu.3. Sāctificaui quidquid primū nascitur in israel. & in eodem.16. Que sctificata sunt in mortibus peccatorū. Deut. 15. Quidquid est sexus masculini sctificabis. 1. Reg.21. Sed & hodie sanctificabitur i vasis. 2. Paralipo.30. Et venite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in eternum. & in codē. Quia sacerdotes qui possent sufficere sanctificati non fuerant. Esa.65. Non appropinques mihi: quia imundus es. p quo hebrei legunt. Nō appropinques mihi quia sanctifica ui te. i. quia sanctior te sum. & in codē.66. Qui sanctificabātur: & mūdos se putabāt in hortis. Ezech.38. Et magnificabor & sanctificabor. & in eodem.44. Et non sanctificabūt populum in vestibus suis. Significat etiam preparare vel decernere seu instituere. Ios.20. Decreuerūtq̄ cedes in galilea. i. instituerunt. 1. Reg.16. Sanctificamini & venite mecū. i. preparamini. & in codē. Sanctificauit ergo esai filios suos i. preparauit. Hiere.6. Sanctificate super eum bellum. Pro quo hebrei legunt. Preparate vel instituite super eum bellū. & in eodem. Sanctifica eos in diem occisionis. i. prepara vel institue. Ioel.2. Sanctificate ieiuniū. i. instituite. & in codē. Sanctificate bellum. Et inde קדש Codes. i. sanctitas. vel sanctificatio: aut sanctum vel cōsecratum. Exo.15. Magnificus in sanctitate. & in eodem.31. Sāctum est enim. ps.29. Et cōfitemini memorie sanctitatis eius. ps.92. Domum tuam decet sanctitudo. ps.113. Facta est iudea sanctificatio ei9. ponitur etiā pro sanctuario. Exo.28. Quando ingreditur in sanctuarium. Leuit.16. Et expiet sanctuariū ab imūdiciis filiorum israel. Et in plurali קדשים Codasim. siue קדשי Codse. Leuit.21. Vt caueant ab his que sanctificata sunt. & in eodem. Omnis homo qui accesserit de stirpe vra ad ea que cōsecrata sunt. Ezech.22. Sanctuaria mea spreuisti. & in codē. 26. Vt gregē sanctificatū. pro quo he.le. Vt oues sctificationum. Et inde קדש Gados. i. sanctus vel sanctificatus. Nu.6. Sanctus erit. Iob.6. Nec contradicā sermonibus sancti. Esa. 6. Sanctus. sanctus. sanctus dn̄s deus sabaoth. Et in lingua chaldaica dicitur קדיש Cadis. Dan̄.4. Et ecce vigil & sctus de celo descendit. Et in plurali קדשים Gedosim. Leuit.19. Sancti stote quia ego sanctus sum. & in codē.21. Sancti erūt deo suo. Et inde מקדש Micdas. i. sanctuarium vel sanctificatio. Exo.15. Sāctuariū dn̄i quod firmauerunt manus tue. Et in eo.25. Et faciāt mihi sanctuariū. Leuit.19. Et sanctuarium meū metuite. Esa.8. Et erit vobis in sctificationē. & in codē.16. Et ingredietur ad sanctuariū suū. Ezech.11. Et ero eis in sctificatione modicā. Et i plurali מקדשים Micdasim siue מקדשי Micdese. ps.22. Donec intrē in sanctuariū dn̄i. Pro quo he.le. In sanctuaria dn̄i. Ezech.21. Et stilla ad sanctuaria. Ponitur etiā מקדש Micdas pro electo. Nu.18. Optima & electa erunt cuncta. Ponitur etiā קדש Cades per antiphrasin pro efeminato vel pphano: aut imūdo. vel execrabili aut scortatore: sicut apud latinos dr̄ sacra fames. i. execrabilis. Deut.23. Non erit meretrix de filiabus israel neq̄

scortator de filiis israel.3.Reg.14. Et efeminati erant in terra. Quod in hebreo legitur singulariter.s.efeminatus siue scortator. Et in plurali קְדֵשִׁים Cedesim.3.Reg.5. Et abstulit efeminatos de terra. Iob.36. Et vita eorũ inter efeminatos. Et in genere feminino קְדֵשָׁה Cedesa.i.meretrix. Geñ.38. Vbi est meretrix que sedebat ĩ biuio. Deut.23. Nõ erit meretrix de filiab⁹ israel. Et in plurali feminino קְדֵשׁוֹת Cedesoth. Osee.4. Et cũ efeminatis sacrificabant. pro quo he.le. Et cum meretricibus sacrificabant.

קָהָה Gaha.retussum vł obtussum esse. obstupescere. Eccł's 10. Si retussum fuerit ferrum. Hiere.31. Omnis qui comederit vuam acerbam; obstupescent dentes eius. Ezech.18. Et dentes filiorum obstupescent.

קָהַל Cahal. congregare. colligere. coaceruare. concionari siue concionem facere. Exo.32. Congregatus aduersus aaron dixit. & in eodẽ.35. Congregata igitur omni turba filiorũ israel. Nu.16. Cũq; stetissent aduersus moysen & aaron. Pro quo he.le. Congregati sunt aduersus moysen & aaron. & in eodem. Et coaceruassent aduersus eos omnem multitudinẽ. & in eodẽ. Cũq; oriretur seditio & tumultus increscceret. Pro quo he.le. Et factum est cum cõgregaretur turba. Deut.4. Congrega ad me populum. Paralipo.15. Cõgregauit dauid vniuersum israel. Ester.8. Vt cõuenirent iudei per singulas ciuitates & in vnũ preciperet congregari. & in eodem.9. Congregati sunt per singulas ciuitates & loca. Hiere.26. Congregatus est omnis populus aduersus hieremiã. Ezech.3. Et omnẽ multitudinẽ tuam que coaceruata est ad te. & in eodem. Congregaui multitudinẽ tuam. Et inde קָהָל Cahal.i.cetus vel congregatio: aut ecclesia: siue contio: aut multitudo in vnũ coaceruata. Nu.15. Vnum preceptum erit atq; iudiciũ tam vobis ꝙ̃ aduenis terre. ꝑ quo hebrei legunt. Cetui vel congregationi vnũ preceptũ erit. tam vobis ꝙ̃ aduenis terre. & in eo.16. Cur eleuamini super populum dñi.i.super congregationẽ vel ecclesiã dñi. Deut.23. Non intrabunt in ecclesiam dñi in eternũ. p̄s.21. In medio ecclesie laudabo te. p̄s.25. O diui ecclesiã malignantiũ. Ezech.38. & equites vestitos loricis vniuersos: multitudinẽ magnam. & in eodem. Prepara & instrue te & omnẽ multitudinẽ tuam. Scribitur etiam in genere feminino cũ he vel thau in fine. Deut.33. Hereditatem multitudinis iacob. Neemie 5. Et congregaui aduersum eos cõgregationem magnam. Et in plurali scribitur cũ mẽ in principio & dr̄ מַקְהֵלִים Machelim. siue מַקְהֵלוֹת Macheloth. p̄s.25. In ecclesiis benedicã te dñe. p̄s.67. In ecclesiis benedicite deo. Et idẽ קֹהֶלֶת Cohéleth.i.ecclesiastes. siue contionator: eo quod loquitur ad multitudinẽ: vel quia colligit siue congregat opiniones diuersorum hominũ. Eccl's.1. Verba eccl's filii dauid. & in eodem. Vanitas vanitatum dicit ecclesiastes.

קוֹא Coa. vomere. euomere. Leuit.18. Ne & vos similiter euomat cũ paria feceritis: sicut euomuit gẽtẽ que fuit ante vos. Ione.2. Et euomuit ionam in arida. vide etiam de hoc supra in dictione קָאָה Caa. & inde קִי Ci. idest vomitus. Prouer.16. Sicut canis reuertitur ad vomitum suũ. Esa.19. Sicut ebrius & vomens. Pro quo he.le. Sicut errat ebrius in vomitu suo. Hiere.48. Et allidet manib⁹ moab in vomitu suo. Et componitur cum dictione קָלוֹן calon. que significat ignominiã & dicitur קִיקָלוֹן cicalon.i.vomitus ignominie Abach.2. Et vomitus ignominie super gloriã tuam.

קוֹב Cub. ventriculus. seu coagulum. De quo vide supra in dictione קָבַב cabab.

קַו Cau. linea. siue regula. aut norma. De quo vide in dictione sequenti.

קָוָה Caua. expectare. sperare. sustinere. prestolari. congregare. Iob.3. Expectet lucem & non videat. & in eodem.17 Si sustinuero infernus domus mea est. p̄s.36. Sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt terram. p̄s.40. Expectans expectaui dñm. p̄s.129. Sustinuit anima mea. Esa.5. Expectauit vt faceret vuas. & in eo.8. Et prestolabor eum. & in eodẽ.40. Qui autẽ sperant in dño mutabunt fortitudinẽ. & in eodẽ.18. Ad gentẽ expectantẽ & conculcatam. & in eodẽ.28. Expecta: respecta. & in eo.49. Non cõfundentur qui expectant eũ. & inde תִּקְוָה Thicua. siue מִקְוֶה micue idest spes. siue expectatio. Iob.15. Et erit egeno spes. & ĩ eodem.7. Et consumpti sunt absq; vlla spe. & in eodẽ.17. Vbi est ergo nunc prestolatio mea. & in eodẽ. Et patiẽtiam meã quis cõsiderat. Pro quo he.le. Et spem meã siue expectationem meã quis considerabit: siue quis intuebitur. Hiere.14 Tibi peccauimus expectatio israel. Significat etiã predicta dictio קָוָה Caua. congregare vel colligere. Geñ.1. Congregentur aque que sub celo sunt in locum vnũ. Hiere.3. Et cõgregabuntur ad eum omnes gentes. Et inde מִקְוֶה Micue. siue מִקְוָה Micua.i. congregatio siue lacus vbi aque congregantur. Geñ.1. Congregationẽq; aquarum vocauit maria. Esa.22. Et lacum fecistis inter duos muros. Ponitur etiam pro cetu vel congregatione negociatorum seu mercatorũ. 3.Reg.10. Et de coa: negociatores enim regis emebant de coa. Pro quo hebrei legunt. Et cõgregatio siue collectio negociatorum regis emebant congregationem.s.equorum. Potest etiam esse nomen propriũ regionis vel loci: sicut est in littera nostra. Et inde קַו Cau.i.linea siue regula. aut norma: vel perpendiculum.i. funiculus quo edificia regulãtur. 3.Reg.7. Et resticula triginta cubitorũ cingebat illud. Pro quo hebrei legunt. Et linea triginta cubitorũ. Iob.38. Vel quis tetẽdit super eã lineam. Ps.18. In omnẽ terram exiuit sonus eorum. Pro quo hebrei legunt. In omnẽ terram exiuit linea siue norma eorũ. Hiere.31. Et exibit vltra normã mensure. Threñ.2. Tetendit funiculum suũ.i. perpendiculũ seu normã suã. Eze.47. Qui habebat funiculũ mensure in manu sua. Zach.1. Et perpendiculũ extendetur super ierusalẽ. Ponitur etiam pro mẽsura. Esa.28. Et ponã iudiciũ in pondere: & iustitiam in mẽsura. & in eodẽ.34. Et extendetur super eam mesura. Et inde תִּקְוַת Thicuath.i.funiculus. Ios.2. Signũ ne fuerit funiculus iste coccineus. & in eodem Appendit funiculum coccineum in fenestra.

קוּט Cut. displicere. tedere. tabescere. vel in fastidio esse. Iob.8. Non ei placebit vecordia sua.i.displicebit ei. & in eodem.10. Tedet animã meã vite mee. p̄s.94. Quadraginta annis proximus fui generationi isti. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Quadraginta annis displicuit mihi generatio ista. p̄s.118. Vidi preuaricantes & tabescebã.i.displicebant mihi. p̄s.138. Et super inimicos tuos tabescebam. Ezech.6. Et displicebunt sibi met super malis que fecerunt. Et in eodem.36. Et displicebunt vobis iniquitates vestre. Et idẽ קַט Cat.i.minus: pene. Ezech.16. Pauxillum minus pene sceleratoria fecisti illis.

קוֹל Col. vox. seu sonitus. Geñ.3. Vocem tuã dñe audiui. & in eo.4. Vox sanguinis fratris tui clamãtis ad me. Et ĩ eo.27. Vox quidẽ vox iacob est. Exo.32. Vocẽ cãtãtiũ ego audio. Iob.29. Vocẽ suã cohibebãt duces. Ps.97. In tubis ductilib⁹ & voce tube cornee. p̄s.129. Dñe exaudi vocẽ meã Hiere.46. Vox eius q̃si eris sonabit. Sigñat etiã sonitũ vel clamorẽ. vt Exo.19. Clangorq; buccine vehemẽs.i.sonit⁹ buccine.4.Reg.6. Ecce sonit⁹ pedũ dñi sui post eũ. Iob.15. Sonitus terrorũ in auribus eius. Et in lingua chaldaica dr̄ קָל Cal. Dañ.7. Aspiciebã ꝑpter vocẽ sermonũ grandiũ. Et in plu. קֹלוֹת coloth. Exo.9. Et cessabũt tonitrua: & grãdo

non erit. Pro quo he.le. Cessabunt voces. & in eodẽ.19. Et erant voces & tonitrua & nubes densissima super mõtem.

קוּם Cum. surgere. consurgere. insurgere. erigere. statuere. firmare. confirmare. Suscitare. Geñ.13. Surge & perambula terrã. & in eo.21. Surge & tolle puerũ. & in eo.27. Surge sede & comede. & in eo. Surge pater mi. Nu.2. Surgens ergo populus tota die illa & nocte. Deut.34. Et nõ surrexit prohetavltra. Ios.2. Nec remãsit in nobis spũs. Pro quo he.le. Et non surrexit vel consurrexit amplius spũs in viro.i.in aliquo viro. Iudi.2. Et surrexerũt alii qui nõ nouerunt dominũ.2.Reg.2. Surgant pueri & ludant corã nobis.1.Reg.4. Et oculi ei⁹ caligauerant: & videre nõ poterant. pro quo he.le. Et oculi eius consurrexerant.i.discesserant oculi a visu: vel quia tẽpore senectutis oculi cõtrahuntur de loco suo ad interiorẽ partẽ.4.Reg.7. Qui surrexit nocte. Iob.16. & suscitatur falsiloqu⁹ aduersum faciẽ meã. p̄s.26. Q̃m ĩsurrexerunt in me testes iniqui. Esa.33. Nunc consurgã dicit dñs Amos.5 Cecidit & nõ adiiciet vt resurgat. Mich.7. Filia cõsurrexit aduersus matrẽ suã. Et aliq̃n scribitur sine vau: vt ĩ aliquib⁹ locis predictis. & quãdoq; scribitur cũ aleph in medio loco vau. vt Osee.10. Et consurget tumultus in populo tuo. & in lingua chaldaica frequẽter scribitur cũ aleph ĩ medio: vt supra dictũ est. & quãdo est verbum secũde vel tertie cõiugationis: tunc significat firmare vel confirmare. aut statuere vel cõstituere siue erigere. Geñ.23. Confirmatus est ager quõdã ephronis. Leuit.25. Emptorq; possidebit eã. ꝑ quõ he.le. Et cõfirmabitur domus que est in vrbe in perpetuũ emptori. & in eo.26. Et firmabo pactũ meũ vobiscum. 2.Reg.23. Dixit vir cui cõstitutũ est de xp̄o dei iacob. Ester.9. Cõfirmauerunt & susceperũt iudei super se & semen suũ. Iob.22. Decernes rem & veniet tibi. Pro quo he.le. Et confirmabitur tibi siue stabit tibi. p̄s.105. Et statuit ꝑcellã ei⁹ in aurã. Ps.148. Confirma me in verbis tuis. Esa.7. Nõ stabit & non erit istud. Hiere.24. Cuius sermo cõpleatur.i.stabit vel confirmabitur. & in eo. Quia vere cõplebuntur sermones mei contra vos. Et aliq̃n scribitur cũ duplici mẽ. Iob.27. Et aduersarius quasi iniquus. Pro quo he.le. Et ĩsurgẽs in me quasi iniquus. p̄s.16. A resistẽtibus dextere tue.i.ab insurgentibus aduersus dexterã tuã. p̄s.138. Et cõtra inimicos tuos tabescebã.i.contra insurgentes aduersũ te. Mich.2. Et e cõtrario populus meus in aduersariũ consurrexit. & inde קָמִים camim.i.insurgẽtes cõtra aliquẽ: siue aduersarii. aut hostes vel inimici. Exo.15. Deposuisti aduersarios tuos Et in eo.32. Et inter hostes nudũ cõstituerat.2.Reg.18. De manu omniũ qui surrexerunt contra te. p̄s.3. Multi insurgunt aduersum me. p̄s.17. Supplantasti insurgẽtes in me. p̄s.43. Et in noĩe tuo spernemus insurgentes in nobis. p̄s.73. Superbia eorũ qui oderunt te ascendit iugiter. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Sonitus aduersariorum tuorũ. Hiere.51. & sup habitatores eius qui cor suũ leuauerunt cõtra me. Pro quo he.le. Et sup habitatores corde insurgentes contra me. Scribitur etiã cũ vau & dr̄ קוֹמִים Comim.4.Reg.16. Qui cõsurrexerũt aduersum me. Et inde אַלְקוּם Alcum.i.nõ consurgens: vel nõ resistẽs. Prouer.3. Nec est rex qui resistat ei. Et est dictio cõposita ab אַל Al. ꝙ significat nõ: & קוּם Cum ꝙ significat cõsurgere. vel resistere. De quo vide supra in dictiõe אַל Al. Et inde קוֹמָה Coma.i.statura siue altitudo. Geñ.6. Et triginta cubitorum altitudo illius. Exo.25. Altitudo cubitũ similiter ac semisem 1.Reg.28. Cecidit porrectus ĩ terra. ꝑ quo he.le. Et cecidit tota statura sua in terra. Canti.7. Statura tua assimilata est palme. Esa.10. Et excelsi statura succidentur. & in eodẽ.37. Et succidã excelsa cedrorum eius. Pro quo hebrei legunt succidam staturam siue altitudinem cedrorum ei⁹. Et inde קִימָה Cima.i.erectio: siue resurrectio. Iob.22. Nõne succisa est erectio nostra. Et inde תְּקוּמָה Tecuma. siue קוֹמְמִיּוּת comemiuth.i.erectio. Leuit.26. Nemo vestrũ inimicis audebit resistere. Pro quo hebrei legunt. Et non erit vobis erectio ante inimicos vestros. & in eodẽ. Vt incederetis erecti. Pro quo he.le. Incedere vos faciam in erectiõe siue erecte. Et inde יְקוּם Iecum.i.substantia vel subsistẽs. Geñ.7. Et delebo omnẽ substantiam quam feci de superficie terre. Nu.19. Cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum. Et inde קָמָה Cama.i.seges erecta in agro. Deut.23. Si intraueris segetem amici tui. Iudi.15. Quibus succensis: & comportate iam fruges & adhuc stantes in stipula concremate sunt. Pro quo he.le. Et succenderunt a manipulo vsq; ad segetem. Et in plurali קָמוֹת Camoth. vt in eodẽ. Que statim perrexerunt in segetes philistinorum. Et inde קְיָם Ceiam ꝙ in lingua chaldaica significat pactũ: siue fedus: aut statutum: vel decretũ. Dañ.6. Vt omne decretũ quod cõstituerit rex. Et ĩde מָקוֹם Macom.i.locus. Geñ.22. vidit locum procul. & in eo.28. Vere dñs est in loco sancto isto. & in eo. quã terribilis est locus iste. & in eodem.36. Vbi vincti regis custodiebãtur. Pro quo he.le. In loco vbi vincti regis erant. 2.Reg.7. Et ponã locum populo meo israel. Ester.4. Per aliam occasionẽ liberabuntur iudei. Pro quo hebrei legũt. Refrigeriũ & liberatio erit iudeis de loco alio. Iob.7. Nec cognoscet eum ampli⁹ locus eius. & in eodem.18. Iste est locus eius qui ignorat deũ. Eccl's.11. In quocũq; loco ceciderit. Esa.66. Et quis est iste locus quietis mee. Ezech.36. Dabo gog locum noĩatum sepulchrũ in israel. Et ĩ plu. מְקֹמוֹת Mecomoth. Deut.12. Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes.2.Reg.17. Forsitã nunc latitat in foueis aut in vno quo voluerit loco. ꝑ quo he.le. Aut in vno locorum.

קוּן Cun. lamentari. plangere.2.Reg.1. Planxit autẽ dauid planctum huiuscemodi.2.Paralipo.35. Hieremias maxime scilicet lamentatus est. ꝑ quo he.le. Lamẽtatus est hieremias. Hiere.9. Vocate lamẽtatrices vt veniãt. Ezech.32. Plãctus est: & plangẽt eum filie gentiũ: plangent super egyptum: & super multitudinẽ eius plangent. Et inde קִינָה Cina.i.lamentatio siue planctus. Hiere.6. Et super speciosa deserti planctum. Ezech.16. Et tu assume planctũ super principes israel. Et in plu. קִינוֹת cinoth.2.Paralipo.35. Lamẽtationes super iosiã replicant. & in eodẽ. Ecce scriptũ est in lamẽtationibus. Item קַיִן Cin.i.hasta seu lancea vel hastile.2.Reg.21. Cuius ferrũ haste trecentas vncias appendebat.

קָרָה Cara. accidere. contingere. euenire. occurrere. contignare. seu tegere. idest contignationem domorũ construere. Geñ. 44. Et aliquid ei in via contigerit. Nume. 11. Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. Pro quo hebrei legunt. Nunc videbis vtrum contingat vel eueniat tibi sermo meus, idest opere compleatur. Ruth. 2. Accidit autem vt ager ille haberet dominum nomine booz. 1. Regum, 28. Viuit dominus quia non eueniet tibi quicquam mali. 2. Regum. 1. Casu veni in monte gelboe. idest accidit mihi vt venirem in monte gelboe. Eccls. 2. Et didici q vnus vtriusq esset interitus. pro quo hebrei legunt. Et didici q vnus accidens accidit omnibus his. Et in eodem. Si vnus & stulti & occasus meus erit. Pro quo hebrei legunt. Sicut accidit stulto etiam mihi accidet. Esa. 41. Et nuncient nobis quecunq ventura sint. Vide etiam de hoc supra in dictione קָרָא Cara. Significat etiam occurrere. Geñ. 24. Occurre obsecro mihi hodie. Et in eodem. 27. Voluntas dei fuit: vt cito occurreret mihi quod volebã. Nume. 23. Si forte occurrat mihi dominus. Et in eodem. Occurrit illi deus. Et in eodem. Donec ego obuius pergã. idest occurram. Deut. 25. Quomodo occurrerit tibi in via. Et inde קְרִי ceri. siue מִקְרֶה micre. idest accidens. euentus. casus. Deut. 23. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somno. pro quo hebrei legunt. Qui fuerit pollutus casu vel accidenti nocturno. 1. Regum. 20. Cogitabat enim q forte euenisset ei quod non esset mundus. Eccls. 3. Idcirco vnus interitus est hominum & iumẽtorum. Pro quo hebrei legunt. Quoniam accidens vel euentus filiorum hominum: & accidens vel euentus iumẽtorum: vnũ accidẽs est eis. Et in eodem. 9. Quia eadem cunctis eueniunt. Pro quo hebrei legunt. Quia idem accidens vel euentus sit omnibus. Et inde קְרִי Ceri. idest occursus: vel exaduerso: aut e contrario. Leuit. 26. Si ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoq contra vos aduersus incedam. Et in eodem. Et ego incedam aduersum vos in furore contrario. Item קָרָה Cara. idest contignare aut contignationem domus facere: seu domum tegere, 2. Paralip. 34. Ad contignationem domorum. Nee. 2. vt det mihi ligna: vt tegere possem porticũ templi. Et in eodem. 3. Ipsi texuerunt eam: & statuerũt valuas eius. ps. 103. Qui tegis aqs supiora ei⁹. p quo btũs hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Qui tegit aquis cenacula eius. & inde קוֹרָה Cora. idest tignũ seu trabes: aut lignum siue materia ad contignationem domorum. Geñ. 19. Quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Pro quo hebrei legunt. Quia ingressi sunt sub vmbra trabis vel contignationis mee. s. domus. 4. Regum. 6. Tollamus singuli de silua materias singulas. Et in eodem. Accidit autem cum vnus materiam succidisset. Et in plurali קוֹרוֹת Goroth. Canti. 1. Tigna domorum nostrarum cedrina. & inde מְקָרֶה Mecare. idest contignatio domus. Eccls. 10. In pigritiis humiliabitur contignatio. Et inde קִרְיָה Ciria. idest ciuitas. Nume. 35. Decernite que vrbes esse debeant in presidia fugitiuorum. Prouer. 11. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas. Esa. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. Et in eodem. 29. Ve ariel ariel ciuitas quã expugnauit dauid. dicitur ẽt קֶרֶת Careth. Iob. 29. Quando procedebam ad portas ciuitatis. Prouer. 8. Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur. Et in eodem. 9. Vt vocarent ad arcem & ad menia ciuitatis. Et in lingua chaldaica dicitur קִרְיָא Ciria. siue קַרְתָּא Cartha. aut קִרְיָתָא Ciriatha. Esdre. 4. Et habitare eos fecit in ciuitate samarie. Et in eodem. Venerunt in ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam. Et in plurali קִרְיָתַיִם Ciriathaim. siue קְרִיּוֹת Cerioth. & ponitur p nomine proprio cuiusdam ciuitatis. Hiere. 48. Et sup domum deblataim & super cariathaim. Et in eodem. Et super bethramon & super carioth.

Margin (first column): קָרְבָּן. Oblatio. קָרוֹב. Proxim⁹ ppinquus. Prope. קְרוֹבִים. Propĩqui קָרֵב. Accedens. קִרְבָה. Appropinquatio. קֶרֶב. Intra Medium. Intestina. Interiora. Calefieri. Pugnare. קְרָב. Prelium Certamẽ. קְרָבוֹת. Bella. קַרְדֹּם. Securis. קַרְדֻּמִּים. secures. קָרָה. Cõtingere.

Margin (second column): Euenire Accidere. Occurrere. קְרִי. Casus. accidens. Euentus. קְרִי. ex aduerso. Cõtrarius. קָרָה. cõtignatio. Tegere. קוֹרָה. Culmen. Trabes. materia. קוֹרוֹת. Tigna. מְקָרֶה. cõtignatio. קִרְיָה. Ciuitas. קֶרֶת. ciuitas. קִרְיָא. קִרְיָתָא. ciuitas. קִרְיָתַיִם. cariathaim.

קָרַח Carach. Decaluare. depilare. radere. scilicet caput. seu caluitium facere. Leuit. 21. Nec radent caput nec barbam. Hiere. 16. Neq caluitium fiet pro eis. Ezech. 27. Et radent super te caluitium. pro quo he. le. decaluabunt sup te caluitium. vbi ponitur verbũ & nomẽ ab eo deriuatum. Et in eo. 29. Omne caput decaluatũ. Mich. 5. Decaluare & tondere sup filios delitiarũ tuarũ. & inde קֵרֵחַ cerẽach. i. caluus. 4. Reg. 2. Ascende calue: ascende calue. & inde קָרְחָה Corcha. i. caluitiũ. Leuit. 13. Sin aũt in caluitio vel in recaluatione albus vel ruffus color fuerit exortus. Hiere. 47 venit caluitiũ sup gaza. Amos. 8. Et sup omne caput caluitiũ & aliqñ scribitur cũ aleph in fine. Ezech. 27. & radẽt super te caluitium. Mich. 1. Dilata caluitium tuum sicut aquila. Signat ẽt superficiẽ pãni vel vestimẽti in qua pili lane sunt tonsi vel pre vetustate defluxerunt. Leuit. 13. Eo q infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. Item קֶרַח Cerach. idest gelu: aut glacies. Geñ. 21. Die noctuq estu vrgebar & gelu. Ponitur etiam pro crystallo: quia crystallus in greco idem est quod gelu latine. Ps. 147. Mittit crystallum suã sicut buccellas. Ezech. 1. Et similitudo super capita animalium firmamẽti quasi aspectus crystalli horribilis

קָרַם Carã. extendere. scilicet cutem. cõtegere. vel corio obducere. Ezech. 37. Et extendam super vos cutem. Et in eodẽ. Et extenta est in eis cutis desuper. i. obducta. vel contecta.

קֶרֶן Ceren. cornu. vnde hoc nomen cornu ab hebreo traxit originem. & est in hebreo vtriusq sexus. Dañ. 8. Fractum est cornu magnũ. Pro quo in hebreo legitur. fracta est cornu magna. & in eo. De vno aũt ex eis egressum ẽ cornu vnũ modicũ. Mich. 4. Cornu tuũ ponã ferreum. Ponitur etiam pro fortitudine vel imperio. 1. Reg. 2. & exaltatum ẽ cornu meũ in deo meo. Et i eo. Et sublimauit cornu christi sui. Iob. 16. Et operui cinere carnẽ meam. debet legi cornu meũ. ps. 17. Et cornu salutis mee. Ezech. 29. In die illa pullulabit cornu domus israel. Threñ. 2. Confregit in die furoris sui omne cornu israel. & in lingua chaldaica dicitur קַרְנָא Carna. Dañ. 3. In hora qua audieritis vocẽ tube. pro quo hebrei legunt. vocẽ cornu. i. tube cornee. Et in plu. קְרָנַיִם Caraim. siue קַרְנוֹת Carnoth. Geñ. 22. Herentem cornibus. Ps. 74. Et omnia cornua peccatorũ confringam: exaltabuntur cornua iusti. Dañ. 8. Et ecce aries vnus habens cornua. Et in eo. Et venit vsq ad arietem illũ cornutum. idest habentem cornua. Amos. 6. In fortitudie nostra assumpsimus nobis cornua. Abach. 3. Et cornua in manibus eius. Zach. 1. Et ecce quattuor cornua. Ponitur etiã pro angulo tã in singl'i q̃ in pl'i. Exo. 24. Cornua aũt per quattuor angulos ex ipso erunt. ps. 117. Vsq ad cornu altaris. i. vsq ad angulũ altaris. Esa. 5. In cornu filii olei. idest in angulo terre pinguissimo apto oliuis. & inde verbum קָרַן Caran. idest cornutum esse. Exo. 34. Et ignorabat q cornuta esset facies sua. Et in eo. Videntes autem Aaron & filii israel cornutam moysi faciem. Hebrei tamen in predicto loco dicunt q significat splendescere. eo quod de facie eius exibant radii splendoris ad modũ cornuum. Et inde verbũ vel participiũ tertie coniugationis. scilicet מַקְרִין macrin. idest cornua producens. ps. 68. Placebit dño sup vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.

קָרַס Caras. ruere. icuruari. cõteri. Esa. 46. Cõfract⁹ ẽ bel: cõtrit⁹ ẽ nebo. & in eo. cõtabuerũt & cõtrita sũt simul pro quo he. le. ruerũt icuruati sũt. & ĩde קֶרֶס ceras. i. circul⁹ vel vncin⁹. seu fibula cui⁹ caput ẽ curuũ: & solũ iuenitur in nu. plu. Exo. 26. faciesq quiquagita circulos aureos. & i eo. facies & quiquagita fibulas eneas; quibus iungantur anse.

Margin (third column): קָרַח. Radere Caluitium facere Decaluare. קֵרֵחַ. Caluus. קָרְחָה. Caluitium. Supficies pãni. קֶרַח. Gelu. Crystallus. קָרַם. Extendere. קֶרֶן. Cornu. קַרְנָא. Cornu. קְרָנַיִם. Cornua. קָרַן. cornutũ eẽ. מַקְרִין. Cornua pducens. קָרַס. Conteri. Incuruari. קֶרֶס. Circuli Fibule.

קַרְסֹל Carsul. talus. s. pedis. & solum inuenitur in nu. plu. 2. Reg. 22. Et non deficient tali mei.

קָרַע Caraa. Scindere. rumpere. dirumpere. aperire. Geñ. 37. Scissisq vestibus indutus est cilicio. p quo he. le. & scidit iacob vestimẽta sua. Exo. 28. Ne facile rumpatur. Leuit. 13. rumpet eum & a solido diuidet. Nu. 14. Sciderunt vestimenta sua. Iudi. 11. Scidit vestimenta sua. 1. Reg. 15. Scidit dñs regnum israel a te hodie. 2. Reg. 15. Ecce occurrit ei chusai arachites scissa veste. 3. Reg. 13. Altare quoq scissũ est. ps. 34. Dissipati sunt nec cõpuncti. Pro quo btũs hiero. in ps. iuxta he. ve. trãstulit. scidẽtes: & nõ tacẽtes Esa. 64. vtinã dirũperes celos. Hiere. 36. Scidit illud scalpello scribe. Signat ẽt apire. Hiere. 22. qui aperit sibi fenestras. Signat ẽt depĩgere oculos stibio: ac si palpebre oculi rũpãtur ex cõtinuatiõe stibii. Hiere. 4. Et pĩgeres oculos tuos stibio. & ĩde קֶרַע ceraa. i. scissura: vel ruptura. Prouer. 23. & vestietur pãnis dormitatio. pro quo he. le. & vestietur scissuris vel rupturis dormitatio. i. vestietur pãnis ruptis vel scissis.

קָרַץ Caras. conniuere. vel annuere. s. oculis vel labiis. excidere. formare. ps. 34. Annuunt oculis. Prouer. 6. annuit oculis: terit pede. & in eo. 10. Qui ãnuit oculo dabit tristitiã. & in eo. 16. Mordẽs labia sua perficiet malũ. pro q he. le. annuẽs vel cõniuẽs labiis suis perficiet malũ. Signat ẽt formare vel excidere. Iob. 33. & de eodẽ luto ego quoq formatus sum. pro quo he. le. excisus sũ. & inde קֶרֶץ ceres. i. excisio vel cõcisio: aut excisor. Pro quo btũs hiero. trãstulit stimulatorẽ Hiere. 46. stimulator ab aqlone veniet. Itẽ קְרַץ Caras. in ligua chaldaica signat accusare seu crimiari. Dañ. 3. Accedẽtes viri chaldei accusauerũt iudeos. & in eo. 6. Adducti sunt viri illi qui accusauerũt danielẽ. & preponitur ei dictio אֲכַל Achal que signat comedere: quia forte in illis accusatiõibus vel cõiurationibus faciebãt aliqua conuiuia.

קַרְקַע Carcaa. pauimentum. fundus. solum. Nu. 5. & puluillum terre de pauimento tabernaculi. Amos. 9. si celauerint se in fundo maris.

קַרְקַר Circar. vastare. diruere. dissipare. Nu. 24. vastabitq omnes filios seth Esa. 22. Scrutans murum. Pro quo he. le. dissipans vel diruens murum. De quo vide supra in dictione קִיר cir. & in dictione קָרַר carar.

קֶרֶשׁ Ceres. tabula. Exo. 26. In lateribus tabule due incastrature fient. & in plurali. קְרָשִׁים cerasim. vt in eo. facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim. significat ẽt trãstra seu tabulata nauis. Ezech. 27. Et transtra tua fecerunt tibi de ebore indico. i. tabulata tua.

קַשׁ Cas. stipula. de quo vide in dictione sequenti.

קָשַׁשׁ Casas. colligere. vel congregare. Exo. 5. Ipsi vadãt & colligãt stipulas. & in eo. Dispersusq est populus in omnem terram egypti ad colligendas paleas. Nu. 5. Inuenerunt hominem colligentem ligna Soph. 2. Cõuenite congregamini. & aliquando scribitur cum simplici sin. De quo vide supra in dictione קוּשׁ cus. & inde קַשׁ cas. idest stipula seu palee minutissime: aut ligna minutissima. Exo. 5. Et colligãt stipulas. & in eodem. Ad colligendas paleas. Iob. 13. Et stipulam siccam persequeris. ps. 82. Et sicut stipula ante faciem venti.

קִשֻּׁא Casu. Cucumer. & solum inuenitur in numero plurali. scilicet קִשֻּׁאִים Cisuim. Nume. 11. In mẽte nobis veniunt cucumeres & pepones. & inde מִקְשָׁה Micsa. idest cucumerarium. Esa. 1. Sicut tugurium in cucumerario.

קָשַׁב Casab. Attendere. intendere. audire. auscultare. 1. Regum. 15. Et auscultare magis q̃ offerre adipem arietum Nee. 1. Sit auris tua attendens ad orationem serui tui

Margin (fourth column): קַרְסֹל. Talus. קָרַע. Scindere. Rũpere. Dirũpere. Aperire. Pingere. קֶרַע. scissura. קָרַץ. Annuere. Formare Excidere. קֶרֶץ. stimulator. קְרַץ. Accusare. קַרְקַע. pauimẽtũ. Fundus. קַרְקַר. Vastare scrutari Dissipare. קֶרֶשׁ. tabula. קְרָשִׁים. Tabule transtra. קַשׁ. קָשַׁשׁ. Colligere. Cõgregar. קַשׁ. Stipula Palee. קִשֻּׁא. קִשֻּׁאִים. cucumeres. מִקְשָׁה. Cucumerarium. קָשַׁב. auscultar. Attendere.

Ps. 9. Preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Ps. 16. Intende deprecationem meam. Ps. 65. Et attendit vocem deprecationis mee. Ps. 129. Fiant aures tue itēdētes i vocem deprecationis mee. Prouer. 1. Extendi manum meam & non fuit qui aspiceret. idest qui attenderet. Esa. 42. Attēdat & auscultet procul. Hiere. 6. Quia verba mea non audierunt. Et in eodem. 8. Attendi & auscultaui. Et in eo. 18. Et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Et in eo. Attende domine ad me. Dan. 9. placare domine: attēde domine. Osee. 9. Et attende domus israel. & inde קֶשֶׁב caseb siue קֶשֶׁב ceseb. idest attentio vel intuitus aut auscultatio. 4 Reg. 4. Et non erat vox neq; sensus. pro quo he. le. & non erat vox neq; auscultatio vel attentio. idest non erat qui attenderet vel auscultaret. Esa. 21. Et contemplatus est diligēter multo intuitu.

קָשָׁה Casa. indurare. aggrauare. seu durum vel graue esse. resistere. Gen. 35. Difficultate part9 periclitari cepit. Pro quo hebrei legūt. Et indurata siue aggrauata est in partu suo. Exo. 7. Sed ego indurabo cor eius. & in eo. 13. Nam cum induratus esset pharao & nollet nos dimitere. Deut. 2. Quia indurauerat dominus deus tuus spiritum eius. Et in eo. 15. Non auertes ab eis oculos tuos. pro quo hebrei legūt. Nō durū sit vel non sit graue in oculis tuis cum dimiseris illum. 1. Reg. 5. Quoniam dura est manus eius super nos. 2. Regum. 29. Durius autem responderunt viri iuda. 2. Paralip. 36. Et indurauit ceruicem suam. ponitur etiam pro resistere. Iob. 9. Quis restitit ei: & pacem habuit. & inde קָשֶׁה Case: siue נִקְשָׁה Nicse. i. durus vel induratus. Exo. 33. Populus dure ceruicis es tu. Deut. 31. Ego enim scio contētionem tuam: & ceruicem tuam durissimam. Esa. 8. Et transibit per eā & corruet & esuriet. pro quo he. le. Transibit per eam induratus: & corruet. potest etiam deriuari a dictione יָקַשׁ Iacas. que signāt offendere vel corruere sicut est in littera nostra. & inde קֹשִׁי cosi. siue קֶשִׁי cesi. i. durities. Deut. 9. Ne aspicias duritiē populi huius. & inde מִקְשָׁה Micsa. i. ductile. s. metallū percussum malleo & induratū vel cōplanatum. Exo. 25. Facies candelabrū ductile de auro mundissimo. Et in eodem. Aureos & perductiles. & dicunt aliqui hebrei q in predicto loco significat equalem vel planū. i. opere plano & equali. Hiere. 10. In similitudine palme fabricate sunt. Pro quo he. le. Sicut palma: ductiles vel equales sunt. Ponitur etiam pro crine vel cesarie mulieris equaliter diuisa. Esa. 3. Et pro crispante crine caluiciū. Itē מִקְשָׁה micsa. idest cucumerarium. De quo vide supra in dictione קִשֻּׁא cisu.

קְשָׂה Casa. Thuribulū. seu crater: secundum translationē nostram. & solum inuenitur in numero plurali: scilicet קְשָׂוֹת cesoth. Exo. 25. Acceptabla & phialas: thuribula & ciathos. & in eodē. 37. Acceptabula & liba fundenda. purissimo. Nu. 4. Et crateras ad liba fundenda.

קֶשֶׁה Casach. Indurari. durari. seu durum esse. Iob. 39. duratur ad filios suos: quasi non sint sui. Esa. 63. Indurasti cor nostrum ne timeremus te.

קֹשֶׁט Coset. siue קֻשְׁטָא custa. veritas. seu firmitas. Ps. 59 Vt fugerent a facie arcus. Pro quo he. le. A facie veritatis vel firmitatis: siue propter veritatē vel firmitatem: tamē si scriberetur cum tau in fine loco teth. tunc significat arcum: vt infra dicetur. Sed in codicibus hebreorum inuenitur scriptum cum teth. quod significat veritatem vel firmitatem. ve prouer. 22. Vt ostenderent tibi firmitatem & eloquia veritatis. & in lingua chaldaica communiter significat veritatem. Dan. 2. Vere deus vester deus deorum est. Item קְשִׂיטָה Cesita. idest agna seu ouis. Gen. 33. Emitq; partem agri in qua fixerat tabernaculum a filiis hemor centū agnis. Iob. 42. Et dederunt ei vnusquisq; ouem vnam. Et aliqui hebrei dicūt q significat genus quoddā monete: seu nūmum: aut obolum. Sed in translatiōe chaldaica est sicut in littera nostra.

קַשְׂקֶשֶׂת Cascheseth. Squāma. vt Leuit. 11. Omne quod habet pennulam & squāmā. & in plu. קַשְׂקְשׂוֹת Cascheseoth. Ezech. 29. vniuersi pisces tui squāmis tuis adherebunt. reperitur etiam קַשְׂקַשִּׂים cascasim. secundum terminationem pluralem masculinorum. 1. Reg. 17. Et lorica hamata induebatur. pro quo he. le. & lorica squāmarum. i. squāmata induebatur.

קָשַׁר Casar. ligare. colligare. coniungere. Gen. 38. In quo obstetrix ligauit coccinum. Et in eodem. 44. Cum anima illius ex huius anima dependeat. pro quo hebrei legunt. Et anima eius colligata est cum anima illius. Deut. 6. Et ligabis ea quasi signū in manu tua. 1. Regum. 18. Et anima ionathe conglutinata est anime dauid. idest colligata. Nee. 4. Itaq; edificauimus murum & coniunximus totū. Iob. 38. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pliadas. Esa. 49. Et circundabis eos tibi quasi sponsa. i. colligabis vel coniunges. & inde קִשֻּׁרִים Cisurim. idest ornamenta quedam que mulieres circunligant collo suo vel pectori. Pro quo btūs hieronymus transtulit murenulas. Esa. 3. & murenulas & olfactoria. Pōitur ēt pro fascia pectorali. Hiere. 2. Nunquid obliuiscitur virgo ornamēti sui: aut sponsa fascie pectoralis sue. & ide קִשֻּׁרִים Cesurim siue מְקֻשָּׁרוֹת Mebrusaroth. idest oues que nascuntur in principio veris. Gen. 30. Et que primi temporis iacob. Signāt etiā predicta dictio קֶשֶׁר Casar. coniurare aut coniurationem vel colligationem facere contra aliquem. 1. Regū. 22. Quoniā coniurastis omnes aduersum me. 2. Reg. 15. Quod achitophel esset in coniuratione. pro quo hebrei legunt. In coniurantibus. 4. Reg. 10. Coniurauit ergo iehu filius namsi contra ioram. Amos. 7. Rebellauit contra te Amos. Pro quo hebrei legunt. Coniurauit cōtra te amos. & inde קֶשֶׁר Ceser. idest coniuratio. vel colligatio. 2. Reg. 15. facta est coniuratio. Esa. 8. Nō dicatis coniuratio: omnia enim que loquitur populus iste coniuratio est.

קֶשֶׁת Ceseth. siue קַשְׁתּ caseth. Arcus. Gen. 9. Arcum meū ponā in nubibus. Et in eo. Apparebit arcus in nubibus. Et in eo. 21. Iuuenis sagittari9. p quo hebrei legunt. iaculator arcus. 1. Reg. 2. Arcus fortium superatus est. Esa. 22 Dureq; ligati sunt. Pro quo hebrei legunt. Ab arcu ligati sunt. Potest etiam deriuari a dictione קָשָׁה Casa que significat indurare siue durum esse. Abach. 1. Suscitans suscitabis arcum tuum. Et in plurali קְשָׁתוֹת Cesathoth. ps. 36. & arc9 eorum confringantur. Esa. 5. Et omnes arcus eorum extēti. & in eodem. 13. Sagittis paruulos interficient. Pro quo hebrei legunt. & arcubus paruuli interficientur.

קִתְרֹס Cathros. In lingua chaldaica significat quoddā instrumentum musicum. pro quo beatus hieronym9 transtulit citharam. Dan. 3. In hora qua audieritis vocem tube & fistule & cithare.

De incipientibus a littera. ר. Res.

רָאָה Raa. videre. intueri. aspicere. cernere. despicere. Gen. 1. & vidit deus q esset bonum. & in eodem. 16. Tu deus qui vidisti me. Et in eodem. Profecto hic vidi posteriora videntis me. & in eodem. 27. Ecce odor filii mei sicut odor agri. pro quo hebrei legūt. Vide odorē filii mei sicut odorē agri. Et est sensus sicut in littera nostra. & in eo. 29. Vidit dominus afflictionem meam. Et in eodem. 37. vade & vide si cuncta prospera sint. Exo. 3. Et videbo visionem hanc magnam. & in eodem. Vidi afflictionem populi mei. Leuit. 20. Et viderit turpitudinem eius: illaq; conspexerit fratris ignominiā. Nu. 23. De sūmis silicibus videbo eū. Ios. 5. Et vidit virum cōtra se stantem. 1. Reg. 2. Et videbis emulum tuū in templo. 2. Reg. 15. Videtur mihi sermones tui boni & recti. 4. Reg. 14. Veni & videam9 nos. i. pugnemus inuicem. & in eodem. 23. Occisus in magedo cum vidisset eum. ps. 52. Vidit omnes filios hominū. Ps. 89. Anni quibus vidimus mala. Eccles. 12. Et tenebrescēt vidētes per foramina. Esa. 17. & oculi eius ad sanctum israel respicient. & in eodē. 66. Et videbim9 in letitia vestra. Hiere. 17. Et nō videbit cum venerit bonū. & in eodem. Et nō timebit cum venerit estus. Pro quo hebrei legunt. Et nō videbit cum venerit estus. Potest etiam deriuari a dictione יָרֵא Iare. que significat timere sicut est i littera nostra. Ezech. 16. Et abstuli eas sicut vidisti. Ponitur etiā pro audire. Gen. 42. Audiens autem iacob q alimenta venderentur in egypto. Exo. 20. Cunctus autem populus videbat voces. i. audiebat. Hiere. 2. Videte verbū dñi. i. audite. Significat etiam videre corde aut mēte: vel intelligere: siue contemplari aut sentire. vt in aliquibus locis predictis. & Eccles. 1. Et mens mea contēplata est multa sapienter. et in eodem. Homo qui diebus & noctibus somnū non capit oculis. Pro quo hebrei legūt. Somnum in oculis suis non videt. i. nō sentit. Et in voce passiua significat apparere. i. videri. Gen. 12. Apparuit autem dñs abrae. & in eodem. Edificauit ibi altare domino qui apparuit ei. Leuit. 16. Quia in nube apparebo super oraculum. Iudi. 19. Nunq; res talis facta est in israel. p quo he. le. Nūq; res talis visa est siue apparuit in israel. 2. Reg. 22. Lapsus est sup pēnas vētorū. Pro quo he. le. Apparuit seu visus est super pēnas ventorū. Iob. 33. Et ossa que tecta fuerāt nudabuntur. Pro quo. he. le. Nudabūtur ossa ei9: q nō videbātur siue que nō apparebant. ps. 17. Et apparuerūt fontes aquarum. Canti. 2. Flores apparuerunt in terra nostra. & quādo est verbum tertie coniugationis tunc ponitur pro ostendere vel mōstrare. i. facere videri. Gen. 12. In terram quā monstrauero tibi. Leuit. 13. Ostendetur sacerdoti. Nu. 8. Iuxta exēplar quod ostendit dñs moysi. Deut. 34. Ostēdit ei dñs omnē terram. & in eodem. Vidisti eam oculis tuis. Pro quo hebrei legūt. Videre te feci eam oculis tuis. i. ostendi eam tibi. 4. Reg. 11. Et ostēdit eis filiū regis. Esa. 30. Et terrorem brachii sui ostendet. Mich. 7. Ostēdam ei mirabilia. Nū. 3. Et ostendam in gentibus nuditatē tuā. Significat etiā predicta dictio despicere vel negligere. Gen. 42. Quare negligitis. ps. 21. Ipsi vero cōsiderauerūt & inspexerūt me. i. despexerunt me. ps. 53. Et super inimicos meos despexit oculus me9. ps. 111. Donec despiciat inimicos suos. Ps. 117. Et ego despiciā inimicos meos. Ezech. 28. Ante faciē regū dedi te vt cernerent te. Pro quo hebrei legunt. vt despicerent te. Mich. 7. Oculi mei videbunt in eam. i. despicient eam. Vnde Canticorum. 1. Vbi dicitur. Nolite me considerare q fusca sim: potest etiā legi. Nolite me despicere q fusca sim. Et inde ראוּת Reuth. siue מַרְאָה Mare. i. visio. aut visus. Gen. 2. Produxit dñs deus de humo omne lignū pulchrum visu. Exo. 3. Videbo visionem hanc magnam. Nu. 12. In visione apparebo ei. 2. Paralipo. 26. In dieb9 zacharie intelligētis & videntis deum. pro quo hebrei legunt. Intelligentis in visione dei. Iob. 40. Et videntibus cunctis precipitabitur. Pro quo hebrei legūt. Vtiq; ad visionem suam proiicietur siue precipitabitur. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Eccles. 5. Quid proderit possessori: nisi quod cernit diuitias oculis suis. Pro quo hebrei legūt. Quid proderit possessori: nisi visio oculorū suorum. Et in plurali מַרְאוֹת Maroth. Gen. 46. Audiuit eum per visionē noctis vocantem se. Quod in hebreo legitur in plurali. scilicet per visiones noctis. Ezech. 40. Et adduxit me illuc in visionibus dei. Et inde רֳאִי Roi. i. visus. seu visio aut aspectus. 1. Reg. 16. Et pulcher aspectu decoraq; facie. Iob. 17. Nec aspiciet me visus hominis. & in eodem. 33. Consumpta est caro eius a suppliciis. pro quo hebrei legunt. A visione: siue a visu. Potest etiam legi a feditate vel turpitudine: vt infra dicetur. Et inde רֹאֶה Roe. i. videns. Esa. 28. Nescierunt videntē. Ponitur etiam pro propheta. 1. Reg. 9. Qui enim propheta dicitur hodie: vocabatur olim vidēs. & inde illud quod videtur pertinere alicui dicitur רָאוּי Raui. Ester. 2. & septem puellas speciosissimas de domo regis. Pro quo hebrei legunt. & septem puellas pertinentes de domo regis. Et inde מַרְאָה Mara. siue רְאִי Rēi. idest speculum. Exo. 38. De speculis mulierum. Iob. 37. Qui solidissimi quasi ere fusi sunt. pro quo hebrei legūt. Fortissimi quasi speculū fusile. scilicet ex ere. Item רֳאִי Roi. i. feditas siue obscenum vel turpe. Nau. 3. Et ponam te in exemplū. pro quo hebrei legunt. Et ponam te in turpitudinem vel feditatem. Et inde מֹרְאָה Mora. i. feda vel turpis. Beatus hiero. transtulit prouocatricem. Soph. 3. Ve prouocatrix & redempta. Item רָאָה Raa. nomē auis immunde. Pro quo beatus hieronymus transtulit ixon. Deut. 14. Ixon & vulturē & miluū. Et dicunt hebrei q significat auem acutissimi visus: a primo significato deriuatum.

רְאֵם Reem. rhinoceros: seu vnicorni9. Nu. 24. Cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Deut. 33. Cornua rhinocerotis cornua eius. & aliquādo scribitur cum iod in medio dictionis loco aleph & dicitur רֵים rem. Iob. 39. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi. & in eodem. Nūquid alligabis rhinocerotem ad arandum loro tuo. Et in plurali רְאֵמִים Reemim. siue רֵימִים remim. ps. 21. Et a cornib9 vnicornū humilitatem meā. ps. 28. Et dilectus quēadmodum filius vnicornium.

רֹאשׁ Ros. caput. princeps: seu dux. principium. initium. cacumē. vertex. Sūmitas cuiuscūq; rei. Fel. seu venenum. aut paupertas. Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum. & in eodem. 40. Auferet pharao caput tuum. & in eodem. 47. Conuersus & lectuli caput. Exo. 29. Et pones thiaram in capite eius. Nume. 6. Polluetur caput consecrationis eius. Ios. 2. Sanguis ipsius erit in capite eius. 3. Reg. 20. Et funiculos in capite nostro. 4. Reg. 4. Caput meū doleo. ps. 7. Cōuertetur dolor eius in caput eius. Canti. 7. Caput tuum vt carmelus. Esa. 15. In cunctis capitibus eorum caluitiū. Quod in hebreo legitur singulariter. s. in omni capite eorum caluitium. Ezech. 9. Viam eorū super caput eorum reddam. Et in lingua chaldaica dicitur רֵישׁ res. siue רֵישָׁא resa. Dan. 2. Caput de auro optimo. & in eodem. Tu ergo es caput aureū. Et in plurali רָאשִׁים rasim. Gen. 2. Qui inde diuiditur in quattuor capita. Leuit. 20. Capita vestra nolite nudare. ps. 73. Tu confregisti capita draconū. Dicitur etiam רָאשׁוֹת rasoth in plurali: secundum terminationē pluralem femininorum. & tunc significat locum in quo caput reclinatur. Gen. 28. Tulit de lapidibus qui iacebant: & supponens capiti suo. & in eodem. Tulit lapidem quem supposuerat capiti. 1. Reg. 26. Hastam fixam in terra ad caput ei9. & in eodem. Et tolle hastam que est ad caput eius. Hiere. 13. Quoniam descendit de capite vestro corona glorie vestre. Significat etiam predicta dictio רֹאשׁ ros. principem seu principalem: aut ducem: tam in singulari q in plurali. Exo. 30. Sūme tibi aromata prime myrrhe. i. principalis. Nu. 13. Mittens principes viros. Deut. 29. Principes vestri & tribus ac

maiores natu. Canti.4. Cum omnibus primis vnguentis idest pricipalib9. Mich.3. Audite principes domus iacob. Zach.4. Et adducet lapidem primarium.i.pricipalem. Significat etiam principium siue initium: aut exordium. Ps.118. Principium verborum tuorum veritas. Ezech.40. In exordio anni decima mensis. Item significat cacumen: seu verticem: aut summitatem. Geñ.28. Et cacumen eius tangens celum. Exo.24. Quasi ignis ardens super verticem montis. 2.Reg.15. Cũq3 ascenderet Dauid summitatẽ montis. Ponitur etiam pro sũma. Exo.30. Quando tuleris sũmã filiorum israel. Leuit.6. Reddet omnia que per fraudẽ voluit obtinere. Pro quo hebrei legunt. Reddet ea in summa. idest reddet sũmã omniũ predictorũ. Dañ.7. Breui sermone comprehendit sũmatimq3 perstringens ait. Et inde ראשית resith.i.principium siue initium. Geñ.1. In principio creauit deus celum & terram. & in eodem.10. Fuit autẽ principium regni eius babylon. Nu.24. Principium gentium amalech. Deut.11. A principio anni vsq3 ad finẽ eius. p̃s.101. Initium sapientie timor dñi. Eccl's.7. Melior est finis orationis q̃3 principium. Ponitur etiam pro principali vel optimo. Amos.6. Et optimo vnguento delibuti. Et inde ראשון rison.i.primus. Exo.12. In die primo nõ erit fermentum in domibus vestris. Iob.15. Nunquid primus homo tu natus es. Ezech.45. In primo mense vna mensis. & aliquãdo scribitur cum iod in medio loco a'leph. Iob.8. Interroga enim generationem pristinam. Et in plu. ראשונים Risonim. Nu.6. Ita tamẽ vt dies priores irriti fiant. & in genere feminino ראשונה risona. siue ראשונית risonith. Hiere.25. Ipse est annus primus Nabuchodonosor. regis babylonis. & in hebreo est generis feminini. Zach.6. In quadriga prima equi ruffi. Accipitur etiam aduerbialiter.i.primũ seu primo. Nu.2. Primi egredietur. Pro quo hebrei legunt. Primũ proficiscantur. Ester.1. Et primi post eum resi dere soliti erant. Et in plurali ראשונית risonioth. Esa.43. Ne memineritis priorũ. Item ראש ros.i.fel seu venenum. vt Deut.29. Germinans fel & amaritudinem. & in eodem. 32. Vua corũ vua fellis. & in eodem. Venenũ aspidum insanabile. p̃s.68. Dederunt in escam meam fel. Threñ.3. Et circundedit me felle & labore. Significat etiam pauperem vel paupertatem. De quo vide infra in dictione רוש ros cum vau in medio dictionis.

רב רַב Rab. multus: seu magnus: aut multũ: vel plurimũ. De quo vide in dictione sequenti.

רבב רָבַב Rabab. multiplicare. augere. cerescere. Geñ.1. Crescite & multiplicamini. & in eo.6. Cũq3 cepissent homines multiplicari super terram. & in eodem.17. Et multiplicabo te vehemẽter nimis. Exo.23. Et crescant contra te bestie agri. p̃s.3. Dñe quid multiplicati sunt qui tribulãt me. p̃s.17. Et fulgura multiplicauit. Ps.68. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. Esa.54. Et multitudinem pacis filiis tuis. Pro quo he.le. & multiplicabitur pax filiorum tuorum. Vide etiam de hoc infra in dictione רַבָּה raba. Et indẽ רַב Rab. siue רוב rob.i.multus: seu multitudo: siue magnus aut princeps. Iudi.17. Adhuc populus multus est. Ester.10. Et acceptabilis plebi fratrũ suorũ. Pro quo hebrei legunt. & acceptabilis multitudini fratrũ suorũ. & i eo.1. Preponẽs mensis singulis de principibus suis. Iob.11. Nunquid qui multum loquitur non audiet. & in eodem.23. Nolo multa fortitudine contendat mecũ. & in eodem.33. Et omnia ossa eius marcescere facit.i.plurima ossa eius. & in codẽ.36. Nec multitudo donorum inclinet te. Ps.47. Ciuitas regis magni. Prouer.11. Salus autẽ vbi multa consilia. Quod in hebreo legitur singulariter. & in eodẽ.13. Multi cibi in nouali bus patrum. Pro quo hebrei legũt. Multitudo cibi seu multus cibus. & in eodem.14. Vbi autem apparent plurime segetes.i.multitudo segetum.) & in eodẽ.20. Multi homines misericordes vocantur. Pro quo hebrei legunt. multitudo hominũ. & in eodẽ. Est aurũ & multitudo gẽmarũ. Eccl's.1. Eo quod in multa sapientia multus sit labor. & in eodem.5 Vbi sunt multa somnia: plurime sunt vanitates. Pro quo hebrei legunt. Quoniã in multitudine somniorũ & vanitatũ. Esa.19. Et mittet eis saluatorẽ & propugnatorẽ. Pro quo hebrei legũt. Saluatorẽ & magnũ. Potest etiã deriuari a dictione ריב rob. que significat pugnare vel obiurgari. vt infra dicetur. & in eodẽ.42. Et post multos dies visitabuntur idest post multitudinẽ dierum. Et in genere feminino רַבָּה Raba. siue רַבַּת rabath.i.multa siue magna aut multiplicata 1.Reg.2. Et que multos habebat filios infirmata est. Geñ.7 Rupti sunt omnes fontes abyssi magne. 2. Paralipo.3. Eo quod multa turba sanctificata non esset. p̃s.77. Et adaquauit eos velut in abysso multa. Ps.88. Deus qui glorificatur in ecclesia sanctorũ magnus & terribilis. Pro quo hebrei legunt. Deus roboratus in secreto sanctorũ magno. & in hebreo est generis feminini. p̃s.109. Cõquassabit capita i terra multorũ. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Percussit caput in terra multa. Ponitur etiam רַבָּה Raba siue רַבַּת rabath aduerbialiter.i.multũ aut sepe. Ps.61. Non mouebor amplius. p̃s.119. Multum incola fuit anima mea. p̃s.122. Multũ repleta est aĩa nr̃a. Ps.128. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Et in plurali רַבִּים rabim. siue רַבּוֹת raboth. Ps.3. Multi insurgunt aduersum me. Ps.33. Multe tribulationes iustorum. Prouer.29. Multi requirunt faciem principis. Ponitur etiã pro maiori vel lõgeuo. Geñ.27. Maior seruiet minori. Iob.32. Non sunt longeui sapientes. & in lingua chaldaica dicitur רַבְרְבָן Rabreban.i. magna siue magni aut principes. Dañ.2. Et numera multa & magna dedit ei. & in eodẽ.4. Et optimates mei & magistratus me requisierunt. Et inde רִבְבָה rebaba. siue רִבּוֹ ribo.i.multiplicatio: siue multiplicata. Ezech.16. Multiplicatam quasi germẽ agri dedi te. & cõmuniter ponitur p̃ decẽ millibus. Deut.32. Et duo fugarẽt decem millia. Iudi.20. Decẽ viri eligantur ex centum ex omnibus tribubus israel: & centum de mille: & mille de decẽ millibus. Ps.90. Et decẽ millia a dextris tuis. Dicitur etiã רִבּוֹא Ribo cum vau & aleph i fine. Nee.7. Omnis multitudo quasi vir vnus quadraginta duo millia. pro quo he.le. Om̃is multitudo quasi vir vn9 quatter decem millia & duo millia. & in eodẽ. Et quod dedit reliquus populus auri dragmas viginti millia. Pro quo he.le. Bis decẽ millia: scribitur etiam sine aleph. 1. Paralipo. 29. Et solidos decẽ millia. & in eodẽ. Et eris talenta decẽ & octo millia. Ione.4. In qua sunt plusq3 centũ millia hominũ. Pro quo. he.le. In qua sũt plusq3 duodecies decẽ millia hominũ. Dañ.7. & decies centena millia assistebant ei. Pro quo hebrei legunt. Decies mille decẽ millia corã eo assistebant. & est sensus sicut in littera nr̃a. Et in plurali רְבָבוֹת Rebaboth. siue רִבּוֹת riboth. aut רִבֹּאוֹת ribooth. Nu.10. Reuertere dñe ad multitudinẽ filiorũ israel. vbi pro multitudine ponitur רְבָבוֹת rebaboth. Deut.33. Et cum eo sanctorũ millia. 1.Reg.18. Percussit saul mille & dauid decẽ millia. p̃ quo hebrei legunt. Percussit saul in millibus suis: & dauid in decem millibus suis. idest in pluries decem millibus. Esd.2. Dederunt in expensas operis auri solidos quadraginta millia & mille. Pro quo hebrei legunt. Auri solidos septies decem millia & mille. Nee.7. Dederunt in thesaurũ operis auri dragmas viginti millia. Et in numero duali רִבֹּתַיִם Ribothaim.i.bis decem millia. p̃s.67. Currus dei decem millia

Pro quo hebrei legunt. Currus dei bis decem millia. Et dicunt aliqui hebrei q̃ in predicto loco & in aliquibus predictis ponitur numerus determinat9 pro indeterminato. Vnde beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Currus dei innumerabiles. Et inde מְרֻבָּבוֹת Merubaboth.i.multiplicate siue abundantes. p̃s.43. Oues eorum fetose abundantes in gregibus suis. Et inde רְבִיבִים rebibim.i.gutte vel stille pluuie: propter earum multiplicationem. Deut.32. Et quasi stille super gramina. p̃s.71. Et sicut stillicidia stillantia super terram. Mich.5. Et quasi stille super herbam. & inde רַב Rab.i.multiplex. Iob.5. Et scies quoniã multiplex erit semen tuũ. Et in plurali רַבֵּי rube. Osee.8. Scribam ei multiplices leges meas. Significat etiam רַב Rab satis vel sufficit. Exo.9. Orate dño vt desinant tonitrua & grando. Pro quo hebrei legunt. Et sufficiat iã esse tonitrua. Nu.16. Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorũ est. & in eodẽ. Multum erigimini filii leui. 1. Paralipo.21. Sufficit: iã cesset manus tua. Significat etiam predicta dictio רָבַב Rabab. iurgari vel obiurgari. Geñ.49. Exasperauerunt eum & iurgati sunt. & aliqui hebrei dicũt q̃ significat iaculari.i.iaculo vel sagitta percutere. Et inde רֹבֶה robe.i.iaculator vel sagittarius Geñ.21. Factusq3 est iuuenis sagittarius. Et in plurali רַבִּים Rabim. Hiere.50. Annunciate in babylone plurimis omnibus qui tendunt arcum. Pro quo hebrei legunt. Audire facite in babylõe iaculatores siue sagittarios omnibus qui tendunt arcus. Potest etiam significare plurimos sicut est in littera nostra: Ponitur etiam רַבִּים rabim. pro iaculis vel lanceis. Iob.16. Circũdedit me lanceis suis. vide etiam de hoc infra in dictione רוב rob.

רבד Rebid. torques. vel ornamẽtũ quod suspẽditur in collo. Geñ.41. & collo torquẽ aureũ circũposuit. Ezech.16. Et torquẽ circa collũ tuũ. Et inde מַרְבַדִּים Marbadim.i. ornamẽta q̃dã quibus lectulus ornatur: siue tapetia. Pro q̃ beatus hiero. transtulit funes. Prouer.7. Intexui funibus lectulum meũ. Et inde verbũ רָבַד Rabad. quod significat talibus ornamẽtis ornare vl' sternere lectũ. vt in p̃dicto loco. Pro quo he.le. Ornamẽtis siue tapetibus ornaui vel struai lectulũ meũ. Vbi ponitur nomẽ & verbũ ab eo deriuatũ.

רבה רָבָה Raba. multiplicare. augere. crescere. enutrire. Geñ.3. Multiplicabo erũnas tuas. & in eodẽ.22. Et multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi. & in eodem.35. Cresce & multiplicare. Exo.1. Ne forte multiplicetur. & in eodem. Tanto magis multiplicabantur & crescebant. Et in eodem. Vt multa signa fiant in terra egypti. Leuit.11. Et multos habens pedes. Pro quo he.le. Et multiplicans pedes. Deut.8. Vt possitis viuere & multiplicemini. & in eodem.14. Cum autẽ longior fuerit via. Pro quo he.le. Cum multa vel multiplicata fuerit tibi via. & in eodẽ.17. Non habebit vxores plurimas. pro quo hebrei legunt. Et non multiplicabit sibi vxores. & in eodẽ.30. Et viues atq3 multiplicaberis. Iudi.9 Cõgrega exercitus multitudinẽ: & veni. pro quo hebrei legunt. Multiplica exercitum tuũ: & veni. 2.Reg.14. Vt non multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendum. 2. Paralipo.33. Et multo maiora dereliquit. pro quo hebrei legũt. Et multiplicauit delicta. p̃s.15. Multiplicate sunt infirmitates eorum. Ps.138. Et sup arenã multiplicabuntur. Prouer.29. In multiplicatione impiorum multiplicantur scelera. Eccl's.5. Vbi multe opes sũt: multi & qui comedũt eas. Esa.9. Multiplicasti gentem. & in eodẽ. Multiplicabitur eius imperium. Ezech.21. Et multiplicat ruinas. Threñ.2. E repleuit in filia iuda humiliatum & humiliatam.i.multiplicauit. Ezech.24. Cõgere ossa que igne succendã. Pro quo he.le. Multiplica ligna. vide etiã de hoc supra in dictione רָבַב Rabab. Et inde הַרְבֵּה Hereb siue הַרְבֵּה Harbe: aut הַרְבּוֹת Harboth vl' מַרְבֶּה Marbe.i.multitudo: siue multiplicatio. Iudi.20. Vt ascendente in altum fumo captam vrbem demõstraret. Pro quo he.le. Vt multiplicatio vel multitudo fumi in altũ ascenderet. p̃s.50. Amplius laua me ab iniquitate mea i.multum laua me. p̃s.129. Et copiosa apud eum redẽptio. i.multa. Eccl's.1. Et mens mea contemplata est multa sapiẽter. Esa.30. Ignis & ligna multa. & in eodẽ.33. Tunc diuidẽtur spolia predarũ multarũ. Ezech.16. Que est capacissima ebrietatis.i.multũ capax. Amos.4. Percussi vos vento vrẽte & aurigine multitudinẽ hortorũ vr̃orũ. Sigñat ẽt p̃dicta dictio enutrire vel educare. Threñ.2. Quos educaui & enutriui Eze.19. & enutriuit catulos suos. & inde תַּרְבּוּת tharbuth. siue מַרְבִּית Marbith.i.icremẽtũ vl' multiplicatio. Nu.32. Incrementa & alumni hominũ peccatorũ. 1.Reg.2. Et pars magna domus tue morientur cum ad virilẽ etatẽ peruenerint. Significat etiã מַרְבִּית Marbith siue תַּרְבִּית Tharbith fenus vel superabundantiã aut vsurã. Leuit.25. Et frugum superabundantiã non exiges. Ezech.18. Ad vsurã nõ cõmodauerit: & ampli9 nõ acceperit. Itẽ רֹבֶה Robe.i.iaculator vel sagittarius. Geñ 21. Factusq3 est iuuenis sagittarius. Pro quo he.le. Et fuit iaculator vel sagittarius. De quo vide supra in dictione רָבַב rabab. & a predicta dictione dicũt aliqui hebrei q̃ deriuatur אַרְבֶּה Arbe.i.locusta. Exo.10. Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos.

רבך Rabach. frigere. torrere. Leuit.6. Que in sartagine oleo conspersa frigetur. 1. Paralipo.23. Et ad lagana & sartaginem & ad torrendum.

רבע Rabũa. quadrũ vel quadratũ aut quadrãgulũ. cõmisceri. Exo.27. Quinq3 cubitos in lõgitudine & totidẽ in latitudine.i.quadrũ. & in eodẽ.28. Quadrangulũ erit & duplex. Ezech.43. Quadrãgulatũ equis laterib9. & aliquãdo scribitur cũ iod & thau in fine & dicitur רְבִיעִית rebiith. 3.Reg.6. Postes de lignis oliuarum quadrãgulatos. Ezech.48. Omnes primitie viginti quinq3 millia in quadrũ separabuntur. Scribitur etiam cum mẽ in principio & dr̃ מְרֻבָּעָה Merubaa siue מְרֻבַּעַת Merubaath.i.quadratum vel quadrata. Ezech.40. Longitudine centum cubitorũ: & latitudine centum cubitorũ per quadrũ. & in eodẽ.45. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos quadrifariam. Et inde רֶבַע rebaa siue רְבִיעִית rebiih.i.quarta pars Leuit.23. Quarta pars hin. Nee.9. Et legerunt in volumine legis dñi dei quatter in die: & quatter in nocte cõfitebãtur. Pro quo he.le. Et legerũt in volumine legis dñi dei q̃rta parte diei: & quarta parte confitebantur vel laudabant. Ponitur etiã רֶבַע Rebaa pro latere. Ezech.43. Quadrangulatum equis lateribus.i.per quattuor partes equales. Et inde אַרְבָּעָה Arbaa.i.quattuor. Geñ.2. Qui inde diuiditur in quattuor capita. 4.Reg.7. Quattuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum porte. Prouer.30. Quattuor sunt minima terre. Et i genere feminino אַרְבַּע Arbaa sine he in fine Exo.22. Et quattuor oues pro vna oue. Esa.11. A quattuor plagis terre. Et aliquando scribitur cum thau in fine & dicitur אַרְבַּעַת Arbaath. Ezech.46. In quattuor angulos atrii atriola disposita. & in eodẽ. Mensure vnius quattuor erãt. Et inde אַרְבַּעְתַּיִם Arbaathaim. idest quadruplum. 2.Reg.12. Et ouem reddet in quadruplum. Et inde רְבִיעִי Rebii.i. quartus. Geñ.1. Et factum est vespere & mane dies quartus. & in eodẽ.2. Fluuius quartus ipse est euphrates. & in eodẽ.15. Generatione autem quarta reuertentur huc. Et in chaldeo dicitur רְבִיעָאָה Rebiaia. Dañ.2. Et regnum quartum erit velut ferrum. Et in plurali רְבִיעִים Rebiim. Exo.4. In tertiam & quartam generationem. Pro quo hebrei le-

gunt. In tertios & in quartos .i. natos in tertia & in quarta generatione. 4. Reg. 10. filii tui vsq; ad quartā generationē sedebunt super thronum israel. pro quo hebrei legunt. filii quarti sedebunt tibi super thronum israel. & in genere feminino רְבִיעִית rebiith. idest quarta siue quarta pars. Leuit. 19. Anno autem quarto omnis fructus eorū sanctificabitur Et in hebreo est generis feminini. Item רָבַע rabaa. i. commisceri. s. in actu generationis: vel coire: aut succūbere. Leuit. 18. Mulier non succumbet iumento nec miscebitur ei. & in eodem. 19. Iumenta tua non facias coire cum alterius generis animantibus. & in eodem. 20. Mulier si succubuerit iumento. & inde רֹבַע róbaa. idest generatio: vel stirps. Nu. 23. Et nosse numerū stirpis israel. hebrei tamen in predicto loco iuxta primā significationē legunt. & nosse quartam partem israel. i. numerum quarte partis. Et inde רֶבַע rébaa. idest accubatio. Ps. 138. Semitam meam & funiculū meum inuestigasti. Pro quo beatus hiero. in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Semitam meam & accubationem meā. euentilasti.

רָבַץ Rabas. cubare. accubare. requiescere. sternere. Gen. 49. Requiescens accubuisti vt leo. Et in eodem. Accubans inter terminos. Nu. 22. Concidit sub pedibus sedētis. Pro quo he. le. Et concidit sub Balaam. Deut. 22. Et matrem pullis vel ouis desup incubātē. & in eo. 29. Et sedeant super eum oīa maledicta que scripta sunt in volumine legis. pro quo he. le. & cubabūt super eū. Iob. 11. Requiesces & non erit qui te terreat. Canti. 1. Vbi cubes: vbi pascas in meridie. ps. 22. In loco pascue ibi me collocabit. idest cubare me faciet. Esa. 11. Et pardus cum hedo accubabit. & in eo. 13. Nec pastores requiescent ibi: sed requiescent ibi bestie. & i eodem. 27. Ibi pascetur vitulus & ibi accubabit. Hiere. 33. Habitaculum pastorum & accubantium gregū. Soph. 3. Et accubabunt: & non erit qui exterreat. Ponitur etiā pro sternere. Esa. 54. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. & inde רֵבֶץ Rebes. i. cubile: seu accubatio. vbi accubāt & requiescunt. Prouer. 4. Nec vastes requiē eius. i. cubile eius: vbi requiescit. Esa. 65. Et vallis achor in cubile armentorum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַרְבֵּץ Mirbas. Ezech. 25. Et filios amō in cubile pecorum Soph. 2. Quomodo facta est in desertum cubile bestie.

רָבַק Rabac. Impingare: vel saginare. & solum inuenitur מַרְבֵּק Marbec ab eo deriuatum: quod significat saginatum seu impinguatum: vel locus vbi animalia impigantur. Hiere. 46. Quasi vituli saginati vniuersi sunt. In aliis vero locis beatus hiero. trāstulit pascualē seu armentum. 1. Reg. 28. Mulier autem illa habebat vitulum pascualē. idest Vitulū saginatū. Amos. 6. Et vitulos de medio armenti. Malach. 2. Et salietis quasi vitulus de armento.

רָגַז Ragaz. Commoueri. vel inquietari. Tremere. vel contremiscere. Irasci. conturbari: vel contristari. Deut. 2. Vt audito nomine tuo paucant: & in morē parturientiū cōtremiscant. 1. Reg. 7. Et non turbabitur amplius. Pro quo he. le. Non cōmouebitur vel nō inquietabitur amplius. Et in eodē. 28. Quare inquietasti me vt suscitarer. i. cōmouisti me. 2. Reg. 22. Fundamenta montium cōcussa sunt. Pro quo he. le. Et fundamenta celorum cōmota sunt vel contremuerunt. Iob. 9. Qui cōmouet terram de loco suo. ps. 17. Et fūdamēta mōtiū cōmota sunt. & btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. Fundamēta montiū cōcussa sunt. Prouer. 30. Per tria mouetur terra. Hiere. 50. Et commoueat habitatores babylonis. Abach. 3. Et subter me scateat. Pro quo he. le. subter me cōtremiscat siue cōmoueatur. Sigñat ēt irasci. Gen. 45. Ne irascamini i via. Exo. 15. Audierūt populi & irati sunt. Esd. 5. Postq̄ autem ad iracūdiam prouocauerūt patres nři. Ps. 4. Irascimini & nolite peccare. potest ēt legi. cōtremiscite. Prouer. 29. siue irascatur siue rideat. Esa. 37. Et insaniā tuā cōtra me. pro quo he. le. & q̄ irascaris aduersū me. & in eodem. Cū fureres aduersum me. i. irasceris Ezech. 16. Et prouocasti me in oībus his. s. ad iracūdiā. & inde רְגַז Regaz. quod in lingua chaldaica significat irā vel furorē. Dan. 3. tūc nabuchodonosor in furore & ira. sigñat ēt pauere. aut contristari vel conturbari. Deut. 28. Dabit tibi dñs cor pauidū. 2. Regū. 28. Contristatus itaq; rex. Ioel. 1. Conturbētur omnes habitatores terre. Mich. 7. Perturbabuntur de edibus suis. Abach. 3. Turbabuntur pelles terre madian. & in eodem. Audiui & conturbatus est vēter meus. Et inde רֹגֶז rógez. i. cōmotio: vel conturbatio: aut tremor: vel cōcussio. Iob. 3. Ibi impii cessauerunt a tumultu. idest a cōmotiōe. Esa. 14. Cū requiē dederit tibi dñs a labore tuo & a cōcussione tua. Scribitur etiam cum he in fine. Ezech. 12. Et aquam tuam in festinatione & in merore bibes. vbi ponitur pro festinatione.

רָגַל Ragal. explorare. contemplari. accusare. susurrare. detrahere. diffamare. Gen. 42. Exploratores estis vos. Et in eo. Nec quicq̄ famuli tui machinātur mali. pro quo hebrei legunt. Non sunt serui tui exploratores. Nu. 21. Misit itaq; moyses vt explorarent iazer. Deut. 1. & cōsiderata terra. Pro quo he. le. Explorauerunt eam. Ios. 7. Ascendite & explorate terrā. qui p̄cepta cōplētes explorauerunt hai 2. Reg. 10. Et nō ideo vt inuestigaret & exploraret ciuitatē & euerteret eam. Sigñat ēt accusare vel detrahere aut susurrare. siue diffamare. eo quod susurrones & detractores explorāt dicta & facta aliorum vt detrahāt & accusēt. 2. Reg. 19. Accusauit me seruū tuū ad te dñm meū regem. i. detraxit vel diffamauit me. ps. 14. Qui nō egit dolum in lingua sua. Pro quo beatus Hiero. in psalterio. iuxta he. ve. transtulit. Non accusauit in lingua sua. Itē רֶגֶל Réguel siue רֶגֶל Rágel. i. pes. & est in hebreo vtriusq; sexus. Gen. 41. Absq; tuo imperio nō mouebit quisq̄ manum aut pedem. Deut. 19. Pedē pro pede. ps. 25. Pes meus stetit in directo. Ezech. 1. Et pedes eorum pedes recti. Pro quo hebrei legunt. Et pedes eorum pes rectus. & in eodem. 29. Non pertrāsibit eā pes hominis. Et in plurali רַגְלַיִם Raglaím. Gen. 19. Et lauate pedes vestros. Leuit. 11. Ex cunctis animantibus que incedunt quadrupedia. idest quattuor pedibus. Iudi. 5. Et barach vestigia sunt secuti. Pro quo hebrei legunt. Et barach in valle missus est pedibus suis. i. pedester. 2. Reg. 15. Egressus est ergo rex & vniuersa domus eius pedibus suis. & in eo. Illotis pedibus & intonsa barba. Iob. 29. & pedes claudo. Esa. 7. Caput & pillos pedum. Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מַרְגְּלוֹת Margueloth. idest pedes: vel locus pedum. Ruth. 3. A parte pedum. Dan. 10. & brachia eius & deorsum vsq; ad pedes. & in lingua chaldaica dicitur רַגְלַיָּא Raglaía. Dan. 2. Quia vidisti partē pedum & digitorum: partem testeam figuli. Ponitur etiā רַגְלַיִם Raglaím siue רַגְלִי Ragle pro peditibus vel pedestribus. Exo. 12. Sexcenta fere millia peditum virorum. Nu. 11. Sexcenta millia peditum huius populi sunt. Hiere. 12. Si cū peditibus currens laborasti. Accipitur etiam pro comitatu vel cōtubernio. Gen. 30. Benedixitq; tibi deus ad introitū meū. Pro quo he. le. Pro comitatu vel cōturbernio meo. Exo. 11. egredere tu & oīs ppl's qui subiectus est tibi. pro quo he. le. Et oīs populus qui est in pedibus tuis. i. in comitatu vel cōtubernio tuo. Ponitur ēt p vestigio. Gen. 33. & ego sequar paulatim vestigia eius: sicut videro paruulos meos posse. & q̄ñ iūgitur cū dictiōe חָסַךְ Asach: tūc ambe dictiōes sigñant

ventrem purgare seu mingere. Iudi. 3. Forsitā purgat aluū in estiuo cenaculo. 1. Reg. 24. In quam ingressus est saul vt purgaret ventrem. Et inde vrina dicitur מֵימֵי רַגְלַיִם Meraglaím. i. aque pedum. Esa. 36. vt bibant vrinam pedū suorū Significat etiam predicta dictio רֶגֶל Régel. vicem. Exo. 23. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Nu. 22. Cur percutis me ecce iam tertio. i. tribus vicibus. Et in eodem. Cur inquit tertio verberas asinam tuam. Et inde verbum רָגַל Ragal. i. assuescere vel consuescere. Osee. 11. & ego quasi nutricius ephraim. Pro quo hebrei legūt. Et ego cōsuetus vel assuetus fui ipsi ephraim. Potest etiā significare pedetētim ambulare: a primo significato deriuatū. i. pedetētim cū eo ambulabam sicut nutricius cū puero. est etiā רֹגֵל Rogel nomē fontis. 3. Reg. 1. Qui erat vicinus fontis rogel.

רָגַם Ragam. lapidare. siue lapidibus obruere. Leuit. 20. Lapidibus obruet eos. & in eodem. 24. Lapidet eum omnis multitudo. Nume. 15. Obruat eum lapidibus omnis turba. Deut. 21. Lapidibus obruet eū populus ciuitatis Ezech. 16. Et lapidabunt te lapidibus. & in eo. 23. Et lapidetur lapidibus populorum. Et inde מַרְגֵּמָה Margema. i. aceruus lapidum. Pro quo beatus hieronymus transtulit aceruus mercurii. Prouer. 26. Sicut qui mittit lapidem in aceruum mercurii: ita qui tribuit insipienti honorem. Quod aliqui hebrei exponunt sic. scilicet sicut qui mittit lapidem scilicet preciosum in aceruum lapidum. s. cōmunium: ita qui tribuit insipienti honorem. Potest etiam deriuari ab אַרְגָּמָן Argaman q̄ significat purpuram: vt sit sensus: sicut qui ligat lapidem vel saxum in purpura: ita qui tribuit insipienti honorem. Item רִגְמָה Rigma. i. ducatus vel principatus. ps. 67. Principes iuda duces eorum. Et aliqui hebrei secundum primā significationem legunt. lapidatio eorum. Sed beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Principes iuda in purpura sua. s. ab אַרְגָּמָן Argaman quod significat purpuram: vt supra dictum est.

רָגַן Ragan. Susurrare. murmurare. mussitare. Deut. 1. Murmurastis in tabernaculis vestris. Et inde נִרְגָּן Nirgan. siue רֹגֶן Rógen. i. susurro vel murmurator aut mussitator. prouer. 16. Et verbosus. i. susurro separat principes. & in eodem. 26. Verba susurronis quasi simplicia. Esa. 29. Mussitatores discent legem.

רָגַע Ragaa. scindere. diuidere. quiescere. turbare. Iob. 7. Cutis mea aruit & cōtracta est. pro quo hebrei legunt. Cutis mea scissa est & contabuit. & in eodem. 26. In fortitudine illius repente maria congregata sunt. Pro quo hebrei legunt. In fortitudine illius scidit seu diuisit maria. Potest etiam significare sicut est in littera nostra. Nam רֶגַע Régaa. significat repente vel subito: vt infra dicetur. Esa. 51. Qui conturbo mare & intumescunt fluctus eius. Pro quo hebrei legunt. Diuidēs mare. Et inde רְגִיעַ rigee. i. diuisiones vel scissure. ps. 34. Et in iracundia terre loquētes dolos. pro quo he. le. & in scissuris terre. i. in locis abscōditis terre. Itē רָגַע Ragaa. i. quiescere vel requiescere. Deut. 28. In gētibus quoq; illis nō quiesces. Esa. 30. Ibi cubauit lamia. i. requieuit. & in eodē. 51. & iudiciū meū in lucē populorū quiescet. Hiere. 30. Vade in requiē suā israel. Pro quo hebrei legunt. Vade ad requiescendum israel. Hiere. 43. Refrigerare & sile. i. requiesce & sile. & in eodem. 50. Vt exterreat terrā: & cōmoueat habitatores babylonis. Pro quo he. le. Vt requiescere faciat terram. nam ex ruina babylonis quieuit terra. vt habetur. Esa. 14. Et inde מַרְגֵּעָה Margea. siue מַרְגּוֹעַ Margoa. idest requies. seu refrigerium. Esa. 28. Et hoc est refrigerium meū: & noluerunt audire. Hiere. 6. Et inuenietis refrigeriū animabus vřis. Item רֶגַע Régaa. siue רָגַע Rágaa. idest subito. repēte: aut punctus. Iob. 20. Et gaudiū hypocrite ad instar puncti. & in eodem. 21. Et in puncto in infernū descendunt. ps. 6. Et erubescāt valde velociter. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et confundantur subito. Hiere. 4. Repente vastata sunt tabernacula mea: subito pelles mee. & in eodem. 18. Repente loquar aduersus gētem & aduersus regnum. & in eodem. Et subito loquar de gente & regno. Scribitur etiam cum aleph in principio & he in fine. & dicitur אַרְגִּיעָה Argía. Prouer. 12. Qui autē testis est repentinus concinat linguam mēdacii. Hiere. 49. Quia subito currere faciam illum ad illam. Et in plurali רְגָעִים Regaím. Esa. 27. Repente propinabo ei. Pro quo hebrei legunt. In momentis propinabo ei. Ezech. 32. Et obstupescent repente. i. in momentis.

רָגַשׁ Ragas. fremere. tumultuare. congregare. ps. 2. Quare fremuerūt gentes. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt. Quare congregate sunt gentes. Vnde beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Quare congregauerunt gentes. Et in lingua chaldaica cōmuniter ponitur pro congregare. Dan. 6. Tunc principes & satrape surripuerūt regi. i. congregati sunt ad regem: vel cum tumultu aut strepitu venerunt. Et inde רֶגֶשׁ Ráges. idest cōgregatio: vel cōsensus. Ps. 54. In domo dei ambulauimus cū consensu. i. simul cōgregati. Sed beatus hiero. in predicto psalterio transtulit. Ambulauimus in terrore. i. in tumultu. Scribitur etiā cum thau in fine. ps. 63. Et a multitudine operantiū iniquitatem. Pro quo beatus hiero. in predicto psalterio trāstulit. Et a tumultu operantium iniquitatem.

רָדַד Radad. extendere. expādere. subiicere. 3. Reg. 6. Operuit tam cherubim q̄ palmas auro. Pro quo hebrei legunt. Et extēdit super cherubim & super palmas aurum. i. laminis aureis operuit ea. & in eodē. 7. Subter leones & boues lora ex ere dependentia. Pro quo hebrei legunt. Et subter leones & boues lora opere extēto. Significat etiā subiicere. Ps. 143. Qui subdit populum meū sub me. Esa. 45. Vt subiiciam ante faciem eius gētes. Vide etiam de hoc supra in dictione יָרַד Iarad. Et inde רְדִיד Redid. idest pallium siue theristrum. Cāti. 5. Tulerunt pallium meū. Et in pluralí רְדִידִים Redidim. Esa. 3. Et sindones & vittas & theristra. Vbi ponitur pro theristris: que mulieres expandūt super se: a primo significato deriuatum.

רָדָה Rada. dominari. preesse. imperare subiicere. sumere. obtinere: applaudere. Gen. 1. Et presit piscibus maris & volatilibus celi. & in eodem. Et dominamini piscibus maris. Leuit. 25. Ne affligas eum per potentiam. Pro quo hebrei legunt. Non domineris vel non imperes ei per violentiam siue cum austeritate. & in eodem. Nō affliget eum violenter. idest non dominetur eius cum violentia vel austeritate. & in eodem. 26. Et subiiciemini his qui oderunt vos. Pro quo hebrei legunt. Et dominabuntur vestri inimici vestri. Nu. 24. De iacob erit qui dominetur. Iudi. 5. Saluate sunt reliquie populi: dominus in fortibus dimicabit. Pro quo hebrei legunt. Tunc dominabitur qui reliquus fuerit in fortibus populi: dominus dominabitur mihi in fortibus: idest contra fortes. Ps. 67. Ibi beniamin adolescentulus in mentis excessu. Pro quo hebrei legunt. Ibi beniamin paruulus dominans eis. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Ibi beniamin paruulus continens eos. ps. 71. Et dominabitur a mari vsq; ad mare. Ps. 109. Dñare in medio inimicorū tuorum. Esa. 14. Subiicientem in furore gentes crudeliter. Thren. 3. De excelso misit ignē in ossibus meis: & erudiuit me. Pro quo hebrei legūt. Misit ignem in ossibus meis: & dominatus est eorum: siue

subiecit vel continuit ea. Sed in lingua chaldaica significat erudire.sicut est in littera nostra.Ezech.34.Sed cū austeritate imperabatis eis. Vide etiā de hoc infra in dictione רוד Rod Significat etiam sumere vel obtinere. Iudi.14. Quē cum sumpsisset in manibus.& in eodem.Quod mel de corpore leonis sumpserat.Esa.21. Et reges obtinebit. Potest etiā legi.& regum dissabitur:secūdum primā significationem. Ponitur etiam pro applaudere.Hiere.5.Et sacerdotes applaudebant manibus suis.

Imperare. Sumere. Obtinere. applaudere.

רדם Radam.sopiri.dormire.i.sopore graui.vel sopore demergi.stupefieri: vel stupore cadere. seu collabi. Iudi.4.Qui soporem morti socians defecit.ps.75. Dormitauerunt qui ascenderunt equos.Dañ.8. Cūq; loqueretur ad me collapsus sum pronus in terra.Ione.1.Et dormiebat sopore graui.Et inde תרדמה Thardema.i.sopor.Gen.2.Et misit deus soporem grauem in adam.Iob.4. Quando solet sopor occupare homines.

נרדם Sopiri. Dormire. Collabi. תרדמה sopor

רדף Radaph.persequi.sequi.Gen.34.Et nō sunt ausi persequi recedentes.Exo.14.Et psecutus est filios israel. Deut.16.Quod iustum est psequeris.i.sequeris.Iudi.3.Sequimini me.& in eodē.4.Et barach persequeretur fugientes currus.ps.7.Persequatur inimic⁹ animā meam.ps.33. Inquire pacem & persequere eā.ps.37.Quoniā sequebar bonitatem.Prouer.15.Qui sequitur iustitiā diligitur a deo Esa.5.Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam. Threñ.5.Ceruicibus nris minabamur.Pro quo he.le.Super ceruices nostras psequebamur.i.persecutionē patiebamur Ezech.35.Cum sanguinē oderis:sāguis persequetur te.Et inde מרדף Murdaph.i.persecutio.Esa.14. Subiicietem in furore gentes crudeliter.Pro quo he.le.Subiicietem in furore gentes persecutione absq; cessatione.

רדף Persequi. Sequi. מרדף Cessatio.

רהה Raha.formidare. Esa.14. Ne timeatis:neq; formidetis.& solum inuenitur in predicto loco.

Formidare.

רהב Rahab.excedere.excellere. superbire.tumultuari.suscitare.ps.89.Et amplius eorum labor & dolor.i.tempus quod excedit octoaginta annos est labor & dolor.Ps. 137.Multiplicabis in anima mea virtutem.i.excellere facies.Canti.1. Quia ipsi me auolare fecerūt. Pro quo hebrei legunt.Ipsi me excellere vel superbire fecerunt. Esa.3.Tumultuabitur puer cōtra senem.i.supbiet: vel excellentiorē se putabit.Ponitur etiam pro suscitare.Prouer.9. Discurre festina & suscita amicum tuum.Et inde רהב Rahab.i.superbus vel superbia. Iob.36. Et prudentia eius percussit superbum.Esa.30. Superbia tantum est:quiesce.& in eodem.31. Nunquid tu non percussisti superbum. est etiā רהב Rahab. nomen proprium loci.Ps.86.Memor ero rahab & babylonis scientiū me. Sed etiam in predicto loco beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Memorabor superbie & babylonis.Et in plurali רהבים Rehabim.ps.39.Et non respexit in vanitates & insanias falsas. Pro quo beatus hiero.i psal.iuxta he.ve.transtulit.Et non est auersus ad superbias pompasq; mendacii.

רהב amplius. Excedere. multiplicare. auolare. Excellere. Tumultuari. רהב suscitare. superbus. superbia. רהבים superbie.

רהט Rahat.in lingua chaldaica significat currere.Et inde רהטים Rehatim.i.canales vbi aque decurrunt. Gen. 30.Posuitq; eas in canalibus vbi effundebatur aqua. Significat etiam laquearia que in tectis domorum fiūt in modū canalium.Cātí.1.Laquearia nostra cupressina.& in eodem. 7.Et come capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Pro quo hebrei legūt.Et coma capitis tui sicut purpura regis ligati in laquearib⁹.i.in domo laquearibus constructa. Potest etiam legi sicut est in littera nostra.

רהט Currere. רהטים canales. Laquearia.

רוב Rob.litigare.rixari.obiurgari. contendere. iudicare. seu iudicio contendere.vindicare.vlcisci. Gen.26.Sed & ibi iurgium fuit pastorum gerare aduersus pastores isaac Pro quo hebrei legunt. Et iurgati sunt pastores gerare aduersus pastores isaac. Et in eodem. Et pro illo quoq; rixati sunt. Et in eodem. Pro quo non contēderunt. Iudi.11. Aut docere potest φ iurgatus sit contra israel.1.Reg.15.Et tetēdit insidias in torrente. Pro quo hebrei legunt. Et obiurgatus est siue contendit in torrente. Iob.33. Aduersus eum cōtendis. & in eodem.39. Nunquid qui contendit cum deo tam facile conquiescit. Esa.45. Ve qui contradicit factori suo.idest qui contendit vel litigat cum factore suo. Significat etiā iudicare vel iudicio cōtendere.ps.34.Iudica domine nocentes me.Esa.3.Stat ad iudicandum dominus.Et in eodem.49. Eos vero qui iudicauerunt te ego iudicabo. Hiere.2. Propterea iudicio contendam vobiscum. Threñ. 3.Iudica domine causam anime mee.Osee.2.Iudicate matrem vestram:iudicate.Ponitur etiam pro vindicare vel vlcisci. Iudi.6. Nunquid vltores estis baal.& in eodē.Si deus est: vindicet se de eo.Osee.2.Et misit ad regē vltorē.Et inde ריב Rib.i.iurgium.litigium.Rixa.lis.causa. Gen.13.Et facta est rixa inter pastores.Deut.25.Si fuerit causa inter aliquos. Prouer.25. Ne pferas in iurgio cito.& in eodem. Causam tuam tracta cum amico tuo.Scribitur etiam cū mē in principio & he in fine: & dicitur מריבה Meriba. Gen.15. Ne sit queso iurgiū inter me & te.Exo.17.Et vocauit nomē loci illius temptatio propter iurgium filiorum israel. Pro quo hebrei legunt. Vocauit nomen loci illius temptatio & iurgium: propter iurgium filiorū israel.Et in plurali ריבות Riboth.Deut.17.Et iudicum intra portas tuas videris verba variari.Pro quo hebrei legūt. Verba litium siue causarū vel litigiorum.i.litigantium in portis tuis.

רוב Litigare. Iurgari. Rixari. obiurgari. Cōtendere. Iudicare. Iudicio cōtendere. vindicare. ריב Rixa. Causa. Iurgium. מריבה Iurgium. ריבות Lites.

רוד Rod.dominari.preualere.humiliari.Gen.27.Tēpusq; φ veniet,cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis.pro quo hebrei legunt. Et erit cum preualueris vel dominatus fueris & excuties iugum ei⁹ de ceruicibus tuis. Hiere.2.Quare ergo dixit populus meus recessimus. Pro quo hebrei legūt.Quare dixit populus meus dominati sumus siue preualuimus. Sed in translatione chaldaica est sicut in littera nostra. Osee.11. Iudas autem testis descendit cum deo. Pro quo hebrei legunt. Iudas autem adhuc preualebat siue dominabatur cum deo. Potest etiam deriuari a dictione ירד Iard que significat descendere sicut est in littera nostra. Sed in translatione chaldaica sic habetur. Domus autem iuda confortabantur siue preualebant in cultu domini. Vide etiam de hoc supra in dictione רדה Rada.ponitur etiam predicta dictio pro humiliare.ps.54. Contristatus sum in exercitatione mea. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Humiliatus sum in meditatione mea. Vide etiam de hoc supra in dictione ירד Iarad.

רוד. preualere. Dñari. humiliare.

רוה Raua.inebriare.irrigare.saciare.ps.35.Inebriabūtur pinguedine domus tue.ps.64.Riuos ei⁹ inebria.idest irriga. Prouer.11. Et qui inebriat:ipse quoq; inebriabitur. Esa.16. Inebriabo te lachryma mea. Et in eodē.34.Quoniā inebriatus est in celo gladius meus.& in eodem.43.Et adipe victimarū tuarum non inebriasti me. & in eodē.55. Sed inebriat terram & infūdit eam.Hiere.31.Inebriaui animam lassam.Et in eodē.46.& inebriabitur sanguine eorum.Threñ.3.Inebriauit me absinthio.& inde רוה Raua. siue רוה raue.idest ebria vel saturata aut irriguū. Deut.29. Vt absumat ebria sitientem.Esa.58.Et eris quasi hortus irriguus.& aliquando scribitur cum iod in medio & dicitur רויה Reuaia.Ps.23.Et calix me⁹ inebriās.Ponitur etiā pro refrigerio.ps.65.Et eduxisti nos in refrigeriū.Itē רוה raua.

רוה Inebriare. רוה Ebria. Irriguus. רויה Inebrians. refrigerium. רוה

In lingua chaldaica significat aspectum vel intuitum aut speciem.Dañ.2. Intuitus eius erat terribilis. Et in eo.3. Et species quarti similis filio dei.

Intuitus. Species.

רוח Rauach.respirare.refrigerari.seu refocilari.1.Reg.16. Et refocilabatur saul.idest respirabat vel refrigerabatur.Iob.32.Loquar & respirabo paululū.& ide רוח reuach idest respiratio vel spaciū aut refrigeratio.Gen.32.Et sit spacium inter gregem & gregem.Ester.4.Per aliam occasionem liberabuntur iudei.Pro quo hebrei legunt. spaciū vel refrigerium erit iudeis de loco alio.& ide מרוח Meruuach idest spaciosum.Hiere.22.Edificabo mihi domum latam & cenacula spaciosa.& inde רוחה Reuacha.siue הרוחה Haruacha.idest refrigerium:vel spacium:aut requies: siue respiratio.Exo.8.Vidēs autem pharao φ data esset requies.ponitur etiam pro singultu:qui est respiratio quedā.Threñ.3 Ne auertas aurem tuā a singultu meo.Et inde רוח Rúach.i. spiritus.ventus.aer.seu aura.aut halitus.Gen.1. Et spiritus domini ferebatur super aquas.Et in eo.41. qui spiritu dei plenus sit.Exo.15.Flauit spūs eius & operuit eos mare.Et in eo.28.Quos repleuit spiritus sapiētie.Nu.14. Qui plenus alio spiritu secutus est me.2.Regum.23.Spiritus domini locutus est per me.3.Regum.22. Egressus est autē spiritus:& stetit coram domino.1.Paralip.12. Spiritus vero induit amasai. Iob.9. Non concedit requiescere spūm meū Et in eo.15.Quid tumet contra deum spiritus tuus. Et in eodem.spiritum illius & flatum ad se trahit.Ps.50.Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.Et in eo.& spiritu principali confirma me.Prouer.29.Totum spiritum suum profert stultus.Eccl's.7.Ne sis velox ad irascendum. Pro quo hebrei legunt.Ne sis velox in spiritu tuo ad irascendū. Et in eodem.12.Et spiritus redeat ad deum qui dedit illū.Esa. 11.Et spiritu labiorū suorum interficiet impium. Et in eodem.31.Et equi eorum caro & non spiritus.Et in eodē.32. Donec fundatur super nos spiritus de excelso.Et in eo.48 Dominus misit me & spiritus eius.Et in eodem.61.Spiritus domini super me.Ezech.1.Quocūq; ibat spiritus:illuc eunte spiritu & rote pariter eleuabantur.Zach.6.requiescere fecerunt spiritum meum in terra babylonis. Malach.2. Et residuum spiritus eius est.Et in eodem.Et custodite spiritum vestrum.Et inde verbum tertie coniugationis quod significat inspirare: seu spiritu replere. Esa.11. Et replebit eum spiritu timoris domini.Significat etiam predicta dictio רוח Rúach ventum siue:aerem.aut auram.Gen.3. Ad auram diei.Et aliqui hebrei legunt.Ad spiritum diei siue ad ventum diei. Exo.10. Ventus vrens leuauit locustas. Et in eodem.14.Flante vento vehementi & vrenti.3. Reg.19 Spiritus grandis & fortis subuertens montes.idest ventus. Iob.1.Repente ventus vehemens irruit. Et in eo. 41.Nec spiraculum quidem incedit per eas.neq; aer.Eccl's.1.& in circuitu pergit spiritus.Ezech.5.Tertiam vero partem in omnem ventū dispgā.Et in lingua chaldaica aliqñ dicitur רוחא Rucha.Dañ.2.Et rapta sunt vēto.Ponitur et pro spiritu malo. Iudi.9. Misit dominus spiritum pessimum inter abimelech & habitatores Sichem.1.Regum.16.Et exagitabat eum spiritus nequam. Et in eodem. Ecce spiritus domini malus exagitat te.Et in eodem. Recedebat enim ab eo spiritus malus. Accipitur etiam pro halitu.Iob.19. Halitū meum exhorruit vxor mea. Accipitur etiam pro plaga terre seu pro parte.Hiere.52.Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia.pro quo hebrei legūt.ex omni parte dependentia.Ezech.42.Mensus est autem contra ventum orientalem.idest contra plagam orientalem. & in eodem.Mensus est contra ventum aquilonis.& in eodē.Contra ventum occidentalem mensus est.& in plurali רוחות ruchoth.Nu.16.Fortissime deus spirituum oīs carnis.Ezech. 5.& inducam super helam quattuor ventos.idest a quattuor plagis terre.& inde רחת Rachath.idest pala seu ventilabrum quibus fruges ventilantur.Esa.30. Sicut in area ventilatum est.pro quo hebrei legunt. Quod ventilatum est in pala & in ventilabro.& inde dicunt aliqui hebrei φ dicitur ברחים Rchim & φ significat naues:eo quod flatu vētimouentur.Esa.43.& detraxi vectes vniuersos. Pro quo ipsi legunt.& detraxi i nauibus vniuersos. Sed si illa littera beth que ponitur ibi in principio dictionis est de substantia dictionis & non est prepositio: tunc significat vectes sicut est in littera nostra: vt dictum est supra in dictione ברח Barach.

refocilari. Respirare. רוח Spacium. Refrigeriū. מרוח spaciosum. רוחה Requies. singultus. רוח Spiritus. Inspirare. רוח Aura. Ventus. Spiraculum. רוחא Ventus. Spūs malus. Halitus. Pars. Plaga. רוחות Spiritus. Venti. רחת Pala. ברחים Vectes. Naues.

רום Rum:exaltare.leuare.eleuare.separare.Gen.7.& eleuauerunt arcam in sublime a terra.pro quo hebrei legunt.& eleuauerunt arcā:& exaltata siue eleuata est desup terra.& in eodem.14.Leuo manum meam ad dominum. Deut.17.Nec eleuetur cor eius.& in eodem.32.Manus nostra excelsa.1.Regum.9.Leuauit coquus armum.3.Regum 11.Leuauit manum contra regem.& in eodem. & hec ē causa rebellionis aduersus eum.pro quo hebrei legunt. & hoc est verbum in quo leuauit manum contra regem. & in eodem.16.Pro eo quod exaltaui te de puluere.Esdre.9.& sublimaret domum dei nostri.Ps.11. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum.Ps. 29. exaltabo te domine.Ps.45.exaltabor in gentibus: & exaltabor in terra.ps.56.exaltare super celos deus.Ps.74.huc humiliat & hunc exaltat.Et in eodem. Exaltabuntur cornua iusti.Ps.106.Et exaltent eū in ecclesia plebis. Prouer. 3.Stultorum exultatio: ignominia.Debet legi exaltatio.p quo hebrei legunt.& stultos exaltare: ignominia .scilicet ē Et in eodem.14.Qui autem impatiens est exaltat stultitiam suā.Esa.1.Filios enutriui & exaltaui.Ezech.10.& eleuata est gloria domini desuper cherub.Et in eodem. & eleuata sunt cherubim.Et in eodem.Vt exaltarentur de terra.& in eo.Et cum eleuatis eleuabantur.& aliqñ scribitur cum aleph in medio loco vau.Zach.14.Et exaltabitur & habitabitur in loco suo.& inde רם Ram.i.altus: vel eleuatus: aut excelsus.Esa.2.Et super omnem superbum & excelsum. & in plurali רמים Ramim.Deut.12. Super montes excelsos & colles.Esa.10.& excelsi statura succidentur. & in genere feminino רמה Rama.idest excelsa vel exaltata.& in plurali feminino רמות Ramoth.Prouer.6. Oculos sublimes linguam mendacem.& in hebreo est generis feminini. Et aliquando scribitur cum aleph in medio.vt Prouer. 24. Excelsa stulto sapientia.Pro quo hebrei legunt. excelse stulto sapientie. Significat etiam ראמות Ramoth quosdā lapides preciosos: sic dictos propter sui excellētiam. Iob.28.excelsa & eminentia non commemorabuntur comparatione eius.Pro quo hebrei legunt Ramoth & gabis non commemorabuntur.& dicunt φ sunt lapides preciosi sic nominati. Ezech.17.& Ramoth & chodcod proposuerunt in mercatu tuo.& inde רום Rom siue רום Rum.idest altitudo aut celsitudo seu exaltatio.Prouer.21.exaltatio oculorum & dilatatio cordis.Esa.2.Et incuruabitur altitudo virorū. Hiere.48.Et altitudinem cordis illius.Abach.3.Altitudo manus suas leuauit.Et aliquando scribitur cum he in fine & dr רומה Roma.Mich.2.& non ambuletis superbi. Pro quo hebrei legunt.Et non ambuletis in altitudine. idest in superbia. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur

רום Eleuare. Leuare. Exaltare. sublimare. רם Excelsus. רמים Excelsi. רמה רמות sublimes. Excelse. ראמות Excelsa. Ramoth. רום Exaltatio. Altitudo. רומה superbia. Altitudo.

מרום Marom.i.altū seu altitudo:aut excelsum vł celsitudo. Ps.67.Ascendisti in altū.& in plu.מרומים meromim.Iob.16.& conscius meus in excelsis.Prouer.8.In summis excelsisq; verticibus.Et in eo.9.Misit ancillas suas vt vocarent ad arcē & ad menia ciuitatis. Pro quo he.le. Misit ancillas suas vt vocarent ad menia excelsa ciuitatis.& inde רוממות Romemuth.i.altitudo vel exaltatio.Ps.149.Exaltationes dei in gutture eorum.Esa.33.Ab exaltatione tua dispse sūt gentes.Vide ēt de hoc infra in dictione רמם Ramam.& ide רמה Rama.i.locus excelsus vel eminens.Hiere.31.Vox in excelso audita est.Ponitur etiā pro prostibulo quod meretrices faciunt in loco excelso & eminenti vt videātur a trāseuntibus.Ezech.16.Et fecisti tibi prostibulū:& excelsum tuū fecisti in oī platea.i.prostibulū tuū.& in eo. Demolientur prostibulū tuū.Significat etiam predicta dictio separare.Exo.29.Et armū quē de ariete separasti.Leuit.4.Sicut offertur de vitulo hostie pacificorū.pro quo hebrei legūt. Sicut separatur de vitulo pacificorū.& in eo.6.Tolletq; cineres quos vorans ignis exussit.pro quo he.le.& separabit cineres.Nu.15.Separabitis primitias domino de cibis vestris.Et in eo.16.Recedite de medio huius multitudinis.i.separamini.Ezech.48.Erunt primitie quas separabitis viginti quinq; millibus.Et in eo. Primitie quas separabitis dño.Dañ.8.Et ab eo tulit iuge sacrificium.i.separauit vel abstulit.& inde תרומה Theruma.i.illud quod separatur a cōmunib9 vsibus & offertur dño.pro quo btūs hiero.trāstulit primitias.Exo.25.vt tollant mihi primitias.& in eo.he sunt aūt primitie quas accipere debetis.Scribitur etiam cū iod in medio & dicitur תרומיה Therumia.Ezech.48.& erunt primitie de primitiuis terre sanctū sanctorū.& ī plu. תרמות Therumoth.2.Reg.1.nec sint agri primitiarum.& inde רמת ramath.pro quo beatus hiero.transtulit saniem. Eo quod separatur & abiicitur.Ezech.32.& iplebo valles sanie tua.

רוע Róaa. Malignare.malū facere.malū esse.affligere.cōfligere.vlulare.vel iubilare.Geñ.19.Nolite malū hoc facere.& in eo.43.In meā hoc fecistis miseriā.pro quo he.le.Quare male fecistis mihi.Exo.23.Non sequeris turbā ad faciēdū malū.Nu.11.Sed & moysi intolerāda res visa ē.pro quo he.le.& in oculis moysi malū fuit.i. malū visum ē in oculis eius.1.Reg.12.Quod si pseueraueritis in malicia. Pro quo he.le.Si malefaciēdo malefeceritis.2.Reg.19.Et peius erit hoc tibi q̄ oia mala que venerūt sup te.i.magis malū erit tibi.3.Reg.14.Sed opatus es male sup oēs q fuerunt ante te.p̄s.104.Et in prophetis meis nolite malignari.Prouer.24.ne forte videat dñs:& displiceat ei. pro quo he.le.Ne forte videat dñs:& malū sit in oculis eius. Hiere.38.male fecerūt viri isti.Mich.3.Sicut nequiter egerūt in adinuētionibus suis.Soph.1.Non faciet bene dñs: nec faciet male.Signat ēt affligere.Deut.26.Afflixeruntq; nos egyptii.3.Reg.17.Etiā ne viduā apud quā ego vtcūq; sustētor afflixisti.Prouer.11.Affligetur malo qui fidē facit pro extraneo.Signat ēt cōfringere vel cōterere.Iob.34.Cōteret multos & innumerabiles.p̄s.2.Reges eos in virga ferrea.Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.trāstulit.frāges eos in virga ferrea. Potest ēt deriuari a dictiōe רעה raa que signat pascere vel regere.Esa.8.Congregamini populi & vincemini.pro quo he.le.Conterimini siue confracti vel contriti stote.Prouer.13.Amicus stultorum similis efficitur. Pro quo hebrei legunt.Qui nutrit vel pauit stultos conteretur.Pōtest etiam deriuari a dictione ריע Réa que significat socium vel amicum.vt sit sensus. Amicus stultorū sociatur.idest confederatur eis:vel eficitur similis eis:sicut est in littera nostra.Esa.24.Confractione cōfringetur terra.Hiere.15.Nunquid federabitur ferrum ferro ab aquilone.Pro quo hebrei legunt.Nunquid conteret ferrum ferrum.Potest etiam legi sicut est in littera nostra. sicut supra dictum est. Vide etiam de hoc infra in dictione רעה Raa.& inde רע Ra.idest malus seu iniquus aut malum. Geñ.6.& cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malū. & in eo.38. Fuitq; her primogenitus iuda nequam in conspectu domini.Exo.33.Audiensq; populus sermonem hunc pessimum.Nee.z.Et eram quasi languidus in facie eius, p quo hebrei legunt.& non fui malus in conspectu eius. idest nō displicui ei.Prouer.11. Malum est malum est dicit omnis emptor.Et in eodem.23.Ne comedas cum homine inuido Pro quo hebrei legunt.Ne comedas cum homine mali oculi.& est sensus sicut in littera nostra. & aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מרע Meraa.idest malus siue malefaciens.Prouer.17. Malus obedit lingue inique.Esa.9.Quia omnis hypocrita est & nequā.& ī plurali רעים Raim.siue מרעים Mereim.Geñ.13.Homines autem sodomite pessimi erant.p̄s.36.Noli emulari in malignantibus.Et in eodem.Quoniam qui malignantur exterminabuntur.Esa.1.Semini nequam.Pro quo hebrei legunt. Semen malignantiū siue malorū.Hierę.6.Et malicie eorū non sunt consumpte.& in genere feminino.רעה Raa.idest malicia:seu afflictio:vel mala:aut malū.Hebrei enim non habent genus neutrū.& pro eo aliquando vtuntur genere masculino:aliquando feminino.Geñ.39.Quomodo ergo possum hoc malū facere.Exo.10.Cui dubium est q pessime cogitatis.idest malū.1.Reg.25.malicia ergo non inuenitur in te. Ester.7. Intellexit enim a rege sibi paratū malū.Ione.3.Super maliciā quā locutus fuerat vt faceret.i.super malū vel super afflictionē.Et in eo.4.& afflictus est ionas afflictione magna.Et in eo.Laborauerat enim.p quo hebrei legunt.vt liberaret eū a malo suo: vel ab afflictione sua.Et in plurali רעות raoth.Deut.32.Congregabo super eos mala.Ps.33.Multe tribulationes iustorum.idest multe afflictiones vel multa mala.Ps.39.Quoniam circundederunt me mala.Hiere.2.Insuper & malicias tuas docuisti.& inde רוע róaa.idest malicia seu malum aut nequitia.Nee.2.Non est hoc frustra sed malum nescio quod in corde tuo est.Ps.37.Et secundum nequitiam adinuentionū ipsorū. ponitur etiā pro putrido.Prouer.26.Dens putridus:& pes lapsus.Significat etiā macilentum seu deforme vel triste. Geñ.40.Cur tristior est hodie solito facies vestra.Et in eodē.41.Fede confecteq; macie.Et in eodē.In tantū deformes & macilente: vt nunq̄ tales in terra egypti viderim. Et in eo.Simili macie & squallore torpebant.Nee.2.Quare vultus tuus tristis est.Significat etiam predicta dictio רוע Róa.vlulare:seu iubilare:aut conclamare:vel vociferari. Nu.10.Et non conscisse vlulabunt.& in eodem.Clangetis vlulantibus tubis.Ios.6.Conclamabit omnis populus vociferatione magna.Et in eodem.Non clamabitis neq; audietur vox vestra.Et in eodem. Igitur omni populo vociferante.Ps.59.Mihi alienigene subditi sunt. Pro quo hebrei legunt.Super me palestina iubilauit seu vlulauit vel conclamauit.Potest etiam legi. Mihi palestina federata est vt dictum est supra.vnde Beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Mihi palestina federata est.Ps.64.Clamabunt etenim:& hymnum dicent.p̄s 65.Iubilate deo omnis terra.p̄s.95. Iubilemus deo salutari nostro.Esa.16.In vineis non exultabit nec iubilabit.Et in eodem.42.Vociferabit & clamabit.& inde ריע Réa.i.iubilatio seu vociferatio vel vlulatio.Exo.32. Audiens autē

Iosue tumultū populi vociferantis.Pro quo hebrei legunt In vociferatione sua.Iob.36.Annunciat de ea amico suo. Pro quo hebrei legunt. Annunciat super illud vociferatio eius.idest tonitruum eius.scilicet tonitruum annunciat sup fulgur: sicut exponunt hebrei. Potest etiā significare amicum sicut est in littera nostra; vt infra dicetur. Mich.4. Quare merore contraheris.pro quo hebrei legunt.Quare vlulas vlulationem. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. vt supra dictum est.& inde תרועה Therua.idest iubilatio vel vlulatio aut clamor vel clangor.Nume.10.Si autem prolixior atq; concisior clangor increpuerit.& in eo.23. Et clangor victorie regis in illo. & ī eodem.28. Dies clangoris & tubarum.Hiere.zo.Audiet clamorem mane & vlulatum ī tempore meridiano.Item ריע Réa cum iod in medio loco vau.idest socius.sodalis.vel amicus.proximus.Iob.6.& subuertere nitimini amicum vestrum. Et cōmuniter scribitur sine iod.Leuit.19.Diliges amicum tuum sicut te ipsum.1.Reg.15. Et tradidit illum proximo tuo. Prouer.6, & suscita amicum tuum. Et in eodem.23.Amicum tuū & amicum patris tui ne dimiseris. Et in plu. רעים Reim siue מרעים Mereim.Iudi.14.Dederunt ei sodales triginta.Iob 17.Predam pollicetur sociis. & in eodem.19. Miseremini mei miseremini mei:saltem vos amici mei. & inde verbū vel gerundium quarte coniugationis quod significat associare.vt Prouer.18. Vir amicabilis ad societatem. pro quo hebrei legunt. Vir amicorum ad sociandum. Et aliqui hebrei secundū primā significationē legunt. Vir amicorū ad confringendum:vel ad conterendum:iuxta significationē predictam.

רוף Ruph. tremere.confringere. Iob.26.Colūne celi cōtremiscunt.& dicunt hebrei q etiam significat conterere vel confringere.Et inde הריפות Hariphoth.idest grana tritici vel hordei confracta vel contussa.pro quo beatus hieronimus transtulit ptisanas.z.Reg.7.Et expandit velamina super os putei quasi siccans ptisanas. Prouer.27.Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas. Et inde תרופה Therupha.idest medicina pro cōfractione membrorum. Ezech.47.Et folia eius ad medicinam.

רוץ Rus.currere.festinare.conterere.cōfringere.vt Geñ.18.Ipse autem ad armenta cucurrit. Et in eodem.33. Currens itaq; esau obuiam fratri suo.& in eodem.41. Eductum de carcere ioseph totōderunt. Pro quo hebrei legunt Et currere cum fecerunt de carcere:& tonsus est.1.Reg.17. Cucurrit ad locum certaminis.Et in eodē.20. Vade & affer mihi sagittas. Pro quo hebrei legunt. Curre & affer mihi sagittas.Et in eodem.Cumq; puer cucurrisset.2.Regū.17. Et curre in castra ad fratres tuos. 4.Reg.5.Viuit domin9 quia curram post eum.2.Paralipo.35. Et festinato distribuerunt vniuerse plebi. Iob.15. Cucurrit aduersus eum erecto collo.p̄s.17.Quia in te eripiar a temptatione. Pro quo beatus hiero. in psalterio iuxta he.ve.transtulit. In te enim curram accinctus.Ps.67.Ethiopia preueniet man9 eius deo. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit.ethiopia festinet dare man9 deo.Canti.1.Trahe me post te: curremus.Hiere.z3. Non mittebam prophetas:& ipsi currebant.Et in eo.49.Quia subito currere faciam illum ad illam.Naum.z. Quasi fulgura discurrentia. Et inde רץ ras.idest cursor seu currens.Hiere.51.Currens obuiam currenti veniet.Et in plurali רצים Rasim.z.Reg.15.Et quinquaginta viros qui precederent eum. pro quo hebrei legunt.Et quinquaginta viros currentes ante eum.& inde מרוץ Maros siue מרוצה Merusa.idest cursus.z.Reg.18.Cōtemplor ait cursum prioris quasi cursum Achimaas filii sadoch.Eccl's.9.Nec velocium esse cursum.Hiere.22.& ad calumniam & ad cursum mali operis. Et in eodem.23.Factus est cursus eorum malus. Significat etiam predicta dictio conterere vel confringere aut collidere. Geñ.25.Sed collidebantur in vtero paruuli.Iudi.10. Et confregit cerebrum eius.Et in eodem.Afflictiq; & vehementer oppressi. Pro quo hebrei legunt.Et confregerunt & cōtriuerunt eos 4.Regum.24.Et altaria que fecerat manases in duobus atriis templi domini destruxit rex: & cucurrit inde. p quo hebrei legunt.Et confregit seu contriuit inde.Potest etiam legi sicut est in littera nostra:iuxta primam significationē. Eccl's.12.Et recurrat vitta aurea.pro quo hebrei legunt. & conteratur seu confringatur fons aureus. potest etiam legi sicut est in littera nostra.Et in eodem.Et confringatur rota super cisternam.Esa.4.Non erit tristis nec turbulentus. Pro quo hebrei legunt. Non erit obscurus vel tristis neq; conteret vel confringet.Potest etiam legi sic. Non erit tristis neq; discurret.& tūc erit sēsus sicut in littera nostra.Nā qui est turbulentus discurret huc atq; illuc. Vide etiam de hoc infra in dictione רצץ rasas.

רוש Ros.Indigere.egere.pauperem esse. depauperare:siue pauperem facere.p̄s.33.Diuites eguerunt & esurierunt.& quando est verbum tertie coniugationis significat pauperem facere:siue depauperare.1.Regum.2. Dominus pauperem facit: & ditat.Et aliquando scribitur cum duplici sin.Prouerb.13.Et quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Vide etiam de hoc supra in dictione רשש rasas.& inde רש Ras.idest pauper vel egenus.2.Regum.12.pauper autē nihil habebat omnino.Prouer.19. Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua.Et in eodem. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Et in eodem. Diues & pauper obuiauerunt sibi.Et in plurali רשים rasim. Prouer.zz.Diues pauperibus imperat.Et aliquando scribitur cum aleph in medio dictionis tam in singulari quam in plurali.2.Regum.12. Vnus diues & alter pauper.Et in eodem. Tulit ouem viri pauperis.Prouer.10. Egestatem operata est manus remissa.pro quo hebrei legunt.pauper siue egenus operatur stateram dolosam: siue palma aut manu dolosa. Et in eodem.13.Multi cibi in nouālibus patrum. pro quo hebrei legunt.In nouali pauperum.Eo quod pauperes laborant multum in cultura terre.potest etiam legi in nouali principum.Nam dictio ראשים Rasim etiam principes significat vt dictum est supra in dictione ראש ros:& princeps in scriptura pater nominatur.4.Regum.5. Pater si rem grandem dixisset tibi propheta. & inde ריש res. idest paupertas siue egestas.Prouerb.10.pauor pauperum egestas eorum.Et in eodem.28.Qui autem sectatur ocium replebitur egestate. Et in eodem.31.Et obliuiscatur egestatis sue. Et aliquando scribitur cum aleph in medio loco iod.Prouerb.30. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi. Item רוש Ros.idest fel. Deut.32. Vua eorum vua fellis.& communiter scribitur cum aleph loco vau. Deut.29. Germinans fel & amaritudinē.Threñ.2. Circundedit me felle & labore.Et in eodem.Absinthii & fellis. Ps.68. Et dederunt in escam meam fel:& in siti mea potauerunt me aceto. Hiere.8.Et potum dedit nobis aquam fellis. Ponitur etiam pro veneno vel pro amaritudine.Deut.32.Venenum aspidum insanabile.Osee.10.Et germinabit quasi amaritudo iudicium.Amos.5.Qui vertitis in amaritudinē iudicium.

רזה Raza.Marcescere.macilentum esse.attenuare.macrescere. Esaie.17.Et pinguedo carnis eius marcescet.

Soph.2.Et attenuabit omnes deos terre,& inde רָזָה Raz.i. attenuatus vel macilentus aut macies. Esa.24. Secretum meum mihi:secretum meum mihi.pro quo hebrei legunt Macies mihi seu macredo mihi. ideft confectus sum macie.Sed in lingua chaldaica significat secretum vel mysterium sicut est in littera nostra.vt Dan.2.vt quereret misericordiam a facie dei celi super sacramentum istud. idest sup secretum istud.Et in eodem. Tunc danieli mysterium per visionem noctis reuelatum est.Et in eodem. 4. Et omne sacramentum non est impossibile tibi. Et in plurali רָזִין Razin siue רָזַיָּא Razaia.vt in eodem.2. Reuelans mysteria.Et in eodem.Et qui reuelat mysteria ostendit tibi que ventura sunt.& in genere feminino רָזָה raza. Nume.13.hu mus pinguis an sterilis.idest macilenta vel tenuis. & inde רָזוֹן Razon.idest tenuitas:siue macies:aut macredo.ps.105 Et misit saturitatem in animas eorum.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.& misit tenuitatem in animas eorum.Esa.10. Propter hoc mittet dominator dominus in pinguibus eius tenuitatem.Mich.6.Et mensura minor ire plena.idest mensura extenuata vel breuis. Ite רָזוֹן רָזוֹן Razon. idest princeps.De quo vide infra in dictione רָזוֹן Razon.

רֶזַח Rezach.Conuiuium.Et scribitur cum mem in principio & dicitur מַרְזֵחַ marzeach.Hiere.6. Ne ingrediaris domum conuiuii.& vt ait Beatus hieronymus sup predicto loco proprie significat conuiuium quod fit in exequiis mortuorum.& inde מִרְזַח mirzach.Pro quo beatus hieronymus transtulit factioem Amos.6. Et auferetur factio lasciuientium.

רָזַם Razam.innuere seu conniuere.scilicet oculis. Iob.15 Et quasi magna cogitans attonitos habes oculos.pro quo hebrei legunt. Et quid innuunt oculi tui. Et solum inuenitur in predicto loco.

רָזוֹן Razon.princeps seu tyrannus.Prouer.14.Et in paucitate plebis ignominia est principis.& in plu.רוֹזְנִים Roznim.ps.2.Et principes conuenerunt in vnu. Esa.40. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint.Pro quo hebrei legunt.Qui dat principes in nihilum. Potest etiā deriuari a dictione רָז raz.que in lingua chaldaica significat secretum:vt dictum est supra in dictione רָזָה raza. Abach.1. Et tyranni ridiculum eius erunt.

רָחַב Rachab.dilatare latum vel dilatatum esse. Gen.26. vocauit nomen eius latitudo dicens:nunc dilatabit nos dominus.Deut.19.Cum autem dilatauerit dominus terminos tuos.Et in eo.33.Benedictus in latitudine gad.pro quo hebrei legunt.Benedictus dilatans gad.1.Reg.2.Dilatatum est cor meum super inimicos meos.Ps.4.In tribulatione dilatasti mihi.ps.17.Dilatasti gressus meos subtus me.ps.24.Tribulationes cordis mei multiplicate sunt.pro quo hebrei legunt.Dilatate sunt.vel sic. Tribulationes cor meum dilatauerunt.ps.80. Dilata os tuum & implebo illud.ps.118.Latum mandatum tuum nimis.Esa.5.Propterea dilatabit infernus animam suam.Esa.30. pascetur i pos sessione tua in die illo agnus spaciose. i.in loco qui est spaciosus & latus.Et in eo.54.Dilata locu tētorii tui. & in eo. 60.& mirabitur & dilatabitur cor tuum.Ezech.40.& platea erat in rotūdū ascendens sursum.pro quo he.le.Et dilatabatur & circuibat sursum sursum.i.latior erat pars supior in circuitu.& inde רֹחַב rochab siue רְחָבָה rechaba.i. latitudo.vel dilatatio. Gen.13.Et perābula terrā in longitudine & latitudine.Exo.27. Quinq̄ cubitos in longitudine & quinq̄ in latitudine.3.Reg.4.Dedit quoq̄ deus sapientia salomoni & prudētia multā nimis & latitudinē cordis. Iob.36.Igitur saluabit te de ore angusto latissime & nō habēte fundamētū.ps.17.Et eduxit me in latitudine.ps.118. Et ambulabā in latitudine. Prouer.21. Exaltatio oculorū & dilatatio cordis & lucerna impiorum:peccatū.& ide רָחָב Ra'chab.idest latus siue dilatatus vel spaciosus.ps.103.hoc mare magnū & spaciosū manib⁹.Prouer.28. Qui se iactat & dilatat:iurgia cōcitat.Pro quo he.le.Latus animo concitat iurgia.& est sensus sicut in lrā nrā.& in ge.fe. רְחָבָה Rechaba.Gen.34.Terra in potestate vestra est.pro quo he.le. Terra aūt ecce lata est manibus siue locis corā vobis.Exo. 3.Et educā de terra illa in terrā bonā & spaciosam.Et inde רְחֹב Rechob siue רְחָבָה rechaba.i.platea.Dan.9.& rursus edificabitur platea.& in plu. רְחֹבוֹת rechoboth.ps.143. nec clamor in plateis eorū.Prouer.1.In plateis dat vocē suā.& in eo.22.In medio platearum occidendus sum.

רָחֵל Rachel.Ouis:siue agnus.Esa.53.Et quasi agnus corā tondente se. Et in plurali רְחֵלִים rechelim.Gen.32 Oues ducentas.

רָחַם racham.misereri.clemētē eē.diligere.Exo.34.& clemens ero in quem mihi placuerit. pro quo he.le. Et miserebor cui miserebor.vnde apostolus ad Romanos. 9. sic ait.moysi eni dicit:miserebor cui miserē⁹ tui:& miam pstabo cui miserebor.Deut.13.& misereatur tui & multiplicet te.Ps.102.Quō miseretur pater filiorū misertus ē dñs timētib⁹ se.Prouer.28.Qui aūt cōfessus fuerit & reliquerit ea:miam cōsequetur.Hiere.31. Miserans miserebor ei⁹ ait dñs.Osee.14.Quia eius qui in te est misereberis pupilli. & ide רַחוּם Rachū.i.misericors. Exo.34.Deus misericors & clemēs.& i ge.fe.רַחֲמָנִית rachmanith.& i plu.fe.רַחֲמָנִיּוֹת Rachamanioth.Thren.4.Manus mulierū misericordium coxerunt filios suos.& inde רֻחָמָה ruchāma.i.illa que cōsecuta est miam.Osee.1. Voca nomē eius absq̄ mīa.pro quo he.le.voca nomen eius nō miam cōsecuta. Et in eo.2.Et miserebor eius qui fuit absq̄ mīa.& inde רַחֵם Rachem.i. mia.Abach.3.Cum iratus fueris mie recordaberis.Et com muniter declinatur pluraliter & dicitur רַחֲמִים rachamim. 2.Regū.13.Multe enim sunt mie eius.Ps.24.reminiscere miseratiōnū tuarū dñe.Ps.50.Et secūdū multitudinē miserationū tuarum dele iniquitatem meā.Ps.105.Et dedit eis in misericordiā.Et in lingua chaldaica dr̄ רַחֲמִין Rachamin Dan.2.Vt quereret misericordiam a facie dei celi. Item רֶחֶם rechem:siue רָחָם racham .ideft vulua siue vterus. Gen.20.Concluserat enim deus omnem vuluam in domo Abimelech.Exo.13. Sanctifica mihi omnem primogenitum qui aperit vuluam.Et in eodem.34. Omne quod aperit vuluam.Nume.12.De vulua matris sue.Iob.34.quādo erumpebat quasi de vulua procedens. Ps.19. Ex vtero ante luciferum genui te.Ponitur etiam pro femina. Iudi. 5.Pulcherrima feminarum ei eligitur. Item רָחָם racham. nomen auis. Pro quo beatus Hieronymus transtulit porphyrionem.Leuit.11.Et onocrotalum & porphyrionem.

רָחַף rachaph. Volare.volitare contremiscere. siue commoueri.Gen.1.Et spiritus domini ferebatur super aquas.Pro quo hebrei legunt.Et spiritus dei volabat seu volitabat super faciem aquarum.Deut.32.Et super eos volitans.Hiere.23.Contremuerunt omnia ossa mea. Pro quo aliqui hebrei legunt.Cōmota sunt omnia ossa mea.& solū inuenitur in predictis locis.

רָחַץ rachas.Lauare.abluere.confidere.Gen.18 .Et lauentur pedes vestri.Et in eodem.24.Et aquam ad lauandos pedes eius.Exo.2.Ecce autem descēdebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine.Et in eodem.30.Et missa aqua

lauabunt in ea.Iob.9.Si lotus fuero quasi aquis niuis.Prouer.9.Et tñ nō est lota a sordibus.Esa.1. Lauamini:mundi estote.Ezech.16.Et aqua nō est lota in salutē.& inde רַחַץ roches.siue רַחְצָה rochsa.i.lauacrum.Canti.4. Que ascende runt de lauacro.Ps.59.Moab olla spei mee. Pro quo btūs hiero.in ps.iuxta he.ve.transtulit.Moab olla lauacri mei: pōt ēt legi spei mee sicut.lxx.trāstulerūt.nā in lingua chaldaica predicta dictio significat confidere vel spare. Dan.3. Et eripuit seruos suos qui crediderunt in eum. Pro quo he brei legunt.Qui confisi sunt vel sperauerunt in eo.

רָחַק Rachac.Elongare.lōge fieri.longe recedere.elōgatū esse.Gen.44. Iam vrbē exierant:& precesserat paululū.pro quo he.le.ipi exierāt vrbē:nec elongati erāt.i.nec longe erant.Deut.12.Locus aūt quē elegerit dñs deus tu⁹ vt sit nomen eius ibi si procul fuerit.Ios.8.Nec longius recedatis.Iudi.18.Cumq̄ a domo Michee essent procul. ps. 21.ne elongaueris auxilium tuum a me.Ps.54.Ecce elongaui fugiens.Ps.72.Qui elongāt se a te peribunt.Ps.102. Longe fecit a nobis iniquitates nostras. Prouer.5.Longe fac ab ea viam tuā.Esa.6.Et longe faciet dominus homines. Et in eo.29.Cor autem eorum longe est a me. Et in codē. 54.Recede procul a calūnia.Hiere.2.Quia elongauerunt a me.Ezech.8.Vt procul recedant a sanctuario meo. Et in eo.11.Dixerunt habitatores ierusalē longe recedite a me. Mich.7.In die illa longe fiet lex.& inde רָחוֹק Rachoc. i.procul.seu lōge.aut lōginquus.Gen.37. Qui cu vidissent eu procul.Nu.9.Homo qui fuerit inmūdus sup animā:aut in via procul.Ios.3.Sitq̄ inter vos & arcam spacium: cubito rum duo millium.pro quo hebrei legunt.Sed longe aut procul erit inter vos & illā.i.arcā duorū millīū cubitorū. & in eo.9.De terra lōginqua venimus.3. Reg.8.Cū venerit de terra longinqua.Et aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מֶרְחָק merchac Prouer.31.De longe portās panem suum.Esa.46.Cernet terram de longe.Ezech.23. Miserunt ad viros venientes de longe. & in plu. מֶרְחַקִּים Merchacim.Esa.8.Et audite vniuerse procul terre.& in eodem.33.Videbunt terram de longe.

רָחַשׁ Rachas.eructare.producere.ps.45. Eructauit cor meum verbum bonum.Item מַרְחֶשֶׁת macheseth. i. craticula.Leuit.2.Si autem de craticula fuerit sacrificium. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat sartaginem.

רֶטֶט Retet.tremor.Hiere.40.Tremor apprehendit eam.

רָטַב ratab.humectare. seu virescere:aut viridem esse.Iob 8.Humectat⁹ videtur anteq̄ veniat sol.Et in eodem. 24.Quos imbres montium rigant.Pro quo hebrei legūt Humectant siue virescere faciunt.

רֻטָפַשׁ Rutaphas.consumptū vel extenuatū esse.Iob.35. Consumpta est caro eius a suppliciis.& solum inuenitur in predicto loco.

רָטַשׁ Ratas.allidere.collidere.relinquere.dimittere.4. Reg.8.Et paruulos eorū allides.Esa.13. Infantes eorum allidentur in oculis eorū.& in eo.Sed sagittis paruulos interficient.Pro quo he.le. Et arcus iuuenū allidētur. Potest etiam legi sic.Et arcubus paruuli seu iuuenes allidētur.idest interficietur. Osee.10.Mater super filios allisa.& in lingua chaldaica significat relinquere vel dimitere.

רֵיחַ Riach. odorari. olfacere. Gen. 8. Odoratusq̄ est dñs odorem suauitatis. Leuit.26.Nec recipiam vltra odorem suauissimū.Pro quo he.le. Et non odorabo in odorē suauissimū vestrū.Iudi.16.Cū odorē ignis acceperit. Iob. 39.Procul odoratur bellū.Ps.113.Nares habēt & nō odorabūt.& inde רֵיחַ reab.i.odor.Gen.27.Ecce odor filii mei sicut odor agri.Canti.1.In odorē vnguētorū tuorū.& ide dicūt aliqui q̄ deriuatur רֵחַיִם rechaim.i.mole.s.supior & inferior.& ideo caret nūero singulari quia nihil pdest vna sine alia. Deut.24.Nō accipies loco pignoris supiorē & inferiorē molā.Esa.47.Tolle molam & mole farinam.

רִיק Ric.euacuare. effundere. fundere.armare. Gen.42. Cum frumenta effunderent.Eccls.11.Si replete fuerit nubes:imbrē super terrā effundēt.Canti.1.Oleum effusū est nomē tuū.ps.17.vt lutū plateārū delebo eos. pro quo he. le. Vt lutū plateārū euacuabo siue effundā eos. Hiere.48. Nec transfusum est de vase in vas.Zach.4.In quib⁹ sunt fusoria ex auro.pro quo he.le. Effūdentia ex se aurū. & inde רַק rac.i.vacuus:siue inanis.Nee.5.Et vacuus fiat.Et in plu.רֵקִים recim.4.Reg.4.Pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua.& in ge.fe.רֵקָה reca.Esa.29.expgefactus vacua est aia eius.Et in plu.fe. רֵקוֹת racoth.Gen.41.& septē spice tenues.i.euacuate.accipitur et רַק rac pro hoie inope & egeno qui est vacuus bonis tpalibus:siue p fatuo qui est vacuus intellectu. Iudi.11.Cōgregatiq̄ sunt ad eum virī inopes & latrocināces.2.Regū.6.Et nūdatus est quasi vnus de scurris.vbi ponitur pro scurris.i.p fatuis. vn̄ Mat thei.5.Qui aūt dixerit fratri suo raca reus erit concilio.Et inde רִיק ric.i.inane.aut vanū.siue vacuū.Leuit.26. Cōsumetur in cassū labor vī.i.in vanū.ps.2.Et populi meditati sunt inania.Hiere.51.Reddidit me vas inane.scribitur etiā cū mem in fine & dr̄ רֵיקָם recam.Gen.31.Forsitan nudū me dimisisses.pro quo hebrei legunt:Nūc enim inanem siue vacuū me dimisisses.ps.7. Decidā merito ab inimicis meis inanis.Significat etiā predicta dictio armare siue arma preparare:aut gladium euaginare.Gen.14. Numerauit expeditos vernaculos suos.Pro quo hebrei legunt. Et armauit expeditos vernaculos suos.Exo.15. Euaginabo gladium meū. Leuit.26.& euaginabo post vos gladium. Ps.34.Effunde frāmeam.Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Euagina gladium.Ezech.5.Et gladium euaginabis post eos.Ponitur etiam pro expandere. Abach.1.Super hoc ergo expandit sagenam suam.idest preparat eam tanquam gladium ad interficiendas gentes .Potest etiam legi secundum primam significationem super hoc ergo effūdit siue euacuat sagenam suam.scilicet vt iterum capiat cum ea gentes.vnde sequitur.& semper interficere gentes non cessat.

רִיר Rir.fluere.scilicet humorē:aut saliua vl' sputū. Leuit. 15.Adheserit carni eius atq̄ cōcreuerit fedus humor. Pro quo hebrei legunt. Fluit caro eius in fluxu suo.significat etiam saliuam vel sputum.1.Reg.21.Defluebātq̄ saliue eius in barbam.Iob.6.Aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem.pro quo hebrei legūt. Aut est sapor vel gustus in albugine vitelli.scilicet oui:quia nihil est insipidius si non sit sale condita:vt premittitur in textu:& ponitur ibi pro albugine eo quod est similis saliue vel sputo. Potest etiam legi sicut est in littera nostra: vt dictum fuit supra in dictione חַלָּם chalam.

רָכַךְ Rachach. mollificare. mollire: mollem seu tenerum vel delicatum esse.Deut.20.Non pertimescat cor vestrum.Pro quo hebrei legūt. Ne mollificetur cor vestrum siue ne tenerum sit cor vestrum.Ps.4. Molliti sunt sermones eius super oleum.Esa.1.Nec fota oleo.Pro quo hebrei legunt. Nec mollificata est oleo.& inde רַךְ Rach. idest tener.seu mollis.aut delicatus.Gen.18. Vitulum tenerrimum & optimum.Deut.28.Homo delicatus in te & luxuriosus valde.2.Regum.3. Ego autem adhuc delicatus & vnctus rex. idest tener. Prouerb.14. Tenellus & vnigenitus coram matre mea. Ezech.17. De vertice ramo

רכים rum eius tenerū disperga. & in plu. רַכִּים Rachim. Geñ. 33.
Nosti dñe mi q̄ paruulos habeā teneros. & in ge. fe. רַכָּה
Raca. Deut. 28. Tenera in te & delicata. Esa. 47. Quia vl
tra nō vocaberis mollis & tenera. & in plu. fe. רַכּוֹת racoth
Geñ. 29. Et lia lippis erat oculis. pro quo he. le. Teneris ocu
lis. & est in hebreo generis feminini.

רָכַב Rachab. equitare. vehi. supersedere. supponere. ascen
dere. s. super iumētū vel aliud vehiculū. Geñ. 24. ascē
sis camelis secuti sunt virū, pro quo he. le. Et ascēderūt sup
camelos: & secuti sunt virū. & in eo. 41. Fecitq; eū ascēdere
sup currū. & in eo. 49. Et cadat ascēsor eius retro. Exo. 15.
Equū & ascēsorē proiecit in mare. Nu. 22. Nōne aīal tuū sū
cui semp sedere cōsueuisti. Deut. 32. Cōstituit eū sup excel
sam terrā. pro quo he. le. Ascēdere eū fecit super excelsa ter
re. Et in eo. 33. Ascensor celi auxiliator tuus. 2. Reg. 6. Et i
posuerūt arcā dei sup plaustrū nouū. Et in eo. 16. Asini do
mesticis regis vt sedeāt. 4. Reg. 13. Pone manū tuam super
arcū. Et in eo. & cū imposuisset manus suas. Nee. 2. Et iu
mentū nō erat mecū nisi animal cui sedebā. Ps. 17. & ascen
שְׂמֹל Semol.sinistra . & scribitur cū aleph ante lr̄a lamed loco vau vocali.Geñ.48.Manasem vero in sinistra sua.& in eo.Sinistrā āt sup caput manasse.2.Reg.16.A dextera & a sinistra eius.Esa.9.Et comedet ad sinistrā. & aliqñ scribitur sine aleph.2.Reg.14. Dñe mi rex neq; ad dexterā neq; ad sinistrā.& inde שְׂמָאלִי semali.i.sinister.3.Reg.6 Sil'r erexit columnā secūdā.ꝓ quo he.le.& erexit columnā sinistrā.& in hebreo est ge.mas.& in ge.fe.שְׂמָאלִית Semalith.Leuit.14.Olei vero partē mittet in manū suā sinistrā. & inde verbū הִשְׂמִל Hasmel qd̄ signāt sinistrare: si latie posset dici.i.ad sinistrā pergere.vel ad sinistrā declinare : aut vti sinistra.Geñ.13.Ego ad sinistrā pergā. 2.Paralipo.12. Vtraq; manu fundis saxa iacientes.pro quo he.le. Dextera & sinistra vtētes lapidibus.Esa.30 . Et nō declinetis nec ad dexterā nec ad sinistrā.& aliqñ scribitur sine aleph.Ezech. 21.Exacuere valde ad dexterā & ad sinistram. Item שִׂמְלָה Simla.i.palliū seu vestimentū:aut pannus.Geñ. 9. Palliū imposuerūt humeris suis.Deut.8.Vestimētū tuū quo opiebaris nequaq; vetustate defecit.& in eo.22. Expandentq; vestimētū corā senioribus.& in plu . שְׂמָלוֹת Semaloth . Geñ. 45.Singulis aūt proferri iusit binas stolas.i. binas vestes Exo.3.Vasa argentea & aurea ac vestes.

שָׁמַן Saman.impinguare.incrassare.Deut.32.Incrassatus est dilectus.& in eo. Impinguatus :incrassatus. Nee. 9.Et saturati & impinguati sunt.Esa.6.Exceca cor populi huius.Pro quo hebrei legunt. Incrassari.idest incrassatum est cor populi huius.& sic habetur in euangelio secundum mattheum capitulo.13.vbi dicitur. Incrassatum est enim cor populi huius:& auribus grauiter audierunt.Hiere.5.incrassati sunt & impiguati.& inde שָׁמֵן Samen.idest pinguis 1.Paralip.4.Inuenerūtq; pascua vbera & valde bona.Pro quo hebrei legunt.Et inuenerunt pastum pinguē & bonū. Esa.30.Eritq; vberrimus & pinguis.& in plu.שְׁמֵנִים semanim.Esa.25.Conuiuium pinguium:cōuiuium vindemie: conuiuium pinguium medulatorum.Et aliquando scribitur cum mem in principio.Nee.8.Ite comedite pinguia. ps.77.Et occidit pingues eorum.Esa.10.Mittet dominator dominus in pinguibus eius tenuitatem.& in genere feminino שְׁמֵנָה Semena.Geñ.49.Aser pinguis est panis ei⁹ Nu.13.Humus pinguis an sterilis.Nee.9. Ceperuntq; vrbes munitas & humum pinguem.& inde שֹׁמֶן somen siue מִשְׁמָן Misman.idest pinguedo siue crassitudo.Geñ.27.In pinguedine terre erit habitatio tua . ps. 108. Et caro mea mutata est propter oleum.Pro quo hebrei legunt . Et caro mea macilenta facta est: siue mutata est a pinguedine. Potest etiam significare oleum:vt infra dicetur.Esa.17.Et pinguedo carnis eius marcescet . & inde שֶׁמֶן Semem. siue שָׁמֶן Samem.idest oleum vel vnguentum.Exo.27 . Oleum de arboribus purissimum.Leuit.24. Vt offerant tibi oleum de oliuis purissimis.Prouer.27.Et oleum dextere sue euocat.Canti.primo.Oleum effusum est nomen tuum Esa.1.Nec fota oleo.Et in eodem.5.In cornu filii olei. Et in eodem.10.Computrescet iugum a facie olei. Ezech.32. Et flumina eorum quasi oleum adducam . Ponitur etiam pro oliua. Nee.8.Et afferte frondes oliue : Significat etiam vnguentum siue oleum aromaticum.Ps.132. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam barbā Aaron .Canti.1. Fragantia vnguentis optimis.Item שְׁמֹנָה Semona . idest octo.4.Regum.22. Octo annorum

erat Iosias. Ecc's. 11. Da partē septem necnō & octo. Mich. 5. Et octo primates hoim. & inde שְׁמִינִי Semini. i. octauus. Exo. 22. Die octauo red. des eū mihi. Leuit. 9. facto aūt octauo die. & in ge. fe. שְׁמִינִית Seminith. vt in titulo. ps. 11. vbi dī in fine psalmus dauid p octaua. & ide שְׁמֹנִים Semonim. i. octogita. vt Gen. 16. Octoginta & sex annorū erat abraā. Itē אַשְׁמַן Asman. i. locus caliginosus sive sepulchrū. & loco illū inenitur in nu. plu. Esa. 59. Et in caliginosis qsi mortui.

שָׁמַע Samaa. Audire. siue exaudire: acquiescere. obedire. intelligere. Gen. 3. Vocē tuā dn̄e audiui. & in eo. quia audisti vocē vxoris tue. Et in eo. 18. Quo audito sara risit post ostiū tabernaculi. pro quo he. le. Et sara audiebat post ostium tabernaculi. Et in eo. 21. Exaudiuit dn̄s vocē pueri Et in eo. 34. Quod cū audisset iacob. & in eo. 45. Auditū q̄ est & celerī sermone vulgatū in aula regis. Pro quo he. le. Et vox audita. i. rumor auditus est in domo pharaonis. Exo. 2. Audiuit gemitū eorū. & in eo. 22. Si clamauerit ad me: exaudiā eū. & in eo. 23. Nec audietur ex ore vr̄o. Nu. 12. Quod cū audisset dn̄s iratus est valde. 1. Reg. 15. Precepit itaq̄ saul populo. Pro quo he. le. Et audire fecit saul populū. i. p̄conizare fecit vt oēs cōgregarētur ad preliū. 4. Reg. 7. Siquidē dn̄s sonitū audire fecerat. 1. Paralip. 15. In nablis & citharis cōcrepātes. Pro quo he. le. Audire facientes. i. cantica & hymnos. Nec. 12. Et audita est letitia ierusalem. Ps. 57. Qui nō exaudiet vocē incantantium. ps. 129. Dn̄e exaudi vocē meā. Hiere. 23. Nolite audire verba p̄phetarū. & in eo. 51. Annūciate cōtra ea regibus Ararat. p quo he. le. audire facite. Dan̄. 8. Audiui vnū de sanctis. Signat ēt acquiescere vel obedire. Gen̄. 16. Cumq̄ ille acquiesceret. 1. Reg. 15. & nō potius vt obediatur voci dn̄i. & in eo. Melius est enim obedientia q̄ victime. Pro quo he. le. Melius est enim obedire q̄ victima. ps. 17. In auditu auris obediebant mihi. Esa. 11. Et filii amon obedientes erunt. Hiere. 35. qa obedierunt precepto patris sui. & in eo. Quia obedistis p̄cepto ionadab. Signat ēt intelligere qd̄ est idē qd̄ audire mēte & corde. Deut. 28. Cuius linguā intelligere nō possis. 3. Regū. 3. Dabis ergo seruo tuo cor docile. pro quo he. le. Cor intelligēs. Esa. 36. Loquere ad seruos tuos syra lingua: intelligim⁹ enī. & inde שֶׁמַע Semaa. siue שְׁמוּעָה Semua. i. auditio siue auditus: aut fama vel rumor. Iob. 42. Auditu auris audiui te. Esa. 23. Cum auditū fuerit in egypto: dolebūt cū audierint de tyro. Pro quo he. le. Cū auditio fuerit i egypto: dolebūt ab auditiōe vel a rumore aut a fama tyri. Et in eo. 37. Et audiet nūciū. Pro quo he. le. Et audiet auditionē siue famā vel rumorē. Et in eo. 53. quis credidit auditui nr̄o. Hiere. 51. Veniet in ānō auditio. Et in eo. & timeatis auditū qui audietur in terra. Ponitur ēt pro fama. Iof. 6. Et nomē eius vulgatū est in omni terra. i. fama eius. Hiere. 5. Audiuit rex Babylonis famā eius. & aliqn̄ scribitur cū mē in principio & dr̄ מִשְׁמָע mismaa. 2. Reg. 22. Fecitq̄ eū sibi dauid auricularīū a secretis. pro quo he. le. Et posuit eū dauid ad auditionē suā. i. vt secreta eius audiret. Esa. 11. nec scd̄m auditū auriū arguet. Ponitur ēt p obedientiā. 1. Regū. 22. Et p̄gens ad imperiū tuū. Pro quo he. le. ad obedientiā tuā. i. vt tibi obediat in omnibus que ei imperaueris. & inde הַשְׁמָעוּת Hasmacuth. i. auditio. Ezech. 24. Vt annunciet tibi. Pro quo he. le. In auditione aurium. i. vt audias que annunciabit tibi.

שֶׁמֶץ Semes. parum. paululum. pauxillum. ignominia seu infamia. Iob. 4. Suscepit auris mea venas susurri eius. pro quo he. le. Suscepit auris mea paululū seu pauxillū ex eo. & in eo. 26. Et cū vix paruā stillā sermonis eius audierim⁹. Scribitur ēt cū he in fine & dr̄ שִׁמְצָה simsa. i. ignominia seu infamia. Exo. 32. Propter ignominiam sordis.

שָׁמַר Samar. custodire. seruare. conseruare. obseruare. cauere. Gen. 2. Vt operaretur & custodiret illum. Et in eo. 3. Ad custodiendā viam ligni vite. Et in eo. 28. Et custodierit me in via. Et in eo. 37. Pater vero rem tacitus considerabat. pro quo he. le. Et pater eius cōseruabat rē seu verbū. & per talē modū loquēdi dicitur. Luce. 2. Maria aūt cōseruabat oīa vei bahec: conferens in corde suo. Deut. 4. ob seruabitis & implebitis opere. & in eo. custodi igitur temet ipsum. Et in eo. Custodite igitur aias vr̄as. Et in eo. 24. obserua diligenter ne incurras plagā lepre. 2. Reg. 22. & custodiui me ab iniquitate mea. Iob. 14. Sed parce peccatis meis. pro quo he. le. Nō custodias siue obserues sup peccatum meū. i. nō obserues mihi odiū seu vindictā. ps. 15. Cōserua me dn̄e qm̄ speraui in te. Ps. 17. Quia custodiui vias dn̄i. Ps. 85. Custodi aiam meā qm̄ sanct⁹ sum. Eccl's. 8. Ego os regis obseruo. Hiere. 31. Et custodiet eū sicut pastor gregē suū. Amos. 1. Et indignationē eius seruauerit vsq̄ in finē. Ione. 2. Qui custodiunt vanitates. Mich. 6. Et custodisti p̄cepta Amri. Signat ēt cauere. s. qn̄ est verbū passiuū prime cōiugationis impatiui modi. Exo. 19. Cauete ne ascendatis in montē. Deut. 4. Caue ne obliuiscaris pacti dn̄i dei tui Et in eo. 12. Caue ne offeras holocausta tua in oī loco. Iof. 6. Vos aūt cauete: ne de his que precepta sunt quicq̄ contingatis. Esa. 7. Vide vt sileas. Pro quo he. le. Caue & sile. i. temetipsum custodi vt sileas. & inde שׁוֹמֵר Somer. i. custos Gen. 3. Nūquid custos fratris mei ego sū. 1. Reg. 28. & ego custodē capitis mei ponam te. Esa. 21. Custos quid de nocte. & inde מִשְׁמָר mismar: siue מִשְׁמֶרֶת Mismereth. i. custodia. Gen̄. 42. Et tradidit illos custodie. Exo. 12. & obseruabitis eum. pro quo hebrei legunt. Et erit vobis in custodiā 1. Reg. 22. Mecūq̄ seruaberis. Pro quo hebrei legūt. Et eris mecum in custodiam. & est sensus sicut in littera nostra. 1. Paralip. 26. Custodiā contra custodiā. Prouer. 4. Oi custodia serua cor tuum. & in plurali מִשְׁמָרוֹת Mismaroth. Nec. 7. Et posui custodes. Pro quo hebrei legunt. Et posui custodias. Et in eodem. 13. & constitui custodias. & in eodē. Et constitui custodias sacerdotum & leuitarum. Dicitur etiam שִׁמְרָה Somra. idest custodia. ps. 104. Pone domine custodiam ori meo. & aliquando scribitur cum aleph in principio & dicitur אַשְׁמוּרָה asmura. siue אַשְׁמֹרֶת asmoreth. idest custodia. Ps. 89. Et custodia in nocte. Ponitur etiam p vigilia. Exo. 14. Iamq̄ aduenerat vigilia matutina. Iudi. 7. Incipientibus vigiliis noctis mediis. pro quo hebrei legūt In principio vigilie noctis medie. & in plurali אַשְׁמוּרוֹת asmuroth. ps. 118. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Preueniebant oculi mei vigilias. Et aliqn̄ scribitur sine aleph. ps. 76. Anticipauerunt vigilias oculi mei. Item שָׁמִיר Samir. i. adamas: aut spina vel vepres. Hie re. 17. Et in vnguine adamantino. Ezech. 3. Vt adamantē & silicem dedi faciem tuam. Zach. 7. Et cor suum posuerunt vt adamantem. Significat etiam spinam seu vepres. Esa. 5. Ascendent super eam vepres & spine. Et in eodem. 6. Vepres enim & spine erunt in vniuersa terra. Et in eodem. 7. In spinas & vepres erunt. Et in eodem. 32. Super humum populi mei spine & vepres ascendent. Itē שְׁמָרִים Semarim. idest feces. & solum inuenitur in numero plurali. Ps. 75. Veruntamen fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terre. Pro quo hebrei legunt. Veruntamen feces eius bibent. Hiere. 48. Et requieuit in fecibus suis. Soph. 1. Et visitabo super viros defixos in fecibus suis.

שֶׁמֶשׁ Semes. Sol. Gen̄. 19. sol egressus ē sup terrā. ps. 121. Per diē sol nō vret te. Eccl's. 1. Et oritur sol & occidit. Malach. 4. & orietur vobis timētibus nomē meū sol iustitie. & in lingua chaldaica dr̄ שִׁמְשָׁא Simsa. Dan̄. 6. & vsq̄ ad occasū solis laborabat vt erueret illū. & in plu. שְׁמָשׁוֹת Simsoth: & signat p̄pugnacula. Esa. 54. Et ponā iaspidē p̄pugnacula tua. Item שַׁמֵּשׁ Sammes. in lingua chaldaica signat ministrare. Dan̄. 7. Millia millium ministrabant ei.

שֵׁן Sen. dens. ebur. coccinū. Exo. 21. dentē pro dēte. & i eo. Dēte si excusserit. Prouer. 25. Dēs putrid⁹ & pes lapsus & in plu. שִׁנַּיִם Sinnaim. Gen̄. 49. Et dentes eius lacte cādidiores. Canti. 4. Dētes tui sicut greges tōsarū. & qn̄ iūgitur cum dictione שָׁלֹשׁ Salos: que signat tres: tūc ābe dictiones signant instrm̄ ferreū qd̄ tridēs appellatur. 1. Reg. 2. & hēbat fuscinula tridētē in manu sua. Accipitur ēt pro rupe vel scopulo acuto i pte supiori. 1. Reg. 14. Eminētes petre ex vtraq̄ pte: & quasi in modū dentiū scopuli hinc inde p̄rupti. Iob. 39. In p̄ruptis silicib⁹ cōmoratur atq̄ inaccessis rupibus. Signat ēt p̄dicta dictio ebur qd̄ est dens elephātis. 3. Reg. 10. Thronū de ebore grādē. Cāti. 5. venter eius eburneus. Ezech. 27. Dētes eburneos & hebeninos. Signat ēt coccinū seu colorē rubeū. & tūc scribitur cū iod in fine & dr̄ שָׁנִי sani. vt Gen̄. 38. in q̄ obstetrix ligauit coccinū. Exo. 39. purpura cocoq̄ bis tincto. Iof. 2. Funiculū iste coccineū. Cāti. 4. sicut vitta coccinea labia tua. & aliqn̄ scribitur cū mē in fine: & dr̄ שָׁנִים sanim. Esa. 1. Si fuerit pctā vr̄a vt coccinū. Prouer. 30. Oēs. n. domestici eius vestiti sunt duplicib⁹. pro quo he. le. Oīs. n. dom⁹ eius vestita est coccino. q̄ si pro שָׁנִים Sanim legatur שְׁנַיִם Senaim: tūc significat duo vel duplicia sicut est in littera nostra.

שָׁנַן Sanan. acuere. narrare. cōfabulari. recitare. seu repetere. Deut. 32. Si acuero vt fulgur gladiū meū. ps. 44. sagitte tue acute. ps. 139. acuerūt linguas suas sicut serpentes. ps. 72. Et renes mei cōmutati sunt. pro quo he. le. Et renes mei acuūtur siue acuti sunt. pōt ēt deriuari a dictiōe שָׁנָה sana q̄ signat mutare siue commutare. sicut est in lr̄a nr̄a. Sed btūs hiero. i ps. iuxta he. ve. trāstulit. renes mei velut ignis fumigās. Qd̄ ēt pōt intelligi scd̄m lr̄am hebraicā. nā ponitur ibi dictio אֶשְׁתוֹנָן Esthonā. & pōt esse dictio cōposita ab אֵשׁ Es: qd̄ signat ignē: & אִתְתְּנַן ethenan q̄ in lingua chaldaica signat fumū siue fumigās. Signat ēt p̄dicta dictio narrare siue confabulari. Deut. 6. Et narrabis ea filiis tuis. & inde שְׁנִינָה Senina. idest narratio seu fabula. Deut. 28. Et eris p̄ ditus in parabolam ac fabulam.

שָׂנֵא Sana. odire. odiū habere. Gen̄. 26. Ad hoiem quē odistis. Et in eo. 29. Vidēs aūt dn̄s q̄ despiceretur lia. p quo he. le. Videns aūt dn̄s q̄ odiosa esset lia. & in eo. 37. Oderāt eū: nec poterāt ei quicq̄ pacifice loqui. & i eo. quē cā maioris odii seminariū fuit. pro quo he. le. & addiderūt amplius odire eū. Exo. 18. & qui oderint auaritiā. Nu. 10. & fugient qui oderūt te a facie tua. Deut. 1. Odit nos dn̄s. & i eo. 16. Que odit dn̄s de⁹ tu⁹. & in eo. 19. Si quis āt odio hn̄s p̄ximū. & in eo. 21. Si habuerit hō duas vxores: vnā dilectā & alterā odiosam. ps. 43. & odiētes me dispdidisti. ps. 138. Nōne qui oderunt te dn̄e oderā. Prouer. 8. Timor dei odit malū. & in eo. 14. Etiā p̄ximo suo paup odiosus est. & ide שִׂנְאָה Sinaa. i. odiū. 2. Reg. 13. vt maius esset odiū quo oderat eā. ps. 25. & odio iniquo oderūt me. & inde שׂוֹנֵא Sone i. odiēs sine inimicus. Exo. 23. Si videris asinū odiētis te iacere sub onere. Prouer. 26. Labiis suis intelligitur inimic⁹ & in plu. שֹׂנְאִים Sonim. 2. Reg. 5. odiētes aiam dauid. Esa. 66. Dixerunt fratres vestri odientes vos. & aliqn̄ scribitur cum mem in principio. ps. 43. Et odientes nos disperdidisti. Ps. 89. Inimici domini mentiti sunt ei.

שִׁנְאָן Sinan. abūdās. ps. 67. Multiplex millia letantiū. p quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. Millia abundantium. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat certū ordinem celestis hierarchie.

שְׁנָב Senab. cācellus. & scribitur cū aleph in pricipio & dicitur אֶשְׁנָב Esnab. Prouer. 7. per cancellos prospexi iuuenem. In alio vero loco beatus hieronymus transtulit cenaculum. Iudi. 5. Et de cenaculo loquebatur.

שָׁנָה Sana. mutare. cōmutare. iterare. vel secūdare. 1. Reg. 21. Et mutauit os suum. 3. Reg. 14. Surge & cōmuta habitum. Hiere. 52. Et mutauit vestimēta carceris eius. Malach. 3. Ego dn̄s non mutor. & aliqn̄ scribitur cū aleph loco he. 4. Reg. 25. Et mutauit vestes eius. Eccl's. 8. Et potētissimus faciē illius cōmutabit. & inde שׁוֹנִים Sonim. i. mutantes siue mutati. & ponitur pro detractoribus qui mutāt verba aliorū vt detrahant. Prouer. 24. Et detractoribus ne cōmiscearis. & in ge. fe. שֹׁנוֹת Sonoth. i. mutate sine diuerse. Ester. 3. Nouis vtens legibus. Pro quo he. le. Et leges eorū sunt mutate siue diuerse ab omni populo. i. a legibus oim populorū. & inde שְׁנוֹת Senoth. i. mutatio. ps. 76. Mutatio dextere excelsi. Pōt ēt signare annos vt isra dicetur. signat ēt predicta dictio שָׁנָה Sana iterare vel secundare. i. secūdo idem facere. Gen̄. 41. Quod aūt vidisti secūdo ad eandē rē pertinēs somniū. Pro quo he. le. Et quia iteratū vel secūdatum est somnium pharaoni. 1. Reg. 26. Et secundo opus non erit. Pro quo he. le. Et nō secundabo ei. i. non inferam ei secundā plagā: quia vna tantū interficiam eū. 2. Reg. 20. nec secundo vulnus apposuit. 3. Reg. 18. Etiam secundo hoc facite: qui cū fecissent secūdo. Pro quo he. le. Et dixit reiterate: & reiterauerūt. Nec. 13. Si secūdo hoc feceritis manū mittam in vos. & inde שֵׁנִי Seni. i. secūdus: siue alter. Gen̄. 1. Et factū est vespere & mane dies secundus. Iudi. 6. Et alterum taurum septē annorū. Et in plu. שְׁנִיִּים Seniim. vt Gen̄. 6. Cenacula & tristega facies in ea. Pro quo he. le. Secūdos & tertios facies in ea. i. cenacula secunda & tertia: & in ge. fe. שֵׁנִית Senith. Iof. 19. Et egressa est sors secunda filiorū beniamin. Nec. 3. Mensurā secūdā cōtra ascensum firmissimi anguli. Reperitur ēt seni pro שֵׁנִית Senith. Vt in eodē Vbi dicitur Annon filius selo sextus mensurā secūdā. Ponitur ēt aduerbialiter. i. secūdo. Gen̄. 22. vocauitq̄ abraā angelus dn̄i secūdo. Iof. 5. Et circumcide secundo filios israel. Ester. 2. Atq̄ inde in secūdas edes ducebantur. pro quo he. le. Ipsa reuertebatur ad domū mulierū secūdo. & ide מִשְׁנֶה Misne. i. secūdus. vel secūda. aut duplex. Deut. 17. describet sibi deuteronomiū legis hui⁹. i. secūdā legē. Nam deuteronomiū grece idē est quod secunda lex latine. 4. Regū. 22. Et precepit rex elchie pontifici & sacerdotibus secundi ordinis. 2. Paralip. 34. Que habitabat in ierusalem in secunda. Ester. 10. Quō mardocheus iudaici generis secundus a Rege asuero fuerit. Signat ēt duplicē. Gen̄. 43. Et pecuniam duplicem ferte vobiscum. Et in eodem. Tulerunt ergo viri munera & pecuniā duplicē. Deut. 15. Quia iuxta mercedē mercenarii sex annis seruiuit tibi. pro quo he. le. q̄si duplici mercede mercenarii seruiuit tibi sex annis. Esa. 61. In terra sua duplicia possederunt. Hiere. 17. Et duplici cōtritione contere eos. & inde מִשְׁנִים Misnim. Pro quo beatus hieronymus transtulit vestes. 1. Reg. 15. Et optimis gregibus ouium & armentorum & vestib⁹. & aliqui hebrei dicūt q̄ signat arietes duorū annorū. & inde שְׁנַיִם Senaim. i. duo. bini. ābo. vterq̄. Gen̄. 7. de aiantib⁹ imūdis duo & duo Et in eo. 25. Due gentes in vtero tuo: & duo ppl'i de ventre tuo diuidentur. Exo. 34. p̄cide tibi duas tabulas lapideas

4.Reg.4.Vt tollat duos filios meos. Sigñat ēt binos siue bina.Geñ.6.Bina induces in arcā.& in eo.Bina de oībus ingredientur.Et qñ cōponitur cū ꝓnoie plurali:sigñat vterq̄ siue ambo.Geñ.2.Erat autē vterq̄ nudus.Nu.25.Et perfodit ambos simul.Iob.9.Et ponere manū suā in ambob9.& inde שְׁנַיִם Sanim.i.duplices vel duplicia.Prouer.31.Oēs enī domestici eius vestiti sunt duplicib9. Hebrei vero dicūt q̄ sigñat coccinū. De quo vide supra in dictione שֵׁן Sen.& in genere feminino שְׁתַּיִם Sethaim siue שְׁתֵּי Sethe.i.due. Geñ.32.Tulit duas vxores suas.1.Reg.1.& habuit duas vxores.Hiere.2.Duo eni mala fecit populus meus. & qñ iungitur cū dictione עָשָׂר Asar q̄ sigñat decē:tunc dr̄ שְׁנֵים עָשָׂר Senem asar siue שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה Sethemesre. & ambe dictiões significant duodecim.Geñ.14.Duodecim enī annis seruierāt cordolaomor.& in eo.35.Erāt aūt filii iacob duodecim. Item שָׁנָה Sana.i.annus.Geñ.26.Inuenit in ipso āno cētuplū.Leuit.25.Donec vnus cōpleatur ānus. Nu.14.Dies ꝓ anno.Et qñ post se regit genitiuum:tūc scribitur cum thau in fine loco he.Leuit.25.Vsq̄ ad ānum iubilei opabitur tecū.Dañ.1.fuit aūt daniel vsq̄ ad annū primū cyri regis psarum.& in plu.שָׁנִים sanim siue שְׁנֵי Sene.i.āni. Geñ.23.Vixit aūt sara cētum viginti septē annis. & in eo.29.Seruiuit iacob pro rachel septē ānis.& in eo.41.Septē vbertatis āni sunt.Abach.3.In medio annorum viuifica eum.Reperitur etiam שְׁנוֹת Senoth secundum terminationem pluralem femininorum.ps.89.Annis quibus vidimus mala. Et in eodem.Dies annorū nr̄orum:in ipsis septuaginta annis.& in numero duali dr̄ שְׁנָתַיִם sanathaim.i.duo anni.siue bieniū Geñ.41.Post duos ānos vidit pharao somniū.& in eo.45. Bieniū est enī q̄ cepit fames in terra. & a p̄dicta dictione dicunt aliqui hebrei ꝓ deriuatur שָׁנִי Sani:qđ sigñat coccinū. De quo vide supra in dictione שֵׁן Sen.

שֶׁנְהַבִּים Senhabim.dētes elephātorū.& est dictio cōposita a שֵׁן Sen.q̄ sigñat dentē & הָבִּים Habim elepātes.3.Reg.10.Et dentes elephantorū & simias & pauones.

שָׁנַס Sanas.accingere.3.Reg.18.Accinctisq̄ lūbis currebat āte achab.Pro quo he.le.& accingit lumbos suos & currebat ante achab.& solum inuenitur in predicto loco.

שָׁסַס Sasas.diripere.deuastare.depredari.& scribitur cū simplici samach & cū puncto dagues ꝓpter defectū alteri9 samach.ps.88.Et diripuerunt eū oēs trāseuntes viā. Zach.14.Et vastabuntur domus. Vide etiā de hoc in dictione sequenti.Et inde מְשִׁסָּה Mesissa.i.direptio vl̄ deuastatio. Esa.42.Quis dedit in direptionem iacob.

שָׁסָה Sasa.diripe.deuastare.dep̄dari:sicut dictio p̄cedēs. 1.Reg.23.Et diripiūt areas.ps.43.Et q oderunt nos diripuerunt sibi.Esa.17.Hec est pars eorū qui vastauerunt nos.Hiere.50.Diripiētes hereditatē meā.& aliqñ scribitur cū aleph in medio loco vau vocali.Hiere.30.Et oēs qui te vastant:vastabuntur.ꝓ quo he.le.Et erūt qui te vastāt in vastationē siue in direptionē. & aliqñ scribitur cū sin loco samach.Esa.10.Et principes eorum depredatus sum.

שָׁסַע Sasaa.diuidere.findere.dilacerare.decerpere.cōfringere.Leuit.1.Cōfringetq̄ ascellas eius.ꝓ quo he.le. Et diuidet siue scindet eum in alis suis. & in eo.11. Oē qđ habet diuisā vngulā & ruminat.& in eo.Et sus qui cū vngulā diuidat nō ruminat.Deut.14.Omne aīal qđ in duasptes findit vngulā.Iudi.14.Dilacerauit leonē q̄si hedū in frustra decerpet.1.Reg.24.& cōfregit dauid viros suos sermōib9.

שִׁסֵּף Sasaph.in frustra cōcidere.1.Reg.15. Et in frustra cōcidit eū samuel.& solum inuenitur in predicto loco.

שָׁעָה Saa respicere.aspicere.aīaduertere.meditari.confidere.inclinari:seu declinare.excecare. siue caligare.dimittere.remittere.recedere.Geñ.4.& respexit dñs ad abel & ad munera eius:ad cain aūt & ad munera illi9 nō respexit Exo.5.Et nō acquiescāt verbis mēdacibus.ꝓ quo he.le. Et nō aspiciāt siue nō aīaduertāt verba mēdacii.Esa.41. Et loq̄mur & videamus simul.i.aspiciam9.Sigñat ēt meditari.p̄s. 118.Et meditabor in iustificationibus tuis semp.Ponitur ēt ꝓ cōfidere.Esa.31.Et nō sunt cōfisi sup sanctū israel.Sigñat etiā inclinare siue declinare.Esa.17.In die illa inclinabitur homo ad factorē suū: & nō inclinabitur ad altaria q̄ fecerūt manus ei9.Pōt ēt legi scđm primā significationē.in die illa aspiciet homo seu aīaduertet ad factorē suū.& in eo.41.Ne declines quia ego de9 tu9. hebrei tñ dicūt q̄ in p̄dicto loco sigñat formidare vl̄ timere.Ponitur ēt per antiphrasin ꝓ excecare vel oculos claudere aut caligare. Esa.6.Et oculos ei9 claude.& in eo.32. Et nō caligabūt oculi videtiū. Vide etiā de hoc supra in dictiōe שׁוֹעַ Soaa.sigñat ēt p̄dicta dictio dimittere vel remittere aut recedere ab aliquo. Iob.10.Dimitte me vt plāgā paululū dolorē meū.p̄s.39.Remitte mihi vt refrigerer.Iob.14.Recede ergo paululū ab eo.Esa.22.Recedite a me:amare flebo.& aliqñ duplicatur lr̄a sin & littera ain: & tūc sigñat meditari siue delectari. p̄s.118.In iustificationib9 tuis meditabor.De q̄ vide īfra in dictiōe שִׁעֲשַׁע Saasaa.Itē שָׁעָה Saa. seu שַׁעֲתָא saatha ī lingua chaldaica sigñat horā.vt Dañ.3.Eadē hora mittetur in fornacē ignis.& ī eo. 4.Cepit intra se tacitus cogitare quasi vna hora.

שַׁעֲטָה Saata.calcatio siue cōculcatio:scđm hebreos.Beat9 hiero.trāstulit pōpā.Hiere.47.A strepitu pōpe armorū & bellatorū ei9.ꝓ quo he.le.A sonitu calcatiōis vl̄ cōculcatiōis vngularū fortiū ei9.& solū iuenitur ī p̄dicto loco.

שַׁעַטְנֵז Saatnez. vestis seu pānus ex lana & lino cōtextus Deut.22. Vestimento quod ex lana & lino contextum est.& solum inuenitur in predicto loco.

שֹׁעַל Saal.pugillus seu pugn9.Esa.40.Quis mēsus est pugillo aq̄s.& in plu.שְׁעָלִים Sealim.3.Reg.20.Si suffecerit puluis samarie pugillis oīs ppl̄i qui seqtur me.Ezech. 13.Et violabant me ad populū meū ꝓpter pugillos ordei. Item שׁוּעָל Sual.i.vulpes.Nee.3.Si ascenderit vulpes trāsiliet murū eorum.& in plu.שׁוּעָלִים Sualim.Canti.2.Capite nobis vulpes paruas que demoliuntur vineas.Itē מִשְׁעוֹל Misool.i.semita angusta.Nu.22.Stetit angelus in angustis duarum maceriarum quibus vinee cingebantur.i.angusta semita duarum maceriarum.

שָׁעַן Saan.recūbere.inniti.apodiari.fulcire.seu sustētare. Nu.21.Et recūberet ī finib9 moabitarū.4.Reg.4.Illo innitēte sup manū meā.2.Paralipo.13.Eo qđ sperassent in dño deo patrū suorū.i.nixi esset ī dño. Iob.8.Innitetur sup domū suā.Prouer.3.Ne innitaris prudētie tue.Esa.10. Nō adiiciet residuū israel & hi qui fugerint de domo iacob inniti sup eū qui pcutit eos:sed innitentur sup dñm sanctū israel.& in eo.50. Et innitatur sup dñm deum suū. Et inde מִשְׁעָן Misaan. siue מַשְׁעֵן Maseen.i.fulcimētū siue sustētaculū aut sustētatio.p̄s.17.Et factus est dominus ꝓtector meus. Pro quo beeatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit.Et factus est dñs firmamentum meum.i.sustentaculum seu fulcimentum. Ponitur etiā pro valido & forti aut pro robore. Esa.3 Validum & fortē:omne robur panis & omne robur aque.i.sustentaculū vel sustentatio aut fulcimētum. & aliqñ scribitur cum he vel thau in fine.& ponitur etiā pro baculo in quo homo sustentatur & cui innititur.vt Exo.21. Et ambulauerit foris super baculum suum.Esa.36. Ecce confidis super baculum arundineum confractum.

שְׂעִף Saiph.cogitatio.& solum iuenitur in numero plurali.scilicet שְׂעִפִּים Seipim.Iob.4.In horrore visionis

nocturne. pro quo he.legunt. In cogitationibus de visionibus noctis.Et in eodem.20. Idcirco cogitationes mee varie succedunt sibi.& aliquando scribitur cū littera samach loco sin de quo vide supra in dictione סְעִף Saiph.

שָׁעַר Saar.existimare.cōiectare.Prouer.23.Quia in similitudinem coniectoris & harioli extimat qđ ignorat Pro quo hebrei legunt.Quia sicut existimat vel cōiectatur in anima sua sic est.& inde שְׁעָרִים Searim. idest extimationes.Geñ.26.Et inuenit in ipso anno centuplum. Pro quo hebrei legunt.Et inuenit in ipso anno centum extimationes.idest centuplum q̄z extimauerat.lxx. vero centuplum ordei transtulerunt. Vnde beatus hieronymus in hebraicis questionibus super hoc loco sic ait. Licet in aliena terra seminauerit isaac: tamē non puto q̄ tāta ei fertilitas ordei fuerit.vnde melius puto illud esse quod habetur in hebreo & aquila quoq̄ transtulit & inuenit in anno illo centuplū extimatum.licet enim eisdem litteris & extimatio scribatur & ordeum: tamen extimationes שְׁעָרִים Searim leguntur.ordea vero.שְׂעֹרִים Seorim.Hec hieronymus.Item שַׁעֲרוּרָה Saarura.idest horribile siue turpitudo. Hiere.5. Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Pro quo hebrei legunt.Stupor & horribile.i.res horrenda fuit in terra. Et in eo.23. Et in prophetis ierusalem vidi similitudinem adulterantium.pro quo hebrei legunt.Vidi turpitudinem adulterii.Et aliquando scribitur cum iod in fine & dicitur שַׁעֲרוּרִיָּה Saaruria.Osee.6.In domo israel vidi horrenda. & aliquando mutatur he in tau.& dicitur שַׁעֲרוּרִית Saarurith.Hiere.18.Quis audiuit talia horribilia que fecit virgo israel. Vide etiam de hoc in dictione sequenti.& inde שֹׁעָרִים Soarim.idest horribiles vel abomiabiles. Pro quo beatus hieronymus transtulit malas.Hiere.29.Et ponam eos quasi ficus malas: que comedi non possunt. Item שַׁעַר Saar.idest porta.siue ianua.Geñ.23.Et possidebit semē tuum portā inimicorum tuorum.Et in eodem.28. Non est hic aliud nisi domus dei & porta celi.Deut.25.perget mulier ad portam ciuitatis.4.Regum.7.Iuxta introitum porte.& in plurali שְׁעָרִים Searim.idest porte siue ianue.Deut. 14.Et repones intra ianuas tuas.p̄s.86. Diligit dominus porta sion.Naum.3.Pandentur porte terre tue. Ponitur etiam pro vrbibus.Deut.28.Donec disperdat & conterat ī cunctis vrbibus tuis.& inde שֹׁעֵר Soer.idest ianitor.2.Reg. 18.Et vociferans in culmine ait.pro quo hebrei legunt. & clamans speculator ad ianitorē ait.& in plurali שֹׁעֲרִים soarim.2.Paralipo.8.Et ianitores in diuisiōibus suis per portam & portam.

שָׂעַר Saar.metuere.formidare.horrere.tempestatē fieri tempestate moueri:vel quasi tempestas commouere siue tempestate rapi.Deut.32.Quos non coluerunt patres vestri.Pro quo hebrei legunt.Quos non timuerūt siue formidauerunt patres vestri.Hiere.2.Et porte eius desolamini vehementer. Pro quo hebrei legunt. Et horrescite: desolamini vehementer.Sed si pro שַׂעֲרוּ Saaru legatur שְׁעָרָיו searau.tunc significat portas eius sicut est in littera nostra. Ezech.32.Et reges eorum horrore nimio formidabunt super te. Significat etiam tempestātē fieri: vel tempestate cōmoueri:siue tempestate rapi.p̄s.49.Et in circuitu ei9 tempestas valida.Ps.57.Sicut viuentes:sic in ira absorbet eos. Pro quo beatus hiero.in ps.iuxta he.ve.transtulit.Quasi viuentes quasi ira:tempestas rapiet eos.Dañ.11.Et quasi tempestas veniet contra eum rex aquilonis.idest quasi tempestas commouebitur contra eū.& inde שַׂעַר Saar siue שְׂעָרָה Seara.idest horror siue tempestas.Iob.18.Et primos inuasit horror. Naum.1.Dominus in turbine & tempestate via eius. Vide etiam de hoc supra in dictione סַעַר Saar. Item שָׂעִיר Seir.idest hedus aut hircus.Geñ.37. Et in sanguine hedi quem occiderant tinxerūt.Leuit.4. Hircū de capris immaculatum.& in genere femenino שְׂעִירָה Seira.idest capra.Vt in eodem.Offeret capram immaculatam.& in plurali שְׂעִירִים Seirim.Leuit.16.Duos hircos stare faciet cōram domino.Item שֵׂעָר Sear.idest pilus seu capillus aut pilosus.vel hispidus.Leuit.13. Et pilos versos in candorem. Et in eodem.Quod si pilus coloris est pristini. Et in eodē. Et capillus sui coloris est.Iudi.16.Iamq̄ capilli eius renasci ceperant.4.Regum.1.Vir pilosus.Pro quo hebrei legunt.vir habens pilos.p̄s.67.Verticem capilli. Canti.6. Capilli tui sicut grex caprārum.scribitur etiam cum he vel tau in fine.Iudi.20.Vt capillum quoq̄ possint percutere. Iob.4.Inhorruerunt pili capitis mei.& in aliquibus locis predictis ponitur singulare pro plurali.& in plurali dicitur שְׂעָרוֹת Searoth.p̄s.38.Multiplicati sunt super capillos capitis mei.& inde שָׂעִיר Sair.siue שֵׂעָר sear.idest hirsutus vl̄ pilosus aut hispidus.Geñ.25.Et totus in morē pellis hispidus.Et in eodem.27.Nosti q̄ esau frater meus homo pilosus sit.Esa.34.Pilosus clamabit alter ad alterum. & in plurali שְׂעִירִים Seirim.Esa.13.Et pilosi saltabunt ibi.Accipitur etiam pro demonibus.Leuit.17.Et nequaq̄ vltra immolabunt hostias suas demonibus. & in plurali feminino שְׂעִירֹת Seiroth.idest pilose.Geñ.27.Quia pilose manus similitudinem maioris expresserant.Item שְׂעִירִים seirim. idest gutte siue stille pluuie.& solum inuenitur in numero plurali.Deut.32.Quasi imber super herbam:& quasi stille super gramina.Item שְׂעֹרָה Seora.idest ordeum. Exo.9.linum ergo & ordeum lesum est:eo quod ordeum esset virēs Declinatur etiam pluraliter שְׂעֹרִים Seorim.4.Regum.7 Duo modii ordei statere vno.

שִׁעֲשַׁע Saasaa.delectari.blandiri.p̄s.93. Cōsolatiōes tue letificauerunt animam meam.Pro quo beatus hiero.in ps.iuxta he.ve.transtulit.Consolationes tue delectabunt animam meam.p̄s.118. In iustificationibus tuis meditabor.Pro quo hebrei legūt.In preceptis tuis delectabor Esa.11.Et delectabitur infans ab vbere.Et in eodem.66. & super genua blandietur vobis. & inde שַׁעֲשׁוּעִים Saasuim. idest delectationes siue blanditie.Et solum inuenitur in numero plurali:& ponitur plurale pro singulari.p̄s.118. Nisi q̄ lex tua meditatio mea est.Pro quo btūs hiero. in ps.iuxta he.ve.transtulit.nisi q̄ lex tua delectatio mea est.Et in eodem.Mandata tua meditatio mea est.Pro quo beatus hieronymus in predicto psalterio transtulit. mandata tua voluptas mea est.Prouer.8.Et delectabar per singulos dies. Pro quo hebrei legunt.Et eram delectationes siue blanditie per singulos dies.idest delectabar siue blandiebar p singulos dies.Hiere.31.Si puer delicatus.vbi ponitur pro delicato.idest puer cui blanditur.

שְׁפִיפֹן Sephiphon.Cerastes serpentis genus.Geñ.49. Cerastes in semita.

שָׁפָה Sapha.nudare.eleuare.festinare.Iob.33. Et ossa que tecta fuerunt nudabuntur.Hebrei tamen dicunt q̄ significat eleuare.vnde in predicto loco ipsi legunt.Et eleuabuntur ossa eius que non videbantur.idest ossa que erāt tecta carne & non videbantur:eleuabuntur:cum sint nudata carnibus propter nimiam maciem. Alii vero dicunt q̄ significat conterere: sicut dictio שׁוּף Suph. De qua supra dictum est.& inde נִשְׁפֶּה Nisphe.idest excelsum vel eleuatū. Esa.13.Super montem caliginosum leuate signum. ꝓ quo hebrei legunt.Super montem excelsum leuate signū. potest etiā deriuari a dictione נֶשֶׁף Neseph.que sigñat caligi

nem: de quo supra dictum est in littera nũ. & inde שְׂעִירִים Sephaim. vel שְׁפִים Sephaim. i. colles vel mõtes excelsi. Esa. 41. Aperiã in supinis collibus flumina. i. in excelsis collib⁹ vel in excelsis mõtibus. Ponitur etiã pro viis. Hiere. 4. Ventus vrẽs in viis que sunt in deserto. Item שֶׁפִי Sephi. i. velociter seu festinanter. Nu. 23. Cũq; abisset velociter. Sed in translatione chaldaica habetur. Cũq; abisset solus. Item שְׁפוֹת Sephoth. i. pingues pluralis numeri fe. ge. 2. Reg. 17. oues & pingues vitulos. Et aliqui hebrei dicũt φ significat caseos. vnde in translatione chaldaica sic habetur. & caseos lactis de vaccis siue de armentis.

שָׂפָה Sapha. labium. ora. ripa. seu littus. Geñ. 11. Erat autẽ terra labii vnius. Iob. 12. Cõmutans labium veraciũ. Prouer. 12. Labium enim veritatis firmũ erit in perpetuũ. Soph. 3. Tũc reddã pp̃lis labiũ electum. & in plu. שְׂפָתַיִם Sephathaim. siue שִׂפְתוֹת Siphthoth. Exo. 3. Presertim cũ sim incircuncisus labiis. 1. Reg. 1. Tantum labia eius mouebãtur. Prouer. 4. Et detrahẽtia labia sint pcul a te. & in eo. 14. Labia sapiẽtũ custodiunt eos. Cãti. 5. Labia ei⁹ lilia distillãtia. Accipitur et שָׂפָה Sapha. pro ora vel extremitate. Exo. 26. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius. & in eo. 28. In cuius medio supra erit capicium & ora per gyrũ. 3. Reg. 7. A labio vsq; ad labium rotundum in circuitu. 2. Paralip. 4. Labium illius: quasi labium calicis. i. ora vel sũmitas. Significat etiã ripã vel littus. Geñ. 45. In ipa ãnis ripa. Exo. 14. Et viderunt egyptios mortuos super littus maris.

שִׁפְחָה Siphcha. ãcilla. familia: seu cognatio. Geñ. 16. Sed habẽs ancillã egyptiã noĩe agar. 4. Reg. 4. Nõ habeo ancilla tua quicq; in domo mea. ps. 122. Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue. & in plu. שְׁפָחוֹת Sephachoth. Geñ. 24. Argentum & aurum seruos & ancillas. Ioel. 2. Sed sup seruos & ancillas meas effundã spũm meum. Item מִשְׁפָּחָה Mispacha. i. cognatio: seu familia. Geñ. 24. De cognatione mea & domo pr̃is mei. Leuit. 25. Vnusquisq; rediet ad familiã pristinã. Deut. 29. Familia aut tribus. Hiere. 8. Qui residui fuerint de cognatione hac. Amos. 3. Et super omnẽ cognationẽ quã eduxit de terra egypti. Zach. 14. Quod si familia egypti nõ ascẽderit. i. gens vel populus. Et in plu. מִשְׁפָּחוֹת Mispachoth. Nu. 1. Per generationes & familias ac domos suas. Ios. 7. Accedet per cognationes suas. Amos 3. Tãtum vos cognoui ex oĩbus cognationibus terre. Significat etiã puincias. Hiere. 10. Et super puincias que nomen tuũ non inuocauerunt. Ponitur etiã pro genere. Geñ. 8. Secundum genus suũ egressa sunt de arca. Hiere. 15. Et visitabo super eos quattuor canes ad lacerãdum & volatilia celi & bestias terre ad deuorandum & dissipãdum. Pro quo he. le. Et visitabo super eos quattuor genera dicit dñs: gladium ad occidẽdum: & canes ad lacerãdum: & volatilia celi & bestias terre ad manducandum & dissipandum.

שָׂפַח Saphach. decaluare. Esa. 3. Decaluabit domin⁹ verticẽ filiarum sion. De quo vide supra in littera samach in dictione. ספח Saphach.

שָׁפַט Saphat. iudicare. Geñ. 19. Nunquid vt iudices. & in eo. 16. Iudicet dñs inter me & te. Exo. 18. Qui iudicent populum oĩ tẽpore. Deut. 1. Quod iustum est iudicate. Iudi. 4. Que iudicabat populũ in illo tẽpore. 1. Reg. 8. Cõstitue nobis regem vt iudicet nos. 2. Reg. 18. Iudicauit eni pro te dñs hodie. 3. Reg. 3. Iudiciũ quod iudicasset rex: & in de verbum passiuũ quod signat iudicari vel iudicio contendere. ps. 18. Cũ iudicatus fuerit exeat condẽnatus. Esa. 43. Iudicemur simul. Hiere. 2. Iudicio contendã aduersum te. Ezech. 20. Sicut iudicio contendi aduersus pr̃es vr̃os. Et inde שֹׁפֵט Sophet. i. iudex. Exo. 2. Quis cõstituit te pricipẽ & iudicẽ sup nos. Et aliqñ scribitur cum mẽ in principio. Iob 9. Et iudicẽ meũ deprecabor. & in plu. שֹׁפְטִים Soptim. Deut. 16. Iudices & magistros constitues. Et inde מִשְׁפָּט Mispat. i. iudicium siue ius aut decretum. ordo. consuetudo. ritus. exemplar. aut figura. Geñ. 18. Nequaq; facies hoc iudicium. Leuit. 19. Nolite facere aliquid iniquum in iudicio. Deut. 18. Hoc erit iudicium sacerdotum a populo. Et in eo. 27. Maledictus qui peruertit iudicium. 1. Reg. 8. Et predicis ius regis. & in eo. Hoc erit ius regis. ps. 1. Propterea non resurgũt impii in iudicio. Esa. 1. Querite iudiciũ. Hiere. 46. Castigabo te i iudicio. & in eo. 48. Hucusq; iudiciũ moab. Significat etiã decretum siue cõstitutum aut ordinẽ. 1. Reg. 22. Hec fecit dauid: & hoc erat decretum illi. 3. Reg. 4. Iuxta constitutum sibi. & in eo. 5. Perfecta est domus in oĩ opere suo & vniuersis vtensilibus suis. Pro quo he. le. Et perfecta ẽ domus in oĩbus rebus suis: & in oĩbus ordinibus vel cõstitutis suis. Hiere. 10. Et tẽplum iuxta ordinẽ suũ. significat et consuetudinẽ vel ritum. Geñ. 40. Iuxta officium tuũ sicut ante facere consueueras. Pro quo he. le. Iuxta cõsuetudinẽ primã quando eras pincerna eius. Ios. 6. Circuierunt vrbẽ sicut dispositum erat. i. sicut consuetum erat aliis diebus. 1. Paralipo. 24. Vt luceret iuxta ritum. Ponitur etiã pro exẽplari vel figura. Exo. 26. Eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in monte mõstratum est. 4. Reg. 1. Cuius figura & habitus est vir. & in plu. מִשְׁפָּטִים Mispatim. i. iudicia. Exo. 21. Hec sunt iudicia. ps. 17. Qm̃ oĩa iudicia eius in cõspectu meo. Et aliqñ scribitur sine mẽ & dr̃ שְׁפוֹט Sephot 2. Paralipo. 20. Si irruerint super nos mala: gladius: iudiciũ. Et in plu. שְׁפָטִים Sephatim. aut שְׁפוּטִים Sephutim. Nu. 33. Nã in diis eorum exercuerat vltionẽ. Pro quo he. le. Et in diis eorum fecit dñs iudicia. Ezech. 14. Quod si quattuor iudicia mea pessima. & in eo. 23. Et iudicia perpetrauerunt in ea. & in eodem. 28. Cum fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis.

שָׁפַךְ Saphach. fundere. effundere. Geñ. 9. Quicunq; effuderit humanum sanguinẽ: fundetur sanguis illi⁹. Leuit. 14. Et spargi puluerẽ rasure extra vrbẽ. Pro quo he. le. Et effundant puluerem. Deut. 21. Manus nr̃e non effuderunt sanguinẽ hunc. 3. Reg. 2. Et amouebis sanguinẽ innocentẽ qui effusus est a ioab. & in eo. 13. Et effundetur cinis. & in eo. 21. Sanguinẽ innocentem fundit. ps. 21. Sicut aqua effusus sum. ps. 60. Effundite corã eo corda vr̃a. ps. 62. Pene effusi sunt gressus mei. Et in titulo psalmi. 101. Vbi dicitur. Et coram dño effudit precẽ suã. Hiere. 6. Effunde sup paruulos foris. & in eo. Et fundite circa ierusalẽ aggerẽ. & in eo. 11. Effunde indignationẽ tuã super gentes que non cognouerunt te. Threñ. 2. Cum exalarent animas suas in sinu matrum suarum. Pro quo he. le. Cum effunderetur aie sue. & in eo. 4. Dispersi sunt lapides sanctuarii. i. effusi sunt Ezech. 16. Quia effusum est es tuum. & in eodem. 21. vt cõportet aggerẽ. Pro quo he. le. Vt effundat aggerẽ. i. fundat terrã & lapides vt fiat agger ad expugnandã ciuitatẽ. & in eodem. 26. Et cõportabit aggerẽ in gyro. Ioel. 2. Effundã spũm meũ sup omnẽ carnẽ. Soph. 1. Et effundetur sanguis eorum sicut humus. & inde שֶׁפֶךְ Sephech. i. effusio vel locus vbi aliquid effunditur. Leuit. 4. In loco effusorum cinerum. & inde שָׁפְכָה Sophcha. i. effusorium: & accipitur p veretro quo vrina effunditur. Deut. 23. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis & abscisso veretro in ecclesiam domini.

שָׁפֵל Saphal. humiliare. deprimere. demittere. 1. Reg. 2. Humiliat & subleuat. Iob. 22. Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria. ps. 17. Et oculos superborum humiliabis. ps. 74. Hunc humiliat: & hunc exaltat. Esa. 2. Oculi sublimiũ hoĩm humiliabuntur. & in eo. Et super omnẽ arrogantẽ & humiliabitur. & in eo. Et humiliabitur altitudo virorum. & in eo. 29. Et humiliaberis: de terra loqueris. & in eo. 32. Et humilitate hũiliatur ciuitas. & in eo. 57. Et humiliata ẽ vsq; ad inferos. Hiere. 13. Humiliamini sedete in terra. Et inde שִׁפְלוּת Siphluth siue שֵׁפֶל Sephal. i. humilitas. Eccl's. 10. Et in firmitate manuũ perstillabit domus. Pro quo he. le. Et in humilitate manuũ pstillabit domus. i. in demissione vel remissiõe manuũ. Et i eo. In humilitate vocis molentis. Et inde שָׁפָל Saphel. i. humilis. Leuit. 13. Qui cũ viderit locũ lepre humiliorẽ carne reliqua. 2. Reg. 6. Et ero humilis in oculis meis. Esa. 57. Et cũ contrito & humili spũ. Ezech. 17. Exaltaui lignũ humile. & in plu. שְׁפָלִים Sephalim. Esa. 57. Et viuificet spũm humilium. & in ge. fe. שְׁפֵלָה Sephela. Leuit. 13. Nec humilior carne reliqua. Ezech. 17. Creuit in vineam latiorẽ humilẽ statura. & in eo. 21. Nõne hec est: que humilẽ subleuauit. Signat etiã terrã humilem. i. planam atq; cãpestrem. Deut. 1. Et humiliora loca cõtra meridiem. Ios. 11. Et planiciem & occidentalẽ plagã montesq; israel & cãpestria eius. 2. Paralipo. 1. Quasi sycomoros que nascuntur in campestribus.

שָׂפָם Sapham. os. bucca. Leuit. 13. Caput nudum: os veste contectum. 2. Reg. 19. Et intõsa barba. Pro quo he. le. Non fecit os siue buccã suã. i. nõ totõdit barbam circa os vel buccam suã in signum tristitie. quod solum tondebatur in illo tẽpore. Ezech. 24. Neq; amictu ora velabis.

שָׁפָן Saphan. cirogrillus: aut cuniculus. Leuit. 11. Cirogrillus qui ruminat. Et in plu. שְׁפַנִּים Sephanim. ps. 103. Petra refugium herinaciis. Pro quo he. le. Petre refugium siue protectio cuniculis vel cirogrillis.

שֶׁפַע Sephaa. inundatio. globus. impetus. Deut. 33. Quia inundationem maris quasi lac suggent. & aliqñ scribitur cũ thau in fine & dr̃ שִׁפְעַת Siphaath. 4. Reg. 9. Vidit globum iehu venientis: & ait video ego globum. Iob. 38. Impetus aquarum operiet te. & dicunt hebrei φ etiã significat abundantiam seu multitudinem.

שָׂפַק Saphac. sufficere. plaudere. siue cõplodere. s. manib⁹ 3. Reg. 20. Si suffecerit puluis samarie. Esa. 2. Et pueris alienis adheserunt. p quo he. le. Suffecerũt sibi. De quo vide etiã supra in dictione ילד Ialad. Et inde שֵׂפֶק Sephec. i. sufficientia: aut saturitas. Iob. 20. Cum saturatus fuerit arctabitur. Pro quo he. le. Cum impleta fuerit sufficiẽtia eius arctabitur. Significat etiam predicta dictio plaudere vel cõplodere. s. manibus. Iob. 27. Stringet super eũ manus suas. Pro quo he. le. Plaudet sup eum manibus suis. Et inde שֵׂפֶק Saphec. i. complosio vel percussio. Beatus hiero. transtulit oppressionem. Iob. 36. Nõ te ergo superet ira vt aliquẽ opprimas. Pro quo he. le. Ne forte seducat te ira in percussiõe vel in oppressione. i. vt aliquem percutias vel opprimas sicut est in littera nostra.

שָׁפַר Saphar. ornare. pulchrũ seu speciosum esse. Iob. 26. Spiritus eius ornauit celos. ps. 15. Etenim hereditas mea preclara est mihi. Pro quo btũs hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Et hereditas speciosissima mea est. Et inde שֶׁפֶר Sapher. i. pulchritudo. Geñ. 49. Danseloquia pulchritudinis. Et inde שַׁפִּיר Sapir. φ in lingua chaldaica significat pulchrum siue decorum. Dañ. 4. Folia ei⁹ pulcherrima. & etiã predicta dictio in lingua chaldaica significat placere vel cõplacere. Dañ. 4. Placuit ergo mihi predicare eius signa. Et in eo. Consilium meum placeat tibi. Item שׁוֹפָר sophar. i. buccina siue tuba cornea. Exo. 19. Et sonitus buccine paulatim crescebat. & in eo. 20. Cunctus autẽ populus videbat voces & lampades & sonitum buccine. ps. 4. Et dñs in voce tube. ps. 97. In tubis ductilib⁹ & voce tube cornee. Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuã. Et in plu. שׁוֹפָרוֹת sopharoth Ios. 6. Sacerdotes tollẽt septem buccinas. & i eo. Et sacerdotes clangent buccinis. Item אֶשְׁפָּר Aspar. per additionem aleph in principio. i. frustum carnis secundũ hebreos. Pro quo beatus hiero. transtulit assaturam bubali carnis: ab אש es φ significat igñe & פר Par. i. bos seu bubalus. 2. Reg. 6. & partitus est vniuerse multitudini israel tã viri φ mulieri singulis colliridam pãnis vnã & assaturã bubali carnis vnã. Item שַׁפְרִיר saphrir. i. solium. Hiere. 43. Et statuet solium suũ super eos. & aliqui hebrei dicunt φ significat tẽtorium seu papilionem.

שְׁפַרְפָּרָה Sepharphera. in lĩgua chaldaica signat dilucu lũ seu aurorã. Dañ. 6. Primo diluculo cõsurgẽs.

שָׁפַת Saphath. ponere. reponere. ordinare. ps. 21. Et i puluerem mortis deduxisti me. Pro quo he. le. Posuisti vel reposuisti me. Ezech. 24. Pone ollam: pone inquã. Esa. 26. Dñe dabis pacem nobis. Pro quo he. le. Dñe ordinabis pacẽ nobis. Et inde שְׁפַתַּיִם sephathaim. i. termini. ps. 67. Si dormieritis inter medios cleros. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Si dormieritis inter medios terminos. Et aliqui hebrei dicunt φ significat tripodes super quas olle ponuntur ad coquendas carnes. Scribitur etiã cũ mẽ in principio: & dr̃ מִשְׁפְּתַיִם Mispethaim. Geñ. 49. Accubans inter terminos. ponitur etiã p labiis. Ezech. 40. Et labia earũ palme vnius reflexa intrinsecus. Sed etiã in predicto loco hebrei legunt tripodes. nã pro labiis scribitur cum pũcto cebolet. De quo dictũ est supra in dictiõe שָׂפָה sapha.

שְׁצָא Sasa. in lingua chaldaica significat consumare vel cõplere. vt Esd. 6. & cõpleuerunt domũ istam.

שֶׁצֶף Seseph. momentũ. Esa. 54. In mometo indignationis abscondi faciem meam a te. Et solum inuenitur in predicto loco.

שַׂק Sac. cilicium. saccus. Geñ. 37. Indutus est cilicio. & in eo. 42. Aperto: vnus sacco vt daret pabulum iumentis 4. Reg. 19. Et opertus est sacco. Iob. 16. Saccum cõsui super cutem meã. ps. 29. Cõscidisti saccum meum. Esa. 3. Et pro fascia pectorali cilicium. & in eo. 20. Solue saccũ de lumbis tuis. Et in plu. שַׂקִּים sacim. 2. Reg. 3. Et accingimini saccis. 3. Reg. 20. Ponamus itaq; saccos in lumbis nostris.

שָׁקַק Sacac. rugire. discurrere: siue ambulare. collidere. Prouer. 28. Leo rugiẽs & vrsus esuriens. Esa. 33. Velut cũ fosse plene fuerint de eo. p quo he. le. Sicut deambulatio in fossis vel in cisternis: deambulabunt vel discurrent in ea. Ioel. 2. Vrbẽ ingredientur. i. per vrbẽ discurrẽt vel deambulabũt. Et aliqñ duplicatur littera sin. Naũ. 2. Quadrige collise sunt in plateis. Et inde מֶשֶׁק Mesec. i. procurator vel dispensator domus: eo quod discurrit huc & illuc. Geñ. 15. Et filius procuratoris domus mee.

שָׁקַד Sacad. vigilare. continuare. Esd. 8. Vigilate & custodite donec appendatis coram principibus sacerdotum ps. 101. Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. ps. 126. Frustra vigilat qui custodit eã. Prouer. 8. Et qui vigilat ad fores meas. Esa. 29. Succisi sunt omnes qui vigilabãt super iniquitatẽ. Hiere. 1. Quia vigilabo ego super verbo meo. & in eo. 5. Pardus vigilans super ciuitates eorum. & in eo. 31. Et sicut vigilaui super eos vt euellerem & demolirer & dissiparem & disperderẽ & affligerẽ: sic vigilabo super eos vt edifice & plantẽ. Dañ. 9. Vigilauit dñs super malicia. Item שָׁקֵד saced. i. amygdalus. & accipitur tã pro arbore φ pro fructu. Eccl's. 12. Et florebit amygdalus. Hiere. 1. Virgã vigilantẽ ego video. Pro quo he. le. Virgã seu bacu-

lum amygdali.i.baculum amygdalinū vel nuceum ego vi
deo. Vnde beatus hieronymus in explanationib⁹ super pre
dicto loco sic ait. Pro virga vigilante. lxx. baculum nuceum
transtulerunt. Laborandum igitur nobis est vt breuiter he
breā etymologiā latinus lector intelligat. שָׁקֵד Saced nux
dicitur. Vigil aūt seu vigilare appellatur שֹׁקֵד Soced. vnde
& in posterioribus pardus vigilans hoc noīe appellatur. ab
eo igitur quod dr̄ nux ꝓpter verbi similitudinē ad vigilis
intelligentiā nomen allusit. pro baculo nuceo virgā vigilā
tē aquila & symmachus: theodotiō vero amygdalinā trāstu
lerit. hec hieronymus. Et in plu: שְׁקֵדִים Secedim.i.amyg
dale. Gen̄.43. Modicum resine & mellis & storacis stactes
& terebinthi & amygdalarum. Nu.17. Qui foliis dilatatis
in amygdalas deformati sūt. & inde מְשֻׁקָּדִים Masucadim.
i.in modum amygdale. vel nucis facti. Exo.25. Tres scyphi
quasi in nucis modum per calamos singulos.

שָׁקַד Sacad. vigilare. sicut dictio precedēs. Thren̄.1. Vigila
uit iugum iniquitatū mearum. Hebrei tamen dicunt
ꝙ significat continuare vel iungere.

שָׁקָה Saca. potum dare. propinare. adaquare. irrigare. re
dundare. nutrire. Gen̄.24. Et camelis tuis dabo pō
tum. & in eo. Et dedit ei potum. & in eo.29. Date ante potū
ouib⁹. & in eo. Et adaquato grege osculatus est eā. Pro quo
he. le. Et adaquauit oues labā fratris mr̄is sue: & osculat⁹ est
iacob rachel. ps̄.77. Et adaquauit eos velut in abysso. Abach.
2. Ve qui potū dat amico suo. Signat etiā irrigare. Iob.21.
medulis ossa illi⁹ irrigātur. ps̄.64. Visitasti terrā & inebria
sti eā.i. irrigasti eam. Ioel.3. Et irrigabit torrentē spinarū.
Ponitur etiā pro redundare. Ioel.3. Et redundabūt torcula
ria vino & oleo. Ponitur etiā pro nutrire. Ezech.45. Et de
his que nutrit israel in sacrificium. Et inde שִׁקּוּי Sicui.i.po
tus: vel poculum: aut irrigatio. ps̄.101. Et poculum meū cū
fletu miscebam. Osee.2. Oleum meū & potū meū. Prouer.
3. Et irrigatio ossium tuorum. Et inde מַשְׁקֶה Masce.i. potū
dans vel pincerna: aut potus vel poculum. Gen̄.40. Acci
dit vt peccarēt duo eunuchi pincerna regis egypti & pistor
Et in eo. Recordatus est inter epulas magistri pincernarū.
& in eo. Restituitq; alterū in locum suū: vt porrigeret ei po
culum. Leuit.11. Et omne liquēs quod bibitur.i. omnis po
tus qui bibitur. Esa.32. Et potum sitienti aufert. Et inde
שֹׁקֶת Soceth.i. pila seu canalis vbi iumēta adaquātur. Gen̄.
24. Effundensq; hydriā in canalibus. Quod in hebreo le
gitur singulariter. s. in canali aut pila. Et in plu. שִׁקֲתוֹת Sica
thoth. Vt in eodem.30. Posuitq; eas in canalibus vbi aqua
effundebatur.

שָׁקַט Sacat. qescere. silere. mitigare. pflare. Ios.11. Quie
uitq; terra a preliis. Iudi.5. Quieuitq; terra quadra
ginta annis. & in eo.18. Iuxta consuetudinē sidoniorū secu
rum atq; quietum. Iob.3. Nōne silui nōne quieui. & in eo.
34. Ipso autē concedēte pacē: quis est qui condēnet. ꝓ quo
תמן Theman. auster. siue meridies. De quo vide supra in dictione ימן Iamin. Item תַּמָּן Thaman. in lingua chaldaica est aduerbium loci & significat ibi siue illic.

תמר Thamar. palma arbor. Cant. 7. statura tua similata est palme. Ioel. 1. Malogranatum & palma & malū. dr̄ ēt תֹּמֶר thómer. Iudi. 4. Et sedebat sub palma que noie illius vocabatur. Hiere. 10. In similitudinē palme fabricate sunt. & in plu. תְּמָרִים themarim. siue תִּמֹּרִים thimorim: Nu. 33. Duodecim fontes & septuaginta palme. 3. Regū. 6. Et sculpsit in eis figuras cherubim & palmarum. & in eo. Et operuit tam cherubim q; palmas. Ezech. 40. Ān frōtes pictura erat palmarū. & inde תִּימְרוֹת Thimaroth. i. eleuationes fumi in modū palme. pro quo btūs hiero. trāstulit virgulā. seu vaporem. Canti. 3. Sicut virgula fumi. pro quo he. le. Sicut eleuationes fumi. Ioelis. 2. Et dabo prodigia i celo & in terra: sanguinē & ignē & vaporem fumi.

תנן Thanin. coluber. draco. Exo. 4. Et versa est in colubrū & in eo. 7. Et vertatur in colubrū. ps. 90. & cōculcabis leonē & draconē. Hiere. 51. Absorbuit me quasi draco. & aliqn̄ scribitur cū mē in fine loco nun. Ezech. 29. Draco magne qui cubas in medio fluminū tuorum. & in plu. תַּנִּינִים Thaninim. Exo. 7. Que verse sunt in dracones. Ponitur et pro cete. Gen. 1. & creauit deus cete grādia. & aliqn̄ ponitur תַּנִּים thanim pro תַּנִּינִים thaninim. Hiere. 10. Habitaculū draconum. Ponitur etiam pro lamiis. Thren. 4. Sed & lamie nudauerunt māmam.

תנה Thana. Munera dare. seu mercede conducere. narrare lamentari. Osee. 8. Munera dederunt amatoribus. & in eo. Sed & cū mercede conduxerūt natiōes. & inde אֶתְנָה Ethna. i. merces seu donū. Osee. 2. Mercedes he mee sunt. scribitur ēt cū nū in fine loco he & dr̄ אֶתְנַן Ethnan. Deut. 23. Nō offeres mercedē prostibuli. Esa. 24. Et reducet eā ad mercedes suas. Mich. 1. Et oēs mercedes ei⁹ cōburētur. Signat ēt predicta dictio narrare siue lamētari aut plangere. Iudi. 5. Ibi narrentur iustitie dñi. & in eo. 11. vt plangāt filiā iepte galaaditis dieb⁹ quattuor. Itē תִּנְיָן thinian. in lingua chaldaica significat secundum. & inde תִּנְיָנוּת thinianuth. idest secundo aduerbialiter siue iterum. Dan. 2. Responderunt secundo atq; dixerunt.

תנך Thenuch. Summitas siue extremum auris. Exo. 29. & super extremum auricule dextere.

תנר Thanur. clibanus. furnus. Leuit. 10. Siue cliban⁹ siue chytropodes destructur. & in plu. תַּנּוּרִים thanuri. Exo. 8. & in furnos tuos & in reliquias ciborum tuorum.

תעב Thaab. abominari. detestari. Deut. 23. Non abominaberis idumeū. 1. Paralip. 21. Eo q; inuitus exequeretur regis imperiū. pro quo he. le. quia abominabile vel detestabile erat verbū regis apud ioab. Iob. 9. Abominabuntur me vestimēta mea. & in eo. quātomagis abominabilis & inutilis hō. & in eo. 19. abominati sunt me quōdā cōsiliarii mei. ps. 106. oēm escā abominata est aia eorū. Esa. 14. Tu vero pciectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis. p quo he. le. quasi stirps abominabilis. & in eo. 49. ad cōtēptibilē aiam & abominatā gentem. Amos. 5. Et loquentē perfecte abominati sunt. Mich. 3. qui abominamini iudicium. & inde תּוֹעֵבָה thoeba. i. abominatio vel detestatio. Gen. 43. Illicitū est enim egyptiis comedere cū hebreis. p quo he. le. abominatio est ei egyptiis comedere cū hebreis. & i eo. 43. quia detestabantur egyptii oēs pastores ouiū. pro quo he. le. quia abominatio vel detestatio est egyptiis ois pastor ouiū. Prouer. 3. Abominatio dñi ois illusor. Et i eo. 16. Abominatio dñi ois arrogās. Esa. 1. Incensum abominatio est mihi. Ponitur ēt pro idolo. Deu. 7. Neq; inferes quicq; ex idolo in domum tuam. & in plurali תּוֹעֵבוֹת thoeboth Deut. 32. In abominationibus ad iracundiam concitauerunt eū. Ezech. 8. Videbis abominationes maiores.

תעה Thaa. Errare. aberrare. decipere. conterere. Gen. 21. que cū abiisset errabat in solitudine bersabee. & in eo. 37. Inuenitq; eum vir errantē in agro. Iob. 15. Non credet frustra errore deceptus. Ps. 118. Errauī sicut ouis q; periit. Esa. 19. Et errare fecerūt egyptū in oī ope suo: sicut errat ebrius & vomens. & in eo. 21. Emarcuit cor meū. p quo he. le. Errauit siue aberrauit cor meū. Et in eo. 28. Verū hi quoq; pre vino nescierūt. pro quo he. le. pre vino errauerūt. Ezech. 44. Cū errarent filii israel a me. & inde verbū tertie cōiugationis. quod significat facere errare. i. decipere aut seducere. 2. Paralipo. 33. Igitur manases seduxit iudam & habitatores ierusalem. idest errare fecit. Prouer. 10. qui autem odit increpationem errat. pro quo he. le. Errare

facit. Esa. 3. Ipsi te deceperũt. Hiere. 42. quia decepistis aĩas vr̃as. Osee. 4. Sp̃us eĩ fornicatiõis decepit eos. ponitur ẽt p̃ cõterere. Iob. 4. Et dẽtes catulorũ leonũ contriti sunt. i. euulsi sunt a suo loco: sicut ille qui recedit a suo loco dĩ aberrare. & inde תְּעִי thoa. i. error siue fraus. Esa. 32. & loquatur ad dominum fraudulenter. & inde מַתְעָה Mathee. i. error. Esa. 30. Et frenũ erroris quod erat in maxillis populorũ.

תַּעַר Thaar. nouacula. scalpellus. i. acut⁹ sicut nouacula. vagina. Nu. 6. Nouacula nõ transibit sup caput eius. Et in eo. 8. Radãt oẽs pilos carnis sue. Pro quo he. le. & traũre faciat nouaculã sup oẽm carnẽ suã. ps. 51. Sicut nouacula acuta fecisti dolũ. Hiere. 36. Scindit illud scalpello scribe. i. cultello acuto sicut nouacula. Ezech. 5. Sume tibi gladiũ acutũ radẽtẽ pilos. pro quo he. le. Sume tibi gladiũ acutum nouaculã tonsorũ. i. acutũ sicut nouacula tonsorũ. Signãt ẽt vaginã. 2. Reg. 20. & desup accinct⁹ gladio depẽdẽte vsq; ad ilia in vagina. Hiere. 47. Ingredere in vaginã tuam.

תַּעְתֻּעַ Thaathea. illudere. Geñ. 27. timeo ne putet sibi me voluisse illudere. 2. Paralip. 36. Illudebãt prophetis. Et inde תַּעְתֻּעִים Thaathuim. i. illusiones. pro quo beatus hieronymus transtulit risu dignum. Hiere. 10. Et opus risu dignũ. Et in eo. 51. vana sunt & risu digna.

תֹּף Thoph. tympanũ. De quo vide in dictione sequenti.

תָּפַף Thaphaph. tympanizare. i. tympano concrepare siue tympão psonare. ps. 77. In medio iuuencularum tympanistriarũ. Naũ. 2. murmurãtes in cordib⁹ suis. p̃ quo he. le. tympanizãtes. i. q̃si tympanũ cõcrepãtes: aut tremẽtes sicut tympanũ cũ manu pcutitur. & inde תֹּף thoph. i. tympanũ. Exo. 15. Sũpsit ergo maria pphetissa tympanũ. Iob. 21 Tenẽt tympanũ & citharã. & in plu. תֻּפִּים thupim. Exo. 15 Cũ tympanis & choris. Hiere. 31. Adhuc ornaberis tympanis tuis. Ezech. 28. Opus decoris tui & foramina tua. Pro quo he. le. Opus tympanorũ tuorũ & foramina tua. & ponũtur foramina p̃ organis q̃ sũt pforata. potest etiam deriuari a dictione יָפָה Iapha que significat pulchritudinẽ vel decorem sicut est in littera nostra.

תַּפּוּחַ Thapũach. malus. i. arbor. aut pomũ. Canti. 2. Sicut malus inter ligna siluarũ. & in eo. 8. Sub arbore malo suscitaui te. Ioel. 1. & malus & oĩa ligna siluarũ aruerũt. & in plu. תַּפּוּחִים thapuchim. Canti. 2. Stipate me malis.

תָּפֵל Thaphel. insulsũ. intẽ patũ. absq; tẽperamẽto. stultum vel stulticia. Iob. 6. Aut poterit comedi insulsũ qđ nõ est sale cõditũ. põitur ẽt p̃ luto absq; paleis siue absq; tẽperamẽto. Ezech. 13. Illi ãt liniebãt eũ luto absq; paleis. & in eo. Destruã parietẽ quẽ linistis absq; tẽperamẽto. signãt ẽt stultũ siue stultitiã aut fatuitatẽ. Threñ. 2. prophete tui viderũt tibi falsa & stulta. & aliq̃ scribitur cũ he in fine & dicitur תִּפְלָה thiphla. Iob. 1. Nec stultũ quid cõtra deũ locutus est. Hiere. 23. & in pphetis samarie vidi fatuitatẽ signãt etiã defectũ seu vanũ. Iob. 24. Et de⁹ inultũ abire nõ patitur. Pro quo he. le. Et deus non ponit defectum seu vanũ. i. in vanum. & beatus hieronymus transtulit sensum.

תָּפַר thaphar. cõsuere. Geñ. 3. cõsuerũt folia fic⁹. iob. 16. saccũ cõsui sup cutẽ meã. Eccl's. 3. tp̃s scindendi & tp̃s cõsuẽdi. Ezech. 13. Ve qui cõsuũt puluillos sub omni cubito.

תָּפַשׂ Thaphas. apphẽdere. cõphẽdere. capere. tenere. coo perire. Geñ. 4. pater canẽtiũ in cithara & organo. p̃ quo he. le. pater oĩs apphẽdẽtis siue tenẽtis citharã & organũ. & in eo. 39. Et illa apphẽsa lacinia vestimẽti ei⁹ diceret p̃ quo he. le. Et apphẽdit eũ in vestimento suo dicens. & in eo. 31. Diuidesq; ex equo pdã inter eos qui pugnauerũt. p̃ quo he. le. Et diuides predã iter apphẽdẽtes pugnã. Deut. 9. proieci tabulas de manib⁹ meis. p̃ quo he. le. & apphẽdi duas tabulas: & proieci eas de duabus manibus meis. & in eo. 21. apphẽdẽt eũ & adducẽt ad seniores. & in eo. 22. & apphẽdẽs cõcubuerit cũ ea. 4. Reg. 7. Capiem⁹ eos viuos. Et in eo. 10. Cõprehẽdite eos viuos: Et in eo. 14. & apphẽdit petrã in plio. ps. 9. Cõprehendũtur in cõsiliis qb⁹ cogitãt. Prouer. 30. Stellio manib⁹ nitũtur. pro quo he. le. Manib⁹ cõprehẽditur siue apphẽditur. Hiere. 51. Et vada poccupata sunt. p̃ quo he. le. Et vada capta sunt. siue cõprehẽsa sunt Ezech. 12. & capietur in sagena mea. & in eo. 21. Ipse aũt recordabiur iniquitatis ad capiendũ. & in eo. 21. Manu capiemini. Abach. 2. Ecce iste coopertus est auro & argento.

תֹּפֶת Thopheth. Locus ĩ quo idolatre lustrabãt filios suos trãsferẽtes eos p̃ ignẽ idolo moloch. 4. Reg. 23. Cõtaminauit quoq; thopheth q̃ est in cõualle filii henõ: vt nemo cõsecraret filiũ suũ ac filiã p̃ ignẽ moloch. & scđm hebreos signãt ẽt ignẽ infernalẽ. Esa. 30. Preparata est enim ab heri thopheth. & dicũt aliqui he. qđ signãt infernũ: Ponitur ẽt pro exẽplo. Iob. 17. Et exẽplũ sũ corã eis. & dicũt aliq̃ hebrei q̃ in predicto loco deriuatur a dictiõe תֹּף thoph que signãt tympanũ. vñ in p̃dicto loco ipsi legũt. & tympanũ añ siue quõdã erã. i. letus & gaudẽs. & in lingua chaldaica signãt principẽ siue p̃fectũ. vt Daũ. 3. & p̃fectos omnesq; principẽs regni. vbi pro prefectis ponitur תִּפְתָּיֵא thiphtha ie in plurali. Vnde in predicto loco potest legi. & princeps siue prefectus ante siue quondam eram.

תְּקֵל Thecel. In lingua chaldaica signãt appẽdere vel ponderare. Daũ. 5. Thecel: appensus es in statera.

תָּקַן Thacan. corrigere. cõponere. restituere. Eccl's. 1. Peruersi difficile corriguntur. Et in eo. 7. Nemo põt corrigere quẽ ille despexerit. & in eo. 12. Composuitq; parabolas multas. Daũ. 4. Et in regno meo restitutus sum.

תָּקַע Thacaa. clãgere. cõcrepare. i. tubis vl' buccinis. figere defigere. suspendere. pugnare. plaudere. cõplodere. proiicere. Nu. 10. Et si semel clangueris. & in eo. Cũq; icrepueris tubis. Ios. 6. Sacerdotes clãgẽt buccinis. & ĩ eo. Oĩsq; populus p̃cederet armati exercitus. pro quo he. le. Et armatus. i. populus ibat añ sacerdotes clãgẽtes tubis. 1. Reg. 13. Saul cecinit buccina in oĩ terra. i. clãgere iussit. Esa. 18. & clãgorẽ tube audietis. p̃ quo he. le. & cũ clanget tuba: audietis. & inde תֵּקַע Thecaa. i. clãgor. Ps. 150. Laudate eũ ĩ sono tube. pro quo btũs hiero. in ps. iuxta he. ve. trãstulit. Laudate eũ in clãgore buccine. & inde תְּקוֹעַ Thecua. i. tuba q̃ clangitur. Ezech. 7. Canite tuba vt preparẽtur oẽs. vbi ponitur verbũ & nomẽ ab eo deriuatũ. Est ẽt תְּקוֹעַ Thecua nomẽ propriũ loci. 2. Reg. 14. Misit thecuã & tulit inde mulierẽ sapiẽtẽ. Hiere. 6. Et in thecua clangite tuba. signãt ẽt predicta dictio affigere vel ifigere aut defigere. Geñ. 31. Iacob fixerat in mõte tabernaculũ. pro quo he. le. Et iacob fixerat in mõte tabernaculũ. & in eo. i mõte galaad fixit tẽtoriũ. Iudi. 3. Infixitq; eũ in vẽtrẽ eius. & in eo. 4. Defixitq; in cerebrũ vsq; ad terrã. 1. Reg. 31. Corpus vero eius suspẽderũt in muro bethsã. p̃ q̃ he. le. & corpus ei⁹ affixerũt in muro bethsan. Prouer. 16. Defixisti apud extraneũ manum tuã. & in eo. 11. Qui cauet laqueos: securus erit. pro quo he. le. Et qui odit defixiões: secur⁹ erit. i. qui cauet defigere manũ: & vadẽ se offerre pro alio. vñ p̃mittitur. affligetur malo qui fidẽ facit pro extraneo. Et in eo. 22. Noli eẽ cũ his qui defigũt manus suas & vades se offerunt pro debitis. Esa. 22. Et figã illũ paxillũ in loco fideli. Ponitur ẽt pro pugnare. i. manu pliũ cõmittere. Iob. 7. Et cuius vis manus pugnet cõtra me. Sed ẽt in p̃dicto loco he. le. quis est q̃ manui mee defigatur. i. qui vadẽ se offerat pro me. signãt ẽt plaudere vel cõplodere. Ps. 46. Oẽs gẽtes plaudite manib⁹. Naũ. 3.

Cõpresserunt manũ sup te. i. cõploserũt manu. põitur ẽt p̃ proiicere. Exo. 10. arreptã locustã proiecit in mare rubrũ.

תָּקַף Thacaph. rob orare. pualere. cõfortare. cõfirmar. valare. Iob. 14. Roborasti eũ paululũ. Eccl's. 4. Et si qs preualuerit cõtra vnũ: duo resistent ei. & inde תֹּקֶף Thaciph. siue תַּקִּיפָא thacipha. i. fortis vel solidum. Eccl's. 6. Et nõ possit cõtra fortiorẽ se in iudicio cõtẽdere. Daũ. 2. Ex parte regni erit solidũ. & inde תֹּקֶף thõceph. i. fortitudo vel firmitas. Ester. 10. Cuius fortitudo & imperiũ & dignitas. & in lingua chaldaica dicitur תָּקְפָּא thocpa. Daũ. 2. fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi.

תַּרְגֵּם Thirgem. Interpretari. Edre. 4. Et legebatur sermone syro. Pro quo he. le. Et interpretatũ erat sermone syro. & inde interpres dicitur תּוּרְגְּמָן Thurgeman. & interpretatio dicitur תַּרְגּוּם Thargum.

תִּרְזָה Thirza. Ilex. Esa. 44. Tulit ilicem. & aliqui hebrei dicunt & significat pinum.

תְּרֵי There. siue תַּרְתֵּין tharthea. in lingua chaldaica signãt duo seu binos. Daũ. 5. Annos natus sexaginta duos.

תֹּרֶן Thõren. Malus. i. nauis. Esa. 30. Quasi malus nauis in vertice montis. Et in eo. 33. Sic erit malus tu⁹. Ezech. 27. Vt facerent tibi malum.

תְּרַע Theraa. siue תַּרְעָא tharaa. in lingua chaldaica signãt portam seu fores: aut ostium. Daũ. 2. Ipse aũt daniel erat in foribus regis. & in eo. 3. Tunc accessit nabuchodonosor ad ostiũ fornacis. & inde תָּרְעָתִים thiraathim. i. ostiarii seu ianitores. 1. Paralip. 2. Canẽtes atq; resonantes. Pro quo aliqui he. le. Ianitores atq; resonantes. i. cantores. Pro quo in hebreo habetur תִּרְעָתִים שִׁמְעָתִים Thiraathim simaathim. & dicũt aliqui hebrei q̃ sunt nomina propria quarũ dã cognationũ hoĩm. Potest etiam deriuari a dictione רוּעַ Rõa. que significat tuba clangere vel canere. & tunc significabit canentes. sicut est in littera nostra.

תְּרָף Thãraph. idolũ. simulachrũ. siue statua. & solum inuenitur in nu plur. i. תְּרָפִים Theraphim. Geñ. 31. & rachel furata est idola patris sui. & in eo. Abscõdit idola. Iudi. 7. fecit ephod & theraphim. i. vestẽ sacerdotalẽ & idola. Et ĩ eo. 18. Et tulit ephod & idola. 1. Reg. 18. Tulit aũt michol statuam. Osee. 3. Et sine ephod & sine theraphim.

תַּרְשִׁישׁ Tharsis. Lapis preciosus. pro quo beatus hiero. trãstulit chrysolithum. Exo. 28. Chrysolithus & onyx. De quo vide supra in dictione רַשַׁשׁ rasas.

תֵּשַׁע Thesaa. nouem. Deut. 3. Nouem cubitos in longitudine. Et est in fe. ge. fe. & in ge. mas. scribitur cum he vel tau in fine & dĩ תִּשְׁעָה Thisaa. Ios. 13. Nouem tribubus & dimidie tribui manasses. & inde תְּשִׁיעִי Thesii. i. nonus. Nu. 7. Die nono princeps filiorum beniamin. & in ge. fe. תְּשִׁיעִית Thesiith. Leuit. 25. Comedetis veteres fruges vsq; ad nonum annum. & in hebreo est generis feminini. & inde תִּשְׁעִים Thisiim. i. nonaginta. Geñ. 17. postq̃ vero nonaginta & nouem annorum esse ceperat.

Explicit vocabularium hebraicum totius veteris testamenti cum oĩbus dictiõibus chaldaicis in codẽ veteri testamẽto cõtentis: nouiter ipressũ in hac preclarissima Cõplutensi vniuersitate. De mandato ac sũptibus Reuerẽdissimi in xp̃o patris & dñi: dñi. F. Francisci Ximenez de Cisneros tituli Sãcte Balbine sacro sancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis Hispanie Archiepiscopi Toletani & hispaniarum primatis: ac regnorum castelle Archicancellarii. Industria & solertia honorabilis viri Arnaldi Guilielmi de Brocario artis impressorie Magistri. Anno Domini Millesimo quingentesimo decimo quinto. mensis Marcii die decima septima.

Incipiũt interpretationes hebraicorum: chaldeorum: grecorumq; nominum: veteris ac noui teſtamenti ſecundum ordinem alphabeti.

De incipiẽtibus a littera. A.

Aron. Mõs ſiue mõtanus: aut docẽs: ſiue cõcipiens. אהרן
Aaronite. Idem. plu. nu.
Aaſbai. Confidens in me: vel frater circundans: aut ex hebreo & ſyro frater ſenectutis. אחסבי
Aaſtari. Curſor: vel veredarius: ſiue feſtinatio turturis: aut feſtinatio exploratoris: ſiue frater qui explorat: vel ex ſyro & hebreo prĩceps turturis: vel princeps exploratiõis. אחשתרי
Abba. Pater. ſyrum eſt.
Abachuc. Luctator: ſiue amplexans. חבקוק
Abadon. Exterminans: vel perditio.
Abana. Lapideus: vel edificatio: ſiue pater obſecro nũc. אבנה
Abani. Filius: vel edificatio: ſiue intelligẽs. Heb. Bani. בני
Abarim. Tranſitus. p. n. ſiue trãſeuntes: aut furores: vel pregnantes: aut ſyriace frumenta. עברים
Abaron. Idem. ſ. n. D.
Abda. Seru⁹: aut ſeruit⁹: vel ex hebreo & ſyro nubes iſta. עבדא
Abdai. Seruus: aut ſeruitus: vel nubes abundans. עבדי
Abdam. Cupiditas: aut calor iudicii. heb. amdan. חמדן
Abdehel. Seruus dei. עבדיאל
Abdehel. Geñ. 25. & 1. Paralip. 1. vapor vł nubes apud deũ vel cum deo: ſiue contriſtari faciens deus. Heb. adbehel. אדבאל
Abdemelech. Seruus regis: vel ſeruus conſilii. עבדמלך
Abdenago. Seruus claritatis: vel ſeruus anxius עבדנגו
Abdi. Seruus: aut ſeruitus: vel nubes abundans. עבדי
Abdias. Seruus domini. עבדיה
Abdiel. Seruus dei: aut nubes abundantie dei. עבדיאל
Abdon. Seruus: aut nubes iudicii. עבדון
Abel. Vanitas: ſiue anhelitus: aut ſyriace vapor. הבל
Abel. Iudi. 11. & 1. Reg. 6. & 3. Reg. 15. & 4. Reg. 15: interpretatur luctus. אבל
Abela. Idem.
Abelmaim. Luctus aquarum. אבלמים
Abelmeula. Luctus infirmitatis: aut luctus chori vł tympani: ſiue ex hebreo & ſyro luctus venie. אבלמחולה
Abenboen. Lapide⁹ digitus pollicis. ſ. qui eſt primus digitus: aut lapis in eis. אבן בהן
Aber. Socius: aut particeps: ſiue incantator: aut liuor. חבר
Abeſalom. Pater pacis: ſiue pater cõſumationis: aut pater retributionis. אבשלם
Abeſan. Patris ſcutũ vel arma: aut pater frigiditatis. אבצן
Abgatha. Pater torcularis: vel patris torcular. אבגתא
Abi. Hora: vel tempus: ſiue paratus. heb. ithai. עתי
Abia. Pater domini: aut voluntas domini. אביה
Abia. 3. Reg. 14. in fine & in toto cap. ſequẽti interpretatur pater maris. heb. abiam. אבים
Abiaiel. Pater fortitudinis: aut pater exercit⁹: ſiue pater diuitiarum: aut pater antemuralis: vel pater doloris. Heb. Abiail. אביחיל
Abiail. Idem.
Abiaſab. Pater congregans: ſiue pater conſumans vel ſiniens. Heb. Abiaſaph. אביאסף
Abiaſaph. Idem.
Abiathar. Pater excellẽs: aut pr̃ reſidui vel remanẽtis: ſiue pater explorationis vel cõtẽplationis: aut pater funiculi. אביתר
Abida. Pater ſcientie: vel ſcientia patris. אבידע
Abidan. Pater iudicii: aut ex hebreo & ſyro pr̃ meus iſte. אבידן
Abiel. Pater meus deus. אביאל

Abiezer. Pater adiutorii: ſiue pr̃is adiutoriũ: aut pr̃is atriũ. אביעזר
Abiezer. Nu. 1. & 2. & 7. & 10. & 1. Paralip. 12. Frater adiutorii: ſiue fratris adiutoriũ: aut fratris atriũ. heb. ahiezer. אחיעזר
Abigabaõ. Pater collis: ſiue pater calicis vel ſcyphi: aut pater dorſi peccati. אביגבעון
Abigail. Patris exultatio: vel pater exultationis. אביגיל
Abihail. Pater fortitudinis: aut pater exercitus: ſiue pater diuitiarũ: aut pater antemuralis: vel pater doloris. אביחיל
Abihail. 1. Paralipo. 2. Pater luminis vel laudis. אביהיל
Abilam. Occult⁹: ſiue iuuenis: aut ſeculum. heb. Helam. עילם
Abilina. Lugẽs vel plorans: ſiue pater manſionis vel murationis. D.
Abimael. Pater a deo vel de deo. אבימאל
Abimelech. Pater meus rex: aut pater regis vel conſilii. אבימלך
Abimelech. 1. Paralipo. 24. & p̃s. 51. Frater me⁹ rex: aut frater regis vel conſilii. heb. ahimelech. אחימלך
Abinadab. Pater ſpontaneus: aut pater vouentis vel voti: ſiue pater principis. אבינדב
Abinadab. 3. Reg. 4. Frater ſpontaneus: aut frater vouẽtis vel voti: ſiue frater principis. heb. ahinadab. אחינדב
Abinoem. Pater pulchritudinis vel iocunditatis: aut pater motionis eorum. אבינעם
Abiram. Pater celſitudinis vel elationis: aut pater fraudis vel proiectionis. אבירם
Abiron. Idem. heb. Abiram.
Abiſa. Pater meus. heb. abi. אבי
Abiſab. Pater augmenti vel conſumationis: ſiue patris finis: au ſuperliminare patris. heb. abiſaph. אביסף
Abiſac. Patris ignorãtia: vel patris error: ſiue pater apprehendẽs vel attingẽs: aut pater multiplicãs. heb. Abiſag. אבישג
Abiſag. Idem.
Abiſai. Patris munus: vel pater muneris. אבישי
Abiſai. 1. Paralipo. 12. Populi munus: vel cũ munere. heb. Amaſai. עמשי
Abiſaph. Pater augmenti vel conſumationis: aut patris finis: ſiue ſuperliminare patris. אביסף
Abiſũc. Pater ſalutis vel exclamationis: aut pater reſpiciens: ſiue pater magnificus vel potens. אבישוע
Abiſur. Pater muri: aut pater bouis: ſiue pater cãtantis: vel pater aſpicientis: aut pater rectitudinis. אבישור
Abital. Pater roris: vel hebreo & ſyro pater vmbre. אביטל
Abiu. Pater ipſe: vel pater eſt. אביהוא
Abiud. Pater laudis vel confeſſionis. אביהוד
Abiud. Nu. 34. Frater laudis vel cõfeſſionis. heb. ahiud אחיהוד
Abiud. 1. Paralip. 8. vbi dicitur genuit oza & abiud: in illo loco ſolum abiud interpretatur frater vnitatis: ſiue frater acuminis: aut frater enigmatis vel gaudii. heb. ahihud. אחיחד
Abner. Patris lucerna: vel patris nouale. אבנר
Abobi. Pater incantationis vel abſconſionis. D.
Abor. Socius: aut particeps: ſiue incantatio: aut liuor. חבור
Abra. ancilla: vel famula. G. ἄβρα.
Abraam. Pater multitudinis. אברהם
Abram. Pater excelſus. אברם
Abſalom. Pr̃is pax: ſiue pr̃is cõſumatio: aut pr̃is retributio. אבשלם
Abſanias. Debitum clypei domini: ſiue dilectio vel abconſio clypei domini. חבצניה
Abſalomi. Pater pacis: ſiue pater conſumationis vel retributionis. D.
Achab. Frater pr̃is: vel fratris pater: ſiue arula patris. אחאב
Achad. Amphora: vel hydria: aut ſcintilla. אכד
Acad. Geñ. 50. interp̃tatur Ramus: vel ſpinetũ. heb. atad. אטד
Achaia. Frater domini. אחיה
Achaia. Prouincia grecie: iterp̃tatur dolor vł triſtitia. G. ἀχαία.
Achaicus. Dolens: ſiue triſtis. G. ἀχαϊκός.
Achaim. Poſſeſſio: ſiue emptio: aut nidus. heb. achain. הקין

חכמוני Achamoni. Sapiens: vel sapientissimus: aut hamus numerationis vel muneris: siue expectatio muneris.
עכן Achan. Tribulatio: vel stridor: aut antemurale.
עכן Achan. Iosu. 7. & 22. interpretatur coterens: siue conturbans.
עכר Achar. Conturbans.
עקר Achar. 1. Paralipo. 2. d. Sterilis: siue eneruans: aut euellens: vel truncus.
עקרון Acharon siue accaron. Sterilitas: siue eneruatio: aut euulsio vel truncus.
עקרוני Acharonite siue accaronite. Steriles: siue eneruati: aut euulsi: vel trunci.
אכד Achat. Amphora: vel hydria: siue scintilla. heb. achad.
אחז Achaz. Apprehendens: siue possidens: aut videns.
אכזיב Achazib. Mendax: aut cessans: siue fluens vtique.
חכליה Achelai. Expectans dominum: siue hamus domini. heb. achelaia.
Acheldemach. Ager sanguinis. syrum est. scribi debet acheldema.
עקש Acces. Peruersus: aut prauus.
אחיה Achia. Frater domini.
איה Achia. Gen. 36. & 2. Reg. 3. Vultur: vel heu: siue vbi est: aut insula eius. heb. aia.
אחיה Achias. Frater domini.
חכילה Achila. Spes in ipsa: aut hamus in ipsa: siue palatum vel dulcedo in ipsa.
אחילוד Achilud. Frater natus: vel frater genitus.
Achim. Resurgens: vel confirmans: aut vindicans: vel frater eorum. D.
אחימן Achimaan. Frater preparatus: vel frater dextere: aut frater quid. heb. achiman.
אחימעץ Achimaas. Frater consilii: vel frater consiliarius: aut frater ex ligno.
אחימלך Achimelech. Frater meus rex: aut frater regis vel consilii.
אחימות Achimoth. Frater mortis: vel frater mortuus: siue frater dierum.
אחינעם Achinoe. Fratris pulchritudo vel iocunditas: aut frater motionis. heb. achinoem.
Achinoem. Idem.
Achinoen. Idem. heb. achinoem.
Achior. Fratris lumen: aut frater ignis. D.
אחירם Achiram. Fratris celsitudo vel elatio: aut fratris dolus vel proiectio.
Achiramite. Idem. plu. nu.
אכיש Achis. Vtique est: vel sic est.
אחישר Achisa. Frater principis: siue frater directionis vel cantici: aut frater insidians. heb. achisar.
אחיסמך Achisamech. Frater sustentationis vel firmitatis: aut frater confringens.
אחיטוב Achitob. Frater bonitatis.
אביטוב Achitob. 1. Paralipo. 8. interpretatur Pater bonitatis. heb. abitob.
אחיתפל Achitophel. Frater ruine vel frater defectus: aut frater insipiditatis. i. rei insulse
עכו Accho. Compressus: vel confractus
עכבור Acchobor. Mus: vel conterens siue comprimens puteum.
עכור Achor. Turbatio.
הקוץ Acchos. Spina: siue estas: aut tedium: seu vigilia: vel finis.
Accos. Idem.
עכרן Acran. Transitus: aut ira: siue impregnatio: vel nubes canticii: aut syriace frumentum. heb. abran
עקרון Achron. Sterilitas: siue eneruatio: aut euulsio: vel truncus.
עכסה Achsa. Composita: vel adornata: aut lasciuiens: siue confractio vel diruptio velaminis.

אכשף Achsaph. Veneficus: siue conterens vtique: aut labium vtique.
עקוב Accub. Vestigium: vel supplantatio: aut prauitas: vel calcaneum: siue retributio.
Achub. Idem.
חקופא Achupha. Preceptum oris: aut sculptura oris.
הקוץ Accus. Spina: siue estas: aut tedium: seu vigilia: vel finis.
חטוש Accus. Nee. 10. & 12. interpretatur Peccatum derelinquens. heb. atus.
אכזיב Achzib. Mendax: siue cessans: aut fluens vtique.
Achziba. Idem.
עדה Ada. Cetus: vel congregatio: siue ornata: vel testificans: aut transiens: vel preda: aut syriace ablata.
הדד Addad. Sonitus: aut clamor: seu mamilla: vel dilectio.
הדד Adad. Gen. 25. & 1. Paralipo. 1. b. Acutus: vel gaudens: aut syriace nouus: vel vnitas.
הדר Adad. Gen. 36. vbi dicitur Regnauit pro eo adad: nomenque vrbis eius phou: interpretatur pulchritudo: siue habitaculum: aut generatio. heb. hadar.
אדד Adad. 3. Reg. 11. c. vbi dicitur Et fugit adad: interpretatur interitus: aut nubes: vel vapor: seu fons.
עדידה Adada. Testimonium cetus vel congregationis: aut testimonio ornata: vel testis transitus siue prede eius: aut preda siue prede: vel eternitas sui testimonii.
הדדעזר Adadezer. Decor aut pulchritudo auxilii: siue habitaculum vel generatio auxilii: aut atrium pulchritudinis siue habitaculi vel generationis. heb. adarezer.
עדיה Adaia. Testis domini: siue ornatus vel preda domini: aut transitus vel eternitas domini.
Addaia. Idem.
ידעיה Adaia. Nee. 12. Scientia domini: vel cognitio domini. heb. iadaia.
עדיה Adaias. Testis domini: siue ornatus vel preda domini: aut transitus vel eternitas domini.
אדליא Adalia. Hauriens: siue paupertas: aut nubes vel interitus laboris.
אדם Adam. Homo: siue terrenus: aut ruffus: vel sanguineus.
אדמה Adama. Terra: aut ruffa: vel sanguinea.
אדמי Adam. Homo: vel humanus: siue terrenus: aut ruffus: vel sanguineus: aut nubes vel vapor siue interitus aquarum.
עדין Addan. Delitiosus: siue voluptuosus: aut ornatus: vel syriace temporalis. heb. adin.
אדר Adar. Pallium: siue potentia: aut magnitudo.
Adarsa. Testificans solem vel surdum: aut testimonium arantis. D.
חדשה Adassa. Nouitas: aut mensis: vel ex syro & hebreo vnus aries.
עיה Adassa. 1. Paralipo. 7. Aceruus. heb. aia.
עדוא Adassa. Nee. 12. Testis: siue ornatus: aut transitus vel preda. heb. addo.
Adazer. Testis vel testimonium auxilii. D.
אלחנן Adeodatus. Latinum est: & in hebreo dicitur elchanan: & interpretatur a deo datus: siue gratia dei: aut misericordia vel donum dei.
Addi. Testis: vel testimonium: siue ornatus: vel transitus: aut preda.
Adiada. Testimonium manus: siue testimonium testimonii: aut preda manus. D.
עדיאל Adihel. Testimonium dei: siue ornatus vel transitus dei: aut preda vel eternitas dei.
עדין Adin. Delitiosus: siue voluptuosus: aut ornatus: vel syriace temporalis.
Addin. Idem.
עדינא Adina. Idem.
עדיתים Adithaim. Cetus. p. n. siue congregationes: aut testimonia.

עדלי Adli. Testis mihi: siue ornatus mihi: aut transitus vel preda mihi.
אדמתא Admatha. Nubes: vel vapor mortis: siue interitus mortis: vel terrestris: aut rubeus.
עדא Addo. Testis: siue ornatus: aut preda: vel transitus.
אדר Addoar. Pallium: siue potentia: vel magnitudo. heb. adar.
עדולמי Adolamites. De adullam quod interpretatur testimonium siue ornamentum illis: aut testimonium siue ornamentum miserie: vel transitus aut preda sue miserie.
אדומים Adomim. Terreni: siue ruffi: aut sanguinei.
אדון Adon. Dominus: aut basis: vel syriace auris.
יהוה Adonay. Beatus hieronymus. Exo. 6. pro nomine dei tetragrammaton. i. quattuor litterarum adonay transtulit: & in aliis locis semper interpretatus est dominus. Et notandum quod iste quattuor littere huius nominis. s. Iod. he. vau. he. non sunt compacte ad hoc vt ex illis syllabizetur vel formetur aliquis terminus vel dictio: idcirco est nomen ineffabile. Si tamen syllabizaretur vel pronunciaretur: esse vel essentiam aut generationem significaret. Item notandum quod adonay in hebreo: domini mei in plurali significat quando scribitur eisdem litteris quibus pronunciatur. s. Aleph. daleth. nun. iod. In translatione vero chaldaica pro hoc nomine dei tetragrammaton semper ponitur triplex iotha: quod non vacat mysterio.
אדניה Adonaia. Dominator dominus: aut basis domini: vel ex syro & hebreo auris domini.
Adonias. Idem.
אדני בזק Adonibezech. Domini fulgur: siue dominus fulguris: aut dominus in compedibus.
אדניקם Adonicam. Dominus surrexit: aut dominus vindicans.
אדנירם Adoniram. Dominus excelsus: siue dominus celsitudinis vel elationis.
תמוז Adonis. Nomen idoli: in hebreo est thamuz: & interpretatur consumptus: siue incendium. syrum est.
אדני צדק Adonisedech. Domini iustitia: siue dominus iustus.
Ador. Generatio: vel habitatio: aut testimonium lucis vel ignis. D.
חדרך Adrach. Acumen siue gaudium teneritudinis: vel cubiculum tuum: aut ex syro & hebreo vnitas vel nouitas teneritudinis.
אדרמלך Adramelech. Pallium regis: siue magnitudo vel potentia regis vel consilii.
ἀδραμυτη Adrumetina. In greco Adramytena: & interpretatur soliditas munda vel tersa. G.
עדולם Adulam. Testimonium siue ornamentum illis: aut testimonium siue ornamentum sue miserie: vel transitus aut preda sue miserie.
הדורם Aduram. Decor eorum: aut laus vel confessio sublimis: siue clamor excelsus.
אדרם Aduram. 2. Reg. 20. & 3. Reg. 12. Pallium eorum: siue potentia vel magnitudo eorum: aut vapor excelsus: siue nubes excelsa: aut dolor vel interitus sublimitatis.
אדרים Aduram. 2. Paralipo. 11. interpretatur Fortitudo vel potentia maris: aut vapor siue interitus eius eleuatus: vel nubes eleuata. heb. aduraim.
Addus. Nouitas: vel mensis: aut trituratio. D.
עין Aen. Oculus: siue fons.
אפים Apphaim. Vultus: vel facies: aut furores: siue nares: vel pistores.
הפרה Aphara. Vacca: siue frugifera: aut acrescens vel irritans.
אפרסתכי Apharsathei. Diuidentes siue dilacerantes pauones.
אפרסכי Apharsathei. Esdre. 5. & 6. interpretatur Diuidentes: siue dilacerantes. heb. apharsachei.
אפק Aphech. Pelagus: vel fortitudo: aut vigor: vel syriace exitus.
אפקה Apheca. Idem.
פסדמים Aphechdomini. Portio vel diminutio sanguinum: aut diminutio tacentium vel assimilantium. heb. phechdomim.
פתחיה Aphecia. Porta domini: siue aperuit dominus. heb. phetheia.
אפק Apheg. Pelagus: vel fortitudo: aut vigor: vel syriace exitus. heb. aphech.
אשפנז Affenez. Pharetra aspersionis vel distillationis: siue magus aspersus. heb. asphenez.
יפיח Aphia. Flans vel exsuflans: siue loquens: aut illaqueans.
נפסי Aphonites. Labium vel ripa aquarum: siue contritio aquarum. heb. sephomites.
חפרים Aphraim. Fodientes: aut explorantes: siue confundentes: aut explorans vel confundens mare.
פול Aphrica. Esa. 66. In hebreo dicitur pul: & interpretatur casus vel ruina: aut faba.
פוט Aphrica. Naum. 3. In hebreo est put: & interpretatur crassa vel pinguis. syrum est.
חפציבה Aphsiba. Voluntas mea in ea.
השפא Aphupha. Detectio: siue discoopertio: aut festinatio oris. heb. asupha.
Apphus. Indignationis consilium: aut volans consilium: vel scrutator. D.
חגב Agab. Locusta.
Agabus. Idem: vel festiuitas patris. D.
אגג Agag. Tectum vel solarium: quod est. scilicet in superiori parte domus
אגגי Agagites. Idem.
הגר Agar. Aduena: siue peregrina: aut ruminans: vel timens.
הגרי Agarai. Aduena: siue peregrinus: aut ruminans: vel timens.
הגרים Agareni. Idem. plu. nu.
Agarenus. Idem. s. n.
אגא Agge. Sublimitas: siue exaltatio.
גבע Ageba. Collis: siue vas vel calix. heb. geba. Nam illud. a. est prepositio ablatiui casus.
חגי Aggeus. Festiuus: siue solemnis: vel gyrans.
Aggi. Idem.
חגיה Aggia. Festiuitas domini: siue solemnitas domini: aut gyrus domini.
חגי Aggite. Festiuitates: vel solennitates: aut gyrantes.
חגית Agith. Festiua: siue solennis: vel gyrans.
Agrippa. Latinum est. dictum ab eo quod egros. idest difficiles partus faciat: vel dicitur ille qui in nascendo prius emittit pedes.
איה Ahaia. Vultur: siue heu: aut insula eius: vel vbi est. heb. aia.
עוא Ahaiath. Iniqua: siue peruersa. heb. aua.
החמוני Ahamoni. Sapiens: vel sapientissimus: siue hamus numerationis vel muneris: aut expectatio muneris. heb. achamoni.
אחחה Ahara. Frater redolens: aut pratum odoris.
אחרחל Aharel. Alter exercitus: siue nouissimus exercitus: aut alter dolor: siue nouissimus dolor: aut ouis fratris.
אחז Ahaz. Apprehendens: siue possidens: aut videns.
עין רמון Ahenremmon. Duo nomina sunt. Ahen. oculus: siue fons: & Remon. malum granatum: vel altitudo eius.
אחר Aher. Alter: siue posterior: aut nouissimus.
אחי Ahi. Frater meus: vel fratres mei.
אחיה Ahia. Frater domini.
איה Ahia. 2. Reg. 21. Vultur: siue heu: aut insula eius: vel vbi est. heb. aia.

אילון Ahialon. Ilex vel quercus: aut fortitudo siue ceruus.
אחיאם Ahiam. Frater matris: aut frater gentis.
אחיה Ahias. Frater domini.
יחיה Ahias. 1. Paralipo. 15. Viuit dominus. heb. iehias.
אחיקם Ahicam. Frater resurgens: aut frater vindicans.
[illegible] Ahiel. Viuit deus: siue vita dei. heb. hiel.
יעיאל Ahiel. Esd. 10. in fine interpretatur Acerrus dei: siue absturbit deus. heb. iehihel.
אלה Ahilam. Quercus: siue maledictio: aut fortitudo. heb. elath.
אילות Ahilath. Quercus plu. nu. siue ceruae: aut maledictiones: vel fortitudines.
אילון Ahilon. Quercus: siue fortitudo: aut ceruus.
אחילוד Ahilud. Frater natus. vel frater genitus.
אחימן Ahiman. Frater preparatus: siue frater dextere: aut frater quid.
אחימלך Ahimélech. Frater meus rex: vel frater regis siue consilii.
אבימלך Ahimélech. 1. Paralipo. 18. interpretatur Pater meus rex: siue pater regis vel consilii. heb. Abimélech.
אחין Ahin. Frater vini: vel fratres. p. n.
אחיו Ahio. Frater eius: vel fratres eius.
עיון Ahion. Intuitus: aut fons: vel oculus.
אחירע Ahira. Frater iniquitatis: siue frater societatis: aut frater pastoris: vel fratrem confringens.
אחבן Ahobban. Frater filii: vel fratris filius: siue frater intelligentie: aut frater edificans: vel absconditus.
אהד Ahod. Laudans: siue confitens.
אחוד Ahod. 1. Paralip. 8. interpretatur Vnitas: siue gaudium: aut enigma: vel acumen.
אחות Ahoc. Tribulus: vel spina: siue fraternitas: aut hamus.
הומם Ahohiman. Tumultus siue turbatio eorum. heb. homam.
אחוחי Ahoites. Frater viuus: aut tribulus vel spina mea.
אהוד Ahoth. Laudans: siue confitens. heb. ahod.
אחוחי Ahotites. Frater viuus: aut tribulus vel spina mea. heb. Ahohites.
אחומי Abumai. Pratum aquarum: siue frater aquarum.
חור Ahur. Liber vel ingenuus: siue albedo: aut foramē. heb. hur.
אחיקם Ahicham. Frater resurgens: aut frater vindicans.
עין Ain. Oculus: siue fons.
אהוד Aioth. Laudans: siue confitens. heb. Ahud.
עית Aioth. Esa. 10. interpretatur Hora: siue coaceruatio. heb. aiath.
חלאה Alaa. Infirmitas: siue rubigo.
אחלב Alab. Frater cordis: siue lacteus: vel lactans: aut adeps.
עלמת Alamath. Occultatio: siue iuuentus: aut secula: vel super mortem.
Alameth. Idem.
אביעלבון Albialbon. Pater superintelligens: aut pater superedificans vel ex hebreo & syro pater iniuriæ. heb. abialbon.
חלקת Alchat. Portio: siue diuisio: aut lenitas: vel lubricatio.
ἄλκιμος Alchimus. Fortis. G.
לחה Ale. humiditas humida: aut tabula humida vel viridis: siue maxilla humida. heb. lale.
Aleph. Doctrina: siue mille. D.
הללויה Alleluya. Laudate dominum.
ἀλέξανδρος Alexander. Adiutor vel auxiliator virilis vel fortissimus. G.
נא Alexandria. Hebraice dicitur no: & interpretatur crudum: siue irritatio: aut prohibitio. grece vero adiutoriū siue auxilium virile vel fortissimum.
[illegible] Alexandrini. Adiutores siue auxiliatores viriles vel fortissimi. G.

Alexandrinus. Idem. f. n. G. ἀλέξαν[illegible]
Alpheus. Millesimus: vel doctus: aut dux. D. ἀλφεῖος
Aliam. Occultus: aut iuuenis: vel seculum. heb. aliam. עלם
Alian. Folia: siue excelsus. עלין
Alicarnasum. Caput maritime habitationis. G. ἁλικαρνασσόν
Alicarnasus. Idem. G.
Alimis. Vestibulum: vel porticus: aut fortitudo. D. ἀλικαρνασσός
Almathan. Occultatio: siue iuuentus: aut secula: vel super mortem. heb. alemeth. עלמת
Almon. Occultum: aut iuuentus: vel seculum ipsius. עלמון
Almoth. Occultatio: siue iuuentus: aut secula: vel super mortem. עלמת
Aloes. Incantator: aut tacens. הלוחש
Allon quercus: vel fortis. אלון
Alua. Ascensus eius: siue preuaricatio ipsius. עלוה
Aluba. Superior: vel excelsus: aut syriace peruersus. heb. aluan. עלון
Alul. Dolor: siue principium doloris vel immundicie: aut expectatio doloris vel profanationis: siue obstetricatio doloris. חלחול
Amma. Obscurata: siue cooperta: aut populus eius: siue cum ea. עמה
Amma. Iudi. 1. Lac: siue adeps: aut mansit in ea: siue principium vel dolor in ea. heb. alba. חלבה
Amaad. Populus testimonii: aut populi transitus vel preda: siue populus eternitatis. עמעד
Ammad. Ira: vel indignatio: siue calefactio: aut vter. heb. amath. חמת
Amadathi. Conturbans legem: vel mēsura. המדתא
Amal. Labor: aut iniquitas. עמל
Amalech. Populus lambens: vel ex hebreo & syro populus percutiens. עמלק
Amalech. 3. Regum. 22. & 2. Paralipome. 18. & Hiere. 36. & 38. interpretatur Rex: siue consiliarius. heb. amélech. המלך
Amalech. ps. 52. in titulo: interpretatur Chorus: siue infirmitas: aut syriace venia. heb. maalath. מחלת
Amalechite. Populi lambentes: vel ex hebreo & syro populi percutientes. עמלקי
Amalechites. Idem. f. n.
Aman. Conturbans: aut tumultuans: siue preparans. המן
Amana. Fides: siue veritas: aut credulitas: vel nutrix. אמנה
Ammanite. Populares. עמנים
Ammanites. Idem. f. n.
Ammanitis. Popularis. f. g. עמנית
Amaria. Dicit dominus: aut celsitudo domini: vel ex syro & hebreo agnus domini. אמריה
Amarias. Idem.
Amasa. Populus parcens: siue populum tollens: vel populum eleuans. עמשא
Amasai. Populi munus. עמשי
Amasai. 1. Paralipo. 6. d. Fortis: vel robustus. אמצי
Amasai. Nee. 11. Populi conculcatio. עמשסי
Amasia. Fortitudo domini. אמציה
Amasias. Idem.
Amasias. 2. Paralipo. 17. Onus domini. עמסיה
Amasias. z. Paralipo. z8. Populus parcens: siue populum tollens vel eleuans. heb. amasa. עמשא
Amasias. z. Paralipo. z9. Populi munus: vel cum munere. heb. amasai. עמשי
Amasias. Sopho. 1. Dicit dominus: aut celsitudo domini: vel ex syro & hebreo agnus domini. heb. amarias. אמריה

חמתי Amatheus. Indignatio: siue calor: aut murus: siue vter: vel lagena.
אמתי Amathi. Verax: siue timens: aut cubitus: vel famulatus.
Amathitis. Idem. D.
Ammaum. Populus abiectus: siue populus obscuratus. D.
המלך Amelech. Rex: siue consiliarius.
אמן Amen. Vere: siue fideliter.
המתאר Amphar. Species: siue forma: vel figuratus: aut depictus: siue mortem maledicens. heb. amthar.
ἀμφίπολις Amphipolis. Vallata vel circundata ciuitas. G.
עמיאל Amiel. Populus dei. siue mecum deus.
Ammiel. Idem.
Amihel. Idem.
אמי Amin. Mater: aut timor: siue cubitus: vel syriace gens. heb. ami.
עמינדב Aminadab. Populus spontaneus: siue populus vouens: aut populi princeps.
אבינדב Aminadab. 1. Reg. 7. & 16. & 17. & 2. Reg. 6. & 1. Paralip. 9. & 10. & 13. interpretatur pater spōtaneus: siue pater vouentis vel voti: aut pater principis. heb. abinadab.
עמישדי Ammisadai. Populus omnipotentis: siue mecum omnipotens: aut mecum deuastator.
חמיטל Amithal. Calor roris: aut indignatio roris: vel ex hebreo & syro caloris sui vmbra.
עמיהוד Ammiud. Populus laudis vel cōfessionis: siue mecum laus vel confessio.
עמיחור Ammiur. Populus libertatis vel foraminis: siue populus albedinis.
עמיזבד Amizadab. Populi dos vel dotatio. heb. amizabad.
אמנון Amnon. Fidelis: aut verax: siue nutritius: vel pedagogus: aut matris filius.
עמק Amoch. Vallis: aut profunditas.
עמון Ammon. Populus eius.
בן עמי Ammon. Geñ. 19. in fine: interpretatur Filius populi mei. heb. ben ami.
אמנון Amon. 2. Reg. 3. Fidelis: aut verax: siue nutritius vel pedagogus: aut matris filius. heb. amnon.
אמון Amon. 3. Reg. 22. & 4. Reg. 21. & 1. Paralipo. 3. & 2. Paralipo. 18. & 33. & Nee. 7. & Hiere. 1. & 25. a. & Sopho. 1. & Math. 1. interpretatur Fidelis: aut verax: seu artifex: vel nutritius aut pedagogus.
חמון Amon. Ios. 19. & 1. Paralipo. 6. Calor: aut sol: siue ira eius.
המונה Amona. Numerans: siue preparans: aut multitudo eius: siue tumultus eius: vel syriace veritas.
עמוני Ammoni. Popularis.
Ammonite. Idem. p. n.
מעונים Ammonite. z. Paralipo. 26. a. vbi dicitur & contra ammonitas interpretatur Habitacula: siue afflicti aut delinquentes: vel respondentes. heb. meonite.
עמני Ammonites. Popularis.
עמוניות Ammonitides. Populares. f. g.
אמרי Amorrei. Amari: vel loquaces: aut rebelles.
Amorreus. Idem. f. n.
אמוץ Amos. Fortis: vel robustus.
עמוס Amos. Vnus ex duodecim prophetarū interpretatur Oneratus: vel onerans.
המצה Amosa. Iurgiū: vel adinuentio: siue azymū: aut cōpressio.
המתדאר Amothdor. Indignatio vel calor generationis aut pile vel sphere siue habitationis.
Ampliatus. Latinum est a verbo amplio amplias.
אמרפל Amraphel. Loquens ruinam: aut loquens occultum vel loquens iudicium.
עמרם Amram. Populus excelsus: vel manipulus eorū: aut cū excelso.

Amramite. Idem. p. n.
עמרי Amri. Manipulus: vel dominium: siue populus rebellis vel amarus.
אמרי Amri. Nee. 3. Amarus: vel loquens: siue exaltatio: aut syriace aries.
Amsi. Fortis: vel robustus. אמצי
Amuel. Calor siue ira dei: aut ex syro & hebreo viderunt deum. חמואל
Amul. pius: siue misericors. חמול
Amulite. Idem. p. n.
Ana. Respondēs: vel cantans: siue affligens: vel pauper. ענה
Ana. 4. Reg. 18. & Esa. 37. Cōmotio: vel motus. הנע
Anna gratiosa: siue misericors: aut requiescēs: vel donans. חנה
Anab. Vua: aut syriace nodus. ענב
Anam. Gratiosus: aut donans: siue pius: aut misericors. heb. anan. חנן
Anamélech. Responsio aut canticum regis: siue afflictio vel paupertas regis vel consiliarii. ענמלך
Anamim. Fons siue oculus aquarum: aut responsio vel afflictio seu canticum aquarum. ענמים
Anan. Gratiosus: aut donans: siue pius aut misericors. חנן
Anan. Geñ. 36. Respondens: vel cantans: aut affligens: vel pauper. heb. ana. ענה
Anan. 1. Paralipo. 3. Nubes: vel auguratio: aut diuinatio. heb. anani. ענני
Anan. Nee. 10. vbi dicitur hanā anan. interpretatur nubes: siue augurium: aut diuinatio. ענן
Anana. Nubes dñi: aut diuinatio dñi. heb. anania. ענניה
Ananeel. Gratia dei: siue misericordia dei: aut donum dei. חנניאל
Ananeel. Hiere. 32. Gratia ex deo: siue misericordia vel donum a deo. heb. anameel. חנמאל
Ananehel. Gratia dei: siue misecordia dei: aut donum dei. חנגאל
Anani. Gratiosus: aut donans: siue pius: aut misericors. חנני
Anani. Nee. 8. Idem. heb. anan. חנן
Annani. Gratiosus: aut donans: siue pius: aut misericors. חנני
Anania. Gratia domini: siue misericordia domini: aut donum domini. חנניה
Anania. Nee. 12. Gratiosus: siue donans: aut pius: vel misericors. heb. anani. חנני
Ananias. Gratia domini: siue misericordia domini: aut donum domini. חנניה
Ananias. Nee. 3. Nubes domini: aut diuinatio domini. ענניה
Annas. Affligens: vel humilians: aut respondens. D.
Anath. Responsio: vel canticū: aut afflictio: siue paupertas. ענת
Anathoth. Idem. p. n. ענתות
Anathothia. Responsiones uel cātica domini: aut afflictiones vel inopie domini. ענתתיה
Anathotites. Respōsio: siue canticum: aut afflictio: vel paupertas. ענתתי
Anathut. Idem. p. n. ענתות
Andreas. Virilis: vel fortissimus. G. ἀνδρέας
Andronicus. Vir victoriosus. G. ἀνδρόνικος
Anen. Responsio aut cāticum eorum: siue afflictio vel paupertas eorum: aut syriace ouis eorum. heb. anem. ענם
Aneni. Gratiosus: aut donās: siue pius: vel misericors. חנני
Aner. Respōsio aut canticū lucerne: siue affligens lucernā. ענר
Ange. Gratie siue misericordie vallis. D.
Ani. Responsio: aut canticum: siue afflictus: vel pauper. עני
Ania. Responsio aut cāticum domini: siue afflictus vel pauper domini. עניה
Aniam. Ego populi: siue nauis populi: aut dolor siue fortitudo populi. אניעם
Aniel. Gratia siue misericordia dei: aut requies vel donū dei. חניאל
Anihel. Idem.

ענים Anim. Respondētes: siue cātantes: aut afflicti vel pauperes
אניולאב Anioliab. Duo nomina sunt. Primum ani quod interpreta
אב tur responsio: aut cantium: siue afflictus vel pauper. alte-
rum oliab: quod interpretatur dei pater: vel deus patris.
heb. Ani. & Eliab.
ענוב Anob. Vua: aut syriace nodus.
חנון Anon. Gratiosus: siue misericors: vł donās: siue requiescēs.
ἀντίπας. Antiphas. Pro oībus: vel contra omnes. G.
ἀντιοχία. Antiochia. Pro vehiculo: vel curru. s. loco cur-
rus: siue contra vehiculum vel currum. G.
ἀντιοχεῖς Antiocheni. Idem. p. n. G.
ἀντιοχεύς Antiochenus. Idem. s. n. G.
ἀντίοχος Antiochus. Idem quod antiochia. G.
ἀντίπατρος Antipater. Pro patre: vel cōtra patrem. G.
Antipatris. Idem. G.
חנון Annum. Gratiosus: siue misericors: vel donans: aut requie-
scens. heb. annun.
ἀπάμεια. Anun. Idem.
ἀπάμεια. Appamea. Expellens: vel abigens. G.
Appamia. Idem. G.
אפדנו Apedno. Ornamentum eius: siue ira iudicii eius.
ἀπελλῆς Appelles. Expellens vel abigens. G.
ἀπφία. Appia. nomē femine. Producens vel pullulās. G.
Appiiforum: & appia via ex greco & latino cōpositum vel
remotum forum: siue longinqua uel remota via.
ἀποκάλυψις Apocalypsis. Reuelatio. G.
ἀπολλύων Apollyon. Exterminans vel perdens aut destruēs. G.
ἀπολλώς Appollo. Perdens: vel destruens. G.
ἀπολλοφάνης Appollophanes. Perditionem vel destructionē ostēdēs. G.
ἀπολλωνία. Appollonia. Perditio: vel destructio. G.
ἀπολλώνιος. Appollonius. Perdēs: vel destruēs. G.
ἀπόστολος. Apostolus. Missus. G.
הפצץ Apses. Cōminuens: siue eripiens: aut aperiens.
הפותי Aputhei. Seducens: aut bucella: siue latitudo.
Aquila. Latinum est.
ער Ar. Suscitatio: siue vigilia: aut euacuatio: vel denudatio: seu
ciuitas: aut emulus.
הרא Ara. Mons: aut pregnans: siue demōstratio.
ארא Ara. 1. Paralipo. 7. Maledicens: aut videns.
ארב Arab. Insidias: vel multiplicās: aut fenestra: siue locusta.
Araba. Idem. D.
Arabathane. Insidiatio fortis: aut fenestre vł locuste fortitu
do vel donum: aut multiplicatio fortitudinis vel doni. D.
ערבאים Arabes. Vespertini: aut fideiussores: siue suaues: aut campe-
stres: vel corui: aut salices: vel mixtiones.
שבא Arabes. ps. 71. In hebreo est saba: & interpretatur. Conuer
sio: siue captiuitas: aut canicies: vel sessio.
ערב Arabia. Vespera: aut vespertina: vel fideiussio: siue suauitas:
aut coruus vel coruina: seu desertū: vel salix: aut cōmixta.
שבא Arabia. ps. 71. In hebreo est saba: & interpretatur cōuersio
siue captiuitas: aut canicies: vel sessio.
ארבות Araboth. Cataracte: siue fenestre: aut insidie: vel locuste.
ערב Arabs. Vespertinus: aut fideiussor: vel suauis: siue cāpestris:
aut coruus: vel salix: seu mixtio.
ארך Arach. Longitudo: siue medicina: vel sanitas.
ערקי Aracheus. Neruus: au syriace fugitiuus:
ארכי Archites. Longus vel procerus: siue sanans: aut medicina.
ערד Arad. Onager: aut syriace draco.
חרד Arad. Iudi. 7. Stupor: aut tremor.
חרבה Arada. Idem.
ארודי Aradius. Maledictionis abūdātia: aut descēdēs: vel iperās
ארוד Aradius. Ezech. 27. Imperans: aut descendens.
Arado. Stupor: aut tremor: siue descensio: vel dñium. D.

ארפד Araph. Lux redemptionis: aut sternens. s. aliquid ad recli-
nandum. heb. arphad.
הרפה Arapha. Medicina: siue relaxatio: aut gigantissa: vel mōtis
os. s. ab ore: aut mons hic. i. in hoc loco. ⌈riace acutus.
חרופי Araphites. Opprobrium: aut hyems: vel iuuentus: aut sy-
חרחיה Araia. Calor aut ira domini. ⌈ctio eorum.
ארם Aram. Celsitudo: aut sublimitas: seu decipiens: aut maledi-
הרן Aram nomen viri. Gen. 11. & 1. Paralipo. 23. Interpretatur
Mons: siue montanus: aut pregnans: siue concipiens: vel
cantans: aut preco. heb. haran.
חרם Aram. Nee. 12. Destructus: siue anathematizatus vł rete siue
retiaculum: aut dedicatus: siue consecratus. s. deo.
רם Aram. Ruth vltimo Excelsus: vel sublimis: aut proiiciens.
heb. ram. ⌈proiicens.
Aram. Matthei primo & Luce. 3. Excelsus vel sublimis: aut
הרמה Arama. Excelsa: siue sublimis: aut vermis: siue proiiciens.
הרן Aran. nomē loci. Gen. 11. in fine. Et. 12. & 17. & 28. & 29. &
4. Reg. 19. & Esa. 37. & Ezech. 27. Et nomen viri. 1. Para
lipo. 2. Vbi dicitur peperit aran. interpretatur Ira: siue ira
scens: aut syriace libertas.
הרן Aran. Nomen viri. Gen. 11. & primo. Paralipo. 23. interpre
tatur mons: siue montanus: aut pregnans: siue concipiēs:
vel cantans: aut preco.
ארן Aran. Gen. 36. & 1. Paralipo. 1. & 2. vbi dicitur & buna &
aran: interptatur Arca: siue exultans: aut maledictio eorū.
ערער Araorites. Miryca: aut suscitatio vigilie: vel vigilia vigilie:
aut nudatio pellis.
אררט Ararath. Armenia: siue maledictio tremoris: aut ex hebreo
& syrio maledictio siue lux currentis.
הררי Arari. Montanus.
חרדי Arari. 2. Reg. 23. d. Tremefactus: siue stupefactus vel caloris
aut ire abundantia. heb. aradi.
הררי Ararites. Montanus.
חרחס Aras. Ira vel calor confidentie siue protectionis.
חסרה Aras. 2. Paralipo. 34. Defectus: siue deficiens. heb. asra.
ערד Arath. Onager: aut syriace draco. heb. arad.
ערבתי Arbatis. Fideiussor: vel suauis: aut mixtus: vel vespertinus:
siue planicies. D.
Arbatites. Idem.
ארבע Arbee. Quattuor: siue accubatio.
Arbella. Suscitatio vestutatis: siue insidians ei: vel multipli
cans eam: siue locusta eius. D.
ארבי Arbi. Locusta: vel fenestra: siue insidiator: aut multiplicās.
חרבונה Arbona. Destructio: siue gladius eius nunc: aut siccitas eius
nunc: siue ira edificantis: vel ira intelligentis.
ἀρχέλαος Archelaus. Princeps populi. G.
ארכיעט Archiatharoth. Lōgitudo coronarum vel circulorum: aut
רות sanitas vel cicatrix coronarum vel circulorum.
ἀρχίππος Archippus. Princeps vel prefectus equorum. G.
ἀρχιτρίκλινος Architriclinus. Princeps triclinii. idest triū mensarum. G.
ארדון Ardon. Imperans: siue descēdēs: aut maledictiōis iudiciū.
ארח Arca. Via: siue semita: aut viator: vel odorās: siue annona.
idest diurna portio. ⌈mons in ea.
הרבה Areba. Magna: siue multa: aut proiiciens: vel litigiosa: siue
שרביה Arebia. Princeps vel cantans in domino: aut siccitas domi-
ni. heb. sarebia.
הרקון Arechon. Vacuus: siue mons lamentatiōis: vel mons posses
ארד Ared. Imperans: siue descendens. (sionis.
ארח Aree. Via: siue semita: aut viator: vel odorans: aut annona
idest diurna portio.
חריף Areph. Hyems: siue opprobrium: vel adolescentia: aut sy-
אראלי Areli. Altare: siue lux dei: aut visio dei. (riace acutus.
חרם Arem. Destructio: siue anathema: aut rete: vel retiaculum:

siue dedicatum aut consecratum. scilicet deo.
& quemadmodum in preterito dictum est quando aliqua illarum quattuor litterarum אהחע est in medio: seba vertitur in camez. vt צוֹעֲקִים צוֹעֲקוֹת idest qui clamat vel que clamant. & per hoc participium & pronomina circumloquimur personas vtriusque numeri. sic. אֲנִי פוֹקֵד idest ego visito: & preponitur pronomen participio: nonnunquam vero postponitur. vt Ieremie 1. שֹׁקֵד אֲנִי idest vigilo ego. que regula ad alias quoque coniugationes pertinet. Cum vero littera substantialis in fine positionis prime est ain siue heth. tunc in participio generis masculini numeri singularis suppletur. a. ante illud ain vel heth. & accentus ponitur in littera substantiali que est in medio. vt בּוֹרֵחַ idest qui fugit. genus vero femininum eiusdem numeri sic. בּוֹרַחַת idest que fugit. & hec quoque regula extendit se ad alias coniugationes: quoties littera substantialis in medio posita venit cum aliquo apice preterque cum camez & patha. Aliquando tamen littera substantialis in medio posita recipit patha: & ain siue heth finalis pertinet ad vocalem precedentem: quia nullum habet apicem subiectum. vt psalmo. 93. הֲנֹטַע אֹזֶן idest qui plantat aurem. & quando participium generis feminini numeri singularis venit in fine clausule: tunc in littera substantiali media habet camez: & in ea collocatur accentus. vt Iosue. 11. בַּחוֹמָה הִיא יוֹשָׁבֶת idest in muro illa habitabat. in verbis quoque desinentibus in. e. vel in. o. nulla est differentia preteriti ad presens. vt אֲנִי חָפֵץ idest ego volo. אֲנִי יָכֹל idest ego possum. Non nunquam etiam participium generis masculini numeri singularis desinit in hiric sequenti iod. vt gen. 44. אֹסְרִי לַגֶּפֶן idest qui alligat ad vitem. & Deutero. 33. שֹׁכְנִי סְנֶה idest qui habitat in rubo. & alia eodem modo. Et notandum quod per hoc participium presentis quandoque circumloquimur preteritum imperfectum indicatiui modi cum eiusdem temporis verbo substantiuo. eram eras erat. vt אֲנִי הָיִיתִי פוֹקֵד ego eram uisitans. i. ego uisitabam. Futurum in omnibus coniugationibus scribitur per unam ex his quattuor litteris אית͏ן additam in principio prime verbi positionis subiecto hiric: preter quam aleph prime persone numeri singularis cui subscribitur cegol. Terminationes uero prime persone utriusque numeri sunt similes in utroque genere: quemadmodum in preterito dictum est. Quod in aliis quoque coniugationibus obseruatur. in quibus etiam prime persone utriusque numeri plerumque recipiunt he in fine: aliquando tamen non recipiunt. ut

אֶפְקוֹד uel אֶפְקְדָה uisitabo.m.&f.
תִּפְקוֹד Visitabis.m. תִּפְקְדִי Visitabis.f.
יִפְקוֹד Visitabit.m. תִּפְקוֹד Visitabit.f.

Plurali.

נִפְקוֹד uel נִפְקְדָה Visitabimus.m.&f.
תִּפְקְדוּ Visitabitis.m. תִּפְקוֹדְנָה Visitabitis.f.
יִפְקְדוּ Visitabunt.m. תִּפְקוֹדְנָה Visitabunt.f.

Et notandum quod vau littera que ponitur ante litteram substantialem finalem aliquando abiicitur. Notandum preterea quod terminatio secunde persone generis masculini numeri singularis est similis tertie persone generis feminini numeri singularis in omnibus futuris tam actiue vocis quam passiue. que voces non possunt dignosci nisi ex contentu partium orationis. Secunde quoque & tertie persone voces generis feminini pluralis numeri similes sunt. Eiusdem quoque futuri persone omnes generis masculini numeri singularis atque etiam prima persona pluralis quando iunguntur dictionibus monosyllabis cum accentu macaph aut habentibus accentum in principio: tunc littera substantialis medie dictionis habet camez & legitur quasi holem. vt Psalmo. 88. אֶשְׁמָר לוֹ חַסְדִּי idest seruabo illi misericordiam meam. & ad hunc modum alia complura. in omnibus etiam personis eiusdem temporis littera substantialis medie dictionis aliquando venit cum patha hoc modo. אֶפְעַל idest faciam. quod precipue fit in verbis quorum littera substantialis media aut finalis est aliqua harum quattuor. אהחע vt אֶשְׁמַע idest audiam. אֶצְעַק idest clamabo. & in vtrisque huiusmodi futuris in eodem verbo littera substantialis media potest esse cum holem & potest esse cum patha. vt. אֶחְפֹּץ volam. יֶחְפַּץ idest volet: & in fine clausule seba littere substantialis medie aliquando vertitur in camez siue holem: & in ea collocatur accentus etiam si littera substantialis non sit vna ex illis quattuor in hunc modum אֶפְקֹדָה. אֶפְקָדָה: תִּפְקֹדִי תִּפְקָדִי. תִּפְקֹדוּ תִּפְקָדוּ: יִפְקֹדוּ יִפְקָדוּ. venit etiam ad eundem modum sepe: licet non sit in fine clausule. In quibusdam etiam verbis quorum littera substantialis prima est ain siue heth in prima persona singulari: subiicitur illis cegol. sic אֶעֱבוֹר idest transibo. Sed in aliis personis vltra litteram que additur ad designandum personam futuri: littera substantialis prima habet camez vel patha. sic תַּעֲבוֹר. idest transibis. תַּעֲמֹד idest stabis. In quibusdam quorum principium est aleph: littere addite habent holem in prima persona: & aleph substantialis prima amittitur. vt אֹכַל .i. comedam אֹמַר. idest dicam. in aliis vero personis aleph rursus emergit: sed non profertur: vt תֹּאמַר idest dices. תֹּאכַל idest comedes. Sunt preterea verba quorum initium est aleph: in quibus littere que adduntur futuro & substantialis prima habent cegol & non abiicitur aleph. qualia sunt. אֶאֱסֹף idest congregabo אֶאֱסֹר idest alligabo. Nonnunquam etiam secunde & tertie persone generis masculini numeri pluralis & secunda persona generis feminini singularis accipiunt in fine nun. vt תִּפְקְדוּן יִפְקְדוּן תִּפְקְדִין que regula seruit coniugationibus aliis tam in voce actiua quam in passiua. Et notandum quod quando preponitur vau cum camez siue patha: & vau est particula coniunctiua: futurum vertitur in preteritum hoc modo. וַיִּפְקֹד idest & visitauit. quod si tau habet seba siue hiric: tunc non mutatur futurum. vt וְיִפְקֹד idest & visitabit. Quod si vau preponitur preterito: subiecto quocunque apice: preteritum vertitur in futurum. vt וְשָׁקַט idest & quiescet: preterquam in prima persona singularis numeri in cuius littera substantiali media collocatur accentus: quia tunc manet in eodem preterito. vt Osee 12. וְדִבַּרְתִּי עַל הַנְּבִיאִים idest & locutus sum ad prophetas. Si tamen accentum habet in vltima: nihilominus vertitur in futurum. vt Exo. cap. 12. וְעָבַרְתִּי בְאֶרֶץ מִצְרַיִם idest. & transibo per terram egypti. Quodque hoc in loco de vau diximus ad alias quoque pertinet coniugationes in vtraque voce. Per tempus etiam futurum aliquando suppletur preteritum imperfectum eiusdem modi. vt Gen. cap. 2. וְאֵד יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ idest fons ascendebat de terra.

De imperatiuo.

Imperatiuus modus qui hebraice dicitur צִוּוּי tantum habet vnum tempus presens: caretque primis personis numeri vtriusque: hoc modo. פְּקֹד vel פְּקֹד vel פְּקֹד visita. m. פִּקְדִי visita.f. פִּקְדוּ visitate.m. פְּקֹדְנָה visitate.f.
Et notandum quod ad proportionem trium illarum vocum secunde persone imperatiui: numeri singularis: generis masculini: declinantur alie persone eiusdem modi. hoc modo.
פָּקְדָה. visita.m. פָּקְדִי פָּקְדִי פָּקְדִי visita.f. פָּקְדוּ פָּקְדוּ פָּקְדוּ visitate.m. פְּקֹדְנָה פְּקֹדְנָה visitate.f. quod plerumque contingit in fine clausularum. Eadem quoque secunda persona potest accipere he in fine: idque tribus modis. Primo si littera substantialis prima legitur cum hiric & vltima cum camez siue patha. vt Gen. 39. שִׁכְבָה עִמִּי idest dormi mecum. Secundo cum littera substantialis prima legitur cum camez & profertur quasi holem. vt Nee. 13. זָכְרָה לִּי אֱלֹהַי. idest recordare mei deus meus. Tertio cum littera substantialis prima legitur cum seba. vt Dan. 19. יְהוָה שְׁמָעָה יְהוָה סְלָחָה .i. domine audi: domine parce. Generis quoque feminini: numeri singularis: littera substantialis prima aliquando habet camez & profertur holem. vt Iudicum. cap. 9. מָלְכִי עָלֵינוּ idest regna super nos. Et cum aliqua littera substantialis prima vel media prime verbi positionis est gutturalis: tunc genus femininum numeri singularis & masculinum pluralis possunt habere primas & secundas litteras cum patha: hoc modo פַּעֲלִי idest fac. F. פַּעֲלוּ idest facite. m. Nonnunquam vtreque littere prime in masculino plurali veniunt cum cegol. hoc modo. אֶהֱבוּ idest amate אֶחֱזוּ. idest comprehendite. Et in feminino singulari littera substantialis prima scribitur aliquando per camez hateph quod profertur per holem. vt Hieremie cap. 22. צָעֳקִי .i. & clama: aliquando etiam he finalis in secunda persona feminini pluralis deficit. vt Ruth. 1. קְרֶאןָ לִי מָרָא idest vocate me amaram. In eodem quoque verbo littera substantialis prima venit cum hiric & nun finalis pertinet ad vocalem precedentem. vt Exodi. 2. קִרְאֶןָ לוֹ idest vocate eum. In verbis quoque quorum tertia persona preteriti desinit in. e. vel in. o. sequenti consonante: preteritum non differt ab imperatiuo. vt Gen. 29. מַלֵּא שְׁבֻעַ זֹאת idest imple septimanam huius. Et notandum quod tertia persona presentis imperatiui tam singularis quam pluralis suppletur per futurum indicatiui. & quod per idem futurum indicatiui suppletur futurum imperatiui: quod est etiam aliarum coniugationum proprium.

De infinitiuo & gerundiis.

Infinitiuus modus qui ab hebreis dicitur מָקוֹר. idest origo: appellatur sic: quoniam ab illa verbi significatione confusa incipiunt distingui operationes. vt: פְּקֹד. i. פָּקֹד. פְּקֹד idest visitare. Itaque apud hebreos infinitiuus aut iungitur prepositionibus: & tunc ponitur pro nostris gerundiis: aut iungitur verbo indicatiui modi & tunc ponitur pro participio vel nomine infinito. vt Gen. 50. פָּקֹד יִפְקֹד idest visitas visitabit. & Exodi. 3. פָּקֹד פָּקַדְתִּי idest visitans visitaui. Prepositiones vero ad circumloquendum gerundia sunt בכלם quibus subscribitur hiric in hunc modum.

בִּפְקֹד In visitando. כִּפְקֹד Cum visitando.
לִפְקֹד Ad visitandum. מִפְּקֹד De visitando.

Nonnunquam hec gerundia recipiunt in fine he: & littera substantialis prima habet camez qui profertur quasi holem. vt Exo. 36. לְקָרְבָה אֶל הַמְּלָאכָה ad accedendum ad opus. idest vt accederet operi. Aliquando etiam veniunt cum hiric in fine: sequenti iod. vt Psalmo. 111. לְהוֹשִׁיבִי עִם נְדִיבִים idest ad habitandum cum principibus. vbi debuit dicere. לְהוֹשִׁיב. Per eundem quoque infinitiuum suppletur subiunctiuus: mutato seba prime littere in holem. & preposita beth siue caph cum seba: & in fine addito vno ex pronominibus: vt ex omnibus fiat vna dictio ad hunc modum. בְּפָקְדִי .i. in visitādo me. pro eo quod est cum visitem vel visitauero. & eodem modo alie persone.

בְּפָקְדְךָ cum tu visites.m. בְּפָקְדֵךְ cum tu visites.F.
בְּפָקְדוֹ cum ille visitet. בְּפָקְדָהּ cum illa visitet.
בְּפָקְדֵנוּ cum visitemus.m.vel.F. De optatiuo.

Hebrei optatiuum non habent: circumloquuntur tamen illum per preteritum & futurum indicatiui modi & duo hec aduerbia optādi. לוּ: אַחֲלַי. hoc est vtinā. vt Esaie cap. 48. לוּ הִקְשַׁבְתָּ idest vtinam audiuisses. & Psalmo. 118. אַחֲלַי יִכֹּנוּ דְרָכַי. idest vtinam dirigantur vie mee. De voce passiua.

Vocis passiue preteritum indicatiui modi formatur ex eodem preterito vocis actiue addita in principio nun cum hiric: & mutato camez prime littere substantialis in seba. vt. נִפְקַד visitatus fuit נִפְקְדָה visitata fuit.

נִפְקַדְתָּ visitatus fuisti. נִפְקַדְתְּ visitata fuisti.
נִפְקַדְתִּי visitatus vel visitata fui. Plurali.
נִפְקְדוּ visitati vel visitate fuerunt.
נִפְקַדְתֶּם visitati fuistis. נִפְקַדְתֶּן visitate fuistis.
נִפְקַדְנוּ visitati vel visitate fuimus.

Notandum tamen quod in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez. hoc modo. נִפְקָדוּ נִפְקָדָה quod si littera substantialis prima est aliqua illarum quattuor אהחע tunc in omnibus personis littera substantialis prima & nun passiue vocis scribuntur per cegol. vt Gen. cap. 22. נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ. i. apprehensum in vepribus. Aliquando littera nun scribitur cum patha. vt Gen. 31. לָמָּה נַחְבֵּאתָ idest quare absconditus es. Presens tempus huius vocis & modi in tertia persona masculini singularis est simile participio eiusdem passiue vocis & preterito eiusdem vocis & modi. differunt tamen quod preteritum scribitur cum patha in littera substantiali media quando non est finis clausule. presens vero siue participium scribitur cum camez nisi construatur cum genitiuo. vt.

נִפְקָד qui visitatus est. נִפְקָדָה vel נִפְקֶדֶת que visitata est
נִפְקָדִים qui sunt visitati. נִפְקָדוֹת que sunt visitate.

Et cum littera substantialis prima est aliqua illarum quattuor אהחע scribitur per cegol. Et similiter nun passiue vocis scribitur per cegol. vt Numeri. cap. 12. נֶאֱמָן הוּא idest fidelis est ille. & aliquando littera substantialis media participii generis masculini pluralis scribitur cum seba loco camez. Ester. 1. הַנִּמְצְאִים בְּשׁוּשַׁן i. qui iuncti sunt in susis. futurum recipit has quattuor litteras אית͏ן vocis actiue: & deficit nun preteriti vocis passiue: quod suppletur per dagues impositum littere substantiali prime: hoc modo.

אֶפָּקֵד vel אֶפָּקְדָה viſitabor.m.&.f.
תִּפָּקֵד viſitaberis.m. תִּפָּקְדִי viſitaberis.f.
יִפָּקֵד viſitabitur.m. תִּפָּקֵד viſitabitur.f.

Plurali.

נִפָּקֵד vel נִפָּקְדָה viſitabimur.m.&.f.
תִּפָּקְדוּ viſitabimini.m. תִּפָּקַדְנָה viſitabimini.f.
יִפָּקְדוּ viſitabuntur.m. תִּפָּקַדְנָה viſitabuntur.f.

Et in fine clauſule ſeba littere ſubſtantialis medie vertitur in cere cum accentu. vt תִּפָּקֵדִי idest viſitaberis. Et notandum quod aleph prime perſone aliquando recipit hiric. vt Exodi.14. וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה idest honorabor in pharaone. Nonnunquam etiam cere littere ſubſtantialis medie vertitur in patha ſiue camez. vt Numeri.16. וַתֵּעָצַר הַמַּגֵּפָה idest & ceſſauit peſtilẽtia. quo in loco tau futuri ſcribitur cum cere. & hoc eſt quia quando littera ſubſtantialis prima eſt aliqua iſtarum ארחער tunc littere que adduntur futuro recipiunt cere. vt Geñ. cap̄. 42. יֵאָסֵר בְּבֵית מִשְׁמַרְכֶם idest ligabitur in domo cuſtodie veſtre. Ione.1. וַיֵּרָדַם.i. & dormiuit Prouer.22. בְּתוֹךְ רְחֹבוֹת אֵרָצֵחַ.idest in medio platearum occidar. Et quando littera ſubſtantialis vltima eſt ain ſiue heth. ſcribitur ſubiecto patha. ſic יִשָּׁמַע.i. audietur. יִפָּתַח idest aperietur. Nonnũquam etiam littera ſubſtantialis media vertit cere in patha. quod tenet verum cũ non eſt clauſule finis. vt.4. Regum.2. בְּטֶרֶם אֶלָּקַח מֵעִמָּךְ idest ante quam tollar a te. & in feminino plurali plerumqꝫ littera ſubſtã tialis media ſcribitur cum camez ſiue patha. vt Pſalmo.36. וְקַשְּׁתוֹתָם תִּשָּׁבַרְנָה idest arcus eorum confringentur.

De imperatiuo modo.

IMperatiuus formatur a ſecundis perſonis futuri eiuſdem vocis paſſiue mutata tau in he. & littera ſubſtantialis prima habet dagues ſicut in futuro vt ſuppleatur defectus littere nun que erat preteriti. hoc modo.

הִפָּקֵד viſitare.m. הִפָּקְדִי viſitare.F.
הִפָּקְדוּ viſitamini.m. הִפָּקַדְנָה viſitamini.F.

& quando littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor אהחע he addita ſcribitur cum cere. ſicut Deutero.32. הֵאָסֵף אֶל עַמֶּיךָ idest apponere populis tuis. & nonnunquam genus maſculinum pluralis numeri accipit nun preteriti in prĩcipio vt Iere.50. בֹּאוּ וְנִלְווּ אֶל יְהוָה hoc eſt venite & iungimini dño.

De infinitiuo modo.

INfinitiuus vocis paſſiue ſimilis eſt ſecũde perſone imperatiui numeri ſingularis generis maſculini. vt הִפָּקֵד idest viſitari. Aliquando infinitiuus accipit nun preteriti. vt Eſter.3. וְנִשְׁלוֹחַ סְפָרִים.i. & mittere epiſtolas. & ex hoc infinitiuo & prepoſitionibus harum quattuor litterarũ בכלם fiunt gerundia vocis paſſiue: quemadmodum in infinitiuo actiue vocis dictum eſt. & nonnunquam he infinitiui amittitur. vt Exo.10. מֵאַנְתָּ לֵעָנֹת מִפָּנָי idest non vis ſubiici mihi. vbi deficit he quia debuit dici לְהֵעָנוֹת Ex hoc infinitiuo paſſiue vocis ſupplentur optatiuus & ſubiunctiuus eiuſdem vocis: quem admodum in infinitiuo actiue vocis dicebamus. Et notãdum ꝙ he regule cum pleriſqꝫ ex ſuperioribus non tam ad hanc cõiugationem quam ad omnes alias pertinent. Eſt & aliud participium vocis paſſiue huiuſmodi.

פָּקוּד viſitatus. פְּקוּדָה viſitata.
פְּקוּדִים viſitati. פְּקוּדוֹת viſitate.

Sunt qui inter hec duo participia faciant diferentiam: vt participium de quo ſuperius dictum eſt ſignificet per modum actus in tempore. hoc vero per modum habitus.

Sunt preterea verba neutra vocis actiue que repetiuntur aliq̃n do in voce paſſiua ſignificant tamen actionem: & carent participiis vocis paſſiue: que tamen habent participia vocis actiue actionem quoque ſignificantia: cuiuſmodi ſunt hec.

הָלַךְ vel נֶהֱלַךְ ambulauit יָשַׁב habitauit נָפַל cecidit עָמַד ſtetit. רָכַב Equitauit. In quibus quidem verbis non dicitur הָלוּךְ ne ꝗ in aliis huius generis. Sũt etiam quedam verba communia: quorũ participia vocis actiue aliquando ſignificant paſſionẽ. & vocis paſſiue actionem vt a בָּטַח. idest confidit בּוֹטֵחַ בָּטוּחַ.i. confiſus & confidẽs: et a שָׁכַן.i. habitauit שׁוֹכֵן שָׁכוּן.i. habitatus & habitans. ſunt alia verba que latinorum more poſſũt appellari deponentia: quia cum habeant vocem paſſiuam carent actiua. vt נִשְׁבַּע idest iuratus vel iurauit נוֹתַר. idest remanſit ſiue relictum eſt. Sunt alia verba que carent participiis preſentis actiue & paſſiue vocis: in quorum loco ponuntur nomina adiectiua. vt קָרַב. idest acceſſit. רָחַק idest receſſit: a quibus deriuantur nomina adiectiua a priori. קָרוֹב. idest propinquus. a poſteriori רָחוֹק. idest longinquus: que in locum ſuorum participiorum ſucceſſere tam actiuorum ꝙ paſſiuorum. In participiorũ quoqꝫ locum ſuccedunt ſequentia nomina adiectiua. גִּבּוֹר idest fortis. חָזָק idest fortis. חָכָם. idest ſapiens סָכָל idest ſtultus צַדִּיק idest iuſtus. קָטָן idest paruus רָשָׁע idest malus. Quoniam verba a quibus hec nomina deriuantur carent vtroqꝫ participio. & hoc verbum. יָכֹל idest potuit: neqꝫ habet participium actiuũ neqꝫ paſſiuum neqꝫ nomen adiectiuum: in quo preteritum ponitur pro preſenti.

De ſecunda coniugatione.

SEcunda coniugatio eſt trium litterarum: quarum prima ſubſcribitur cũ hiric. ſecunda cum cere ſiue patha. vt פִּקֵּד & nonnunquam cum cegol. & littera ſubſtantialis media ſcribitur per dages: ſi non ſit aliqua harum quinque. ארהחע q̃ non recipiunt dagues. & tunc prima verbi poſitio vtroqꝫ modo ſcribi poteſt. Poſſunt quoqꝫ prima & ſecunda ſubſtantialis littera ſcribi per cere. vt בֵּאֵר אֶת הַתּוֹרָה idest declarauit legem. Poſſunt etiam venire prima cum cere & media cum patha. vt Geñ.24. בֵּרַךְ אֶת אַבְרָהָם idest benedixit abraam. Sunt qui dicant quod littera ſubſtantialis media idcirco habet dagues: vt per eum ſuppleatur defectus littere iod: que debuit interponi duabus primis litteris ſubſtantialibus. Senſus huius coniugationis in omnibus modis & temporibus eſt ſimilis coniugationi prime.

Secunda coniugatio actiue vocis. indicatiuo modo tempore preterito.

פִּקֵּד viſitauit.m. פִּקְּדָה viſitauit.F.
פִּקַּדְתָּ viſitaſti.m. פִּקַּדְתְּ viſitaſti. F.
פִּקַּדְתִּי viſitaui.m.&.f.

Plurali.

פִּקְּדוּ viſitauerunt.m.&.f.
פִּקַּדְתֶּם viſitaſtis.m. פִּקַּדְתֶּן viſitaſtis.F.
פִּקַּדְנוּ viſitauimus.m.&.f.

Et notandum quod in fine clauſule ſeba littere ſubſtãtialis medie vertitur in cere & in eadem collocatur accentus. vt Deut.5: אֲשֶׁר דִּבֵּרוּ idest quod locuti ſunt. Aliquando etiam in prima verbi poſitione veniunt in principio due littere ex his אהחע ſimul. & vtraqꝫ cum cegol. vt iudicium. cap̄.5. מַדּוּעַ אֶחֱרוּ פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו idest quare tardauerunt pedes quadrigarum illius. Et aliquando hec coniugatio reperitur ſine dagues. vt Ezech.9. וּמַלְאוּ אֶת הַחֲצֵרוֹת idest implete atria.

Preſens quod per participia vocis actiue & paſſiue huius coniugationis & earũ que ſequuntur ſuppletur: plerũque venit cum mem addita in principio. vt.

מְפַקֵּד qui viſitat מְפַקְּדָה vel מְפַקֶּדֶת que viſitat
מְפַקְּדִים qui viſitant מְפַקְּדוֹת que viſitant.

In fine vero clauſule littera ſubſtantialis media in gñe feminino numeri ſingularis plerumqꝫ venit cũ cere: & in ea nõnũquã accentus collocatur. ut מְפַקֵּדָה. idest que uiſitat: & participium quod deſinit in tau venit in hunc modum. מְפַקֶּדֶת Cum uero participium maſculinum numeri ſingularis iungitur pronomini: aliquando littera ſubſtantialis media ſcribitur cum hiric. vt Leuitici.21. מְקַדִּשְׁכֶם idest qui ſanctificat vos. Littere que adduntur futuro in principio veniunt cũ ſeba preter aleph prime perſone ſingularis que venit cum patha. vt אֲפַקֵּד vel אֲפַקְּדָה viſitabo.m.&.f. תְּפַקֵּד viſitabis. m. תְּפַקְּדִי viſitabis.f. יְפַקֵּד viſitabit.m. תְּפַקֵּד viſitabit.f. Plurali. נְפַקֵּד vel נְפַקְּדָה viſitabimus.m.&.f. תְּפַקְּדוּ viſitabitis. m. תְּפַקֵּדְנָה viſitabitis.f. יְפַקְּדוּ viſitabunt. m. תְּפַקֵּדְנָה. viſitabunt.f. In fine vero clauſule ſeba littere ſubſtantialis medie vertitur in cere: & in ea ponitur accentus. hoc mõ. אֲפַקֵּדָה. que regula obſeruatur in omnibus coniugationibus.

De imperatiuo.

פַּקֵּד vel פַּקְּדָה viſita.m. פַּקְּדִי viſita.f.
פַּקְּדוּ viſitate.m. פַּקֵּדְנָה viſitate.f.

Aliquando ĩ ſecunda perſona maſculini ſingularis littera ſubſtantialis media venit cum patha. vt Pſal.54. בַּלַּע יְהוָה פַּלַּג לְשׁוֹנָם idest precipita domine: diuide linguam eorum.

De infinitiuo.

פַּקֵּד Viſitare. Aliquando in hoc modo littera ſubſtantialis media venit cum holem. vt Pſal.117. יַסֹּר יִסְּרַנִּי יָהּ idest caſtigans caſtigauit me dominus. Aliquando littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum hiric. vt Leuitici.14. אַחַר חִלֵּץ אֶת הָאֲבָנִים.i. poſt ea quam eruti fuerint lapides. & ex hoc infinitiuo ſupplentur gerundia & ſubiunctiuus modus: antepoſita vna ex his quattuor litteris בכלם ſubſcriptis cum ſeba. vt in infinitiuo prime cõiugationis dictum eſt. Aliquando etiam cum he in fine. vt Leuitici.26. לְיַסְּרָה אֶתְכֶם ad caſtigandum vos.

De voce paſſiua.

In voce paſſiua littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum ſurec. & appellatur בִּנְיַן פֻּקַּד quoniam ſic incipit. ad hunc modum. indicatiuo modo tempore preterito.

פֻּקַּד viſitatus fuit. פֻּקְּדָה viſitata fuit.
פֻּקַּדְתָּ viſitatus fuiſti. פֻּקַּדְתְּ viſitata fuiſti.
פֻּקַּדְתִּי viſitatus fui vel viſitata fui.

Plurali.

פֻּקְּדוּ Viſitati fuerunt vel viſitate fuerunt.
פֻּקַּדְתֶּם viſitati fuiſtis. פֻּקַּדְתֶּן viſitate fuiſtis.
פֻּקַּדְנוּ viſitati fuimus l' viſitate fuimus.

Et quando littera ſubſtantialis media eſt aliqua harum quattuor אהער ſurec littere ſubſtantialis prime vertitur in holem. vt exo.12. כִּי גֹרְשׁוּ מִמִּצְרַיִם.i. quia eiecti fuerũt ex egypto. & ĩ hũc modum alia cõplura. & licet littera ſubſtãtialis media ſit heth: tñ prima ſubſtantialis ſcribi poteſt cum ſurec. vt Ezech.cap̄.16 וּבְמַיִם לֹא רֻחַצְתְּ idest & aqua non es lota. Et quando littera ſubſtantialis media eſt aliqua harum quattuor אהחע ſeba eiuſdẽ littere vertitur in camez: vt in preterito vocis actiue prime coniugationis dictum eſt. preterea in fine clauſule ſeba littere ſubſtantialis medie vertitur in camez: & in ea collocatur accentus hoc modo. פֻּקָּדָה. Preſens eiuſdem vocis aſſimilatur preterito eidem: excepto ꝙ preteritum ſcribitur cum patha in littera media ſubſtãtiali: preſens vero cũ camez. ſic. מְפֻקָּד qui eſt viſitatus מְפֻקָּדָה que eſt viſitata מְפֻקָּדִים qui ſunt viſitati מְפֻקָּדוֹת que ſũt viſitate. Futurũ cui littere addite recipiũt ſeba: & aleph prime pſone ſingularis habet patha hoc mõ. אֲפֻקַּד viſitabor. m. & f. תְּפֻקַּד viſitaberis.m. תְּפֻקְּדִי viſitaberis.f. יְפֻקַּד viſitabitur.m. תְּפֻקַּד viſitabitur.f. Plu. נְפֻקַּד vel נְפֻקְּדָה viſitabimur. m.f. תְּפֻקְּדוּ viſitabimini.m. תְּפֻקַּדְנָה viſitabimini.f. יְפֻקְּדוּ viſitabuntur.m. תְּפֻקַּדְנָה. bũtur.f. In fine vero clauſule ſeba lr̃e ſbãlis medie vertitur in camez atqꝫ in eadẽ accentus collocatur hoc mõ. תְּפֻקָּדִי תְּפֻקָּדוּ & hec vox paſſiua caret imperatiuo modo. Infinitiuus vocis paſſiue eſt פֻּקַּד vel פֻּקֹּד.i. viſitari. cui ſi p̄ponãtur p̄põnes harũ quattuor litterarum בכלם circũloquimur gerundia. Subiũctiuus vero ſuppletur eo modo quo dictũ eſt in infinitiuo prime cõiugatiõis. Eſt & aliud participiũ vocis paſſiue

מְפֻקָּד qui eſt viſitatus מְפֻקָּדָה vel מְפֻקֶּדֶת que eſt. tata. מְפֻקָּדִים q ſunt viſitati מְפֻקָּדוֹת que ſunt viſitate. Et qñ littera ſubſtãtialis media eſt aliqua harum quinque ארחער: ſurec littere ſubſtantialis prime vertitur in holem. vt Deutero.33. מְבֹרֶכֶת יְהוָה.i. benedicta domini.

De tertia coniugatione.

TErtia coniugatio queadmodũ ſupra dictum eſt appellatur הִפְקִיד propterea quod facit actũ verbi trãſire in aliã perſonã: quod fit precipue in verbis tranſitiuis. vt הִפְקִיד אֶת הַחוֹלֶה.i. fecit viſitare infirmũ. vbi ſunt tres perſone qui facit viſitare. qui viſitat. qui viſitatur. Et in verbis abſolutis actus tranſit in ſecundã pẽrſonã & non vltra. vt הֶעֱמִיד fecit ſtare: quod verbũ nõ trãſit in aliã rẽ. Itaqꝫ in hac cõiugatione per vnum verbum ſignificãtur due actiones diuerſe. ſ. actio. principalis eiuſdem verbi: & actio huius verbi facio facis. vt a ſupradicto verbo פָּקַד.i. viſitauit dicitur הִפְקִיד.i. viſitare fecit. & a קָרַב.i. appropinquauit: dicitur הִקְרִיב.i. appropinquare fecit. Et aliquando per huius coniugationis verba actus permanet in prima vel in ſecunda pſona. vt הֶחֱרִישׁ hoc eſt tacuit vel tacere fecit. & quando littera ſubſtantialis vltima eſt ain ſiue heth ſcribitur per patha hoc modo. הִשְׁמִיעַ idest audire fecit. Et in preterito huius coniugationis: iod exteritur ex medio preterquam in tertiis perſonis vtriuſqꝫ generis & numeri. hoc modo.

Indicatiuo modo actiue uocis in preterito.

הִפְקִיד fecit viſitare.m. הִפְקִידָה fecit viſitare.f.
הִפְקַדְתָּ feciſti viſitare.m. הִפְקַדְתְּ feciſti viſitare.f.
הִפְקַדְתִּי feci viſitare.m.&.F.

Plurali.

הִפְקִידוּ fecerunt viſitare.m.&.F.
הִפְקַדְתֶּם feciſtis viſitare.m. הִפְקַדְתֶּן feciſtis. tare.F.
הִפְקַדְנוּ fecimus viſitare.m.&.F.

Quando vero littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor. אהחע he addita in principio & littera ſubſtantialis prima ſcribuntur per cegol hoc modo. הֶעֱבִיר idest fecit tranſire. Et aliquando littera ſubſtantialis prima tantum ſcribitur per ſeba hoc modo הֶעְלִים idest abſcondit vel fecit abſcondere. Vno tamen in loco tantum he addita reperitur cum cegol quamuis littera ſubſtantialis prima non ſit aliqua ex ſupradictis quattuor. primo. Regum.25. לֹא הֶכְלַמְנוּם idest nunquam eis moleſti fuimus.

Preſens circumloquimur per participium: quod habet mem additam in principio ſubiecto patha ſiue camez: & abiicitur he preteriti addita ſic.

מַפְקִיד qui facit viſitare מַפְקִידָה vel מַפְקֶדֶת que facit viſitare. מַפְקִידִים qui faciunt viſitare מַפְקִידוֹת que faciunt viſitare.

Et cum littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor אהחע illa littera ſcribitur cum patha loco ſeba in hunc modum. מַעֲבִיר idest qui facit tranſire. Et aliquãdo littera ſubſtantialis media loco hiric habet cere: & excluditur iod. vt Pſalmo.134. מוֹצֵא רוּחַ מֵאוֹצְרוֹתָיו idest qui educit ventos de theſauris ſuis.

Littere que adduntur futuro ſcribuntur cum patha: & excluditur he preteriti. & littera ſubſtantialis media habet hiric: ĩ hũc modum. אַפְקִיד vel אַפְקִידָה Faciam viſitare. m.&.f.

תַּפְקִיד facies viſitare.m. תַּפְקִידִי facies uiſitare.f.
יַפְקִיד faciet uiſitare.m. תַּפְקִיד Faciet uiſitare. f.

Plurali.

נַפְקִיד uel נַפְקִידָה faciemus viſitare.m.&.f.
תַּפְקִידוּ facietis viſitare.m. תַּפְקֵדְנָה facietis viſitare. f.
יַפְקִידוּ facient viſitare.m. תַּפְקֵדְנָה faciẽt viſitare.F.

Cum vero littera substantialis prima est aliqua harum quattuor. אהחע littera illa scribitur cum patha hoc modo אֶעֱמִיד idest faciam stare. & aliquando futurum recipit he preteriti. vt psalmo. 1 4 4. וְהוֹשִׁיעַ idest & me saluum faciet. Aliquando etiam littera substantialis media scribitur per cere loco hiric: & excluditur iod ex medio. vt Gen. cap. 1. וַיַּבְדֵּל אֱלֹהִים. idest & diuisit deus. & ad hunc modum alia complura. Nonnunquam preterea in plurali littera substantialis media scribitur cum seba loco hiric & excluditur iod ex medio. vt. 1. Regū. 31. וַיַּדְבִּקוּ פְלִשְׁתִּים hoc est irruerunt philistim: pro quo debuit esse וַיַּדְבִּיקוּ. Quod etiam fit cum pronomini iungitur. vt. 1. Reg. 17. יַעְשְׁרֶנּוּ הַמֶּלֶךְ idest diuitem faciet illum rex. pro quo debuit esse יַעֲשִׁירֶנּוּ.

De imperatiuo.

Imperatiuus habet in principio he additam cum patha & in secunda persona masculini singularis & feminini pluralis littera substantialis media plerumque scribitur cum cere: & excluditur iod ex medio. In aliis tamen personis littera substantialis media scribitur cum hiric: & non abiicitur iod ex medio. sic. הַפְקֵד fac visitare. m: הַפְקִידִי vel הַפְקֵדְנָה fac visitare. f. הַפְקִידוּ facite visitare. m. הַפְקֵדְנָה facite visitare. f. Et cum littera substantialis media est aliqua harum quattuor. אהחע scribitur cum patha. vt. 2. Reg. cap. 11. הַחֲזֵק מִלְחַמְתְּךָ idest conforta bellum tuum. aliquando secunda persona imperatiui masculini singularis littera substantialis media scribitur cum cegol. vt 1. Para. 21. הַעֲבֶר נָא idest fac transire nunc. Nonnunquam preterea idem imperatiuus venit cum hiric loco cere. vt Ieremie 17. הָבִיא עֲלֵיהֶם hoc est. induc super eos. & quandoque littera substantialis media scribitur cum patha loco cere. sicut in Psalmo. 5. הַיְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ hoc est dirige in conspectu meo viam tuam. Idem quoque modus aliquando scribitur cum he in fine. vt Iere. 18. הַקְשִׁיבָה יְהוָה idest audi domine.

De infinitiuo.

Infinitiuus modus recipit he quemadmodum & imperatiuus. & littera substantialis media scribitur cum cere siue hiric & iod. in hunc modum. הַפְקֵד vel הַפְקִיד. i. facere visitare. Aliquando etiam he addita scribitur cum hiric. vt Esaie. 31. גָּנוֹן וְהִצִּיל פָּסֹחַ וְהִמְלִיט idest protegere & liberare. transire & saluare. & alia ad hunc modum. Per infinitiuum quoque supplentur gerundia & subiunctiuus prepositis illis quattuor litteris בכלם cum seba: quemadmodum in infinitiuo prime coniugationis dictum est. Et cum sic veniunt gerundia cum prefatis litteris nonnunquam he addita in principio excluditur: & littera addita ex quattuor predictis scribitur cum patha siue camez. vt Psal. 25. לַשְׁמִיעַ בְּקוֹל תּוֹדָה hoc est ad audiendum vocem laudis. & alia similiter.

De voce passiua.

Passiua vox accipit he in principio subiecto surec siue camez quod profertur quasi holem. hoc modo. הָפְקַד vel הֻפְקַד idest visitatus fuit.

Indicatiuo modo tempore preterito.

הָפְקַד	Visitatus fuit.	הָפְקְדָה	visitata fuit.
הָפְקַדְתָּ	Visitatus fuisti.	הָפְקַדְתְּ	Visitata fuisti.
הָפְקַדְתִּי	Visitatus vel visitata fui.		Plurali.
הָפְקְדוּ	Visitati vel visitate fuerunt.		
הָפְקַדְתֶּם	Visitati fuistis.	הָפְקַדְתֶּן	Visitate fuistis.
הָפְקַדְנוּ	Visitati vel visitate fuimus.		

Et quando littera substantialis prima est aliqua harum quattuor. אהחע he addita scribitur aliquando cum camez. & littera substantialis prima scribitur cum camez hateph hoc modo. הָעֳמַד idest statutus est: & quando est in fine clausule: littera substantialis media scribitur cum camez loco seba accentu in eadem posito. hoc modo הָפְקָדוּ. Presens circumloquimur per participium quod habet he additam in principio subiecto surec siue camez quod profertur quasi holem: sicut in preterito. hoc modo הָפְקָד vel הֻפְקָד qui visitatur הָפְקָדָה que visitatur. הָפְקָדִים qui visitantur. הָפְקָדוֹת que visitantur. Futurum litteras additas accipit subscriptas cum surec siue camez hateph quod profertur quasi holem ad hunc modum. אֻפְקַד vel אָפְקַד visitabor. m. & f.

תּוּפְקַד	visitaberis. m.	תּוּפְקְדִי	Visitaberis. f.
יוּפְקַד	Visitabitur. m.	תּוּפְקַד	Visitabitur. f. Plu.

נֻפְקַד vel נָפְקַד visitabimur. m. & f.

תּוּפְקְדוּ	Visitabimini. m.	תּוּפְקַדְנָה	Visitabimini. f.
יוּפְקְדוּ	Visitabuntur. m.	תּוּפְקַדְנָה	Visitabuntur. f.

Et cum littera substantialis prima est aliqua harum quattuor אהחע tunc littere addite futuri scribuntur cum camez: & littera substantialis prima cum camez hateph quod profertur quasi holem. vt Leuitici. 16. יָעֳמַד חַי idest statuatur viuus. Esdre. 10 יָחֳרַם כָּל רְכוּשׁוֹ idest destruetur omnis substātia eius. & hec vox passiua non habet modum imperatiuum.

De infinitiuo.

Infinitiuus he additam in principio recipit scriptam cum camez qui profertur quasi holem: & littera substantialis media venit cum cere hoc mō. הָפְקֵד vel הָפְקֵד Visitari. Infinitiuus tamen qui frequentior est in sacra scriptura: est qui venit cum he scripta cum camez quod profertur quasi holē. vt Ezechielis. 16. וְהָמְלֵחַ לֹא הֻמְלַחַתְּ וְהָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ idest & saliri nō es salita. & inuolui non es inuoluta. pro quo nos habemus nec sale salita nec inuoluta pannis. & aliquando infinitiuus venit cum he addita in fine. vt Ezechielis. 32. רְדָה וְהָשְׁכְּבָה אֶת עֲרֵלִים idest descende & dormire cum incircumcisis. Participiū huius vocis est huiusmodi.

מוּפְקָד	qui visitatur	מוּפְקֶדֶת vel מוּפְקָדָה	que visitatur
מוּפְקָדִים	qui visitantur.	מוּפְקָדוֹת	que visitantur.

Aliquando participium venit cum he preteriti post mem. vt Ezechiel. 46. לְאַרְבַּעְתָּם מְהֻקְצָעוֹת. hoc est. ad quattuor illa angulata. pro quo nos habemus mensure vnius quattuor. & quādo littera substantialis media est aliqua harum quattuor אהחע littera mem plerumque venit cum camez. & littera substātialis prima scribitur cum hateph camez. vt Ezechiel. 29. בְּתוֹךְ עָרִים מָחֳרָבוֹת hoc est inter vrbes destructas.

De quarta coniugatione.

Quarta coniugatio que vt in parte superiori diximus vocatur quadrata: quattuor habet litteras ī tertia persona singulari preteriti: & habet duas syllabas: quarū prima scribitur cum vau & holem & secunda cum patha. hoc modo. רוֹמַם idest exaltauit. & hec coniugatio plerumque est verborum que dicuntur imperfecta. & in prima coniugatione sunt vnius syllabe. vt קוּם רוּם hoc est leuauit surrexit. Et in secunda syllaba quarte coniugationis frequenter habet cere hoc modo קוֹמֵם idest eleuauit: vbi omnes quattuor littere sunt substantiales: quia etiam vau est de substantialibus. Hec quoque coniugatio est verborum in quibus littera substantialis secunda geminatur. vt מוֹדֵד idest mensus est. & tunc verbum quadratum scribitur cum patha siue cere in secunda syllaba. & illic non sunt nisi tres littere substātiales verbi quia vau est ociosa. Et raro hec coniugatio reperitur in verbis in quibus littera non duplicatur aut non sunt monosyllaba. Et si quādo aliter reperitur tres tantum sunt littere illius substantiales. & secunda syllaba scribitur cum patha siue cere. & in discursu coniugationis horū verborum secunda syllaba scribitur subiecto patha excepto in tertia persona singulari feminini: & in tertia persona plurali. in quibus scribitur cum seba. Indicatiuo modo vocis actiue.

פּוֹקַד	Visitauit. m.	פּוֹקְדָה	visitauit. f.
פּוֹקַדְתָּ	Visitasti. m.	פּוֹקַדְתְּ	Visitasti. f.
פּוֹקַדְתִּי	Visitaui. m. & f.		Plurali.

פּוֹקְדוּ	visitauerunt. m. & f.	פּוֹקַדְתֶּם	visitastis. m.
פּוֹקַדְתֶּן	visitastis. f.	פּוֹקַדְנוּ	visitauimus. m. & f.

In fine vero clausule seba littere substantialis tertie vertitur in camez & accētu in eadē vt Ieremie. cap. 12. נְטַעְתָּם גַּם שֹׁרָשׁוּ idest plantasti eos. & radices miserunt. Presens circumloquimur per participiū quod habet mem additam in principio subiecto seba: hoc modo. מְפוֹקֵד qui visitat מְפוֹקֶדֶת vel מְפוֹקְדָה que visitat. מְפוֹקְדִים qui visitant. מְפוֹקְדוֹת que visitant. Inuenitur quoque nonnunquam participium generis masculini singularis addita iod in fine. vt Psalmo. 99. מְלָשְׁנִי בַסֵּתֶר idest qui accusat in secreto. pro quo debuit dici. מְלוֹשֵׁן Futuri quattuor littere que adduntur: recipiunt seba: preter aleph prime persone singularis: que venit cum patha hoc modo. אֲפוֹקֵד vel אֲפוֹקְדָה visitabo. m. & f. תְּפוֹקֵד visitabis. m. תְּפוֹקְדִי visitabis. f. יְפוֹקֵד visitabit. m. תְּפוֹקֵד visitabit. f.

Plurali.

נְפוֹקֵד vel נְפוֹקְדָה visitabimus. m. & f. תְּפוֹקְדוּ visitabitis. m. תְּפוֹקֵדְנָה visitabitis. f. יְפוֹקְדוּ visitabunt. m. תְּפוֹקֵדְנָה visitabunt. f. Et aliquando tertia littera generis feminini pluralis venit cum cere hoc modo. תְּפוֹקֵדְנָה. Et quando est in fine clausule: seba secunde littere substantialis vertitur in cere accentu in eadem. hoc modo אֲפוֹקֵדָה תְּפוֹקֵדִי תְּפוֹקֵדוּ יְפוֹקֵדוּ. Imperatiui secunda persona masculini singularis & pluralis est similis vocibus tertie persone preteriti: que dignoscuntur ex contextu partium orationis. hoc modo פּוֹקֵד vel פּוֹקְדָה visita. m. פּוֹקְדִי visita. f. פּוֹקְדוּ visitate. m. פּוֹקֵדְנָה visitate. f. Infinitiuus est similis imperatiuo generis masculini singularis. hoc modo. פּוֹקֵד idest visitare. & ad supplendum gerundia recipit prepositiones harum quattuor litterarum ב כ ל מ vt dictum est in infinitiuo prime coniugationis.

De voce passiua.

Vox passiua huius coniugationis appellatur verbum graue: quia est quinque litterarum. Ad tres namque substantiales in principio adduntur due: hoc est he cum hiric & tau cum seba: vt pertineat ad litteram precedentem. & littera substantialis media habet dagues hoc modo הִתְפַּקֵּד. quo etiam nomine vocatur. & significat passionem siue actionem que communiter non transit in aliam personam: sed sit illius passionis vel actionis reciprocatio in personam agentem. & eadem est persona agens & patiens. vt הִתְחַזֵּק idest confortatus est: vel confortauit se. הִתְפַּקֵּד idest visitauit seipsum: siue visitatus est a seipso. Nonnunquam reperiuntur huius coniugationis verba transitiua: qualia sunt verba prime coniugationis. vt הִתְפַּלֵּל idest orauit הִתְבּוֹנֵן idest intellexit siue intellectus est quod etiam potest esse absolutum. vt הִתְהַלֵּךְ idest ambulauit. Aliquando tau superaddita deficit: que suppletur per dagues in littera substantiali prima. vt Iosue. 22. אֲשֶׁר לֹא הִטַּהַרְנוּ idest a quo non mundauimus nos vel nō sumus mundati: & alia ad hunc modum. Aliquando littera substantialis media scribitur cum cere quando non est in fine clausule. Et aliquando scribitur per cegol. vt Gen. 15. הִתְהַלֶּךְ נֹחַ. idest ambulauit noe. Quandoque ex littera substantiali media deficit dagues. Et est notandum quod in hac coniugatione semper tau ponitur ante litteras substantiales: preter quam cum littera substantialis prima est vna ex his quattuor סצשז: quia tunc littera illa ponitur ante tau. vt Mich. cap. 6. וְיִשְׁתַּמֵּר חֻקּוֹת עָמְרִי idest seruabantur precepta ambri. quia ex huius coniugationis ratione debuit dici. וְיִתְשַׁמֵּר. & cum venit cum aliqua ex illis quattuor litteris: aliquando tau vertitur in teth. vt genesis. 44. מַה נִּצְטַדָּק idest in quo iustificabimus nos vel iustificabimur. quod verbum venit a. צָדַק cuius coniugatio explicatur hoc modo. הִתְפַּקֵּד visitauit se. m. הִתְפַּקְּדָה visitauit se. f. הִתְפַּקַּדְתָּ visitasti te m. הִתְפַּקַּדְתְּ visitasti te. f. הִתְפַּקַּדְתִּי visitaui me. m. & f.

Plurali.

הִתְפַּקְּדוּ visitauerunt se. m. & f. הִתְפַּקַּדְתֶּם visitastis vos. m. הִתְפַּקַּדְתֶּן visitastis vos. f. הִתְפַּקַּדְנוּ visitauimus nos. m. & f. In fine vero clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez: & accentu in eadem. sic הִתְפַּקָּדוּ Presens circumloquimur per participium presentis: addita mem in principio subscripto hiric & excluditur he preteriti ad hunc modum. מִתְפַּקֵּד qui se visitat מִתְפַּקֶּדֶת vel מִתְפַּקְּדָה que se visitat. מִתְפַּקְּדִים qui se visitant. מִתְפַּקְּדוֹת que se visitant. Futurum amittit he preteriti: quod fit ne proferantur tres littere addite simul. quod esset in prolatione perquam graue: & littere addite futuri scribuntur subiecto hiric preter aleph prime persone que venit cum cegol: & littera substantialis media scribitur cum cere. hoc modo. אֶתְפַּקֵּד vel אֶתְפַּקְּדָה visitabo me. m. & f. תִּתְפַּקֵּד visitabis te. m. תִּתְפַּקְּדִי visitabis te. f. יִתְפַּקֵּד visitabit se. m. תִּתְפַּקֵּד visitabit se. f.

Plurali.

נִתְפַּקֵּד vel נִתְפַּקְּדָה visitabimus nos. m. & f. תִּתְפַּקְּדוּ visitabitis vos. m. תִּתְפַּקֵּדְנָה visitabitis vos. f. יִתְפַּקְּדוּ visitabunt se. m. תִּתְפַּקֵּדְנָה visitabunt se. f. Aliquando littera substantialis media scribitur cum patha. vt prouer. 25. אַל תִּתְהַדַּר לִפְנֵי מֶלֶךְ idest non glorieris coram rege. Et cum venit in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez: et accentu in eadem. vt Exo. 19. הַנִּגָּשִׁים אֶל יְהוָה יִתְקַדָּשׁוּ idest qui accedunt ad dominum sanctificentur. Imperatiuus accipit he additam in principio subiecto hiric. hoc modo. הִתְפַּקֵּד visita te. m. הִתְפַּקְּדִי visita te. f. הִתְפַּקְּדוּ visitate vos. m. הִתְפַּקֵּדְנָה visitate vos. f. Infinitiuus hoc modo profertur. הִתְפַּקֵּד Visitare se. Passiue vocis aliud pticipiū est מִתְפַּקֵּד visitatus. מְפוֹקָּדָה vel מְפוֹקֶּדֶת visitata. מְפוֹקָּדִים visitati מְפוֹקָּדוֹת visitate.

Quattuor itaque coniugationes regulares atque perfecte ad hunc modum explicate sunt.

Sed antea quam ad verba irregularia descendamus: nō est omittendum id quod hebrei dicunt: esse videlicet quedam verba ex duabus coniugationibus composita vt psalmo. 7. יִרַדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי idest persequatur inimicus animam meam. quod verbum est futuri tertie persone singularis Hoc igitur verbum componitur ex futuro prime coniugationis vocis actiue hoc est. יִרְדֹּף: & ex futuro secunde coniugationis eiusdem vocis hoc est יְרַדֵּף: *quoniam* hiric quod subiicitur iod & holem qui imponitur daleth: sunt coniugationis prime: & patha qui subiicitur littere res & dagues qui subiicitur daleth sunt secunde coniugationis. Ad eundem quoque modum reperiuntur verba composita in voce passiua. vt numeri. 1. לֹא הָתְפָּקְדוּ בְּתוֹכָם idest nō sunt numerati inter illos: quod verbum componitur ex voce passiua tertie coniugationis que est הָפְקַד: & ex voce passiua quarte coniugationis: que est הִתְפַּקֵּד quia camez qui subiicitur he: est vocis passiue tertie coniugationis. & tau est eiusdem vocis quarte coniugationis. Sunt etiā alia verba que componuntur ex duobus temporibus. vt Ezechielis. 8. וְהֵמָּה מִשְׁתַּחֲוִיתֶם idest illi humiabant se siue adorabant: componitur namque ex preterito & presenti vocis passiue quarte coniugationis. quia mem prima est participii presentis. & tau secunda est preteriti.

De verbis irregularibus siue defectiuis.

Postea quam explicata est ratio verborum regularium consequens est vt de irregularibus & defectiuis differamus: idque secundum ordinem coniugationum. Estque in primis animaduertendum quod verba hebraica communiter habent ternas litteras substantiales illius verbi: que sunt immutabiles in omnibus vocibus. modis. tpibus. numeris. gnib⁹ & personis que inde deriuantur. Et tres ille littere vocantur

שֹׁרֶשׁ idest radix: quoniam sunt radix & fundamentum omnium coniugationum que ex illis deriuantur: atq; ex eis formantur partes illarum. Esto exempli gratia פָּעַל idest fecit que est tertia persona preteriti indicatiui modi prime coniugationis: & tres littere hoc est pe. aáin lámed sunt substantiales omnium verborum ab illo descendentium. & prima littera huius verbi dicitur. pe verbi. secunda aáin verbi. tertia lámed verbi. & verbum quod in omnibus modis & temporibus retinet has tres litteras substantiales dicitur verbum perfectum. quod aũt amittit aliquã ex illis dicitur imperfectum siue defectiuum. Et sunt quedam verba imperfecta quantum ad vocem tãtum: quoniam licet habeant omnes tres litteras substantiales: non proferuntur ex illis nisi due tantum priores: & finales plerumq; sunt áleph siue he ociose. vt קָרָא idest vocauit. עָלָה. idest ascendit. Sunt etiam verba in quibus non proferuntur littere substãtiales medie que sunt plerũq; vau siue iod. vt בִּין hoc est intellexit. שׁוּב idest reuersus est. que verba dicuntur נָחִים idest ociosa quia habent litteras ociosas. Sunt quoq; verba imperfecta: quibus in processu coniugationis deficiunt alique littere substantiales: quod contingit modis quattuor. Primo quando prima littera deficit. Secundo quando deficit secunda. Tertio quando deficit vltima. Quarto cum deficit prima & vltima. que verba dicuntur חֲסֵרִים idest defectiua. Sunt preterea verba que appellantur duplicia: quibus in discursu coniugationis deficiunt due littere. de quibus omnibus infra dicetur: & primo de illis quibus prima littera deficit ex iis que substantiales sunt. Que verba plerumq; sunt incipientia ab aliqua harum litterarum לני vt לָקַח idest accepit נָגַשׁ. idest accessit. יָדַע. idest cognouit. Et ex verbis defectiuis incipientibus a lámed tantum reperitur לָקַח supradictum. Et defectus horum verborum plerumq; est in imperatiuo & in futuro indicatiui: quia in preterito & p̃senti communiter retinent tres litteras substãtiales. & formantur ex proportione aliorum verborum perfectorum que supra dicta sunt. & quia huiusmodi verba defectiua plerumq; incipiunt a littera nun: de his primũ agendum est. Ponimusq; exempli causa hoc verbum נָגַשׁ idest accessit. cuius preteritum & p̃sens possunt formari ex proportione preteriti & presentis prime coniugationis verborum perfectorum. Sed in futuro deficit nun substantialis prima: que suppletur per dages littere substantialis medie cui subiicitur camez. sic. אֶגַּשׁ vel אֶגְּשָׁה accedã m. & f. תִּגַּשׁ Accedes. m. תִּגְּשִׁי accedes. f. יִגַּשׁ accedet. m. תִּגַּשׁ accedet. f.

Plurali.

נִגַּשׁ vel נִגְּשָׁה accedemus. m. & f. תִּגְּשׁוּ accedetis. m. תִּגַּשְׁנָה accedetis. f. יִגְּשׁוּ accedent. m. תִּגַּשְׁנָה accedent. f. Et quando ẽ in fine clausule. scba littere substantialis medie vertitur in camez: accentu in eadem. vt Geñ. 45. גְּשׁוּ נָא אֵלַי וַיִּגָּשׁוּ idest accedite ad me & accesserunt. & dagues littere substantialis medie venit etiam in nomine quod a verbo deriuatur. vt נָבַע idest manauit. vnde deriuatur nomen. מַבּוּעַ. hoc est fons vnde aliquid manat. in quo nun littera substantialis prima deficit: q̃ suppletur per dagues vt dictum est. Et quando littera substantialis media est aliqua ex his quattuor אהחע non excluditur nũ littera substantialis prima: quia non recipit dagues: preter quã in hoc verbo. נָחַת idest descendit. quia in futuro amittit nun: & venit in hunc modum אֵחַת תֵּחַת In quibusdam etiam verbis incipientibus a nun: littera substantialis media scribitur per holem. vt נָגַף idest percussit. נָפַל idest cecidit: quorum futura exeunt in hunc modum. אֶגֹּף idest percutiam אֶפֹּל. i. cadam. atq; sic alia complura. Imperatiuus horum verborum explicatur ad hunc modum. גַּשׁ vel גֶּשׁ accede. m. גְּשִׁי accede. f. גְּשׁוּ accedite. m. גַּשְׁנָה accedite. f. Secunda p̃sona imperatiui masculini singularis: loco cere scribitur aliqñ per cegol & aliquando recipit he in fine. vt גְּשָׁה accede. m. aliás scribitur cum holem hoc modo. גֹּשׁ גֹּשִׁי idest accede. m. f. Et aliquando venit cum nun substantiali prima: hoc modo. נְגֹשׁ. Infinitiuus explicatur sic. גֶּשֶׁת. I. נְגֹשׁ idest accedere. Subiunctiuus & gerundia supplentur per prepositiones harũ quattuor litterarum. בכלם vt supra in verbis perfectis. & quando littera substantialis vltima est aliqua ex his אהחע: littera substantialis media scribitur per patha atq; etiam vltima. vt ecclesiastes. 3. עֵת לָטַעַת idest tempus plantandi.

De voce passiua

In preterito vocis passiue littera substantialis prima deficit. a qua licet verbum incipiat: non est substantialis: sed ponitur ad designandum vocem passiuam prime coniugationis. & littera substantialis prima supletur per dagues littere substãtialis medie. & explicatur hoc modo. Indicatiuo modo tempore preterito. נִגַּשׁ oblatus fuit נִגְּשָׁה oblata fuit נִגַּשְׁתָּ oblatus fuisti נִגַּשְׁתְּ oblata fuisti נִגַּשְׁתִּי oblatus vel oblata fui.

Plurali.

נִגְּשׁוּ oblati vel oblate fuerũt נִגַּשְׁתֶּם oblati fuistis נִגַּשְׁתֶּן oblate fuistis נִגַּשְׁנוּ oblati vel oblate fuimus. Presens. נִגָּשׁ qui oblatus est נִגָּשָׁה vel נִגֶּשֶׁת que oblata est נִגָּשִׁים qui oblati sunt נִגָּשׁוֹת que oblate sunt. Et quando littera substantialis vltima est aliqua harum quattuor אחהע littera: substantialis media & vltima participii generis feminini singularis scribũtur per patha. vt Ezechiel. 34. וְאֶת הַנִּדַּחַת לֹא הֲשֵׁבֹתֶם. i. quod abiectum est non reduxistis. In futuro nun vocis passiue excluditur. & nun remanens est littera substantialis. & dagues littere substantialis medie venit ad supplementum nun vocis passiue. hoc modo. אֶנָּגֵשׁ vel אֶנָּגְשָׁה oblatus vel oblata ero תִּנָּגֵשׁ oblatus eris. תִּנָּגְשִׁי oblata eris. יִנָּגֵשׁ oblatus erit תִּנָּגֵשׁ oblata erit.

Plurali.

